DOM.

PETRI REBVFFI MONTEPESSVLANI IVR. VTR. DOCT. AC COMIT.

Tractatus Nouem, De

1 *Decimis,*
2 *Alienatione rerum ecclesiæ.*
3 *Congrua portione.*
4 *Pacificis possessoribus.*
5 *Nominationibus.*
6 *Repetit. l. vnic. C. de sentent. quæ pro eo quod interest, proferuntur.*
7 *Feudis.*
8 *Seruitutibus.*
9 *Exceptionibus.*

Nunc demùm recogniti & Summarijs illustrati.

Quibus accessit rerum & verborum locupletiss. Index.



LVGDVNI.

Ad Salamandræ, apud Claudium Sennetonium.

M. D. LXVI.



INDEX LOCVPLETISSIMVS

OMNIVM EORVM NOTATV

dignorum,quæ hoc volumine continentur, ordine alphabetico digestus.

A

INDEX.

Casus

Commutatio

INDEX.

Crinium

Decimis

 impe

E

G

Intereſſe

Maiore

Negatiua

O

Pensionum

Praxis

ee a Priuilegi

Prolixi

S

Solutio

Succedens

Transgressus

Vexationes

FINIS.

TRACTATVS QVI HOC volumine continentur.

De

TRACTATUS DE DECIMIS, TAM FEUDALIBUS, QUAM ALIIS, NOVALIBUSQUE, ET QUIBUS DEBEANTUR, ATQUE QUOMODO PETI SOLVI

ac iudicari super his oporteat,& an tolli possint,& pœnas cōtra nō soluētes continens, in forensi iudicio freqūes, Authore Do. PETRO REBUFFO, Montepessulano, Iurium Doctore ac Comite,& ab ipso in Decretorum auditorio Paris. publicè prælectus

Quæstionis primæ Epitome.

Quęstio prima.

HANC frequentissimam & forensi iudicio vsu venientem materiam, à nostris iurium interpretibus hactenus non iustè tractatam, vtilitati deseruiens publicæ, breui ac ordine præscribere, quæstiones tantùm vtiles, ac frequentes inserere, ne chartis in vanum impleam, ratus: quod vt faciam, habita tamen prius Dei opt. maxi. inuocatione, præfactionibus omissis, ipsā rē aggredi toto conatu tētabo.

Totius tractatus summa.

1 In primis dicam quo iure inuenta fuit decima. Secundò, quam ob causam. Tertiò, quotuplex sit. Quartò, quid sit. Quintò, qui ad decimas teneantur. Sextò vbi decimæ soluendæ sint. Septimo, quibus solui decimæ debeant. Octauo, de quibus bonis. Nonò, quomodo peti debeant. Decimò, coram quibus iudicibus. Vndecimò, quomodo solui decimæ debeant. Duodecimò, quando soluendæ sint decimæ. Decimotertiò, an tolli possint. Decimoquartò, an eis sublatis nouales debeantur: & ibi noualium abundè explicatur materia. Vltimò, quib⁹ malis afficiātur nō soluētes decimā: & quibus donētur præmiis soluētes. Quibus discussis, decimarum materiā facilè cōsequi vnusquisq; poterit.

Quo iure inuenta sit decima.

2 Prima igitur quæstio est, quo iure fuerit ista decima inuenta? Resp. quidā de iure naturæ inuentā arbitrātur, gētes enim ante legē dictā, de quibusdā rebus decimas Deo persoluebāt, scribit autē Pli. lib. 12. c. 14. de thure his verbis: Thus collectū Sabotā camelis conuehitur, porta ad id vna patente, digredi via capitale leges fecere. ibi decimas Deo, quē vocāt Sabin, mensura, non pōdere sacerdotes accipiunt, nec ante mercari licet. Facit etiā quod quod scribit ibi. c. 20 de cynamomo, sed post legē à Deo promulgatam fuisse opinor.

Abel, Abrahā & Iacob decimas soluerunt.

3 Item Abel munera de fructibus terræ, & de primogenitis gregis sui domino offerebat, Gen. 4. sed ibi nō loquitur de decimis. Ad hæc Abraham de omnibus quæ à quinque regibus eripuerat, decimas dedit sacerdoti Melchisedech, Ge. 14. q Melchisedech

antè legẽ erat, vt diuus Pau. sic ait Hebr. 7.c. Intuemini autẽ quantus fuerit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abrahã patriarcha. & Gen. 28.c item vouit Iacob votum dicens, si fuerit dominus mecũ, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panẽ ad vescendũ, & vestimentum ad induendum, reuersúsq; fuero prosperè ad domũ patris mei, erit mihi dominus in Deũ: & lapis iste quẽ erexi in titulum, vocabitur domus dei: cunctorũ quæ dederis mihi decimas offeram tibi.

4 Præterea frequẽs apud veteres votũ fuit, vt decimã prædæ & spoliorum, in hoc patriarchã insequẽtes Abraham, Ioui & diis deuouerent, quare Iupiter prædator nũcupatus est. id enim soluebatur, vt prædæ parte diuẽdita donũ diis & numibus dicarent. qui mos Gallorum fuit, vt belli iure quæsita, plerũque verò partẽ Marti deuouerent: in quo id erat constitutũ, vt diuina ope implorata, is plus spei ferret, & propitios faciliùs haberet deos, qui maiorẽ prædæ partẽ diis deuouisset. sed hoc post legem factum etiam fuisse verisimile est.

Herculi decimam solutam doces.

5 Decimã etiam Herculi passim voueri, votúmq; effundi solere apud Romanos verè fidei ignaros, in vsu comperimus: quod auspicatissimũ duxerunt & fortunatissimum, qua de causa, Lucullũ Romani moris & iuris peritũ, quod decimam vouisset votúmq; persoluisset, maximis auctũ opibus, fortunisque existimauerũt. sic scribit Alex. lib. geni. die. 3, c. 22. Item cùm captis vehis aurũ delphico Apolini mittendum esset ob decimas prædæ, quas in bello Camillus vouerat: nec in publico facultas esset, ornamẽta sua matronæ in æratiũ detulere, patriæ magis quã suis cõsulentes commodis. testis est nobis Liuius lib. ab vrb. cond. 5. hos igitur, cùm legem non haberẽt sola natura ductos, in comperto est. de hac decima loquitur tex. in l. 2. in fi. ff. de poll. vbi Bud. vocat eam Herculaneam: de qua inferiùs quæst. 3.

Mulieres ornamenta pro decimis soluẽdis tradidere.

An decima de iure diuino.

6 Alij à Deo institutã autumãt, quia Deus opt. max. ordinauit, & præcepit eas solui, Exod. 22.c. ibi. decimas & primitias tuas non tardabis offerre, primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. & Leuit. vlti. capitu. omnes decimæ terræ, siue de pomis arborum, siue de frugibus domini sunt, & illi sanctificantur, non eligetur bonum nec malum, nec cum altero commutabitur. si quis mutauerit, & quod mutatum est &c.

7 Decimæ ergo constitutæ sunt à Deo per Moysem, vt persoluantur, à populo filiis Leui, pro ministerio, in quo deseruiebant ei in tabernaculo. non accipiebant filij Leui decimas, nisi ab eis, pro quibus offerebant preces: & quia sacerdotes seruiũt domino: ideo ipsis debent laici persoluere decimas. c. ecclesias. 13. q. 1. & decimas à populo sacerdotibus ac Leuitis esse reddendas diuinæ legis sanxit authoritas. c. decimas. 16 quæstione 1. Deus enim noster. qui dignatus est nobis totum dare, decimam à nobis dignatus est recipere, non sibi, sed nobis sine dubio profuturam. cap. decimæ. ibidem.

8 Et sic deus voluit, vt tribus Leuitica in duas scinderetur partes, videlicet in sacerdotes, & Leuitas. sacerdotibus enim omnia primitiarum iura, votorũ, & redẽptiones primogenitorũ oblationum, & sacrificiorum dedit, Numero 18.c. Leuitis autem decimas omnium fructuum pecorum liberè concessit. summo verò sacerdoti decimam decimæ Leuitarum: vt in d.c. 18. scribitur. hodie cùm sacerdotes & clerici non sint diuisi, decimas, oblationes, & primitias recipient simul.

Diuisio decimarum, oblationũ & aliorum iurium à Deo facta.

9 Et sic putarem de iure diuino decimas à deo opt. max. institutas, dictante ratione quadam naturali, quæ est, vt recognoscamus illũ, qui hoc nobis dedit. Sed quia in quacunque parte deum recognoscere possumus, placuit altissimo partem sibi acceptam declarare, & eam filiis Israël nuntiauit, videlicet decimam: nempe natura non dictat nos ad soluendum decimam, potius quàm aliam partem, sed ad offerendum aliquid deo, vt scribitur Ecclesiast. 35. cap. sic: non apparebis ante conspectum domini vacuus. hæc enim omnia propter mandata dei fiunt. Oblatio iusti impingat altare, & odor suauitatis est conspectu altissimi. bono animo gloriam redde deo, & non minuas primitias manuum tuarum, in omni dato hylarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas, da altissimo secundum donatum eius, &c.

Conclusio quòd decima à deo sint instituta.

10 Ex his cõciliabuntur ambæ opiniones, nam si concludemus eas esse de iure naturæ, sequeretur homines ante promulgationem à deo ligatos, & peccasse non soluentes, & tamen Iacob vouit eam, ergo non tenebatur, & Abraham dedit sacerdoti Melchisedech decimam, non de fructibus terræ, sed de his que in bello acceperat, & sacerdos ei benedixit, vt patet Genes. 14. cap. in fin. nec poterant deberi, antequam declaratæ essent à deo, cui darentur, videlicet Leuitis, quibus præcipit, ne possessiones haberent: quod deus non fecisset, si de iure naturæ eis debitæ fuissent. aliis rationibus probat Thost. Matthæ. 23. capitu. & concludit de iure positiuo esse, sed cum prædictis vos vtranque opinionem tenebitis sic conciliatam, videlicet esse de iure diuino institutam, dictante ratione naturali.

Conciliantur opiniones.

11 Ex quibus infertur quòd tã decimæ prædiales, quàm personales sunt à deo institutæ, & solui præceptæ. de prædialibus superius dictum extitit, de personalibus scribitur 2. Esdræ capitu. 10. in fin. ibi, Leuitæ decim

prædiales & personales sunt à Deo solui præcepta.

decimas habent in omnibus vrbibus, in quibus opus noſtrũ exercemus. & ita eſt in Hebræo. & de his etiam ſcribitur Deuter. 12. c. in princ. ibi, offeretis decimas, & primitias manuum veſtrarum. Demũ ius pontificium, & veteres patres ſolui eas ius diuinum ſequẽtes coëgerunt. multáq; dubia in his declarauerũt. vt ſcribit glo. in c. quicunque. 1. in 16. q. 7. concludens, tam decimas prædiales, quàm perſonales lege diuina debitas. idẽ conſuluit Barba. conſil. 49. illud. col. 4. in 3. vol. iſta fuſius ſcribit Antho. Butr. in c. parochianos. in 1. q. eod. tit. de decim. & iſta ad ea quæ dicemus inferius in 13. q. an tolli poſſint, proderunt.

Diuiſio decimarum, [illegible]

12 Et quia natura nos inducit, vt id quod dedit mihi Deus, illi retribuã: ideo et à perſonales ex operæ erunt debitæ, licet cõtrarium teneat D. de Traiecto. in dict. q. quolibet 5. ſed quota de iure eſt poſitiuo, nec à lege Dei noua præcepta, ſed à lege antiqua iudiciali: vt teſtatur Angel. clauaſ. in ſumma angel. in verbo, decima q. 2. & fratres prædicatores, & minores debent populum exhortari, vt ſoluãt tam decimas prædiales, quàm perſonales. c. 1. de deci. in 6. ſic conſuluit Alex. conſi. 60. Ramana. vol. 4.

Concluſio decimæ [illegible]

13 Non refragatur opi. Hug. de S. Victo. in lib. 1. de ſacr. parte. 11. c. 4 & 11. vbi dicit decimas ante legem fuiſſe ſub conſilio, ſub lege in præcepto, iam verò in libertate ſpiritus ambulare permittimur: quia cum à lege veteri inductæ eſſent, & non ſunt renouatæ in nouo teſta. de iure tantùm poſitiuo debentur, ſecundum eum. & hanc opi. ſequutus eſt Do. Adria. de Traiec. ſummus olim pontifex, in d. q 5 vbi probat morte Chriſti abolitam illam veterem legem, in eo quod erant præceptæ ſolui tribui Leui, ex qua erant ſacerdotes & Leuitæ. Reſpond. hodie verò clericis & ſacerdotibus debentur. & licet ante legem non eſſent in præcepto Dei quo ad quotam, & cui darẽtur, tamẽ munera offerri in recognitionẽ beneficij neceſſarium erat, vt Eccleſ. 25. c. patet. poſtea dominus ſtatuit decimã dandam, quod ius pontifi. cõfirmauit. probat etiam c. parochi. lem nos. ibi, cùm decimæ non ab homine, ſed ab ipſo domino ſint inſtitutæ. & c. tua. 1. ibi, quæ diuina conſtitutione debẽtur. & c. tua. 2. c. in aliquibus. de deci. licet iſtis iuribus Hoſt. reſpõdeat eſſe introductas à deo, ſed hodie non deberi quaſi à Deo præceptæ, ſed à concilijs, & à ſummis pontificibus, ſed per prædicta puto inſtitutas, & debitas iure diuino, quia Dei inſtitutum non eſt reuocatum expreſſe, imo eſt receptum & approbatum ab eccleſia, & ſic à ſpiritu ſancto: & ideo dicitur etiam de iure diuino, quicquid fabuletur Hoſt. nã etiam in cõcilio Magũt. c. 38. ſic dicitur: Admonemus atque præcipimus, vt decimas de omnibus dari non negligatur, quia Deus ipſe ſibi dari conſuluit: & ſic à Deo maximo inſtitutas eſſe, negari non poteſt.

Reſponſio opinioni, quod decima ſit iuris poſitiui.

14 Nec extinctum fuit illud ius vetus per legem Chriſti, ſed morale ſic. & hoc erat iudiciale ſecũdũ theolog. quos refert Aſten. in ſua ſum. in 2. Para. lib. 6. titu. 35. rub. de deci. dicens, quòd poſtquam determinatio decimæ partis eſt nunc per eccleſiam approbata, non minus debet illas hodie dare populus, quàm olim, cùm populus nouæ legis obligetur ad maiora: vt aſſeritur Matth. 5. c. niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquàm Phariſæorum, &c. & Pau. 2. ad Corin. 3. c. in fi. Ego etiam puto populum teneri de nouo iure Euangelij ad ſoluendum decimã. Matt. 23. & Luc. 11. dicit Chriſtus hoc oportuit facere, & illud non omittere, ſcilicet decimas ſoluere fructuũ, quos dederat Dominus. & alib. reddite quæ ſunt Cæſaris cæſari, & quæ ſunt Dei deo. Et quia decimæ erant dei, igitur renouatæ: quare de iure diuino, dictante ratione naturali, decimæ inuentæ ſunt: à iure verò canonico forma & declaratio eſt facta: vt in tit. patet, de deci. & in multis alijs iuribus decreti.

15 Nec me mouet quòd illæ decimæ, quas euntes ad templum Hieruſalem comedebant, Deute. 14. ſunt ſublata, ergo, & iſtæ decimæ parochiales. Reſpond. illæ reſeruabãtur ad ſacrificia figurata offerẽda, quæ hodie ceſſant, ideo & illæ decimæ ceſſabũt. intellige tamen vt ſcribam q. 3. etiam illæ quæ debeãtur ſummo ſacerdoti, non ſunt ſublatæ, quia ex cauſa papa eas imponere poteſt. cle. fi. de dec. Item decimæ quæ tertio anno præcipiebantur pauperibus dari, ſunt in Euãgelio ampliatæ. Luc. vij. quod ſupereſt date eleemoſinã, & omnia munda ſunt vobis. Non igitur ſolã decimam, ſed omnia ſuperflua iubet dominus pauperibus erogare. Aſten. in ſua ſum. in 2. par. 35. tit. rub. de dec. ver. circa tertium.

16 Imò quidam Theologi firmãt decimas, primitias, & oblationes in primo Decalogi præcepto includi, dum dicitur, dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſerujes. Adoratio eſt cultus latriæ: cultus autem latriæ eſſe non poteſt ſine dei ſeruitio, ac recognitione. & quia per illa tria deum recognoſcimus, & illi ſeruimus, ideo illa tria in hoc 1. præcepto includi videntur: ſed ibi non taxatur quota, ideo nõ eſt in hoc præcepto quota taxata: vt dicunt doct. Theolog. ad quos te remitto.

Decimæ an in primo cõtineantur præcepto.

17 De primitijs etiam quota in lege nouæ non eſt taxata. nam in animalibus olim ſufficiebat vnum ex ducentis dare: in aridis ac liquidis de 40. ad ſexageſimum, in c. 1. eo. ideo eſt ſtatuta quantitas pro arbitrio ſoluentis ſecundum loci conſuetudinem, Inn. Panor. & alij in d. c. 1. quod probatur Ezec. 45. c. & hæ ſunt primitiæ, quas tolletis, ſextam partem ephi de choro frumenti

Primitiæ quo tempore inſtitutæ, & quantæ ſint.

menti,& sextam partem ephi de choro or dei,& c.& computat Hostien. in d. cap.1. post Hiero.esse partem sexagesimam.

Abel & Romani primitias dederunt.

18 Item primitiæ tempore Abel inuētæ fuerunt,Gene.4 ibi,Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui.c. t. de deci.& dicuntur primitiæ primi fructus quos sibi dominus tanquā omniū rerum dominus retinuit:& quia omnia dat bona,in primis eum recognoscere debemus. Vnde Plin. lib.18.c.2.ait: Romanos olim non prius degustare nouas fruges,aut vina solebant, quā sacerdotes primitias libāssent, & istæ primitiæ ter in anno domino offerebantur:in Paschate de nouis granis,in Pentecoste de nouis panibus,in Septembri de nouis fructibus illius temporis,videlicet vini & fructuum.Theologi in Leuit.25.c.& festa primitiarum gentes coluisse legimus, Iudicum 9.c.

Athenienses crinium primitias offerebant

19 Item Athenienses cùm ex Ephebis decessissent,primitias crinium Delphos deferebant,& cùm antiquiores comam circa tempora,aut posteriorem crinem Apollini,& fluminibus tōderēt,suo succedente Thesæus anteriorem capillum Delphis dedicauit,vnde Thesei tonsura prodita est:cuius exemplo iuuenes,cùm ex ephebis excessissent,anteriorem comam Phœbo, & Aesculapio,aut libero obtulere primitias: posteà Romani adolescentes magnæ Indolis primam lanuginis barbam diis consecrare vsurpārunt, teste Alex. lib. genial.5. cap.18.facit glos.in verbo,& primitias.13. q.1.c.2.sed cui hodie primitiæ debeantur? Respond.curato à populo constituto in sua parochia.

20 Nec refragatur quod scribitur prouerb. 3.c.ib.,honora dominū de tua substantia, & de primitiis frugum tuarum da pauperibus.vbi Chartus.intelligit Deum honorandum de decimis & premitiis:& postea dandum esse pauperibus de bonis nostris. Alij intelligunt quòd honorāius est Deus de omni substantia sua,& de primitiis frugum dare oportet pauperibus: quia non primitiæ deo offerebātur.c.1.de deci.ideo de primitiis & præcipuis fructibus da pauperibus,& implebuntur horrea tua saturitate,& vino torcularia tua redundabunt.

Consuetudine tolli an primitiæ possint.

21 Vel melius dici potest, in Hebræo non esse,da pauperibus:sed sic scribitur,glorifica dominū de opibus tuis, & de primitiis omnis prouentus tui:sic enim implebuntur horrea tua satietate, & torcularia tua musto exundabunt. Et ideo non obstat quòd valere consuetudinem, vt nihil soluatur de his primitiis, & excusare à peccato,scribat Henr.Bohic.in d.c.1. Ego verò puto contrarium:quia hoc est præceptum affirmatiuū,videlicet Deum honorandum de primitiis.non honoretur,si nullæ darētur, igitur consuetudo non valeret, tum quia inducit ingratitudinem, videlicet vt deo ingrati simus quia omnia nobis dedit superat enim ingratos getas (vt prouerbio dicitur) qui has primitias& oblationes nō soluit secundum consuetudinem: quæ si non appareat,tunc quantum debeat soluere,est ei liberum dummodo aliquid soluat de singulis fructibus,& qui hoc fecerit,diues erit, & benedictus à domino, & hoc asserit Andr.Hispa.in regula decima. quæstio.8.

Primitiæ decimæ & oblationes in bonis ecclesiæ numerantur.

22 Et sic primitiæ, decimæ, & oblationes præcipuè in solis ecclesiarum bonis numerantur.c.causa.de verb. significa. non est tamen præceptum morale,vt primitiæ dentur.potest enim deus honorari tam in medijs fructibus,vltimis,quā primis, sed est quoddam præceptum iudiciale,& figurale,vt primitiæ dentur,id est primi cuiusli-bet rei fructus:c.magnæ.circa finem.deuoto & in his maximè consuetudo attenditur.vt suprà dix, & Boer. in decis. Burdegal.236.pro iure primitiæ. tamen vt aliquid soluatur,vt superius dictū extitit,-it diuini iuris,id est à deo præceptum factū.

Oblationes quo tempore inceperunt.

23 Oblationes verò inceperūt tēpore Cain, & Abel:vt scribitur Genes.4.licet quidam dicant à Noë,per id quod scribitur Gen. 8.c.in fi.ibi, ædificauit autem Noë altare domino,& tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis,obtulit holocausta super altare.sed antea oblationes inductæ erant,vt patet.oblationes autem dicimus quæcunque de propriis & licitis rebus ecclesiæ à fidelibus offeruntur. c. causa. de verborum significa.& numero 7.c.scribitur,quod principes Israël obtulerunt munera coram domino sex plaustra tecta cū duodecim bobus, & alia magna munera, vt ibi scribitur,quæ dominus iussit suscipere,& ea Leuitis tradi. hodie, si offerant solidum,videtur magna oblatio: sed tamē valde distat ab oblatione veterum.

Quibus casibus oblatio debetur.

24 Sed dubitari potest an necessariò faciendæ sint curato oblationes? Respōde sic, in casibus sequentibus. Primò, quando consuetudo adesset,nam laici laudabiles consuetudines seruare debent. cap. ad apostolicam.de symo.plenè Panor.in rubr.de paroch.in fi.Henric.Bohic.in secūda distin. cap. quamuis.de decim. Secundò, si curatus indigeat.non enim suis militare stipēdiis tenetur.Paul.1.ad Corinth.9.& c.cùm ex officij.de præscript.glo. in c. omnis.de consecra.distinct.1.Fely.in c.veniēs.1. col. a. de testi. Tertiò.in præcipuis anni festis, & maximè vbi ecclesia non habet decimas prædiales. d.c.omnis Christianus. de consecra.distinct.1.& Bohic. iu d. c. quamuis. Quartò,quando oblationes essent ex testamento faciendæ,vt pote in anniuersariis, vel in sepulturis mortuorū,tunc illæ oblationes sunt necessariæ.c.nulli.13.q.2. cap. vltima voluntas. & cap. qui oblationes. 13. q.2. 2. Sylvester prier. in sua summa

ma,in verb. decima q. 2.

25 Quinto,vbi non soluũtur primitiæ, tunc quia oblationes succedunt in earum locũ, ideo necessariæ sunt.vide c.statuimus.16.q. 1.& si quis oblationes ecclesiæ accipere,vel dare voluerit præter episcopi conscientiam, vel eius,cui huiusmodi sunt officia commissa,nec cum eius voluerit agere consilio,anathema sit,in Gangrensi cõcilio fuit statutum,vt patet in c in canonibus. 16. q. 1.etiam ol m non audebat quis prophetam consulere,aut accedere vacua manu, vt patet 1.Regum.c.9.sic non debent parochiani ad ecclesiã ire sine oblationibus,dicbus maxime festis.

Prophetas consulere sine donis veteres non solebant.

26 Nec valet consuetudo,vt laici oblationes recipiant in ecclesia.c.antiquos.c.quia&c. sanctorum.cum sequent.10.q.1. nam decima & oblationes æquiparantur.cap.quam t is.de deci.vbi Iohan And.

27 Et qui tres dicunt esse oblationũ species Prima est donatio rei interviuos deo facta, vel ecclesiæ. Secunda causa mortis facta, quæ instar legatorum redacta est. Tertia est vsualis, q am fideles faciunt ad altare, vel ad manum sacerdotis: vbi etiam firmant oblationes tunc spectare ad episcopum, quando celebrat in aliqua ecclesia suæ diœcesis.teste Matthæ.de afflict. in cõ suetut.Neapol.l.b.1.rub.de dec. nu. 32. con suetudo tamen in plerisque locis est in contrarium,etiam extra consuetudinem episcopus à paupere præsbytero recipere eas non debet.

Tres species oblationũ & quæ de episcopo debeantur.

Laici oblationes recipere nõ possunt etiam in suis oratoriis

28 Et sic improbatur consilium Dec.148.reuerende. vbi decidit valere consuetudinẽ, vt laici in oratoriis recipiant oblationes, nam cùm ipsi sint incapaces,non valet consuetudo.c.quanto.de consuet. nec episcopus potest consentire,vt dimidiam partem oblationum laicus habeat.c si quis basilicam.de consecra.distinct.1.alibi si operæpretium fuerit abundantius scribam: nam sacras oblationes dicit text. in c. inquirendum.de pecu.cleric.& sic laicis non potest competere ius recipiendi oblationes: sed ex causa dari oblationes laico possunt,fortè ad ecclesiæ reparationem,vel ad aliquem honestum vsum,& ad tempus, ita tamen, vt nullum ius per hoc habeant eas vendicandi.teste Præposit. in cap.altare. t. quæstio.3.

Cui debeantur oblationes factæ.

29 Et cui debeantur oblationes factæ imagini,ꝙ curato illius ecclesiæ, vbi est imago. docet panor.in c.dilectus.col.3.versic. 2.de offic.ordin.& cap.quoniam.eo.& Troilus maluitius in tract.de oblatio.& episcopus non potest eis concedere domino domus, vbi est imago.Panor.in c.quamuis. eod. & in d.rub.de paroch.

30 Et ꝙ hæ oblationes curato debeantur, conuertendæ tamen sunt in reparationem ecclesiæ per episcopum,si ecclesia indigeat, legi in integra compilatione Alex. papæ.3.

Oblationes imagini factæ in reparationẽ

rubri.de deci.In hæc verba,Plenè nobis in notuit ex tuarum literarum continentia quòd cùm hostia quadam sacrata in arca cuiusdam mulieris parochiæ tuæ conclusa fuisset, virtute domini facies t-pars fere media in corpus Christi manifestè conuersa est,ita vt caro videatur.Cùm verò hostia ipsa à parochiali ecclesia,quam scilicet ecclesiæ tuæ ad ecclesiam ipsam maiorem translata sit:idem canonicus oblationes,quæ ob tentu illius corporis Christi eidem ecclesiæ prouenium,instanter requirit, quas in reparationem ecclesiæ fideliter, sicut asseris, errogasti:licet autem eidem canonico petitas super hoc silentium impon , & nos libenter id eo,quod secundum dominum possumus, petitiones velimus attendere & admittere,petitioni tamen super hoc non possumus exhibere fauorem,sed venerabilibus fratribus nostris Albano & Siluano episcopis,quibus causam ipsam committimus,dedimus in mandatis, vt præfactum canonicum commoneant à petitione ipsarum oblationum desistere,vt eas in reparationem ecclesiæ prædictæ errogari permittat. Si verò ad hoc indueci non poterit, eidem causæ debitum finem imponant. Et in suprascriptione illius decretalis scriptum est,Alexander tertius Attrebatensi episcopo.Et sic quandiu imago est in parochia, oblationes parocho debentur, si verò iure translata fuerit in aliam ecclesiam, illi ecclesiæ,in quam translata est,debetur.&illa decretalis non est in nostris decretalibus communibus.

ecclesiarũ conuertenda.

Decretalis integra.

31 Notandum est,quòd nec oblationes dissidentium, nec eorum qui pauperes opprimunt, recipi debent,cap. oblationes.& meretricis publicæ. cap. ex transmissa. eod. & inferius dico, quæstione quinta. nec raptorum oblationes. cap. super eodem de raptoribus. sicut nec vsurariorum. cap. quia in omnibus de vsur. nec alicuius, qui crimen notorium horridum commisit.cap. miror. 16. quæstio,7.Innocent. in dicto cap. ex transmissa. item qui bona ecclesiæ inuadunt, oblationes non offerant ante restitutionem. cap. de viro. duodecima quæstione secunda. & hoc est in detestationem criminis introductum, nec ecclesia videatur approbare illud delictum grauissimum, & cum illo in eodem participare.

Quorum oblationes recipi nõ debent.

32 Hodie ista non vident sacerdotes, sed passim ab omnibus recipiunt, fortè quia conditiones personarum,& eorum crimina ignorant,nec de illis inquirere tenetur. Vide Exod.25.cap.materiam istam oblatio num vide plenè examinatam per Socynum in suo tractatu de obla. & hæc seruiunt ad elucidationem rubri.de deci.primi.&obla. & ad ea quæ inferius dicentur. & hæc de prima quæst.

Quæstionis secundæ Epitome.

1 *Decimæ quamob causam introductæ.*
Deus omnium dominus & vniuersalis: qui in signum vniuersalis dominij decimas sibi retinuit.
2 *Decimæ institutæ pro victu ministrorum ecclesiæ, & quare. nu. 3.*
Afflictionum nostrarum causa.
4 *Decimæ propter fabricæ constructionem, & tuitionem: item propter pauperum & hospitum receptionem institutæ. & nu. 5.*
5 *Bonorum ecclesiæ tres portiones faciendæ.*
6 *Abrahæ hortus.*
7 *Decimæ propter fructuum debentur.*
Mercenarius dignus mercede.
8 *Decimam quare Deus potius sibi retinuit, quã aliam partem. & nu. 9.*
9 *Decima quare vocetur spiritualis.*
10 *Curatus quatuor matriculas, seu libros habeat: & quare. & nu. 11. & 12*

Qustio secuda.

1 SECVNDO, quàm obrem introductæ sunt Respon. primò in signum vniuersalis dominij Deus opt. max. eas sibi retinuit. c. tua. 2. eodem. inficiari enim sanæ mentis vir non posset, quin Deus omnium dominus sit, & vniuersalis nam domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. ideo vt illum recognoscamus talem esse, ipse sibi has retinuit decimas, tributa vero principes, in signum specialis dominij. c. eùm non sit eod.

Quam ob causam decimæ introductæ sint.

2 Secundò, decimæ sunt etiã institutæ pro victu ministrorum ecclesiæ: & aliæ possessiones tẽporales eis sublatæ fuerũt. Nu. 18. in terra eorum nihil posside bitis, decimarum oblatione cõtẽti: & ibidẽ cap. 8. inferte omnem decimam in horrea mea, vt sit cibus in domo mea. super quo ait Hier. Sciatis vos perdid isse abundantiam, quia fraudastis me parte mea: reddatis igitur mea, & ego restituam vobis vestra. Et Malach. 3. e. inferte omnem decimã in horreum meum, vt sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit dominus. Vnde Pharao tempore famis sacerdotibus statuta cibaria ex publicis horreis præbebat: & ideireo non sunt compulsi vendere possessionis suas Genes. 47. & nos hodie opprimimus sacerdotes, & eec esias, ideo omnibus affligimur malis. cap. multi. 1. q. 1.

Pro victu ministrorum decimæ sunt institutæ.

Cur hodie affligamur.

3 Tertiò hæ decimæ sacerdotibus cõcessæ fuerunt, vt legi dei liberiùs vacare possent: vt scribitur 2. paralipome. cap. 13 præcepit etiam Ezechias populo habitanti Hierusalem, vt darent partes sacerdotibus, & Leuitis, vt possent vacare legi dei.

4 Quartò, propter fabricæ cõstructionem, & tuitionem, cap. vobis & cap. conc. ilio. & cap. mos est. duodecima quæstione 2. Hostien. in rub. huius tit. Ioh. an. And. & alij post eum ibidem.

5 Quintò, propter pauperum & hospitum receptionem. Deuteronο. 14. cap. & August. de Anchona. in tracta. de ecclesia potestate. cap 73. 4 quæstioni, dicens ex hoc ordinationem ecclesiæ ortam vt de stipendijs ecclesiæ tres portiones fieri debeant. in c. mos est. 12. quæst. 0. & 2. vna pro victu cleri et: secunda pro reparandis ecclesijs, tertia addicta est pauperibus: & aliter dispensans rem ecclesi. tenetur vnde Christus Matthæ. 17. cap. in hu. noluit de sibi datis soluere tributum, & ad alium vsum conuertere: sed misit Petrum piscatum, vt ibidem dicitur. & diuus Hieronymus super Matthæ. 13. c. scr. bit. vt refert de Anchon. vbi supra.

Tres portiones de bonis ecclesiæ fieri debent.

6 Legimus etiam Abraham hortum plantasse iuxta puteum iuramenti, quem Hebræi Bersabaa vocant: hortum inquam, plenum optimis fructibus, & peregrinos suscepisse hospitio, quibus gratis necessaria omnia concedebat, nihil aliud pro pretio exigens, quàm vt scilicet orbis conditorem agnoscerent, venerarentur, & timerent rectorem cœli & ter. , cuius dominum esset, quicquid comedissent, vel bibissent, si que in vera religione institutos, & ad vitæ melioris instituta conuersos dimittebat. sic ait A phons. lipoma. in lib. Genes. cap 21. in fin.

De horto Abrahæ.

7 Sextò, propter sacrificiorũ oblationem. nam diuus apostolus ait: qui altari seruit, de altari viuere debet. 1. ad Cor. 9. & c. cùm secundum. de præb. & Nu. vlt. c. filiis Leui dedi omnes decimas pro ministerio quo ser uiunt mihi, in tabernaculo fœderis: ideo hoc naturali conuenit ration, vt qui seminat spiritualia, metat carnalia : ã mercenarius dignus est mercede. diuus Paul. & bonorum laborũ gloriosus est fructus, vt ait Philosoph. & ratio naturalis dictat, vt qui deo pro populo ministrat, ab eo alatur. Hosti. in c. ã nobis. eol. 3. eo. scripsi in rubrica. ad rub. de colla. in concord. Imol. in c. 2. de transact. dicit personales deberi in compẽsationem oneris sacramentorum.

Decimæ propter fructum debentur.

8 Septimò, ex hoc patet deũ retinuisse decimam, potius quàm aliã partẽ, quia numerus denarius perfectionem signat. decimæ enim & primitiæ deo offeruntur, id est, initium & perfectio bonorum operum deo perfectè sunt adscribenda: quia sine eo nullum bonum opus inchoatur, nec perficitur vt diuus Paulus ad Philippen. 2. ait ipse est qui operatur in nobis, & velle, & perficere. Nouem verò partes retinentur, qui numerus est imperfectus: nempe quicquid imperfectionis, & defectus in nobis est, nobis inquã, & nostris defectibus est adscribendum

Quare potius decimã deus retinuit, quàm aliam partem.

dum,non verò Deo.ideo ſcribitur Oze.13. perditio tua,ô Iſrael,&c in me auxiliũ tuũ. Hoſtien.in c.à nobis.col.2.eo.& deus iſtã partẽ tanquam Leuitis ſufficientẽ,& alteri populo non moleſtam,retinere voluit,vt Thoſta.ſcribit ſuper cap.23.Mat.q.56.vel etiam deus à nobis primitias & decimas re quirit,id eſt,primas & vltimas portiones, cũ ipſe ſit omnium principium & finis:cui principio fructus primarios,& cui fini decimas offerre debemus. denarius enim eſt, & omnium numerorum complementum, & finis: vt in harmonia mundi, tom.4. in fin.

9 Octauò,decima vocari poteſt ſpiritualis, quia humilitatem continet illã, per quam omnia bona à Deo data eſſe nobis recogno ſcimus:mala autem à noſtro figmento naturæ:vnde ſi quis doctus poteſt alios erudire,non ſuæ debet attribuere prudentiæ,ingenióque,quod poſsidet,ſed gratias primũ agat domino,qui cũcta largitur,deinde ſacerdotibus,&miniſtris, quib᷑ eſt eruditus, c. reuertimini. verſi. ſi quis doctus.16. q.1. Floren.in 2.parte,titu.4.c.3.§.1.Et ſic deus decimam,id eſt numerum perfectum ſibi retinuit,tum quòd ſit perfectus,tum quòd in nobis operetur,& velle, & perficere, vt dixi.& nobis imperfectum reliquit.numerum,quia imperfectio in nobis eſt,& ſignũ tum noſtrum ipſe cognoſcit.

Curatus debet habere quatuor matriculas ſeu libros.

10 Vltimò,vt omnia onera illi incumbentia curatus ſoluat,tam pro legatis & nuntiis ſedis apoſtolicæ, quam epiſcopo, clericis, fabricæ,& pauperibus,& vt iſta debitè valeat expedire, opus eſt vt curatus habeat quatuor matriculas,ſeu libros, in quibus quatuor iſta ſcribat:Primò baptizatos in vno libro ſcribere debet,diem & menſem, & annũ natiuitatis,patrẽ,& matrẽ,ſi legitimi exiſtant:alioqui ſufficit matrẽ deſcribere,& ſuſceptores,id eſt patrinos,&hoc probatur in c.cõtumaces.50.diſt.& gl.in c.nomẽ.2.q.1.ex quo tex.extracta eſt ordi.regia rub.*Des regiſtres des baptiſmes*. Vbi abũdantius ſcribã.Secunda eſt pro decedentibus vt etiam horam deceſſus,ſi poſsibile ſit,ſcribat:hoc proderit,vt ſciatur quãdo vacarit beneficium,in menſibus qualificatorũ,vel ordinariorum,vel anim menſibus papæ,aut in mẽſibus ordinariorum,vbi papa habet certos mẽſes.proderit etiã,vt ſciamus,ſi pro decedẽte orandũ ſit,& eleemoſina facienda.c.à nobis.2.de ſenten. excom. nam & in extremis poteſt excõmunicatus abſolui.c.vlt.de ſepul.imò etiam poſt mortem,ſolennitate tamen adhibita,quæ deſcribitur in d.c.à nobis.2.

Elucidatio or. di.regi.

11 Tertia matricula eſt pro contrahentibus vt ſi per hoſtiles incurſus,aut inedia ſubditi diſpergantur, illos curatus tempore quietis recolligere, ac ipſis teſtimoniũ per literas,proprio parochiæ ſigillo ſignatas, de fide & matrimonio dare poſsit, de quibus in c.non oportet.1. de conſecra.diſtin. 5.vbi glo.

12 Quarta pro illis,quibus de bonis eccleſiæ ſubuenit,vt ita eccleſiæ poſsint ſeruari indẽnes,& conceſſa ac mutuata tempore famis ſterilitatis ac neceſsitatis, poſsint repeti tẽpore fertilitatis,& abundantiæ, ab illis,qui bona habent,& poſteà afflictis, & miſerabilibus perſonis in ſuis neceſsitatibus ſubueniatur,& hoc pulchre docet Iohan.Hugo,in tract.de offi. quatuor prælat. rub.de matriculis curati.quod facit ad ordinat.regiã Franciſci. rub. *Des regiſtres*. quã plenius elucidaui in l.qui in cõtinẽtibus.ff.de ver.ſigni.& in d.ordi.in 2. tomo.

Quæſtionis tertię Epitomæ.

Quæstio tertia

Decima quotuplex. 1 TERTIO, quotuplex sit decima? respondeo multiplex. nam quædam est de spiritualis, de qua s. in proxima q. fuit dictum. temporalis verò est, quæ de tẽpore debetur, & ob id instituta fuit quadragesima, vt domino pars decima temporis tribuatur. capitu. quadragesima de consecra. distinct. quinta: ideo qui qu. dragesimam non seruat, Deo decimam substrahit.

2 Altera est substantialis, quæ ex substantia hominũ debetur. sic vocat Florent. in 2. partæ summæ. in tit. 4 c. 3. §. 1. & seq. & ista de omnibus frugibus debebatur leuiticæ olim tribui à populo ex lege. c. 1. de deci. Exod. 22. c. & Leuit. vlti. & licet aliæ solui essent solitæ, non tamen ex lege debentur, sicut ista, & est decima quæ parochialis vocatur: quia curatis parochialis ecclesiæ debita est regulariter, & hanc pertractare nostræ est sententiæ.

3 Secunda est quã leuitæ, hoc est inferiorũ ministrorũ gradus, summo sacerdoti, videlicet Aaron, dabãt. nu. 18. c. ibi, præcipe leuitis, atque denũtia, quum acceperitis à filiis Israël decimas, quas dedi vobis, primitias earũ offerte domino, id est, decimã partem decimæ, vt reputetur vobis in oblationem primitiuorũ: & date eã Aaron sacerdoti. & isti cõparatur decima, quæ papæ tribuitur. Potest enim papa ex magna causa, vtpote si cõtra infideles, vel ecclesiæ inimicos bellum gerat, hanc imponere, vel ex alia iusta causa, quamuis Pauor. cõtrariũ dicat in c. 2. in fi. eo. titu. *Decima à papa imponi potest.* Nam postquã erat præceptũ leuitis à domino, vt hanc soluerent, ideo non inuenio legem repugnãtem, quominus imponi à papa etiãnũ possit, vt inferius dicetor, & habetur 2. Esdræ. c. 10. in fi.

Antequã decima imponi possit, quæ requirantur. 4 Et sic ex illa authorit. Nu. 18. requiruntur sequentia: primò q̃ hæc decima sit imposita & præcept. ib. præcipe. Ergo sine impositione summi sacerdotis ab alio imponi nõ potest, & si aliter fuerit imposita, indicens eam est excommunicatus. an. c. clericis. §. 1. de immuni. eccle. in 6.

Secundò, requiritur q̃ post impositionẽ fit denũtiata: ibi, denũtia. debitoribus enim denũtiari debet, vt soluãt. l. quidã liberus. ff. de seruit. vrbano. præd. doc. in l. vinũ. si certum peta. Tertiò, q̃ imponatur leuitis, id est clericis, qui decimas percipiũt. Ergo his qui non percipiunt decimas, imponi non possunt decimæ papales, quas regales hodie quidam vocãt. extr. 1. de dec. in cõmunibus.

Quartò, q̃ hæc decima imponatur super decimis beneficij: ibi, decimam partem decimæ. igitur non poss̃ imponi ei qui decimas non haberet, quia priuatio præsupponit habitũ. c. ad dissoluẽdũ. de despõsa. impube. & nunquã mihi fuerũt impositæ, ob defectũ materiæ, laus Deo. §. seruus. de ca. diminut. in Instit. & ideo nõ debetur decima ex hospitalibus. glo. in d. cle. vlti. eo. quam sequitur Felin. c. de quarta. col. 6. nu. 18. de præscri. aliàs consului pro societatate presbyterorum dioecesis Annicien.

Quintò, q̃ ipsi clerici accipiant decimã. nam si non acciperent, non tenerentur ad istam. ibi, cùm acceperitis à filiis Israël, &c. nisi per eos staret quominus acciperent, l. quod te. ff. si cert. peta.

5 Sextò, q̃ is qui eã petit sit Aarõ, id est summus sacerdos. ibi, & date eã sacerdoti. Ergo episcopis, archiepiscopis, vel aliis personis nõ debetur, nisi à papa cõcederetur. clen c. vlti. de dec. quæ sic habet: Si beneficiorũ decima cuius simpliciter cõcedatur ad tẽpus secũdũ taxationẽ decimæ in illis partibus, in quibus fiet cõcessio, cõsuetã, & ad mone tã curiẽtẽ cõmuniter ipsa decima leuari poterit, & debebit, nec per collectores, exactores, siue leuatores ipsius decimæ ecclesiarũ calices, libros, & alia ornamenta diuinis officiis deputata ex causa pignoris? vel distractionis cap. vel recipi nolumus, vel distrahi, seu quomodolibet occupari. *Pro decima solutione orna menta ecclesiæ capi nõ possunt*

6 Notandũ est, q̃ cùm in hoc regno Franciæ sæpe practicetur, vt dicit ibi gl. ideo super ea multæ solent oriri dubitationes, quæ decidũtur per extrauagantẽ primã de dec. in cõmunibus. ideo ad eã vnusquisque recurrat, & aliàs de hac cõsului, & plenè scripsi in cõsi. incipiẽte, istæ cõmunitates, &c. & nõ debet hæc exigi decima de capellis, quæ nõ excedunt viginti libras, teste Collecta. in c. nuper. eo. vbi plus dicit, quod si fructus alicuius beneficij fuerint augmentati, decima ista non debet augeri, postquam semel taxata fuit. clẽ. fi. de dec. Et quando debet prouideri de beneficio vsque ad certum valorem debet hic valor probari secundum taxationem decimæ, nisi aliàs valor probari possẽt, vt no. ibidem Collect. quod potest prodesse consiliariis, quibus prouideri debet de beneficio vsque ad ducentas libras, & non infrà. *Valor beneficiõ quomodo probari possit.*

7 Itẽ in cõsilio Cõstan. de hac decima sic reperi statutũ: Præcipimus & mãdamus iura quæ prohibẽt inferioribus à papa decimas & alia onera ecclesiis, & personis ecclesiasticis imponi, districtius obseruari, per nos autẽ nullatenus imponãtur generaliter super totũ clerũ, nisi ex magna, & ardua causa, & vtilitate vniuersalẽ ecclesiam concernente, & de concilio & consensu & subscriptione fratrũ nostrorũ sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinaliũ, & prælatorũ, quorũ consilium cõmodẽ haberi poterit, nec specialiter in aliquo regno, vel prouincia inconsultis prælatis ipsius regni, vel prouinciæ & ipsis nõ consentientibus, vel eorũ maiori parte: & eo casu per personas ecclesiasticas & authoritate duntaxat apostolica leuen- *Quæ requirantur antequam decima à papa imponi possit.*

tur

tur.in sessio.43.& Thosta plura scribit q. 74.super.c.23.Matth.

8 Et sic vides quando hæc decima imponi possit. Pano.in d.c.1.e.dicit in loců istius successisse quartă decimarů,quă episcopi, cùm episcopatus fructus erăt tennes, solebant recipere:hodie verò nő recipiůt,nisi vellet reparationes in beneficiis, à quibus quartă acciperent,facere.c.priscis.& seq. 10.q.3.vbi gl.sed cőgruentius cőuenit pa pæ, vt prædixi. vide Feder.consi.151.thema. & Marc.Mantua.consi.primo,e oncluden tem hăc decimă ex distributionibus quotidianis non deberi,ne diuinus minuatur cultus.Et quia aliàs sæpius ita fuit per pa pă declaratů,cuius declarationi stădů est.

Episcopi an decimă ab ecclesiis recipere possint.

9 Tertia est decima,quă vnusquisq; de populo Israelitico in suis horreis separabat, vt eas comederet,dum in tẽplum Hierusalem proficisceretur,cùm in uestibulo teni plileuitas inuitaret ad conuiuium.c.t. de dec.& Deu.12.&14. in fi.caue ne relinquas leuitam,quia nő habet aliam partẽ in possessione tua.& in locum istius succedunt, hodie anniuersaria,quæ pro mortuis fiunt, & interdum conuiuia presbyteris dantur in anniuersariis pro consuetudine quorů dam locorů,vt apud Virgil.lib.3. Aeneid. est videre,

Decima pro anniuersariis.

Solennes tum forte dapes,& tristia dona,
Libabat cineri Andromache,manes'q; ciebat.

Et sic olim decima pro mortuis dabatur. hodie mali eam relinquunt,& à deo relin quuntur. Vel oblationes quæ fiunt in manus sacerdotů,possunt loco ipsius esse decimæ,vt Pan.& alij dicunt,in d.c.1.

10 Ex quo ostẽditur,quòd hæc decima debet dari pro orationibus tă viuorů, quàm mortuorum.glo.in c.ecclesiis.in verb.seruus.13.q.1.dicens,quòd licet veteres deuotioni addicti,quatuor olim decimas soluerent,tamẽ hodie nec vna quidem bene datur,ideireo fame,penuria,bellis,& aliis infinitis malis constringimur,de quibus inferius dicq.q.vlt.

11 Quarta erat decima,quă veteres viduis& pupillis erogabant,de qua Deut. 26.c.ibi, quădo compleuerit decimam cunctarum frugum tuarum,anno decimarů tertio dabis leuitæ,& aduenæ,& pupillo,& viduæ, vt comedăt ĩtra portas tuas,& saturaretur.

Pupillis & viduis decimæ refrahebantur.

12 Ex hoc patet istam decimam capiendam post solutionem alterius decimæ,quæ parocho debetur,id est curato:& idẽ in alia quacunque decima:patet ibi,quando com pleueris decimam cunctărů frugum tuarum & hæc nő capiebatur,nisi anno tertio post alias decimas.ibi,anno decimarů iij.

Gradus in dando eleemosynă pauperibus.

13 Secundò,est gradus in dando,quia primò præcipit deus leuitæ dădam.ibi,leuitæ. & sic primò clerico pauperi dari debet,quàm laico. Tertiò aduenæ potius quă ciui. ibi, aduenæ:quia ciuis facilius inueniet quàm aduena. Quartò pupillo,potius quă pauperi maiori,maior enim est miserationis cau sa in minore.ibi,& pupillo, &c. Quintò viduæ.ibi viduæ.d.c.26. Deuter.Isti tamẽ gradus nő sunt necessarij:sed pro necessitate cuiusque distribuẽda est eleemosyna, smò in hospitalitate non est habẽdus personarum delectus: sed indifferenter quibuscunque sufficimus,hospitales nos exhibere debemus.c.si quis.in fi.42. distinc. Sextò, quòd hæc datur intra portas : hoc etiam non est necessarium:nam vbicunq; inuenitur pauper,est donandus eleemosyna,quia intra portas nostras venire pauperes pati non solemus.

14 Quinta est decima episcopalis,quă olim episcopi ecclesiis parochialib⁹ (quia episcopatus fruct⁹ tenuẽs erăt) recipiebăt.c. quo n ă & c.dudů.de dec.c.quia circa.§.de priui.c.vobis.&c.cőcesso.12.q.2.sed hodie de cősuetudine et.ă ista nő debetur.c.priscis. & c.seq.10.q.3.sed tantů quarta decimatio num episcopis affecta est.c. conquerente. de offi.ordinar.& in hac olim erat de iure communi fundatus,& fortè possunt intelligi iura,de quibus superius dicetur,an ho die debeantur.

15 Sexta est decima,quæ ex voto debetur, per tex.in l.2.§ fi.ff.de pollic.his verbis sic descriptum:Si decimă quis bonorů vouit, decima nő prius esse in bonis desist, quàm fuerit separata.Et si fortè qui decimă vouit decesserit ante separationem, hæc ipsius hæreditario nomine obstrictus est:voti enim obligationem ad hæredem trăsire cőstat.gl.in fi c.tua nobis.2.de dec.intelligit in decima,quæ ex voto debetur: secus in alia decima cuius transfertur dominiů in ecclesiam,etiam antequam sit segregata.

Decima ex voto debita.

16 Aduertendum est ad intellectum d.§. fi. d.l.2.Nam quăuis doct.ibi eum valde con torqueăt,ego tamẽ puto sic intelligi posse quòd si quis vouerit decimam partem bo norum,illa non desiit esse in bonis vouentis,priusquă fuerit separata ab aliis bonis. Ratio dubitandi erat , quòd in ecclesiam trăsit dominium sine traditione.l.fi. C. de sacrosan.eccle.c.a.de consue.sed cőtrariů est ibi.Nam pars bonorum decima est incerta:ideo nő separata nő desiit esse in bonis vouẽtis,quia incertam partẽ rei nemo possidere potest.l.3.§.incertă.ff. de acqui. possess.ignoratur enim super qua parte bo norum erit decima:ideo ecclesia nő habet rei vendicationem illius rei incertæ , tum quod non possunt esse vnius rei duo domini in solidů,tum quia nő est iusta causa ad partem incertam vendicădam:ideo non datur rei vendicatio.l.quæ de tota.§.t.ff. de rei ven.sed is qui vouit, actione personali cogi potest ad illă decim ă separandă, & soluendă,& præstandă,nec potest pæni tere post votů:qui si eă nő separauerit , & sic decesserit,hæres ipsius obstrictus erit: quia voti istius obligatio transit ad hæredes:vt ibi dicit tex.& sic vouẽs erat in vita obligatus. Quicqd dicăt ibi doct.per prin

Intellectus ad l.2.§.fin.ff.de pollic.

cipium

cipium tex. ibi, si quis rem aliquam voucrit, voto obligatur, quæ res personam vouentis obligat, nō rem, quæ vouetur, contra Bar. & alios ibi, & in l. si is qui pro emptore in fi. ff. de vsuca. alinqui non transiret obligatio, quæ non est. ss. ad hæredem. per l. 2. §. ex his. ff. de verbo. obli. l. hæredē. de reg. iur. arg. l. decem. ff. de verb. obliga.

Dominium rei donata quando ad eccle. non transeat.

17 Et sic limitatur d. l. fi. C. de sacrosan. eccle. vt non habeat locū, quando bona incerta sunt ecclesiæ donata, vt si quis donet tertiam, vel quartam partē bonorum, illo casu nō trāsibit dominiū sine separatione, per d. §. fi. l. 2. secus quādo bona certa sunt, tū ne duo in vnū specialia concurrāt. l. t. C. de do. prom. tū per rationes prædictas, quamuis gl. in c. moderamine. 16. q. 1. dicat hoc verū in decima quæ vouetur, secus in alia. tamē nō video diuersitatis rationem in his decimis: deo oportet iura iuribus conciliare. vt in l. vnica. C. de dot. promiss. nam post votum decima debita est, sicut & alia: quia dicitur, vouete, & reddite voto deo, ideo in vtraque decima idem dicemus: vt scripsi in q. 8. latius, inter quæ vis gl. & doc. in d. c. tua. 2. prin à sententiā sequatur, & votū pro volūtate & desiderio. gl. exponit in l. cura. §. 1. ff. de mune. alibi tractaui.

Decima fisco olim debita.

18 Septima quæ olim debebatur fisco, de his quæ mariti sine liberis decedētes, cōiugibus suis relinquebant: sed hodie abolita est, in l. 2. C. de infirmand. pœnis cœlibat.

Mettallorū decima fisco debetur.

19 Octaua est decima mettallorū. Nepe si aurifodinæ, argētifodinæ, vel aliæ metallorū venæ in fundis priuatorū inueniātur, decima metallorum pars fisco debetur, & altera decimæ domino fundi, detracta tamen ante omnia decima curato debita. per l. cū ct. C. de metal. lib. 11. gl. in l. inter publica. vbi scripsi. ff. de verb. signifi. & in decisio. Neapoli q. 321. vide inferius q. 8. de quibus bonis decima soluenda sit.

20 Nona, est decima litis. Olim is, qui iniuste lit gabat, nomine expēsarū & sumptuū decimā partē eius, quod petierat, reo dare tenebatur. & ἐπωβελία genus actionis dicebatur, qua qui experiri volebāt, pecuniam deponebant. Moris enim fuit, vt qui hoc genere experirētur, tā actor quā reus apud acta deciu ā æstimationis litis partē deponerēt, mulcta scilicet futurā temerè litigantis. testis est nobis Budæ. in commēta. linguæ Græcæ, quod probat l. generaliter. 1. C. de epis. & cler. sed ibi doc. in hoc dicūt illam legem abrogatam esse. & §. hæc autē. de pœna teme. litigant. in Inst.

Decima litis in curia parui sigilli exigitur.

21 In curia tamē parui sigilli, Mōtispessulani hæc decima alitur, ac confouetur. Nempe rex vel regina percipit decimā partem cuiuscunque debiti, in illa curia petiti: ab eo qui succumbit, vt est statutū in ordi. reg. rub. *de la court du petit seel de Montpellier. artic. 5.* & per totum.

22 Et baiulus seu gubernator Mōtispessulani etiā decimā partē eius rei quæ petitur in curia vindemiarū, obtinet, & in hac decimæ litis exactione inspicitur id, quod petitur, nō quod exigitur: nam si decē petantur, rex consequitur vnum, licet non debe rētur, nisi quinque. Bar. in l. in offerēdis. C. de appellat. allego tex. in l. pen. in fi. ff. de iurisom. iud. ibi, semper quātū petatur quærendum est, non quantum debeatur.

Ordinaria & extraordinaria decima.

23 Decimò, quædā est decima ordinaria, altera extraordinaria. Ordinaria est, quæ secūdum iuris ordinē imposita exigitur: vt decimæ prædiales, & personales: de quibus inferius. Extraordinaria est, quæ extra iuris ordinē imponitur, vt si papa ex aliqua iusta causa imponat, illa extraordinaria dicetur, & si quis vendat fundū liberū ab omnibus decimis, intelligitur de extraordinariis, non de ordinariis, deo & eius ministris debitis, vt docet Bald. in l. fistulas. §. frumenta. in fin. ff. de contrah. empt. per l. Seio. §. medico ff. de annu. leg. et. sequitur Frācisc. cremē singu. 107 vendidi. & Soci. consi 257. viso. col. 2. vol. 2. hoc tamen non approbo, vt alibi dicam.

Admiralus decimam recepit.

24 Extraordinaria etiam, quam admirallus seu admirabilis accipit ex latrocinijs marinis, vt patet rub. *De l'admiral* ordina. t. articu. 13. in Ordi. reg.

Integra decima.

25 Vndecima quædam est decima integra, quædā nō integra est, quæ cū integra te persoluitur, id est de decē vnum, & nouem retentis, secundū præstatur. c. fi. de paroch. c. commiss im. cum seq & c. cūm homines. c. ex parte. 2. & sequen. & ca. in aliquibus. ec. & hæc est vera decima, quæ Deo debetur, & curatis persoluitur.

Maiores decimæ & minutæ quæ.

26 Duodecimo, quædā sunt maiores decimæ siue grossæ, quæ ex frumento & vino soluuntur: minutæ verò quæ ex hortis, pullis, & ouis. gl. & doct. in c. cūm ex tua. & c. ex multiplici. de deci. vbi in Anglia in lana, lacte, & caseis est, & in multis alijs locis. in c. cūm in tua. de dec.

27 Decimatertia, quædam sunt feudales, id est in feudū data, aliæ non. c. tua t. de dec. de his dicam 5. quæstio decima.

De decimis parochialibus & earum speciebus.

28 Visis summatim decimæ diuisionibus, dicendum est de parochiali decima, quam duas in species partiti doctores ad vnum asserunt, videlicet in personales, & reales seu prædiales.

29 Personales sūt quæ ex acquisitis personæ labore, & opera, soluitur. c. ad apostolicæ. de dec. siue proueniāt ex artificio, industria scientia, militia, negotiatione, vel ex alio quolibet actu licito: vt dicetur inferius. q. 8.

An personales decima debeantur.

30 Quæro an istæ personales etiā iū deb ātur? Inno. in c. fi. de paroch. deberi existimat, sic dicēs, quòd licet quidā insani hæretici dicant personales non esse: in obligatione, tamen contrarium est expressum in Deut. 12. c. in princip. ibi, offeretis decimas & primitias manuū vestrarū, quod gl. sequitur

quitur in c.fi.de pœnit.dist.6 nā maior ratio est, quòd aliquis præstet decimā de eo quod manus tāquā nobilior pars acquirit quā de eo quod humus producit.c.reuertimini.& c.quicūq;.16.q.1.c.quadragesima.de cōsecr.dist.5.vbi iubemur dare decimas omniū:ergo de labore personæ. Hanc sententiā sequuntur Anto.& Pan.in c. in aliquibus.in fi.de deci.& hæ maximè debentur his curatis, qui nō habēt alias decimas prædiales, vt ecclesiæ vrbiū cōmunius, & tunc indigētes curati, postquā ministrant spiritualia, debēt metere tēporalia, & de altari viuere, postquā altari seruiunt.c.cū secundū.de præb.& possent tunc exigere decimas personales, & hoc est iustū vt asserit Asten.in sua summa, in 2.parte, rub. de deci.ar.4.q.6.gl.tamē.in c.j.de dec.lib.6. tenet decimas prædiales iure diuino debitas, personales verò humano.per d.c.in aliquibus.&c.nō est.vbi dicitur: quòd sancti patres in suis scripturis tradiderunt: ergo nō de iure diuino, & nullibi reperitur esse præceptū à iure diuino, q̄ personales decimæ soluātur: & vbi esset præceptū, hoc est de iure veteri, quæ lex vetus esset per Christū obliterata: vt Paul.ad Ro.7.& ad Heb.8.& 10.docet.facit c.fi.24.q.3.& ita residet Host.in c.ad Apostolicæ & c.à nobis eo.& Traiect.in d q.5. Vos tamen dicite hāc decimā, vt in 1.quæst.cōclusi, esse iuris diuini naturali ratione inductā, & an tolli possit, dicetur inferius.q.13.

Quadragesima decima tēporis.

31 Sunt tamen quædā decimæ personales, quæ deo ex persona propria præstari solēt vtpote agēdo pœnitentiam, & bona opera exercendo, ob quā rē fuit instituta quadragesima, vt decima temporis deo persoluatur, de qua habetur ad Heb.7.ibi, Leui qui decimas accepit, decimatus est.& c.quadragesima.de consecra.distinct.5.& aduersus istā nō præualet consuetudo nec inimicus, quāuis voraces circūeant hæretici deuorate eā, ne in cōspectu illorū sit, satagētes: sed ā eos instituta fuit, & post eos remanebit.

Prædiales decima quæ.

32 Prædiales decimæ sunt, quæ ex fructibus prædiorū debentur, ca.1.&cap.ad apostolicæ.c.peruenit.de deci.vini frumētiq; decima, & fructuū arborum. Hosti. tradit in summa.§.quot sint eius species.

Mixta decima.

33 Mixtæ sunt, quæ partim à prædiis proueniunt, vtpote, quia ibi viuunt animalia.c.cōmissum.de dec.nam sicut arbor illius loci censetor, in quo viuit.l.si plures.in fi.ff.arb.furt.cæsa.sic & animalia.l.cū quidā.ff.de fundo instruc.partim etiā à personis, i.à custodia personarū emanant, custodia deficiēte lupus inuaderet, & nullus vel paruus esset gregis fructus, qui de agnis, & aliis animalibus proueniunt, ac fœtus.c.pastoralis.& c. ad apostolicæ. deci. & de his inferioribus dicetur.q.6.& octaua.de aliis autem decimis nil, cùm sint facti, describo & quia in iure non reperiuntur.

Quæstionis quartæ Epitome.

1 *Decima quid.*
2 *Decima de licitè quæsitis soluenda.*
Furti species est de alieno largiri.
3 *Decima dicitur quota pars, & quare.*
4 *Decima diuino iure debita.*
5 *Decima an ex consuetudine debeatur.*

Quęstio quarta.

Quid sit decima.

1 QVARTO, quid sit decima? Responde: Est omnium bonorum licitè quæsitorum quota pars, deo diuina cōstitutiōe debita, Card. cons.26.pro euidentia Primo dicitur in diffinitione de omnibus bonis, quod probatur in c.est in potestate.ibi, de omnibus bonis decimæ sunt ministris, ecclesiæ tribuendæ.eo.

De licitè acquisitis decima solui debet.

2 Secundò, scribitur licitè quæsitorum, q̄ habetur in c.ex transmissa. ibi, qui fidelis homo, de omnibus quæ licite pōt acquirere, decimas erogare tenetur. eo. inferius elucidatur.q.5.Illa enim quæ iniustè quis acquirit, restituere tenetur, aliter peccatū nō dimittitur.reg.peccatū.de reg.iur.in 6.& sic non debet dare decimā illorū bonorū.species enim furti est, de alieno largiri, & beneficij debitorem sibi acquirere.l.si pignore.ff.de furtis.

3 Quota pars, videlicet decima.c.1.& per totū.eo.sed aliquā do soluitur duodecima, vigesima, vel aliaquota, & semp habetur pro decima: ideo dicitur quota pars, vt inferius q.13.an decimæ tolli possint, inferam. Debita, hoc probatur in c.tua nobis.2.eo.tit.& fusius tractaui sup.q.1.& 2.

4 Diuina constitutione, hoc exprimitur in c.tua.1.ibi, quæ diuina constitutione debētur.& c.in aliquibus in fi.ibi, quæ debetur ex lege diuina.eo.& comprehenditur ius naturæ: vt scripsi in 1.quæstio.superius.

An de consuetudine decima debeatur.

5 Nec refrigatur tex.ibi, vel consuetudine approbata: Ergo de consuetudine quædā decima debetur, & sic non ex lege diuina, quia respon. decimam deberi de constitutione diuina, verum quia cōsuetudo interdum eam diminuit, vt inferius dicam q.13.ob id illa debetur solum, quæ ex consuetudine approbatur, vel debetur, quasi velit dicere, si integra decima ex consuetudine nō debeatur, illa nō soluetur, & hoc vult dicere.d.§.fi.c.in aliquibus. & sic semper iure diuino debetur, à cōsuetudine approbato, vt scripsi superius q.1.Hosti.in summa.alia super hac definitione scribit, id eū recurras.hæc ad istam sufficient nūc quæstione, quamuis aliæ possent dari definitiones: ista nunc contentus ero.

Quæstionis quintę Epitomæ.

1 *Decimas quilibet soluere tenetur.*
2 *Decimæ tributa sunt pauperū, & eis affect.*

Prælati

3 *Prelati ad decimas prædiales tenentur, vbi sunt prædia sita: ad personales vbi sacramenta recipiunt, vel audiunt diuina. & nu. 4. & 8.*
5 *Decimas canonici & clerici soluunt: & quas. 6. & 13.*
6 *Intellectus cap. 2. de decim.*
Curati hodie ex decimis sue parochiæ aliis decimam non præstant.
7 *Monachi ad decimas non tenentur de laboribus seu nutrimentis suis. & nu. 21.*
9 *Sacerdotes an, & ad quas decimas teneantur.*
Clerici inferiores postquam sacramenta recipiunt, ad decimas & oblationes tenentur.
10 *Monachi non sacerdotes qui à curatis sacramenta recipiunt, ad decimas an teneantur.*
11 *Iudæi, Turcæ, hæretici & alii decimas dare tenentur de terris quas colunt. & nu. 12.*
Cõmodum ex sua improbitate consequi nemo debet.
14 *Pauperes an & ad quas decimas teneantur.*
Decima soluitur quasi debitum.
Debiti in solutione non habetur ratio ad difficultatem.
Ignoscendum ei non est qui paupertatis prætextu turpissimam vitam elegit.
Bona omnia communia necessitatis tempore.
15 *Pauperi quando decima remittenda.*
Ecclesia cultrix & auctrix iustitiæ, nõ patitur aliquid fieri contra iustitiam.
Actio inanis est, quam inopia debitoris excusat.
16 *Mercenarii & famuli ad quas teneantur decimas.*
17 *Decimam ex lucro institores soluant.*
18 *Meretrices an & quando ad decimas teneantur.*
Sacerdos à meretrice eo modo quo à Iudæis decimas recepit
19 *Decima non soluitur ex quæstu proueniente ex peccato notorio.*
20 *Decima de dote ecclesiæ an & quando soluenda res transit cum suo onere.*
Ecclesiæ non debent ædificari cum alicuius præiudicio.
21 *Religiosi tam exempti quàm non exempti ad decimas tenentur. & de quibus rebus.*
22 *Leprosi & heremitæ de quibus decimas soluant.*
23 *Fructus ante decimæ solutionem in domum nõ debent deferri, nisi in contrariũ sit consuetudo.*
24 *Constitutionis Regis Francisci I. quo ad decimas ratio.*
25 *Reges & principes decimas soluere tenentur.*
26 *Decimam quilibet soluat. & als nu 27.*
27 *Exemptio a decimarum præstatione à Papa solo datur, & ex iusta causa 28.*
29 *Cistercienses & alii in decimis habent priuilegium. & 30.*
31 *Cistersienses & alii de quibus decimas soluant.*
32 *Episcopi decimas non concedant.*
Episcopus contra concilium non dispensat
Episcopus laicis decimas non concedit.
33 *Idem in Abbatibus & aliis inferioribus.*
34 *Intellectus c. 11. de his quæ fiunt a præl. & nu. 15.*
35 *Præsentia inducit consensum.*

Quæstio quinta.

1 QVINTO, quæsitum est, quis ad has decimas teneatur? respondet. c. à nobis. de deci. ibi, cum igitur quilibet decimas soluere teneatur, siue sit nobilis, siue ignobilis, & non solùm futuras, sed præteritas. c. veniens. in fin. de transac. *Quis ad decimas teneatur.*

2 Sicut omnes tributum Cæsari soluere tenentur. c. si tributũ. & seq 11. q 1. l. fi. C. sine cẽsu. ita & multo fortius decima quæ sunt tributa egentium personarũ, & sicut tributa principib᷒, ita & decimæ pauperibus affectæ sunt. c. decimæ. 16. q. 1. c. tua. 2. de dec.

3 Etiã prælati ad decimas prædiales tenentur, vbi sunt prædia sita. Innocen. in d. c. 2. eo. Card. cons. 88. capitulum. nu. 7. *Decimæ sunt tributa pauperum.*

4 Et ad personales, vbi sacramenta ecclesiastica recipiũt, vel vbi audiũt diuina. Host. Bohic, Anto. & alij in c. 2. col. 2. co. ti. tum quod quilibet teneatur, & tam laicus quã clericus, docet tex. in 16. q. 1. c. si quis laicus. & sufficit ꝙ audiant diuina, licet nõ suscipiant ibi sacramenta. Inno. & But. in d. c. 2. in fi. aliàs posset fraudari ecclesia tota decima, si episcopus haberet omnia prædia, vel maiorem partem illius parochiæ, quod nõ est concedendum, vt in c. suggestum. co. titu.

5 Canonici de fructibus, nisi sint iam decimati illi ecclesiæ, vbi habent præbẽdas, decimas soluũt. c. nobis. & c. tua. vbi Host. & Innocen. co. & Anto. in d. c. 2. in fi. *Canonici & clerici decimas soluunt.*

6 Clerici etiã de prædialibus, sed nõ de dote eccle. decimas soluunt. per d. c. 2. cod. vel clerici nõ clericis æqualibus, sed superioribus decimas præstãt, vt quidã intelligũt d. c. 2. Ego vero dico ꝙ clerici nõ tenẽtur soluere clericis decimas ex illis decimis, quas recipiunt, sicut nec leuitæ leuitis persoluebãt: quia nil aliud ipsi id tẽporis possidebãt, sed si clerici nõ cõstituti in sacris labores accipiãt spiritualiũ ministrorũ, id est audiãt diuina, & sacramenta recipiãt à clericis, id est à sacerdotibus, eis tenẽtur ad decimas personales & hoc probat tex. ibi, illi profecto clerici, qui à clericis spiritualiũ ministeriorũ labores accipiũt, decimas eis debẽt. Et sic nouiter intelligo illũ text. quicquid ibi doct. dicãt. nã leuitæ decimis contenti erant, ex quibus decimas nõ persoluebãt, sic curati hodie ex decimis suæ parochiæ, aliis decimã non præstabunt. quãuis multiplex sit, vt q. 3. dixi. *Intellectus ad c. 2. de deci.*

7 Itẽ clerici cõmuniter viuẽtes, vel monachi decimas soluere nõ tenetur de laboribus, seu nutrimẽtis suis: quia omne ꝙ superest erogandum *Monachi ad decimas an teneantur.*

erogandum est in causas pias. c. decimas. 16.q.1.inferius dico.q.11.plenius.

8 Idem etiam in prælatis recipientibus sacramenta, vt etiam ad decimas personales persoluendas teneatur, vbi sacramenta recipiunt,& idem in sacerdotibus firmat Anton. But.in d.c.2.col.2.

Sacerdotes, an ad decimas teneantur.

9 Sed hodie cùm sacerdotes non recipiant sacramenta,nec audiant diuina ab aliis,sed ipsi per se cantant, & sacramenta per se recipiunt,decimas non soluunt, ad decimas tamen personales de lucro, & artificio, sicut Laici tenentur, & ad oblationes, quia nomine ecclesiæ percipiunt sacramenta, teste innocen.in d.c.2. Ego tamen tenerem contra eum, quia cessante causa, effectus cessare debet.c.cùm cessante de appel.nem pe Leuitæ non recipiebant decimas ab his, quibus non ministrabant. c. ecclesias.13. q. 1.sic non exigetur decima à sacerdotibus quibus non ministratur, sed in feriores clerici id est primæ tõsuræ, vel alij postquam recipiunt sacramenta, sicut Laici ad decimas, & oblationes astringuntur, siue sint coniugati,siue non:contra glo. ibidem in d.c.2.& hoc probat ibi text.dicens, illi qui recipiunt.ergo qui non recipiunt, non tenentur:argu.à contrario sumpto. quod est validum ca.cùm apostolica.de his quæ fi. à prælatis.

10 Idem est in monachis,non sacerdotibus, qui ab aliis curatis pascuntur, vt ad decimas, & oblationes teneãtur:secus, si sacramenta ab illis non recipiant, vtpote, quia sunt sacerdotes,tunc ad personales non tenentur.ca.alia.16.q.1.sed cum monachi, & alij religiosi, in suis monasteriis recipiant sacramenta,& ab alio quàm à curato, personales decimas non præstabunt,prædiales autem sic,vt inferius dicetur.

Iudæi decimas soluere teneantur Turca, hæretici, & alii.

11 Item Iudæi, de terris quas colunt. ca. de terris.eodem tit.ne forte illa occasione ecclesiæ valeãt suo iure fraudari, vt ibi dicitur.& idem doc.ibi, de Pagano, de Turca, & Heretico, vt non debeant esse ij stolidi meliorις conditionis, quàm Christiani, arg.l.Seruius.ff. quod vi aut clam. & cap. eum qui.de præbend.in 6.Card. in c.in aliquibus.eod. & ad personales decimas Iudæos, & Hereticos teneri concludit gl. in c.decimæ.16.q.1. & in d.c.tua. nam quãuis non audiant diuina, est tamen illis imputandum, quia non stat per ecclesiam, quæ nemini claudit gremium, & nemo ex sua improbitate commodum consequi debet. l.itaque fullo.ff.de fur. saltem tenebitur Iudæus,& infidelis soluere æstimationem illius decimæ personalis, & oblationes,quas habuisset ecclesia à bono christiano, qui in illa domo,in qua Iudæus habitat, resedisset, si ille infidelis ab fuisset. c. quanto. in fi. de vsuris. vt ecclesiæ seruentur indemnes. text.in summa.19.dist.in fi. & d.ca.quanto. & in 2. compila. erat decr. incipiens, ad audientiam.ad hoc expresse facta. Et ista asserunt Panor.& alij in d.cap.de terris. post gl.in c.tua.ibidem.

12 Et in sarracenis idem consuluit Oldrad. cons.91.venit in dubium. & Marc. Mantu. cons.188.cùm alias.col.2.& Alfons. de montal. in foro regal. rubr. de la guarda de las cosas de la sancta yglesia.l.4.lib.1.tit.6.

Canonici decimas soluere debent.

13 Idem cõcludit Lapus allega.63.in Dei nomine amen.Dubitatur in canonicis,qui acquisierunt domos in ecclesia parochiali, vt satisfacere teneãtur sicut alij, ne parochialis ecclesia dispendium patiatur. Vnde tex. præcipit in c.in aliquibus. eod. quòd domini dent colẽda sua prædia illi. qui decimas sine contradictione persoluant, & sic domus locari debet iis, qui decimas soluere valeant.

Pauperes an ad decimas teneantur.

14 Pauperes etiam ad has astringentur decimas teste Panor.& aliis in c. cùm homines. col. 2.de deci. quia decima quasi debitum soluitur.ca.parochianos. eod.tit.& in solutione debiti non habetur ratio ad difficultatem.l.continuus.§.illud. ff. de verb. obli. & sic nec ad inopiam, nisi post cessionem, vt in rub.ff.de cessio.bonor.& in c. Odoardus.de solutio.& propter paupertatẽ quis non debet aliena rapere :nec est ignoscendum ei, qui prætextu paupertatis turpissimam vitam eligit.l. palam.§.non est ignoscendum. ff.de ritu nuptia. facit cap. habebat.12.q.1. & melius est pauperi illas soluere,& Deum recognoscere,quàm sibi decimas retinere,alioqui quilibet posset se pauperem dicere,& sic decimas retinere,quod non posset fieri, sine superioris authoritate.glo. vlti.in ca. quia tua fraternitas. 14. q. 1.imò debet recognoscere se effectum pauperem,quòd decimas non soluerat. vt inferius dico.q. vlti. Et ideo non bene debet soluere,nisi ecclesia ei remittat:vt Host.in §.fi. q.8.in sua summa docet.: vel si forte fame periret,tunc nõ tenetur soluere,quia omnia bona sunt communia tempore extremæ necessitatis.l.2.§.cùm in eadem.in fi.ff.ad legẽ Rhodiã de iact.cap. si quis propter.de furt. & tunc debet confiteri. & propositum red dendi habere,ac promittere se redditurum, si ad pinguiorem peruenerit fortunam alioqui peccatum nõ remittitur.reg.peccatum. de reg.iur.in 6.

Decima quando pauperi remittenda.

15 Imò pauperi,qui non soluisset decimam longo tempore, quam si vellet postea integram soluere, opporteat quòd omnia sua venderet,ecclesia debet remittere,quòd in de viuere possit.per gl. in c. quicunque. in 16.q.7. quia ecclesia cultrix, & auctrix iustitiæ, non patitur cõtra iustitiam aliquid fieri in se,vel in alterum. Priuatus verò sæpe obuiat iustitiæ.c. vno.de aliena. feud. & inanis est actio, quam inopia debitoris excludit.ca.olim. 2.de restitutio. spoliator. l. nam is ff.de dolo. Panor.in c. vt super, in prima glos. de rebus ecclesiæ non alienan.

TRACTATVS QVI HOC volumine continentur.

De

TRACTATVS
DE DECIMIS, TAM FEVDALIBVS, QVAM ALIIS, NOVALIBVSQVE, ET

QVIBVS DEBEANTVR, ATQVE QVOMODO PETI SOLVI ac iudicari super his oporteat,& an tolli possint,& pœnas cõtra nõ soluẽtes continens, in forensi iudicio frequẽs, Authore Do. PETRO REBVFFO, Montepessulano, Iurium Doctore ac Comite,& ab ipso in Decretorum auditorio Paris. publicè prælectus

Quæstionis primæ Epitome.

Quęstio prima.

HANC frequentissimam & forensi iudicio vsu venientem materiam, à nostris iurium interpretibus hactenus non iustè tractatam, vtilitati deseruiens publicæ, breui ac ordine præscribere, quæstiones tantùm vtiles, ac frequentes inserere, ne chartas in vanum impleam, ratus: quod vt faciam, habita tamen prius Dei opt. maxi. inuocatione, præfactionibus omissis, ipsã rẽ aggredi toto conatu tẽtabo.

1 In primis dicam quo iure inuenta fuit decima. Secundò, quam ob causam. Tertiò, quotuplex sit. Quartò, quid sit, Quintò, qui ad decimas teneantur. Sextò vbi decimæ soluendæ sint. Septimo, quibus solui decimæ debeant. Octauo, de quibus bonis. Nonò, quomodo peti debeant. Decimò, coram quibus iudicibus. Vndecimò, quomodo solui decimæ debeant. Duodecimò, quando soluendæ sint decimæ. Decimotertiò, an tolli possint. Decimoquartò, an eis sublatis nouali debeantur: & ibi noualium abundè explicatur materia. Vltimò, quib⁹ malis afficiãtur nõ soluẽtes decimã: & quibus donẽtur præmiis soluẽtes. Quibus discussis, decimarum materiã facilè cõsequi vnusquisque poterit. *Totius tractatus summa.*

2 Prima igitur quæstio est, quo iure fuerit ista decima inuenta? Resp. quidã de iure naturæ inuentã arbitrãtur, gẽtes enim ante legẽ dictã, de quibusdã rebus decimas Deo persoluebãt, scribit autẽ Pli. lib. 12. c. 14. de thure his verbis: Thus collectũ sabotã camelis conuehitur, porta ad id vna patente, digredi via capitale leges fecere. ibi decimas Deo, quẽ vocãt Sabin, mensura, non põdere sacerdotes accipiunt, nec ante mercari licet. Facit etiã quod quod scribit ibi. c. 20 de cynamomo, sed post legẽ à Deo promulgatam fuisse opinor. *Quo iure inuenta sit decima.*

3 Item Abel munera de fructibus terræ, & de primogenitis gregis sui domino offerebat, Gen. 4. sed ibi nõ loquitur de decimis. Ad hæc Abraham de omnibus quæ à quinque regibus eripuerat, decimas dedit sacerdoti Melchisedech, Ge. 14. q Melchisedech *Abel, Abrahã & Iacob decimas soluerunt.*

antè legē erat, vt diuus Pau. sic ait Hebr. 7.c. Intuemini autē quantus fuerit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abrahā patriarcha. & Gen. 28.c item vouit Iacob votum dicens, si fuerit dominus mecū, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panē ad vescendū, & vestimentum ad induendum, reuersúsq; fuero prosperè ad domū patris mei, erit mihi dominus in Deū: & lapis iste quē erexi in titulum, vocabitur domus dei: cunctorū quæ dederis mihi decimas offeram tibi.

4 Prætereà frequēs apud veteres votū fuit, vt decimā prædæ & spoliorum, in hoc patriarchā insequētes Abrabam, Ioui & diis denouerent, quare Iupiter prædator nūcupatus est. id enim soluebatur, vt prædæ parte diuēdita donū diis & numibus dicarent. qui mos Gallorum fuit, vt belli iure quæsita, plerūque verò partē Marti deuouerent: in quo id erat constitutū, vt diuina ope implorata, is plus spei ferret, & propitios faciliùs habeeet deos, qui maiorē prædæ partē diis deuouisset. sed hoc post legem factum etiam fuisse verisimile est.

Herculi decimam solutam decet.

5 Decimā etiam Herculi passim voueri, votúmq; effundi solere apud Romanos verè fidei ignaros, in vsu comperimus: quod auspicatissimū duxerunt & fortunatissimum, qua de causa, Lucullū Romani moris & iuris peritū, quod decimam vouisset votúmq; persoluisset, maximis auctū opibus, fortunisque existimauerūt. sic scribit Alex. lib. geni. die. 3. c. 22. Item cùm captis vebis aurū delphico Apolini mittendum esset ob decimas prædæ, quas in bello Camillus vouerat: nec in publico facultas esset, ornamēta sua matronæ in ærariū detulere, patriæ magis quā suis cōsulentes commodis. testis est nobis Leuius lib. ab vrb. cond. 5. hos igitur, cùm legem non baberēt sola natura ductos, in comperto est. de hac decima loquitur tex. in l. 2. in fi. ff. de poll. vbi Bud. vocat eam Herculaneam: de qua inferiùs quæst. 3.

Mulieres ornamenta pro decimis soluēdis tradidere.

An decima de iure diuino.

6 Alij à Deo institutā autumāt, quia Deus opt. max. ordinauit, & præcepit eas solui, Exod. 22. c. ibi. decimas & primitias tuas non tardabis offerre, primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. & Leuit. vlti. capitu. omnes decimæ terræ, siue de pomis arborum, siue de frugibus domini sunt, & illi sanctificantur, non eligetur bonum nec malum, nec cum altero commutabitur. si quis mutauerit, & quod mutatum est &c.

7 Decimæ ergo constitutæ sunt à Deo per Moysem, vt persoluantur, à populo filiis Leui, pro ministerio, in quo deseruiebant ei in tabernaculo. non accipiebant filij Leui decimas, nisi ab eis, pro quibus offerebant preces: & quia sacerdotes seruiūt domino: ideo ipsis debent laici persoluere decimas. c. ecclesias. 13. q. 1. & decimas à populo sacerdotibus ac Leuitis esse reddendas diuinæ legis sanxit authoritas. c. decimas. 16 quæstione 1. Deus enim noster. qui dignatus est nobis totum dare, decimam à nobis dignatus est recipere, non sibi, sed nobis sine dubio profuturam. cap. decimæ. ibidem.

Diuisio decimarum, oblationū & aliorum iurium à Deo facta.

8 Et sic deus voluit, vt tribus Leuitica in duas scinderetur partes, videlicet in sacerdotes, & Leuitas. sacerdotibus enim omnia primitiarum iura, votorū, & redēptiones primogenitorū oblationum, & sacrificiorum dedit, Numero 18. c. Leuitis autem decimas omnium fructuum pecorum liberè concessit. summo verò sacerdoti decimam decimæ Leuitarum: vt in d. c. 18. scribitur. hodie cùm sacerdotes & clerici non sint diuisi, decimas, oblationes, & primitias recipient simul.

Conclusio quòd decimæ a deo sint institutæ.

9 Et sic putarem de iure diuino decimas à deo opt. max. institutas, dictante ratione quadam naturali, quæ est, vt recognoscamus illū, qui hoc nobis dedit. Sed quia in quacunque parte deum recognoscere possumus, placuit altissimo partem sibi acceptam declarare, & eam filiis Israël nuntiauit, videlicet decimam: nempe natura non dictat nos ad soluendum decimam, potius quàm aliam partem, sed ad offerendum aliquid deo, vt scribitur Ecclesiast. 35. cap. sic: non apparebis ante conspectum domini vacuus. hæc enim omnia propter mandata dei fiunt. Oblatio iusti impingat altare, & odor suauitatis est conspectu altissimi. bono animo gloriam redde deo, & non minuas primitias manuum tuarum, in omni dato hylarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas, da altissimo secundum donatum eius, &c.

Conciliantur opiniones.

10 Ex his cōciliabuntur ambæ opiniones, nam si concludemus eas esse de iure naturæ, sequeretur homines ante promulgationem à deo ligatos, & peccasse non soluentes, & tamen Iacob vouit eam, ergo non tenebatur, & Abrabam dedit sacerdoti Melchisedech decimam, non de fructibus terræ, sed de his que in bello acceperat, & sacerdos ei benedixit, vt pater Genes. 14. cap. in fin. nec poterant deberi, antequam declaratæ essent à deo, cui darentur, videlicet Leuitis: quibus præcipit, ne possessiones haberent: quod deus non fecisset, si de iure naturæ eis debitæ fuissent. aliis rationibus probat Thost. Matthæ. 23. capitu. & concludit de iure positiuo esse, sed cum prædictis vos vtranque opinionem tenebitis sic conciliatam, videlicet esse de iure diuino institutam, dictante ratione naturali.

Prædiales & personales sunt à Deo solum præceptæ.

11 Ex quibus infertur quòd tā decimæ prædiales, quàm personales sunt à deo institutæ, & soli præceptæ. de prædialibus superius dictum extitit, de personalibus scribitur 2. Esdræ capitu. 10. in fin. ibi, Leuitæ decim

decimas habent in omnibus vitibus, in quibus opus nostrũ exercemus.&ita est in Hebræo.& de his etiam scribitur Deuter. 12.c.in princ.ibi,offeretis decimas, & primitias manuum vestrarum.Demũ ius pontificium,& veteres patres folui eas ius diuinum sequẽtes coëgerunt,multáq; dubia in his declarauerũt.vt scribit glo.in c.qui cunque.1.in 16.q.7.concludens, tam decimas prædiales,quàm personales lege diuina debitas.idẽ consuluit Barba.consil.49. illud.col.4.in 3.vol.ista fusius scribit Antho.Butr.in c.parochianos.in t.q.eod. tit. de decim.& ista ad ea quæ dicemus inferius in 13.q.an tolli possint,proderunt.

12 Et quia natura nos inducit, vt id quod dedit mihi Deus,illi retribuã:ideo et à personales ex operæ erunt debitæ,licet cõtrarium teneat D.de Traiecto.in dict.q.quolibet 5.sed quota de iure est positiuo, nec à lege Dei noua præcepta, sed à lege antiqua iudiciali:vt testatur Angel. clauaf. in summa angel.in verbo,decima.q.2.& fratres prædicatores,&minores debent populum exhortari,vt solu ãt tam decimas prædiales,quàm personales.c.1.de deci.in 6.sic consuluit Alex.consi.60.Romana.vol.4.

13 Non refragatur opi.Hug.de S. Victo.in lib.1.de sacr.parte.11.c.4 & 11.vbi dicit decimas ante legem fuisse sub consilio,sub lege in præcepto,iam verò in libertate spiritus ambulare permittimur:quia cum à lege veteri inductæ essent,& non sunt renouatæ in nouo testa.de iure tantùm positiuo debentur,secundum eum.& hanc opi. sequutus est Do.Adria.de Traiec.summus olim pontifex,in d.q.5. vbi probat morte Christi abolitam illam veterem legem, in eo quod erant præceptæ solui tribus Leui,ex qua erant sacerdotes & Leuitæ. Respond. hodie verò clericis & sacerdotibus debentur.& licet ante legem non essent in præcepto Dei quo ad quotam,& cui darẽtur,tamẽ munera offerri in recognitionẽ beneficij necessarium erat, vt Eccles.25.c. patet.postea dominus statuit decimã dandam,quod ius pontifi.cõfirmauit. probat etiam c.parochi lein nos.ibi,cùm decimæ non ab homine, sed ab ipso domino sint institutæ.& c.tua.1.ibi,quæ diuina constitutione debẽtur.& c.tua.2.c.in aliquibus. de deci.licet istis iuribus Thost.respõdeat esse introductas à deo,sed hodie non deberi quasi à Deo præceptæ,sed à concilis, & à summis pontificibus, sed per prædicta puto institutas,&debitas iure diuino,quia Dei institutum non est reuocatum expressè,imo est receptum & approbatum ab ecclesia,&sic à spiritu sancto:&ideo dicitur etiam de iure diuino,quicquid fabuletur Thost.nã etiam in cõcilio Magũt.c.38. sic dicitur: Admonemus atque præcipimus, vt decimas de omnibus dari non negligatur,quia Deus ipse sibi dari consuluit: & sic à Deo maximo institutas esse, negari non potest.

Responsio opinioni, quod decima sit iuris positiui.

14 Nec extinctum fuit illud ius vetus per legem Christi,sed morale sic.& hoc erat iudiciale secũdũ theolog.quos refert Asten. in sua sum.in 2.Para.lib.6.titu.35. rub. de deci.dicens, quòd postquam determinatio decimæ partis est nunc per ecclesiam approbata,non minus debet illas hodie dare populus,quàm olim,cùm populus nouæ legis obligetur ad maiora:vt asseritur Matth.5.c.nisi abundauerit iustitia vestra plusquàm Pharisæorum,&c.& Pau. 2. ad Corin.3.c.in fi. Ego.etiam puto populum teneri de nouo iure Euangelij ad soluendum decimã. Matt.23.& Luc.11.dicit Christus hoc oportuit facere,& illud non omittere,scilicet decimas soluere fructuũ,quos dederat Dominus.&alib ,reddite quæ sunt Cæsaris cæsari, & quæ sunt Dei deo. Et quia decimæ erant dei, igitur renouatæ: quare de iure diuino,dictante ratione naturali,decimæ inuentæ sunt:à iure verò canonico forma & declaratio est facta : vt in tit. patet,de deci.& in multis alijs iuribus decreti.

15 Nec me mouet quòd illæ decimæ, quas euntes ad templum Hierusalem comedebant,Deute.14.sunt sublata,ergo, & istæ decimæ parochiales. Respond. illæ reseruabãtur ad sacrificia figurata offerẽda, quæ hodie cessant,ideo& illæ decimæ cessabũt. intellige tamen vt scribam q.3. etiam illæ quæ debẽtur summo sacerdoti,non sunt sublatæ,quia ex causa papa cas imponere potest.c.e.fi.de dec. Item decimæ quæ tertio anno præcipiebantur pauperibus dari, sunt in Euãgelio ampliatæ.Luc.vlti.quod superest date eleemosinã,& omnia munda sunt vobis.Non igitur solã decimam, sed omnia superflua iubet dominus pauperibus erogare.Asten.in sua sum.in 2.par.35. tit.rub.de dec.ver.circa tertium.

16 Imò quidam Theologi firmãt decimas, primitias,& oblationes in primo Decalogi præcepto includi,dum dicitur, dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues. Adoratio est cultus latriæ:cultus autem latriæ esse non potest sine dei seruitio,ac recognitione.& quia per illa tria deum recognoscimus,& illi seruimus, ideo illa tria in hoc 1.præcepto includi videntur,sed ibi non taxatur quota, ideo nõ est in hoc præcepto quota taxata:vt dicunt doct. Theolog.ad quos te remitto.

Decima an in primo cõtineantur præcepto.

17 De primitiis etiam quota in lege noua non est taxata, nam in animalibus olim sufficiebat vnum ex ducentis dare:in aridis ac liquidis de 40.ad sexagesimum, in c.1.eo.ideo est statuta quantitas pro arbitrio soluentis secundum loci consuetudinem, Inn. Panor. & alij in d.c.t. quod probatur Ezec.45.c.& hæ sunt primitiæ,quas tollitis,sextam partem ephi de choro fru-

Primitia quo tempore instituta, & quando fiat.

menti,& sextam partem ephi de choro or dei,& c.& computat Hostien. in d. cap.1. post Hiero. esse partem sexagesimam.

Abel & Romani primitias dederunt.

18 Item primitiæ tempore Abel inuētæ fuerunt, Gene.4. ibi, Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui.c.1. de deci.& dicuntur primitiæ primi fructus quos sibi dominus tanquā omniū rerum dominus retinuit:& quia omnia dat bona, in primis eum recognoscere debemus. Vnde Plin. lib.18.c.2. ait: Romanos olim non prius degustare nouas fruges, aut vina solebant, quā sacerdotes primitias libāssent, & istæ primitiæ ter in anno domino offerebantur: in Paschate de nouis granis, in Pentecoste de nouis panibus, in Septembri de nouis fructibus illius temporis, videlicet vini & fructuum. Theologi in Leuit.25.c.& festa primitiarum gentes coluisse legimus, Iudicum 9.c.

Athenienses crinium primitias offerebant

19 Item Athenienses eùm ex Ephebis decessissent, primitias crinium Delphos deferebant, & eùm antiquiores comam circa tempora, aut posteriorem crinem Apollini, & fluminibus tōdērēt, æuo succedente Thesæus anteriorem capillum Delphis dedicauit, vnde Thesei tonsura prodita est: cuius exemplo iuuenes, cùm ex ephebis excessissent, interiorem comam Phœbo, & Aesculapio, aut libero obtulere primitias: posteà Romani adolescentes magnæ Indolis primam lanuginis barbam diis consecrare vsurpārunt, teste Alex. lib. genial.5. cap.18. facit glos. in verbo, & primitias.13. q.1.c.1. sed cui hodie primitiæ debeantur? Respond. curato à populo constituto in sua parochia.

20 Nec refrigatur quod scribitur prouerb. 3.c.ibi, honora dominū de tua substantia, & de primitiis frugum tuarum da pauperibus. vbi Chartus. intelligit Deum honorandum de decimis & premitiis:& postea dandum esse pauperibus de bonis nostris. Alij intelligunt quòd honorādus est Deus de omni substantia sua, & de primitiis frugum dare oportet pauperibus: quia non primitiæ deo offerebātur.c.1.de deci. ideo de primitiis & præcipuis fructibus da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt.

Consuetudine solui an primitiæ possunt.

21 Vel melius dici potest, in Hebræo non esse, da pauperibus: sed sic scribitur, glorifica dominū de opibus tuis, & de primitiis omnis prouentus tui: sic enim implebuntur horrea tua satietate, & torcularia tua musto exundabunt. Et ideo non obstat quòd valere consuetudinem, vt nihil soluatur de his primitiis, & excusare à peccato, scribat Henr. Bohic. in d.c.1. Ego verò puto contrarium: quia hoc est præceptum affirmatiuū, videlicet Deum honorandum de primitiis. non honoretur, si nullæ datæ tur, gitur consuetudo non valeret, tum quia inducit ingratitudinem, videlicet vt deo ingrati simus quia omnia nobis dedit superat enim ingratos getas (vt prouerbio dicitur) qui has primitias & oblationes nō soluit secundum consuetudinem: quæ si non appareat, tunc quantum debeat soluere, est ei liberum dummodo aliquid soluat de singulis fructibus, & qui hoc fecerit, diues erit, & benedictus à domino, & hoc asserit Andr. Hispa. in regula decima. quæstio.8.

Primitiæ decimæ & oblationes in bonis ecclesiæ numerantur.

22 Et sic primitiæ, decimæ, & oblationes præcipuè in solis ecclesiarum bonis numerantur.c.causa.de verb. significa. non est tamen præceptum morale, vt primitiæ dentur, potest enim deus honorari tam in medus fructibus, vltimis, quā primis, sed est quoddam præceptum iudiciale, & figurale, vt primitiæ dentur, id est primi emolibet rei fructus:c.magnæ. circa finem. deuoto & in his maximè consuetudo attenditur. vt suprà dix, & Boer. in decis. Burdegal.236. pro iure primitiæ. timen vt aliquid soluatur, vt superius dictū extitit, est diuini iuris, id est à deo præceptum factū.

Oblationes quo tempore inceperunt.

23 Oblationes verò inceperūt tēpore Cain, & Abel: vt scribitur Genes.4. licet quidam dicant à Noë, per id quod scribitur Gen. 8.c.in fi. ibi, ædificauit autem Noë altare domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare. sed antea oblationes inductæ erant, vt patet. oblationes autem dicimus quæcunque de propriis & licitis rebus ecclesiæ à fidelibus offeruntur. c. causa. de verborum significa. & numero 7.c. scribitur, quod principes Israël obtulerunt munera coram domino sex plaustra tecta cū duodecim bobus, & alia magna munera, vt ibi scribitur, quæ dominus iussit suscipere, & ea Leuitis tradi. hodie, si offerant solidum, videtur magna oblatio: sed tamē valde distat ab oblatione veterum.

Quibus casibus oblatio debetur.

24 Sed dubitari potest an necessariò faciendæ sint curato oblationes? Respōde sic, in casibus sequentibus. Primò, quando consuetudo aufferet, nam laici laudabiles consuetudines seruare debent. cap. ad apostolicam.de symo. plenè Panor. in rubr. de paroch. in fi. Henric. Bohic. in secūda distin. cap. quamuis. de decim. Secundò, si curatus indigeat. non enim suis militare stipēdiis tenetur. Paul.1. ad Corinth.9.& c. cùm ex officij. de præscript. glo. in c. omnis. de consecra. distinct.1. Felyn. in c. veniēs.1. col. 2. de testi. Tertiò. in præcipuis anni festis, & maximè vbi ecclesia non habet decimas prædiales. d.c. omnis Christianus. de consecra. distinct.1.& Bohic. in d. c. quamuis. Quartò, quando oblationes essent ex testamento faciendæ, vt pote in anniuersariis, vel in sepulturis mortuorū, tunc illæ oblationes sunt necessariæ.c. nulli.12.q.2. cap. vltima voluntas. & cap. qui oblationes. 13. quæst. 2. Syluester prier. in sua summa

mis,in verb. decima q.2.

25 Quinto,vbi non soluũtur primitiæ, tunc quia oblationes succedunt in earum locũ, ideo necessariæ sunt.vide c.statuimus.16.q. 1.& si quis ublationes ecclesiæ accipere,vel dare voluerit præter episcopi conscientiã, vel eius,cui huiusmodi sunt officia commissa,nec cum eius voluerit agere consilio, anathema sit,in Gangrensi cõcilio fuit statutum,vt patet in c in canonibus. 16. q. 1.etiam olim non audebat quis prophetam consulere,aut accedere vacua manu, vt patet 1.Regum.c.9.sic non debent parochiani ad ecclesiã ire sine oblationibus,diebus maxime festis.

Prophetas consulere sine donis veteres non solebant.

26 Nec valet consuetudo,vt laici oblationes recipiant in ecclesia.c.antiquos.c.quia&c. sanctorum.cum sequent.10.q.1. nam decimæ & oblationes æquiparantur.cap.quam uis.de deci.vbi Iohan And.

27 Et qui tres dicunt esse oblationũ species Prima est donatio rei inter viuos deo facta, vel ecclesiæ. Secunda causa mortis facta, quæ instar legatorum redacta est. Tertia est vsualis, quam fideles faciunt ad altare, vel ad manum sacerdotis: vbi etiam firmant oblationes tunc spectare ad episcopum, quando celebrat in aliqua ecclesia suæ diœcesis.teste Matthæ.de afflict. in cõ stitut.Neapol.li.b.1.rub.de dec. nu. 32. con suetudo tamen in plerisque locis est in contrarium,etiam extra consuetudinem episcopus a paupere præsbytero recipere eas non debet.

Tres species oblationũ, & quæ de episcopo debeantur.

Laici oblationes recipere nõ possunt etiam ex consuetudine.

28 Et sic improbatur consilium Dec.148.reuerende. vbi decidit valere consuetudinẽ, vt laici in oratoriis recipiant oblationes. nam cùm ipsi sint incapaces,non valet consuetudo.c.quanto.de consuet. nec episcopus potest consentire,vt dimidiam partem oblationum laicus habeat.c si quis basilicam.de consecra.distinct.1. alibi si operæpretium fuerit abundantius scribam : nam sacras oblationes dicit text. in c. inquirendum.de pecu.cleric.& sic laicis non potest competere ius recipiendi oblationes : sed ex causa dari oblationes laico possunt, fortè ad ecclesiæ reparationem,vel ad aliquem honestum vsum,& ad tempus, ita tamen, vt nullum ius per hoc habeant eas vendicandi:teste Præposit. in cap.altare. 1. quæstio.3.

Cui debeantur oblationes factæ.

29 Et cui debeantur oblationes factæ imagini, quæ curato illius ecclesiæ, vbi est imago. docet panor.in c.dilectus.col.3.versic. 2.de offic.ordin.& cap.quoniam.eo.& Troilus maluitius in tract.de oblatio.& episcopus non potest eas concedere domino domus, vbi est imago.Panor.in c.quamuis. eod. & in d.rub.de paroch.

30 Et quod hæ oblationes curato debeantur, conuertendæ tamen sunt in reparationem ecclesiæ per episcopum,si ecclesia indigeat, legi in integra compilatione Alex. papæ.3. rubri.de deci.in hæc verba,Plenè nobis innotuit ex tuarum literarum continentia quòd cùm hostia quadam sacrata in arca cuiusdam mulieris parochiæ tuæ conclusa fuisset, virtute domini facies teparsfere media in corpus Christi manifestè conuersa est,ita vt caro videatur.Cùm verò hostia ipsa à parochiali ecclesia,quam scilicet ecclesiæ tuæ ad ecclesiam ipsam maiorem translata sit:idem canonicus oblationes,quæ ob rentu illius corporis Christi eidem ecclesiæ prouenium, instanter requirit, quas in reparationem ecclesiæ fideliter, sicut asseris, errogasti:licet autem eidem canonico petas super hoc silentium impon', & nos libenter in eo,quod secundum dominum possimus, petitionis velimus attendere & admittere,petitioni tamen super hoc non possumus exhibere fauorem,sed venerabilibus fratribus nostris Albano & Siluano episcopis,quibus causam ipsam committimus,dedimus in mandatis, vt præfactum canonicum commoneant à petitione ipsarum oblationum desistere,vt eas in reparationem ecclesiæ prædictæ erogari permittat. Si verò ad hoc induci non poterit, eidem causæ debitum finem imponant. Et in supraseriptione illius decretalis scriptum est,Alexander tertius Atrebatensi episcopo.Et sic quandiu imago est in parochia, oblationes parocho debentur. Si verò iure translata fuerit in aliam ecclesiam, illi ecclesiæ,in quam translata est,debetur.&illa decretalis non est in nostris decretalibus communibus.

Oblationes imagini factæ in reparationẽ

ecclesiarũ cõuertenda.

Decretalis in integra.

31 Notandum est,quòd nec oblationes dissidentium, nec eorum qui pauperes opprimunt, recipi debent,cap. oblationes.& meretricis publicæ. cap. ex transmissa. eod. & inferius dico, quæstione quinta, nec raptorum oblationes. cap. super eodem de raptoribus. sicut nec vsurariorum. cap. quia in omnibus de vsur. nec alicuius, qui crimen notorium horridum commisit.cap. miror. 16. quæstio,7.Innocent. in dicto cap. ex transmissa. item qui bona ecclesiæ inuadunt, oblationes non offerant ante restitutionem. cap. de viro. duodecima quæstione secunda. & hoc est in detestationem criminis introductum, nec ecclesia videatur approbare illud delictum grauissimum, & cum illo in eodem participare.

Quorum oblationes recipi nõ debent.

32 Hodie ista non vident sacerdotes, sed passim ab omnibus recipiunt, fortè quia conditiones personarum,& eorum crimina ignorant,nec de illis inquirere tenẽtur. Vide Exod.25.cap.materiam istam oblationum vide plenè examinatam per Socynum in suo tractatu de obla. & hæc seruiunt ad elucidationem rubri.de deci.primi.&obla. & ad ea quæ inferius dicentur. & hæc de prima quæst.

Quæstionis secundæ Epitome.

1 *Decimæ quam ob causam introductæ.*
Deus omnium dominus & vniuersalis: qui in signum vniuersalis domini decimas sibi retinuit.
2 *Decimæ institutæ pro victu ministrorum ecclesiæ, & quare. nu. 3.*
Afflictionum nostrarum causa.
4 *Decimæ propter fabricæ constructionem, & tuitionem: item propter pauperum & hospitum receptionem institutæ. & nu. 5.*
5 *Bonorum ecclesiæ tres portiones faciendæ.*
6 *Abrahæ hortus.*
7 *Decimæ propter seruitium debentur.*
Mercenarius dignus mercede.
8 *Decimam quare Deus potius sibi retinuit, quã aliam partem. & nu. 9.*
9 *Decima quare vocetur spiritualis.*
10 *Curatus quatuor matriculas, seu libros habeat: & quare. & nu. 11. & 12*

Qustio secuda.

1 SECVNDO, quamobrem introductæ sunt Respon. primò in signum vniuersalis domini Deus opt. max. eas sibi retinuit. c. tua. 2. eodem. insiciari enim sanæ mentis vir non posset, quin Deus omnium dominus sit, & vniuersalis. nam domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. ideo vt illum recognoscamus talem esse, ipse sibi has retinuit decimas, tributa vero pricipes, in signum specialis, dominij. c. cùm non sit eod.

Quam ob causam decima introducta sint.

2 Secundò, decimæ sunt etiã institutæ pro victu ministrorum ecclesiæ: & aliæ possessiones téporales eis sublatæ fuerũt. Nu. 18. in terra eorum nihil posidebitis, decimarum oblatione cõtẽti: & ibidẽ cap. 8. inferte omnem decimam in horrea mea, vt sit cibus in domo mea. super quo ait Hier. Sciatis vos perdid sse abundantiam, quia fraudastis me parte mea: reddatis igitur mea, & ego restituam vobis vestra. Et Malach. 3. c. inserte omnem decimã in horreum meum, vt sit cibus in domo mea, & probate me su per hoc, dicit dominus. Vnde Pharao tempore famis sacerdotibus statuta cibaria ex publicis horreis præbebat: & idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas Genes. 47. & nos hodie opprimimus sacer dotes, & ecclesias, ideo omnibus affligimur malis. cap. multi. 1. q. 1.

pro victu ministrorum decima sunt instituta.

Cur hodie affligamur.

3 Tertiò hæ decimæ sacerdotibus cõcessæ fuerunt, vt legi dei liberiùs vacare possent: vt scribitur 2. paralipome. cap. 13. præcepit etiam Ezechias populo habitanti Hierusalem, vt darent partes sacerdotibus, & Leuitis, vt possent vacare legi dei.

4 Quartò, propter fabricæ cõstructionem, & tuitionem. cap. vobis & cap. concessio. & cap. mos est. duodecima quæstione 2. Hostien. in rub. huius tit. Ioh. An. And., & alij post eum ibidem.

5 Quintò, propter pauperum & hospitum receptionem. Deuterono. 14. cap & Augu. de Anchona. in tracta. de ecclesia potestate. cap 73. 4 quæstioni, dicens ex hoc ordinationem ecclesiæ ortam vt de stipendijs ecclesiæ tres portiones fieri debeant. in c. mos est, 12. quæst. one 2. vna pro victu cleri ci: secunda pro reparandis ecclesi is, tertia addicta est pauperibus: & aliter dispensans rem ecclesiæ, tenetur vnde Christus Matthæ. 17. cap. in fin. noluit de sibi datis soluere tributum, & ad alium vsum conuertere: sed misit Petrum piscatum, vt ibidem dicitur. & diuus Hieronymus super Matthæ. 13. c. scr. bit. vt refert de Anchon. vbi supra.

Tres portiones de bonis ecclesiæ fieri debent.

6 Legimus etiam Abraham hortum plantasse iuxta puteum iuramenti, quem Hebræi Bersabaa vocant: hortum inquam, plenum optimis fructibus, & peregrinos suscepisse hospitio, quibus gratis necessaria omnia concedebat, nihil aliud pro pretio exigens, quàm vt scilicet orb s conditorem agnoscerent, venerarentur, & timerent rectorem cœli & terr , cuius donum esset, quicquid comedissent, vel bibissent, si que in vera religione instituros, & ad vitæ melioris instituta conuerios dimittebat. sic ait A phonl. lipoma. in lib. Genes. cap 21. in fin.

De horto Abrahæ.

7 Sextò, propter sacrificiorũ oblationem. nam diuus apostolus ait: qui altari seruit, de altari viuere debet. 1. ad Cor. 9. & c. cùm secundum. de præb. & Nu. vlt. c. filiis Leui dedi omnes decimas pro ministerio quo ser uiunt mihi, in tabernaculo fœderis: ideo hoc naturali conuenit ration , vt qui seminat spiritualia, metat carnalia: nã mercenarius dignus est mercede. diuus Paul. & bonorum laborũ gloriosus est fructus, vt ait Philosoph. & ratio naturalis dictat, vt qui deo pro populo ministrat, ab eo alati r. Hostien. c. a nobis. col. 3. eo. scripsi in p̃ ata. ad rub. de colla. in concord. Imol. in c. 2. de transact. dicit personales deberi in compẽsationem oneris sacramentorum.

Decimæ propter seruitium debentur.

8 Septimò, ex hoc patet deũ retinuisse decimam, potius quàm aliã partẽ, quia numerus denarius perfectionem signat. decimæ enim & primitiæ deo offeruntur, id est, tertium & perfectio bonorum operum deo perfectè sunt adscribenda: quia sine eo nullum bonum opus inchoatur, aut perficitur vt diuus Paulus ad Philippen. 2. ait ipse est qui operatur in nobis, & velle, & perficere. Nouem verò partes retinentur, quia numerus est imperfe us: nempe quicquid imperfectionis, & defe us in nobis est, nobis inquã, & nostris defectibus est adscribendum

Quare potius decimã deus retinuit, quàm aliam partem.

dum,non verò Deo.ideo scribitur Oze.13. perditio tua,ò Israël,& in me auxiliũ tuũ. Hostien.in c.à nobis.col.2.co.& deus istã partẽ tanquam Leuitis sufficientẽ,& alteri populo non molestam, retinere voluit, vt Thosta.scribit super cap. 23.Mat.q.56.vel etiam deus a nobis primitias & decimas requirit,id est,primas & vltimas portiones, cũ ipse sit omnium principium & finis:cui principio fructus primarius,& cui fini decimas offerre debemus. denarius enim est, & omnium numerorum complementum, & finis : vt in harmonia mundi , tom.4. in fin.

9 Octauò,decima vocari potest spiritualis, quia humilitatem continet illã, per quam omnia bona à Deo data esse nobis recognoscimus:mala autem à nostro figmento naturæ:vnde si quis doctus potest alios erudire,non suæ debet attribuere prudentiæ,ingenióque,quod possidet,sed gratias primũ agat domino,qui cũcta largitur,deinde sacerdotibus,& ministris, à quib' est eruditus. c. reuertimini. vers. si quis doctus. 16. q.1. Floren.in 2.parte,titu.4.c.3.§.1.Et sic deus decimam,id est numerum perfectum sibi retinuit,tum quòd sit perfectus,tum quòd in nobis operetur,& velle , & perficere , vt dixi.& nobis imperfectum reliquit numerum,quia imperfectio in nobis est,& figmẽtum nostrum ipse cognoscit.

Curatus debet habere quatuor matriculas seu libros.

10 Vltimò,vt omnia onera illi incumbentia curatus soluat,tam pro legatis & nuntiis sedis apostolicæ, quàm episcopo , clericis, fabricæ,& pauperibus,& vt ista debite valeat expedire, opus est vt curatus habeat quatuor matriculas,seu libros , in quibus quatuor ista scribat:Primò baptizatos in vno libro scribere debet,diem & mensem, & annũ natiuitatis,patrẽ,& matrẽ,si legitimi existant:alioqui sufficit matrẽ describere,& susceptores,id est patrinos,& hoc probatus in c.cõtumaces.50.dist.& gl.in c.nomẽ.2.q.1.ex quo tex.extracta est ordi.regia sub. *Des registres des baptesmes*. Vbi abũdantius scribã.Secunda est pro decedentibus vt etiam horam decessus,si possibile sit, describat:hoc proderit,vt sciatur quãdo vacarit beneficium, an in mensibus qualificatorũ,vel ordinariorum,vel an in mensibus papæ, aut in mẽsibus ordinariorum,vbi papa habet certos mẽses.proderit etiã,vt sciamus,si pro decedẽte orandũ sit,& eleemosina facienda.c.à nobis.2.de senten. excom. nam & in extremis potest excõmunicatus absolui.c.vlt.de sepul.imò etiam post mortem,solennitate tamen adhibita,quæ describitur in d.c.à nobis.2.

Elucidatio ordi.regia.

11 Tertia matricula est pro contrahentibus vt si per hostiles incursus, aut incẽdia subditi dispergantur , illos curatus tempore quietis recolligere, ac ipsis testimoniũ per literas,proprio parochiæ sigillo siguatas, de fide & matrimonio dare possit , de quibus in c.non oportet.1. de consecra.distin. 5.vbi glo.

12 Quarta pro illis,quibus de bonis ecclesiæ subuenit,vt ita ecclesiæ possint seruari indẽnes,& concessa ac mutuata tempore famis sterilitatis ac necessitatis, possint repeti tẽpore fertilitatis,& abundantiæ , ab illis,qui bona habent,& posteà afflictis , & miserabilibus personis in suis necessitatibus subueniatur,& hòc pulchrè docet Iohan.Hugo,in tract.de offi. quatuor prælat. rub.de matriculis curati.quod facit ad ordinat.regiã Francisci. rub. *Des registres.* quã plenius elucidaui in l.qui in cõuentibus.ff.de ver.signi.& in d.ordi.in 2. tomo.

Quæstionis tertię Epitomæ.

1 *Decima quotuplex.& nu.2.& 3.*
3 *Papa ex causa decimam imponit.*
4 *Decima decimæ antequam imponatur , quæ requirantur & nu.seq.*
Debitoribus denuntiari debet,vt soluant.
Priuatio præsupponit habitum.
Decima ex hospitalibus an debeatur.
5 *Ecclesiæ ornamenta pro decimæ solutione capi non possunt.*
6 *Decima decimæ non debetur de capellis non excedentibus viginti libras.item nec de distributionibus quotidianis.nu.8.*
Beneficii valor quomodo probetur.
8 *Decimam ab ecclesiis an episcopi recipere possint.*
9 *Decima pro anniuersariis.& nu.10.*
11 *Decima pupillis & viduis reseruata.& quãdo capienda nu.12.*
13 *Gradus in dando eleemosynam.*
Miserationis causa maior in minore , quàm in maiore.
14 *Decima episcopalis.*
15 *Decima ex vno voto debita.*
Voti obligatio ad hæredem transit. & numero 16.
17 *L.11.§.fin.de pollicitat.intellectus.*
Dominium sine traditione in ecclesiam transit.
Possidere incertam partem rei nemo potest.
17 *Intellectus l.fin.C.de sacrosanc.ecclesi.*
Dominium rei donatæ quando ad ecclesiam non transeat.
18 *Decima olim fisco debita.*
19 *Decima metallorum.*
20 *Decima litis,quæ.& nu.21.22.*
21 *Decima ordinaria & extraordinaria.*
24 *Admirallus decimam ex latrociniis marinis accipit.*
25 *Decima integra quæ.*
26 *Decimæ maiores & minutæ quæ.*
27 *Decimæ feudales.*
28 *Decimæ parochiales aliæ personales,reales, seu prædiales aliæ.*
29 *Personales decimæ quæ:& an hodie debeantur. & nu.30.*
31 *Quadragesimæ temporis decima.*
32 *Decimæ prædiales quæ.*
33 *Decima mixtaque.*

Quæstio tertia

Decima quotuplex. 1 TERTIO, quotuplex sit decima? respondeo multiplex. nam quædam est de spiritualis, de qua s. in proxima q. fuit dictum. temporalis verò est, quæ de tẽpore debetur, & ob id instituta fuit quadragesima, vt domino pars decima temporis tribuatur. capi. tu. quadragesima de consecra. distinct. quinta. ideo qui quadragesimam non seruant, Deo decimam subtrahit.

2 Altera est substantialis, quæ ex substantia hominũ debetur. sic vocat Florēt. in 2. partæ summæ. in tit. 4. c. 3. §. 1. & seq. & ista de omnibus frugibus debebatur leuiticæ olim tribui à populo ex lege. c. 1. de de deci. Exod. 22. c. & Leuit. vlti. & licet aliæ solui essent solita, non tamen ex lege debentur, sicut ista, & est decima quæ parochialis vocatur: quia curatis parochialis ecclesiæ debita est regulariter, & hanc pertractat e nostræ est speculatiuæ.

3 Secunda est quã leuitæ, hoc est inferiorũ ministrorũ gradus, summo sacerdoti, videlicet Aaron, dabãt. nu. 18. c. ibi, præcipe leuitis, atque denũtia, quum acceperitis à filiis Israel decimas, quas dedi vobis, primitias earũ offerte domino, id est, decimã partem decimæ, vt reputetur vobis in oblationem primitiuorũ: & date eã Aaron sacerdoti. & isti cõparatur decima, quæ papæ tribuitur. Potest enim papa ex magna causa, vtpote si cõtra infideles, vel ecclesiæ inimicos bellum gerat, hanc imponere, vel ex alia iusta causa. quamuis Panor. cõtrariũ dicat in c. 2. 10 fi. eo. titu. Nam postquã erat præceptũ leuitis à domino, vt hanc soluerent, ideo non inuenio legem repugnãtem, quominus imponi à papa etiãnũ posit, vt iosferius dicetor, & habetur 2. Esdræ. c. 10. in fi.

Decima à papa imponi potest.

Antequã decima imponi possit, quæ requirentur. 4 Et sic ex illa authorit. Nu. 18. requiruntur sequentia: primò ꝙ hæc decima sit imposita & præcepta. ab. præcipe. Ergo sine impositione summi sacerdotis ab alio imponi nõ potest, & si aliter fuerit imposita, indiscens cam est excommunicatus. in c. clericis. §. 1. de immuni. eccle. in 6.

Secondò, requiritur ꝙ post Impositionẽ sit deoũtiata: ibi, deoũtia. debitoribus enim denũtiari debet, vt soluãt. l. quidã ibetus. ff. de seruit. vrbano. præd. doc. in l. vinũ. si certum peta. Tertiò, ꝙ imponatur leuitis, id est clericis, qui decimas percipiũt. Ergo his qui non percipiunt decimas, imponi non possunt decimæ papales, quas regales hodie quidam vocãt. extra. 1. de dec. 10 communibus.

Quartò, ꝙ hæc decima imponatur super decimis benefic. ibi, decimam partem decimæ. igitur non poss. ei imponi ei qui decimas non haberet, quia priuatio præsuppo nit habitũ. c. ad dissoluẽdũ. de despõsa. impube. & nunquã mihi fuerũt impositæ, ob defe. ũ materiæ, laus Deo. §. seruus. de ca. diminut. in Instit. & ideo nõ debetur decima ex hospitalibus. glo. in d. cle. vlti. eo. quam sequitur Felin. e. de quarta. col. 6. nu. 18. de præscri. aliâs consului pro societatate presbyterorum diœcesis Annicien.

Quintò, ꝙ ipsi clerici accipiant decimã. nam si non acciperent, non tenerentur ad istam. ibi, cùm acceperitis à filiis Israel, &c. nisi per eos staret quominus acciperent. l. quod te. ff. si cert. peta.

5 Sextò, ꝙ is qui eã petit. sit Aarõ, id est summus sacerdos. ibi, & date eã sacerdoti. Ergo episcopis, archiepiscop: s, vel aliis personis nõ debetur, nisi à papa cõcederetur. cleu e. vlti. de dec. quæ sic habet: Si beneficiorũ decima cuiuis simpliciter cõcedatur ad tẽpus secũdũ taxactionẽ decimæ in illis partibus, in quibus fiet cõcessio, cõiunctã, & ad unone tã curiẽte cõiouniter ipsa decima leuari poterit, & debebit, nec per collectores, exactores, siue leuatores ipsius decimæ ecclesiarũ calices, libros, & alia ornamenta diuinis officiis deputata ex causa pignoris? vel distractionis cap, vel recipi nolumus, vel distrahi, seu quomodolibet occupari. *Pro decima solutionem ornamenta ecclesiæ capi nõ possunt.*

6 Notandũ est, ꝙ cùm in hoc regno Franciæ sæpe practicetur, vt dicit ibi gl. ideo super ea multæ solent oriri dubitationes, quæ decidũtur per extrauagantẽ primã de dec. in cõmunibus. ideo ad eã vnusquisque recurrat, & aliâs de hac cõsului, & plenè scripsi in cõsi. incipiẽte, istæ cõmunitates, &c. & nõ debet hæc exigi decima de capellis, quæ nõ excedunt viginti libras, teste Collecta. in c. nuper. eo. vbi plus dicit, quod si fructus alicuius beneficij fuerint augmentati, decima ista non debet augeri, postquam semel taxata fuit. clẽ. fi. de dec. Et quando debet prouideri de beneficio vsque ad certum valorem debet hic valor probari secundum taxationem decimæ, nisi aliàs valor probari posset, vt no. ibidem Collect. quod potest prodesse consiliariis, quibus prouideri debet de beneficio vsque ad ducentas libras, & non infrà. *Valor beneficiũ quomodo probari posit.*

7 Itẽ in cõcilio Cõstan. de hac decima sic reperi statutũ: Præcipimus & mãdamus iura quæ prohibẽt inferioribus à papa decimas & alia onera ecclesiis, & personis ecclesiasticis imponi, districtius obseruari, per nos autẽ nullatenus imponãtur generaliter super totũ clerũ, nisi ex magna, & ardua causa, & vtilitate vniuersalẽ ecclesiam concernente, & de concilio & consensu & subscriptione fratrũ nostrorũ sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinaliũ, & prælatorũ, quorũ consilium cõmodè haberi poterit, nec specialiter in aliquo regno, vel prouincia inconsultis prælatis ipsius regni, vel prouinciæ & ipsis nõ consentientibus, vel eorũ maiori parte: & eo casu per personas ecclesiasticas & authoritate duntaxat apostolica leuentur *Quæ requirantur antequam decima à papa imponi posit.*

tur.in sessio.43.& Thosta.plura scribit q.74.super.c.23.Matth.

Episcopi an decimã ab ecclesiis recipere possint.

8 Et sic vides quando hæc decima imponi posit. Pano.in d.c.1.c.dicit in locũ istius successisse quartã decimarũ,quã episcopi, cùm episcopatus fructus erãt tennes, solebant recipere:hodie verò nõ recipiũt,nisi vellẽt reparationes in beneficiis, à quibus quartã acciperent,facere.c.priscis.& seq.10.q.3.vbi gl.sed cõgruentius cõuenit papæ,vt prædixi. vide Feder.consi.151.thema.& Marc.Mantua.consi.primo,concludentem hãc decimã ex distributionibus quotidianis non deberi,ne diuinus minuatur cultus.Et quia aliàs sæpius ita fuit per papã declaratũ,cuius declarationi stãdũ est.

Decima pro anniuersariis.

9 Tertia est decima,quã vnusquisq; de populo Israelitico in suis horreis separabat, vt eas comederet,dum in tẽplum Hierusalem proficisceretur,cùm in vestibulo templi leuitas inuitaret ad conuiuium.c.t. de dec.&Deu.12.&14.in fi.caue ne relinquas leuitam,quia nõ habet aliam partẽ in possessione tua.& in locum istius succedunt, hodie anniuersaria,quæ pro mortuis fiunt, & interdum conuiuia presbyteris dantur in anniuersariis pro consuetudine quorũdam locorũ,vt apud Virgil.lib.3. Aeneid. est videre,

Solennes tum forte dapes,& tristia dona,
Libabat cineri Andromache,manesq; ciebat.

Et sic olim decima pro mortuis dabatur. hodie mali eam relinquunt,& à deo relinquuntur. Vel oblationes quæ fiunt in manus sacerdotũ,possunt loco ipsius esse decimæ,vt Pan.& alij dicunt,in d.c.t.

10 Ex quo ostẽditur,quòd hæc decima debet dari pro orationibus tã viuorũ, quàm mortuorum.glo.in c.ecclesias.in verb.seruus.13.q.1.dicens,quòd licet veteres deuotioni addicti,quatuor olim decimas soluerent,tamẽ hodie nec vna quidem bene datur,idcirco fame,penuria,bellis,& aliis infinitis malis contu ingimur,de quibus inferius dico.q.vlt.

Pupillis & viduis decima reseruabatur.

11 Quarta erat decima,quã veteres viduis& pupillis erogabant,de qua Deut. 26.c.ibi, quãdo compleuerit decimam cunctarum frugum tuarum,anno decimarũ tertio dabis leuitæ,& aduenæ,& pupillo,&viduæ, vt comedãt ĩtra portas tuas,&saturaretur.

12 Ex hoc patet istam decimam capiendam post solutionem alterius decimæ,quæ parocho debetur,id est curato:& idẽ in alia quacunque decima:patet ibi,quando compleueris decimam cunctarũ frugum tuarum &hæc nõ capiebatur,nisi anno tertio post alias decimas.ibi,anno decimarũ iij.

Gradus in dando eleemosynã pauperibus.

13 Secundò,est gradus in dando,quia primò præcipit deus leuitæ dãdam.ibi,leuitæ. & sic primò clerico pauperi dari debet,quàm laico. Tertiò aduenæ potiusquã ciui. ibi, aduenæ:quia ciuis faciliùs inueniet quàm aduena. Quartò pupillo,potius quã pauperi maiori,maior enim est miseratiõis causa in minore.ibi,& pupillo , &c. Quintò viduæ. ibi viduæ.d.c.26. Deuter.Isti tamẽ gradus nõ sunt necessarij:sed pro necessitate cuiusque distribuẽda est eleemosyna, imò in hospitalitate non est habẽdus personarum delectus: sed indifferenter quibuscunque sufficimus,hospitales nos exhibere debemus.c.si quis.in fi.42. distinc. Sextò, quòd hæc datur intra portas : hoc etiam non est necessarium:nam vbicunq; inuenitur pauper,est donandus eleemosyna,quia intra portas nostras venire pauperes pati non solemus.

14 Quinta est decima episcopalis,quã olim episcopi ecclesiis parochialibꝰ (quia episcopatus fructꝰ tenuẽs erãt) recipiebãt.c.quoniã & c.dudũ.de dec.c.quia circa ſ.de priui.c.vobis.&c.cõcesso.12.q.2.sed hodie de cõsuetudine etiã ista nõ debetur.c.priscis. & c.seq.10.q.3.sed tantũ quarta decimationum episcopis affecta est.c. conquerente. de offi.ordinar.& in hac olim erat de iure communi fundatus,& fortè possunt intelligi iura,de quibus inferius dicetur,an hodie debeantur.

Decima ex voto debita.

15 Sexta est decima,quæ ex voto debetur, per tex.in l.2.§.fi.ff.de pollic.his verbis sic descriptum:Si decimã quis bonorũ vouit, decima nõ prius esse in bonis desiit, quàm fuerit separata.Et si fortè qui decimã vouit decesserit ante separationem, hæres ipsius hæreditario nomine obstrictus est:voti enim obligationem ad hæredem trãsire cõstat.gl.1.ĩ c.tua nobis.2.de dec.intelligit in decima,quæ ex voto debetur: secus in alia decima cuius transfertur dominiũ in ecclesiam,etiam antequam sit segregata.

Intellectus ad l.2.§.fin.ff.de pollic.

16 Aduertendum est ad intellectum d.§. fi. d.l.2.Nam quãuis doct.ibi eum valde contorqueãt,ego tamẽ puto sic intelligi posse quòd si quis vouerit decimam partem bonorum,illa non desiit esse in bonis vouentis,priusquã fuerit separata ab aliis bonis. Ratio dubitandi erat, quòd in ecclesiam trãsit dominium sine traditione.l.fi. C. de sacrosan.eccle.c.2.de consue.sed cõtrariũ est ibi.Nam pars bonorum decima est incerta::ideo nõ separata,nõ desiit esse in bonis vouẽtis,quia incertam partẽ rei nemo possidere potest.l.3.§.incertã.ff. de acqui. poss.ignoratur enim super qua parte bonorum erit decima::ideo ecclesia nõ habet rei vendicationem illius rei incertæ , tum quod non possunt esse vnius rei duo domini in solidũ,tum quia nõ est iusta causa ad partem incertam vendicãdam:ideo non datur rei vendicatio.l.quæ de tota.§.t.ff. de rei ven.sed is qui vouit, actione personali cogi potest ad illã decimã separandã, & soluendã,& præstandã,nec potest pœnitere post votũ:qui si eã nõ separauerit , & sic decesserit,hæres ipsius obstrictus erit: quia voti istius obligatio transit ad hæredes:vt ibi dicit tex.& sic vouẽs erat in vita obligatus. Quicqd dicãt ibi doct.per prin

cipium tex. ibi, si quis rem aliquam vouerit, voto obligatur, quæ res personam vouentis obligat, nō rem, quæ vouetur. contra Bar. & alios ibi, & in l. si is qui pro em ptore. in §. ff. de vsuca. alioqui non transiret obligatio, quæ non est, ad hæredem. per l. a. §. ex his. ff. de verbo. obli. l. hæredē. de reg. iur. arg. l. decem. ff. de verb. obliga.

Dominium rei donatæ quando ad eccle. non transeat.

17 Et sic limitatur d. l. fi. C. de sacrosan. eccle. vt non habeat locū, quando bona incerta sunt ecclesiæ donata, vt si quis donet tertiam, vel quartam partē bonorum, illo casu nō trāsibit dominiū sine separatione, per d. §. fi. l. 2. secus quādo bona certa sunt, tū ne duo in vnū specialia concurrāt. l. 1. C. de do. prom. tū per rationes prædictas, quamuis gl. in c. moderamine. 16. q. 1. dicat hoc verū in decima que vouetur, secus in alia. tamē nō video diuersitatis rationem in his decimis: ideo oportet iura iuribus conciliare. vt in l. vnica. C. de dot. promiss. nam post votum decima debita est, sicut & alia: quia dicitur, vouere, & reddite voto deo, ideo in vtraque decima idem dicemus: vt scripsi in q 8. inferius: quāuis gl. & doc. in d. c. tua. 2. priorā sententiā sequātur, & votū pro volūtate & desiderio. gl. expo nit in l. cura. §. 1. ff. de mune. alibi tractaui.

Decima fisco olim debita.

18 Septima quæ olim debebatur fisco, de his quæ mariti sine liberis decedētes, côiugibus suis relinquebant: sed hodie abolita est, in l. a. C. de infirmand. pœnis cœlibat.

Metallorū decima fisco debetur.

19 Octaua est decima mettallorū. Nēpe si aurifodinæ, argētifodinæ, vel aliæ metallorū venæ in fundis priuatorū inueniātur, decima metallorum pars fisco debetur, & altera decima domino fundi, detracta tamen ante omnia decima curato debita. per l. cūcti. C. de metal. lib. 11. gl. in l. inter publica. vbi scripsi. ff. de verb. signifi. & in decisio. Neapoli q. 321. vide inferius q. 8. de quibus bonis decima soluenda sit.

20 Nona, est decima litis. Olim is, qui iniuste lit gabat, nomine expēsarū & sumptuū decimā partē eius, quod petierat, reo dare tenebatur. & παραματαβολή genus actionis dicebatur, qua qui experiri volebāt, pecuniam deponebant. Moris enim fuit, vt qui hoc genere experirētur, tā actor quā reus apud acta decim ā æstimationis litis partē deponerēt, mulctā scilicet futurā temerè litigantis. testis est nobis Budæ. in commēta. linguæ Græcæ, quod probat l. generaliter. 1. C. de episc. & cler. sed ibi doc. in hoc dicūt illam legem abrogatā esse. & §. hæc autē. de pœna teme. litigant. in Inst.

Decima litis in curia parui sigilli exigitur.

21 In curia tamē parui sigilli, Mōtispessulani hæc decima alitur, ac conseruetur. Nēpe rex vel regina percipit decimā partem cuiuscunque debiti, in illa curia petiti, ab eo qui succumbit, vt est statutū in ordi. reg. rub. *de la court du petit seel de Montpellier. artic. 5.* & per totum.

22 Et baiulus seu gubernator Mōtispessulani etiā decimā partē eius rei quæ petitur in curia vindemiarū, obtinet, & in hac decima litis exactione inspicitur id, quod petitur, nō quod exigitur: nam si decē petantur, rex consequitur vnum, licet non deberētur, nisi quinque. Bar. in l. in offerēdis. C. de appellat. allego tex. in l. pen. in §. ff. de iuris. om. iud. ibi, semper quātū petatur quærendum est, non quantum debeatur.

Ordinaria & extraordinaria decima.

23 Decimò, quædā est decima ordinaria, altera extraordinaria. Ordinaria est, quæ secūdum iuris ordinē imposita exigitur: vt decimæ prædiales, & personales: de quibus inferius. Extraordinaria est, quæ extra iuris ordinē imponitur, vt si papa ex aliqua iusta causa imponat, illa extraordinaria dicetur, & si quis vendat fundū liberū ab omnibus decimis, intelligitur de extraordinariis, non de ordinariis, deo & eius ministris debitis, vt docet B ald. in l. fistulas. §. frumenta. in fin. ff. de contrah. empt. per l. Seio. §. medico ff de annu. leg. et. sequitur Fràcis. cremē singu. 107 vendidi. & Soci. consi 257. viso. col. 2. vol. 2. hoc tamen non approbo, vt alibi dicam.

Admiralus decimam recepit.

24 Extraordinaria etiam, quam admirallus seu admirabilis accipit ex latrocinius marinis, vt patet rub. *De l'admiral* ordina. i. articu. 13. in Ordi. reg.

Integra decima.

25 Vndecima quædam est decima integra, quædā nō integra est, quæ cū integritate persoluitur, id est de decē vnum, & nouem retentis, decimū præstatur. c. fi. de paroch. c. commissum. eum seq & c. cūm homines. c. ex parte. a. & sequen. & ca. in aliquibus. cc. & hæc est vera decima, quæ Deo debetur, & curatis persoluitur.

Maiores decimæ & minutæ quæ.

26 Duodecima, quædā sunt maiores decimæ siue grossæ, quæ ex frumento & vino soluuntur: minutæ verò quæ ex hortis, pullis, & ouis. gl. & doct. in c. cūm ex tua. & c. ex multiplici. de deci. vbi in Anglia in lana, lacte, & caseis etiā, & in multis aliis locis. in c. cū in tua. de dec.

27 Decimatertia, quædam sunt feudales, id est in feudū datæ, illæ non. c. tua 1. de dec. de his dicam l. quæstio decima.

De decimis parochialibus & earum speciebus.

28 Visis summatim decimæ diuisionibus, dicendum est de parochiali decima, quam duas in species partiti doctores ad vnum asserunt, videlicet in personales, & reales seu prædiales.

29 Personales sunt quæ ex acquisitis personæ labore, & opera, soluuntur. c. ad apostolicæ. de dec. siue prouenitāt ex artificio, industria scientia, militia, negotiatione, vel ex alio quolibet actu licito: vt dicetur inferius. q. 8.

An personales decimæ debeantur.

30 Quæro an istæ personales etiā iū deb ātur? Inno. in c. fin. de paroch. deberi existimat, sic dicēs, quòd licet quidā insani hæretici dicant personales non esse in obligatione, tamen contrarium est expressum in Deut. 12. c. in princip. ibi, offeretis decimas & primitias manuū vestrarū, quod gl. sequitur

quitur in c.fi.de pœnit.dist.6 nã maior ratio est,quòd aliquis præstet decimã de eo quod manus tãquã nobilior pars acquirit quã de eo quod humus producit.c.reuertimini.& c.quicũq;.16.q.1.c.quadragesima.de cõsecr.dist.5.vbi iubemur dare decimas omniũ:ergo de labore personæ. Hanc sententiã sequuntur Anto.& Pan.in c. in aliquibus.in fi.de deci.& hæ maximè deberent his curatis,qui nõ habẽt alias decimas prædiales,vt ecclesiæ vrbiũ cõmunius, & tunc indigẽtes curati,postquã ministrant spiritualia,debẽt metere tẽporalia,& de altari viuere,postquã altari seruiunt.c.cũ secundũ.de præb.& possent tunc exigere decimas personales,& hoc ast iustũ vt asserit Asten.in sua summa,in 2.parte,rub. de deci.ar.4.q.6.gl.tamẽ.in c.j.de dec.lib.6. tenet decimas prædiales iure diuino debitas, personales verò humano.per d.c.in aliquibus.&c.nõ est.vbi dicitur:quòd sancti patres in suis scripturis tradiderunt:ergo nõ de iure diuino, & nullibi reperitur esse præceptũ à iure diuino,ꝙ personales decimæ soluãtur:& vbi esset præceptũ,hoc est de iure veteri,quæ lex vetus esset per Christũ obliterata:vt Paul.ad Ro.7.& ad Heb.8.& 10.docet.facit c.fi.14.q.3.& ita resider Host.in c.ad Apostolicæ & c.à nobis eo.& Traiect.in d q.5.Vos tamen dicite hãc decimã,vt in 1.quæst.cõclusi,esse iuris diuini naturali ratione inductã,& an tolli possit,dicetur inferius.q.13.

Quadragesima decima tẽporis. 31 Sunt tamen quædã decimæ personales, quæ deo ex persona propria præstari solẽt vtpote agẽdo pœnitentiam,& bona opera exercendo,ob quã rẽ fuit instituta quadragesima,vt decima temporis deo persoluatur,de qua habetur ad Heb.7.ibi, Leui qui decimas accepit,decimatus est.& c.quadragesima.de consecra.distinct.5.& aduersus istã nõ præualet consuetudo nec inimicus, quãuis voraces circũeant hæretici deuorare eã,ne in cõspectu illorũ sit,satagẽtes:sed añ eos instituta fuit,& post eos remanebit.

Prædiales decimæ quæ. 32 Prædiales decimæ sunt,quæ ex fructibus prædiorũ debentur,ca.1.&cap.ad apostolicæ.c.peruenit.de deci.vini frumẽtiq; decima,& fructuũ arborum. Hosti. tradit in summa.§.quot sint eius species.

Mixta decima. 33 Mixtæ sunt, quæ partim à prædiis proueniunt,vtpote,quia ibi viuunt animalia.c.cõmissum.de dec.nam sicut arbor illius loci censetur,in quo viuit.l.si plures.in fi.ff.arb.furt.cæsa.sic & animalia.l.cũ quidã.ff.de fundo instruc.partim etiã à personis.i.à custodia personarũ emanant, custodia deficiẽte lupus inuaderet,& nullus vel paruus esset gregis fructus,qui de agnis,& aliis animalibus proueniunt,ac fœtus.c.pastoralis.& c. ad apostolicæ. deci. & de his inferioribus dicetur.q.6.& octaua,de aliis autem decimis nil,cùm sint facti, describo & quia in iure non reperiuntur.

Quæstionis quartæ Epitome.

1 *Decima quid.*
2 *Decima de licitè quæsitis soluenda.*
Furti species est de alieno largiri.
3 *Decima dicitur quota pars,& quare.*
4 *Decima diuino iure debita.*
5 *Decima an ex consuetudine debeatur.*

Quęstio quarta.

1 QVARTO,quid sit decima? Responde: Est omnium bonorum licitè quæsitorum quota pars,deo diuina cõstitutiõe debita,Card.cons.26.pro euidentia Primo dicitur in diffinitione de omnibus bonis,quod probatur in c.est in potestate.ibi,de omnibus bonis decimæ sunt ministri,ecclesiæ tribuendæ.eo. *Quid sit decima.*

2 Secundò,scribitur licitè quæsitorum, ꝙ habetur in c.ex transmissa. ibi, qui fidelis homo,de omnibus quæ licite põt acquirere,decimas erogare tenetur. eo. inferius elucidatur.q.5.Illa enim quæ iniustè quis acquirit,restituere tenetur, aliter peccatũ nõ dimittitur.reg.peccatũ.de reg.iur.in 6. & sic non debet dare decimã illorũ bonorũ.species enim furti est,de alieno largiri, & benefic j debitorem sibi acquirere.l.si pignore.ff.de furtis. *De licitè acquisitis decima solui debet.*

3 Quota pars,videlicet decima.c.1.& per totũ.eo.sed aliquãdo soluitur duodecima,vigesima,vel aliaquota,& semp habetur pro decima:ideo dicitur quota pars,vt inferius q.13.an decimæ tolli possint, inferam. Debita,hoc probatur in c.tua nobis.2.eo.tit.& fusius tractaui sup.q.1.& 2.

4 Diuina constitutione,hoc exprimitur in c.tua.1.ibi,quæ diuina constitutione debẽtur.& c.in aliquibus in fi.ibi,quæ debetur ex lege diuina.eo. & comprehenditur ius naturæ:vt scripsi in 1.quæstio.superius.

5 Nec refragatur tex.ibi, vel consuetudine approbata:Ergo de consuetudine quædã decima debetur,& sic non ex lege diuina, quia respon. decimam deberi de constitutione diuina,verum quia cõsuetudo interdum eam diminuit,vt inferius dicam q.13.ob id illa debetur solum,quæ ex consuetudine approbatur,vel debetur, quasi velit dicere,si integra decima ex consuetudine nõ debeatur,illa nõ soluetur, & hoc vult dicere.d §.fi.c.in aliquibus. & sic semper iure diuino debetur,à cõsuetudine approbato,vt scripsi superius q.1.Hosti.in summa.alia super hac definitione scribit,id cũ recurras.hæc ad istam sufficient nũc quæstione,quamuis aliæ possent dari definitiones:ista nunc contentus ero. *An de consuetudine decima debeatur.*

Quæstionis quintę Epitomæ.

1 *Decimas quilibet soluere tenetur.*
2 *Decimæ tributa sunt pauperũ,& eis affect.*

Prælati

erogandum est in causas pias. c. decimas. 16.q.1.inferius dico.q.11.plenius.

8 Idem etiam in prælatis recipientibus sacramenta, vt etiam ad decimas personales persoluendas teneatur, vbi sacramenta recipiunt, & idem in sacerdotibus firmat Anton. But.in d.c.2.col.2.

Sacerdotes, an ad decimas teneantur.

9 Sed hodie cùm sacerdotes non recipiant sacramenta, nec audiant diuina ab aliis, sed ipsi per se cantant, & sacramenta per se recipiunt, decimas non soluunt, ad decimas tamen personales de lucro, & artificio, sicut Laici tenentur, & ad oblationes, quia nomine ecclesiæ percipiunt sacramenta, teste innocen.in d.c.2. Ego tamen tenerem contra eum, quia cessante causa, effectus cessare debet.c.cùm cessante.de appel.nempe Leuitæ non recipiebant decimas ab his, quibus non ministrabant. c. ecclesias.13. q. 1.sic non exigetur decima à sacerdotibus quibus non ministratur, sed inferiores clerici id est primæ tõsuræ, vel alij postquam recipiunt sacramenta, sicut Laici ad decimas, & oblationes astringuntur, siue sint coniugati, siue non: contra glo. ibidem in d.c.2. & hoc probat ibi text. dicens, illi qui recipiunt. ergo qui non recipiunt, non tenentur: argu. à contrario sumpto. quod est validum ca. cùm apostolica. de his quæ fi. à prælatis.

10 Idem est in monachis, non sacerdotibus, qui ab aliis curatis pascuntur, vt ad decimas, & oblationes teneãtur: secus, si sacramenta ab illis non recipiant, vtpote, quia sunt sacerdotes, tunc ad personales non tenentur. ca. alia. 16.q.1. sed cum monachi, & alij religiosi, in suis monasteriis recipiant sacramenta, & ab alio quàm à curato, personales decimas non præstabunt, prædiales autem sic, vt inferius dicetur.

Iudæi decima soluere tenētur Turca, hæretici, & alii.

11 Item Iudæi, de terris quas colunt. ca. de terris. eodem tit. ne forte illa occasione ecclesiæ valeãt suo iure fraudari, vt ibi dicit text. & idem doc. ibi, de Pagano, de Turca, & Hæretico, vt non debeant esse ij stolidi melioris conditionis, quàm Christiani, arg. l. Seruius. ff. quod vi aut clam. & cap. eum qui. de præbend. in 6. Card. in c. in aliquibus. eod. & ad personales decimas Iudæos, & Hæreticos teneri concludit gl. in c. decimæ. 16.q.1. & in d.c. tua. nam quãuis non audiant diuina, est tamen illis imputandum, quia non stat per ecclesiam, quæ nemini claudit gremium, & nemo ex sua improbitate commodum consequi debet. l. itaque fullo. ff. de fur. saltem tenebitur Iudæus, & infidelis soluere æstimationem illius decimæ personalis, & oblationes, quas habuisset ecclesia à bono christiano, qui in illa domo, in qua Iudæus habitat, resedisset, si ille infidelis ab fuisset. c. quanto. in fi. de vsuris. vt ecclesiæ seruentur indemnes. text. in summa. 19. dist. in fi. & d. ca. quanto. & in 2. compila. erat decr. incipiens, ad audientiam. ad hoc expressè facta. Et ista asserunt Panor. & alij in d. cap. de terris. post gl. in c. tua. ibidem.

12 Et in sarracenis idem consuluit Oldrad. cons. 91. venit in dubium. & Marc. Mantu. cons. 188. cùm alias. col. 2. & Alfons. de montal. in foro regal. rubr. de la guarda de las cosas de la sancta yglesia. l. 4. lib. 1. tit. 6.

Canonici decimas soluere debent.

13 Idem cõcludit Lapus allega. 63. in Dei nomine amen. Dubitatur in canonicis, qui acquisierunt domos in ecclesia parochiali, vt satisfacere teneãtur sicut alij, ne parochialis ecclesia dispendium patiatur. Vnde tex. præcipit in c. in aliquibus. eo. quòd domini dent colẽda sua prædia illi, qui decimas sine contradictione persoluant, & sic domus locari debet iis, qui decimas soluere valeant.

Pauperes an ad decimas teneãtur.

14 Pauperes etiam ad has astringentur decimas teste Panor. & aliis in c. cùm homines. col. 2. de deci. quia decima quasi debitum soluitur. ca. parochianos. eod. tit. & in solutione debiti non habetur ratio ad difficultatem. l. continuus. §. illud. ff. de verb. obli. & sic nec ad inopiam, nisi post cessionem, vt in rub. ff. de cessio. bonor. & in c. Odoardus. de solutio. & propter paupertatẽ quis non debet aliena rapere: nec est ignoscendum ei, qui prætextu paupertatis turpissimam vitam eligit. l. palam. §. non est ignoscendum. ff. de ritu nuptia. facit cap. habebat. 12.q.1. & melius est pauperi illas soluere, & Deum recognoscere, quàm sibi decimas retinere, alioqui quilibet posset se pauperem dicere, & sic decimas retinere, quod non posset fieri, sine superioris authoritate. glo. vlti. in ca. quia tua fraternitas. 12. q. 1. imò debet recognoscere se effectum pauperem, quòd decimas non soluerat. vt inferius dico. q. vlti. Et ideo non bene debet soluere, nisi ecclesia ei remittat: vt Host. in §. fi. q. 8. in sua summa docet: vel si forte fame periret, tunc nõ tenetur soluere, quia omnia bona sunt communia tempore extremæ necessitatis. l. 2. §. cùm in eadem. in fi. ff. ad legẽ Rhodiã de iact. cap. si quis propter. de furt. & tunc debet confiteri. & propositum reddendi habere, ac promittere se redditurum, si ad pinguiorem peruenerit fortunam alio: qui peccatum nõ remittitur. reg. peccatum. de reg. iur. in 6.

Decima quando pauperi remitti debeat.

15 Imò pauperi, qui non soluisset decimam longo tempore, quam si vellet postea integram soluere, opporeet quòd omnia sua venderet, ecclesia debet remittere, quòd inde viuere possit, per gl. in c. quicunque. in 16.q.7. quia ecclesia cultrix, & auctrix iustitiæ, non patitur cõtra iustitiam aliquid fieri in se, vel in alterum. Priuatus verò sæpe obuiat iustitiæ. c. vno. de aliena. feud. & inanis est actio, quam inopia debitoris excludit. ca. olim. 2. de restitutio. spoliator. l. nam is ff. de dolo. Panor. in c. vt super. in prima glos. de rebus ecclesiæ non alienan.

Mercenarij ad quas tenentur decimas.

16 Item mercenarij, & famuli, si sint homines liberi, de lucro proueniente ex mercede decimã debent parochiali ecclesiæ præstare, in qua degunt, ac diuina sacramenta recipiunt, sed si serui fuerint, cum nil habeant, non soluent, sed dominus ibi soluet, vbi habitat. c. quæsit. & c. decimæ. vbi glo. 16. quæst. 1. Innoc. & Anton. in c. 2. col. vlt. eodem.

Institores decimam ex lucro soluant.

17 Illi verò institores, qui alieno nomine negotiantur, de eorum lucro decimam debent, vbi percipiunt sacramenta, sed dominus decimam vbi audit diuina, etiam de illo lucro decima soluetur, quod prouenerit ex tali factore Lugdunẽ. d. cap. quæsit. Host. & Ant. in d. c. 2. circa fi.

Meretrices an decimam soluere teneantur.

18 Etiam meretrices ad decimas astringũtur, & quilibet alius etiam iniustè acquirens, ita demum si in illum translatũ sit rei dominium, & cesset ab eo repetitio. cap. ex trasmissa. eod. & c. non est putanda. 1. q. 1. & dicit Card. in d. cap. ex transmissa. in fi. quòd sacerdos poterit à meretrice decimã, & oblationem recipere, eo modo quo à Iudæis: & tunc cessat glos. ratio dicens, à meretricibus non debere recipere, ne videatur ei impunitatem præstare, vel si in ea videat signa pœnitẽtiæ, recipere potest, alioqui non, sine episcopi consensu. per id quod habetur Deuterono. 23. cap non offeras, vel in Hebræo est, non inferas mercedem meretricis, aut pretium canis in domum domini Dei tui. Vnde concludit Hostien. in d. ca. ex trasmissa. quòd meretrix tenetur soluere decimã: ecclesia tamen non recipiet, ne ipsius videatur approbare turpitudinem. arg. c. oblationes. 90. distin. vel in occulto ecclesia recipiet, non in publico: vt asserit Troilus maluit. in tract. de oblatio. in 2. parte, nu. 6. & hoc secundum eum procedit in meretrice publica. Amasia verò vel alia poterit, & debebit, & decimas, & oblationes præstare. Ioh. de Turrecremata in c. decimæ. ver. ad tertium. 16. q. 1.

Ex peccato notorio quæstus proueniens decimas non soluit.

19 Et idem est in quolibet publico, & notorio peccatore. c. miror. 17. q. 4. & vbi quæstus sit ex peccato notorio, ecclesia non debet recipere ne peccatum approbare videatur: secus si veniret ex crimine occulto, licet prælatus illud sciret. ca. si tantum. 6. q. 2. Host. in summa. §. fi. ver. quæritur verum.

De dote ecclesiæ decima non soluetur.

20 Præterea de dote ecclesiæ, si prædium in aliena parochia situm sit, solui decima debet, postquam diuisæ fuerunt parochiæ, cuilibet decimæ in sua parochia assignatæ fuere, & illius loci prædia affecta ad eas, & licet dentur illa prædia ecclesiæ alterius loci, non tamen minus soluitur decima. c. fi. vbi gloss. & doct. de censib. nisi curatus illius parochiæ in fundatione eam remiserit; quia res transit cum suo onere. l. alienatio. ff. de contrah. empt. c. ex literis. de pig. nec debent ædificari ecclesiæ cũ præiudicio alicuius, & discooperiri vnum altare, vt aliud cooperiatur. l. assiduis. in fi. C. qui potio in pigno. habeant. Vnde dicit text. in c. ecclesiæ antiquitus constitutæ, nec decimis, nec vlla possessione priuentur. & ca. quicunque. & seq. 16. q. 1. facit text. in cap. nuper. & ibi Panor. in primo nota. eod. tit. dici. se nescire alibi æquè bonum tex. in hac materia, vbi Cistertien. qui erant priuilegiati in decimis non soluendis, consentiunt, quòd de terris etiam pro monasterijs fundandis decimæ soluantur, videlicet quia alijs excolendæ dabantur: & si non dentur, ecclesia soluet, vel religiosi componẽt; quamuis gl. in c. 2. de deci. contrarium teneat in dote ecclesiæ, scilicet decimam non esse præstandam: sed cõtrarium est verum, nisi fiat compositio.

Exemptiam decimas soluant.

21 Item religiosi tam exempti, quàm non exempti, de terris, & possessionibus ab eis acquisitis decimas integrè soluere debent illis ecclesiis, quibus eædem possessiones fuerãt decimales, nisi super hoc speciali iure, vel priuilegio muniti sint. c. fi. §. penult. eod tit. lib. 6. tamen communiter viuentes decimas de laboribus, seu nutrimẽtis suis non soluunt. capitulo, decimas. 16. quæst. 1. inferius multa dico esse tempora in his religiosis, in illa. q. 14. an sublatis decimis, noualia debeantur.

Leprosi & Heremitæ an decimas soluant.

22 Ad hæc leprosi ad decimas tenentur: si tamẽ communiter viuant, non soluunt de hortis, nec de animalibus quæ nutriunt. capitulo 2. de eccles. ædificandis. & Floren. docet in 2. parte, tit. 4. cap. 2. rubr. de deci. §. 4. ne iniuriosi veteribus ecclesiis in iure parochiali existant.

Idem in hæreticis cõcludit And. Hispa. in tracta. regu. decimarum nuncupato. q. 12. quia sub generali nomine isti tenentur, quod est veru ad prædiales, ad personales verò, si lucrum amplum sit, solui debet. si tantùm ad vitam par sit, non solent de illo soluere.

Fructus ante decimæ solutionem non debẽt in domum deferri.

23 Ideo curatus, vel exactor decimarum potest facere inhiberi domino fundi, ne fructus exportet ante decimæ solutionem, vt vitetur occasio furti, teste Spec. eodem tit. §. finali. sequitur Lucas de pen. in l. 2. col. 5. C. quam. & qui. quar. pars deb. libro 10. & Guid. Pap. decis. 243. exactor. & Ioan. And. Collecta. Ancha. Cardi. & ali. in c. ex parte. 2. eod. nisi consuetudo aliter se haberet. Aufr. quæst. 109. Bohet in cõsuet. Bitur. §. 12. de cons. præd. probatur. 2. Esdr. ca. 10. in fi. ibi erit, vel est in Hebræo: aderit autẽ sacerdos filius Aaron cum Leuitis, quando decimam accipient Leuitæ. Si tamen consuetudo præstaret occasionem surripiendi, non esset seruanda, per caput, ex parte. de consuet. l. conuenire. ff. de pact. dota. & Aufre. quæst. 432. in fine. Probare tamen oportet illam fraudis occasionem, vt docet Crauett. in cõsil. 2. homines columna secunda. Et Rex Franciscus, 1. statuit deinceps soluendas

uendas

nendas esse:quod potest cótra contéptores statuere: vt docet text. in ca. postulasti. de homicid & quamuis hoc sit concessum epi scopo,& clero Carnoten. tamen idem con cedi solet omnibus petentibus, cùm sit eadem ratio concedendi.

Sequuntur literæ Francisci regis.

Ne fructus deferátur extra fundum sine solutione decimæ prohibet.

24 FRancoys par la grace de Dieu Roy de France, à tous ceulz qui ses presentes lettres verront, salut: Comme de la partie de l'euesque, & clergé de Chartres, nous eust esté dit & remonstré, que combien que les decimes,& primities soyent introduites, & instituées de droit diuin, & partant deussent estre payées loyaument, & sans fraude. Ce neantmoins plusieurs agricoles proprietaires, & tenanciers, des heritages situez au diocese dudit Chartres, & autres subietz, & redeuables desditz decimes,& primities, vsurpent,detiennent, & denient payer icelles, souuentesfois tenans, & recueillans secretemēs les fruits decimaux de leur heritages,& autres choses decimales,à heures, & iours indeuz, au deceu desditz exposans, ou de leurs vicaires,& fermiers: ausquelz appartiennent lesditz decimes,& primities en maniere qu'elles sont le plus souuent(en grande partie d'icelles) pillées, & desrobées au z champs:& lesditz exposans frustrez d'icelles, à leur grād preiudice, & dommage. Nous requerans lesditz exposans sur ce nostre prouision. Scauoir faisons, que nous desirans subuenir ausditz exposans à la confirmatiō de leurs droitz, & reuenuz, à ce qu'ilz puissent Mieux satisfaire au seruice diuin, & charge qu'ilz sont tenuz supporter, pour raison de leurs dignitez,& benefices. Auons statué,& ordonné,statuons, & ordonnons par ces presentes,que dorsenauant toutes personnes, de quelque qualité qu'ilz soyent. tant agricoles,que possesseurs, ou tenāciers desditz heritages subietz à decimes, & primities, situez & assis audit diocese de Chartres, soyent tenus auant leuer, ou emporter les fruitz d'iceulx heritages decimaulx,hors le lieu,& champ ou ilz seront creuz, de le notifier,& faire scauoir audit Euesque, & beneficiers dudit diocese, ausquelz appartiennent icelles decimes, & primities desditz fruit,ou leurs fermiers, vicaires, ou procureurs: ou si non, aux lieux des benefices pour raison desquelz sont deuz lesdits decimes: & qu'il ne sera loisible ausditz agricoles, ou tenāciers de esleuer,ne deplacer lesditz fruiz decimaux hors le lieu, & chāp ou ils seront creuz, iusques à ce que led t droit de decime,& primitie soit payé & satisfait, selon que d'ancienneté, & de tout temps il a accoustumé d'estre payé:& de ce soubs peine de confiscation de tous les fruitz qui leur pourroyent reuenir desditz decimes,& primities payez, & daman de arbitraire: sans toutesfois à ce comprendre ceux qui par cy deuant ont transigé, & composé pour lesditz decimes,& primities: lesquelles transactions, & compositions, nous entendons demourer en leur force,& vertu,en ayant le droit,& deuoir, selon icelles transactions,& compositions.

Si donnons en mādemēt à noz aymez, & feaux conseillers,les gens tenans nostre court de Parlement à Paris, & à tous noz autres iusticiers, ou à leurs lieutenans à vn chascun d'eux, si comme il luy appartiendra,que nostre present statut,& ordōnāce ilz facent lire,publier, & enregistrer en nostre dite court,& icelle ordonnance obseruer, & entretenir, & à ce contraindre,ou faire contraindre tous ceulx qu'ilz appartiendra,& pource seront à cōtraindre par lesdites peines,& autres qu'ils verrōt estre à faire par raison. Et par ce que de ces presentes, l'on pourra auoir affaire en plusieurs, & diuers lieux, Nous voulons que au duplicata d'icelles, foy soit adiouštée comme à ce present original: car tel est nostre plaisir. En tesmoing de ce nous auons mis,& fait mettre nostre seel à cesdites presentes. Donné à sainct Germain en Laye, le premier iour de Mars, l'an de grace mil cinq cens quarante cinq. Et de nostre regne le trente deuxieme. Ainsi signé. Par le Roy en son conseil. Bouchetel.

5 Item reges,& principes decimas prædiales illi ecclesiæ soluerit,vbi prædia sita sunt: personales,vbi diuina audiunt officia, pro rata diuidendo, si in pluribus locis diuina audierunt,erg l.assumptio ff. ad municipa. gl.in c.omnes. de maio. & obedientia. &c. cùm quis. de sepul.in 6. plenè Corset. in tract. de potesta.regia.q.37. *Reges, & principes ad decimas tenentur.*

6 Et sic omnis homo, inquantum Deo subditus,siue sit Papa,siue Imperator, siue rex,siue episcopus,dux,comes, nobilis, vel rusticus,diues,vel pauper, secularis,vel ecclesiasticus, tenetur Deo de propriis decimam offerre: quia omnes sumus populus eius,& oues Pascuæ eius. & nihil omnino habemus(vt testatur Apostolus) quod ab ipso non acceperimus. Et sic scribit Andr. Hispa.in sua reg.decima.q.11. *Regula quod quisque decimā soluere debet.*

7 Primò fallit quād specialiter à præstatio ne decimarum quis esset exemptus.c. à nobis eod.titu.

8 Quæro, ista exemptio à quo concedi valeat? Resp.A papa tantùm, & ex iusta causa. Fideles enim, & prudēs in his distribuen dis esse debet, vt det cibum in tempore, & non auferat, vt est in Euangelio. *Exemptio à decima à papa datur.*

9 Inde concessit Cistertiensibus, hospitalariis, Hierosolymitanis,& Templariis, priuilegiū, ne decimas de prædiis, quæ labo- *Cistertien. & monachi vo de cimis habēt priuilegium.*

ribus suis colunt, soluere teneantur.c.licet. & seq. eod.tit.

30 Aliis verò monachis, vt de noualibus quæ suis manibus colunt, & de hortis, & nutrimentis animalium suorum, decimas præstare non teneantur.cap. ex parte 1.eodem titulo.

31 Hodie verò Cistertienses, & alij similes, habentes priuilegium, decimas soluunt de possessionibus, quas post consilium generale acquisiuerunt.c.pen.eo.tit. & c. pastoralis. de his quæ fi. a præla. dicetur fusius infrà., in illa q. an decimæ tolli possint.in fin.q.13.

Episcopi decimas concedere non possunt.

32 Et ideo episcopi non possunt concedere decimas, tum quod sunt à papa assignatæ singulis ecclesiis.c.1.13.q.1. tum etiam quia in concilio Cabillon. fuit statum: ne ecclesiæ antiquitus constitutæ decimis priuarentur,ca.ecclesiæ.& seq.16.q.1. Contra quod concilium, non potest episcopus dispensare,nec statuere.gl.singula.in ca.cùm dilectus de elect.de Ripa, & ali in suprascri.c.primi de iudic.Idem probatur, in ca. de decimis.16.q.1.Vide textum,& ibi doct. in c.decimas ibidem. vbi episcopi decimas ante assignationem concedere possunt. & in c.plures. ibidem.& glo. in ca. statuimus. ibidem ex causa tamen ante illud cõsilium facta clericis concessio cum capituli consensu, valet:vt si alicui monasterio concesserit,c. pastoralis. de his quæ fiunt à præla. sed per viam priuilegij episcopus hoc non potest ca.venerabilis de confirma.vtili. sed per viam compositionis potest: vt ibidem dicitur, etiam si minuatur decima: secus si in totum tollatur, vt Dec.ibidem docet,& inferius quæstione 13. dicetur, an tolli decimæ possit per compositionem: quod est verum, si clericis concederet: sed laicis concedere nõ potest, vt dicitur textus in c. peruenit. 1.quæst.3. quod est repetitum 16. quæstione 7. his verbis peruenit ad nos fama sinistra, quòd quidam episcoporum nõ sacerdotibus propriæ diœcesis decimas, atque Christianorum obligationes cõferunt, sed potius laicalibus personis, militum videlicet, siue seruitorum, vel quod grauius est, consanguineorum: vnde si quis episcopus, amodo fuerit inuentus huius diuini præcepti transgressor, inter maximos hæreticos,& antichristos non minus habeatur, sicut Nicena synodus, de symoniacis censuit.& qui dat episcopus, & qui recipiunt ab eo laici, siue pretio, siue beneficio, incendij æterni ignibus deputentur. facit capit. quoniam de decimis.

33 Et etiã habates multo fortius prohibentur,& alij inferiores.cap.ad hæc de decim. Iniquum est enim, & sacrilegij instar, vt quæ pro salute, & requie animarum suarum vnusquisque venerabili ecclesiæ pauperum causa contulerit, aut certè reliquerit, ab his quos maximè conseruare conuenerat, in alterum transferãtur c. bene quidem.circa medium versic. sancta synodus. 96.distinctione.

34 Non refragatur.ca.2. de his quæ fiunt à prælat.quia ibi respondent doct. loqui in concessione decimarum facta ab abbatissa ad tẽpus,& in modicis decimis, & minimi valoris:secus in aliis, iuxta.c.terrulas.12. quæstione 2.

Intellectus ad c.2.de his quæ fiunt ad præl.

35 Ego putarem. ibi solennia interuenisse. nam præsentia inducit consensum regu.qui tacet. de regu.iur. Itaque dubitatur ex tituli inspectione, an si abbatissa, suo capitulo sciẽte, & non cõtradicente, decimas concesserit, firmum debeat haberi, si episcopi consensus aderit? Et text.dicit haberi.sed si prior concessio fuerit facta, contradicente capitulo, & posterior eodem consentiente, verè valeat? Respondet text. quòd vltima intelligi debet, quando episcopi consensus interuenit, vbi interuenire debebat: vt doct.scribunt. in c. Raynutius. de testa. Et sic abbatissa ex causa ab episcopo approbata, & de consensu sui capituli,& episcopi illas decimas concessit: alioqui non valuisset alienatio, per ca. sine exceptione. 12.q.2.vbi scripsi alia solennia quæ ibi possunt videri circa alienationes rerum ecclesiasticarum.

Quaestionis sextae Epito.

1 *Decimæ vbi soluendæ.& nu.2.*

2 *Paria sunt recipere,& recipere posse, & per eũ stare quominus recipiat.*

3 *Decimæ personales parochiali ecclesiæ debentur.*

Domo existente in confinio duarum parochiarum, decima vtrique debetur.

4 *Domus si dubitatur in qua parochia sit, quid iuris & nu.5.*

9 *Matrix ecclesia quæ dicatur.& nu.7.*

Parochia pro diœcesi,& contrà.

7 *Beneficiorum fructus, quando in quatuor partes diuidendi.*

8 *Baptismalis ecclesia quæ.*

9 *Decimæ an baptismali, an verò parochiali ecclesiæ debeantur.& nu.19.*

10 *Decimæ prædiales in dubio baptismali, ecclesiæ debentur ex omnibus prædiis suæ parochiæ. & nu.23.*

11 *Decimæ censentur in fundatione assignatæ baptismali ecclesiæ.*

12 *Matrix ecclesia de iure communi est fundata ad decimas suæ parochiæ.*

13 *Decimas petens a baptismali ecclesia debet probare eas ad se spectare:quod pluribus modis fieri potest.nu.14.15.16.& seq.*

15 *Decimæ probantur ex fundatione.*

Solennitas ex longo tempore præsumitur.

16 *Capella intra parochiam constructa, illi parochiæ est subiecta.*

17 *Ecclesia erecta non censetur in præiudicium aliarum.*

18 *Decimas probat limitatio capellæ.*

19 *Baptismali ecclesiæ decimæ debentur, quando est parochialis.*

20 *Consensus curati in erigendo cappellaniam quid prosit.*

21 *Personales decimæ debentur illi ecclesiæ, in qua audiuntur diuina, & recipiuntur sacramenta. & nu. 24.*

Capellania quando oblationes recipere possit.

22 *Requisita antequam capellania oblationes recipiat.*

Intellectus cap. ad audientiam. 1. de eccles. edificand.

Parochiani prouident, si baptismales non abundet redditibus.

24 *Decimæ personales debentur curato. in cuius parochia quis habitat.*

25 *Decimæ animalium inter prædiales computantur.*

26 *Decimæ animalium quando diuidendæ inter duas parochias.*

27 *Consuetudo soluendi decimam ex animalibus.*

28 *Animalium triplex fructus ex quo debeat decima solui.*

29 *Decima fœtus.*

Deo dara indignum est, quod dedignatur homo.

30 *Fœtus lactatus esse debet, ita vt sine matre viuere possit, quando præstatur pro decima.*

31 *Consuetudo soluendi decimam fœtus animalium.*

32 *Decima lanæ statim soluenda.*

33 *Decima lactis quomodo soluenda.*

34 *Decima soluenda prout solui erit consueta.*

Vinea ex domo destructa facta integram dabit decimam.

35 *Vinea in agrum, & contra, mutari potest, etiam contradicente curato.*

Qualitatatis mutatio non alterat obligationem.

Quęstio sexta.

vbi soluendæ sint decimæ.

SExtò principaliter quæro, vbi dacimæ soluendæ 1 sint? Respon. prædiales in loco vbi prædia sitæ sunt c. fi. de paroh. nisi consuetudo fuerit in contrarium. c. cùm sint. & c. ad apostolicæ. de deci.

2 Personales verò vbi homines audiunt diuina. & recipiunt sacramenta per totū anni circulum. c. quæsti. 16. q. 1. seu frequētius, vt inueni in quadam decreta. Alex. 3. incipiente, nora quæ ad honestatem. in integra. Ideo dicit per anni circulum: quia si aliquotiens in vna ecclesia, postea in alia diuina audierunt: vel in hyeme in vna parochia, in æstate in altera, tunc personalis æqualiter diuidetur, autoritate superioris, si æquum fuerit tempus: aliàs pro rata temporis, teste Anto. Burt. in cap. 2. in fin. eod. tit. post. Innoc. Si tamen plura quis habeat domiçilia in pluribus parochiis, si in vna habeat domicilium principale, illi soluet, vt asserit Henric. Bohic. in ca. peruenit. 1. de deci. arg. l. 2. C. vbi senat. vel clariss. Sed si quis audiuerit in monasteriis diuina, decimæ personales non debentur illis: sed batismali ecclesiæ, & parochiali: quia paria sunt recipere vel recipere posse, & per eum stare quominus sactamēta recipiat. l. quod te. ff. si certum peta. Feder. consilio 253. quidam. in fi. Nam cùm per curatum non fiet, ei non est imputandū. l. in iure. ff. de reg. iu.

Parochiali ecclesiæ decimæ debentur.

3 Vnde dicit tex. in ca. statuimus. 16. q. 1. qui decimas extra baptismalem ecclesiam dare voluerit præter scientiā episcopi, bannum componat, & communione priuetur. Et quidam laici non ecclesiis, vbi baptismum & prædicationē, & manus impositionem, & alia Christi sacramenta percipiunt, decimas suas dant: sed propriis basilicis, vel aliis ecclesiis pro suo libito tribuunt, quod omnibus modis diuinæ legi, & sacris canonibus constat esse contrarium ca. in sacris. ibidem. & sic regulariter decimæ personales illi ecclesiæ præstantur, in cuius parochia est domus, in qua aliquis degit, & diuina audit: quia ibi diuina audiri debēt. c. 2. de paroch. ca. cùm quis. §. 1. de sepul. in 6. Sed si domus est in confinio duarū parochiarū, vtriq; debetur decima. & gl. doct. in ca. licet. in glos. vlti. 16. q. 3. Innoc. & alij in c. super. eo. de paroch. Et tunc debet media anni parte audire diuina in vna parochia, postea in altera.

Quando dubitatur cuius parochia sit domus.

4 Si verò dubitetur de qua parochia domus sit, inspicietur situs ianuæ, & illius erit parochiæ, in qua ianua sita erit. Bart. in l. quod conclaue. ff. de dam. infect.

5 Quid si dominus habet duo hostia? inspecietur principalius, & id quod est anterius, & tanquam nobilius iudicabitur ex illa parochia vbi situm fuerit: arg. l. cùm in diuersis. ff. de religios. & l. quæritur. de statu homin. Corset. in tractatu de potestate regia. quæstione 37.

Matrix ecclesia quæ dicatur.

6 Aduertendum est, quòd quædam est ecclesia matrix, quæ duobus sumitur modis. Primò pro cathedrali. c. venerabili. de verbor. signific. sicut aliquando parochia pro diœcesi ponitur. c ad apostolicæ. vbi doct. de don. c. ad apostolicæ. de deci. ita & diœcesis interdum pro parochia. Pro materiæ necessitate, & appelletione matricis in dubio, venit cathedralis. gloss. in §. quibus. in verb. matricibus. de priuileg. in clementi. & Dec. in cap. ex parte. S. in secundo notabili. de rescrip. nisi qualitas materiæ repugnet, capitulo ex transmissa. & capitulo veniens. vbi Imol. de præscriptio. Cardi. in capitulo cùm contingat. collumna tertia. quæstione secunda. de decimis. scripsi in c. penult. de præscriptio.

7 Secundo matrix ecclesia dicitur, quasi aliarum ædicularum, & capellarum mater,

Fructus beneficiorum quando in quatuor partes diuidi debeant.

& principalis, quando alias sub se capellas habet. & interdum vocatur plebania c. 1. ne cleri. vel monac. in 6. & dec. d. c. ex parte 5. & ibi Panor. de rescrip. & facit c. ad audientiam 1. de eccle. ædific. vnde Hostien. in ca. quoniam. in fin. de deci. dicit iura statuisse quatuor portiones de redditibus ecclesiæ faciendas, esse intelligenda in matricibus ecclesiis tantum: in capellis autẽ salua portione episcopi, omnia sunt rectoris. facit d. c. ad audientiam. de eccle. ædificand.

Baptismalis ecclesia quæ sit.

8 Baptismalis est ecclesia, in qua fontes in sunt baptismales, & parochiani ibi baptisantur. gl. & Panor. in c. cùm contingat. in glos. 2. & non possunt esse in vna parochia plures baptismales, sed vna tantum, cum capellis suis ca. plures. 16. q. 1. licet possint esse capellæ, quas succursus vocant: tamen vna erit baptismalis, quæ recognoscetur ab aliis: quamuis aliæ etiam parochiales esse possint etiam si ecclesia quædã sit baptismalis: vt ecclesiæ nostræ dominæ de tabulis in Montepessulano. tamen non sequitur quòd sit parochialis, & curata: teste Perus. in ca. ad decimas. vlti. nota. de restit. spoliato. in 6.

An decimæ debeantur baptismali ecclesiæ, an parochiali.

9 Dubium arduum vidi inter ecclesiam baptismalem, & aliam ecclesiam parochialem ibidem existẽtem euenire: hoc videlicet, an decimæ debeantur baptismali, & matrici ecclesiæ, an verò parochiali, & capellæ illius. & in hac quæst. propter varias, & diuersas sententias, casus facio sequentes.

10 Primus est, quòd decimæ prædiales matrici ecclesiæ in dubio debentur ex omnibus prædiis suæ parochiæ. text. in cap. 1. §. in diœcesi. 13. q. 1. vbi sic dicitur: In diœcesi autem designata quæcunque prædia colluntur, prouentus decimationum baptismali ecclesiæ designatus, debet solui: quia ergo prædia hæc intra terminos nostræ diœcesis continentur, & prouentus decimationum nobis legitimè assignatus, nostræ ecclesiæ persoluendus est, & de decimis iusto ordine non tantùm nobis, sed etiam maioribus visum est plebibus, tantum vbi sacrosancta baptismata dantur, debere dari. cap. de decimis 16. quæstione 1. & capitulo, veniens. vbi Imol. not. de præscrip. & si quis oblationes ecclesiæ, vel decimas, quas populus dare debet, tenere cõtenderit, vel extra baptismalem ecclesiam dare voluerit, præter conscientiam episcopi, vel eius cui huiuscemodi officia commissa sunt, communione priuetur. c. statuimus. cùm sequen. ibidem. & c. ex transmissa. iuncta glos. de præscrip. scribitur quòd matrix ecclesia, id est baptismalis, vendicat sibi omnes decimas ab hominibus capellarum, exclusis clericis, & sacerdotibus ipsarũ capellaniarum. facit glos. in cap. quicunque. 16. quæst. 1. Henric. Bohic. in c. peruenit. 1. eod.

11 Ratio est, quia verisimile est quòd in fundatione decimæ fuerunt ipsi baptismali ecclesiæ assignatæ. ca. pastoralis. de his quæ fi. a præla. & c. 1. §. 1. in 13. q. 1. Et ideo nulli licet decimationẽ prouentuum à priori ecclesia, cui fuerat assignatus, abstrahere. ca. de decimis. 16. quæst. 1. Nam ecclesiæ antiquitus constitutæ nec decimis, nec vlla possessione priuentur, ita vt nouis oratoriis tribuantur: imo quicunque voluerit ecclesiam edificare, omnino prouidẽdum est episcopo, vt aliæ ecclesiæ antiquiores propter nouas suam iustitiam atque decimam non perdant, sed semper antiquioribus ecclesiis persoluantur. ea ecclesiæ & sequent. 16. q. 1. Et quia hæc baptismalis præsumitur prior, & anterior: nam de baptismo prius hominibus prouidetur, cùm sit ianua aliorum sacramentorum. cap. fin. de presb. non baptis.

Matrix ecclesia est de iure communi ad decimas fundata.

12 Ideo matrix est de iure communi fundata quoad decimas prædiales suæ parochiæ: vt dicit glos. in c. cùm contingat. de deci. & in d. c. statuimus. 16. q. 1. Et quia ius duplex habet, videlicet baptismale, & parochiale, ideo vno potentius. c. 1. de treug. hoc expressè approbat Ant. Burt. in d. cap. cùm contingat. col. 2. Et sic iudicauit Bertach. Cesene, vt ipse refert in tract. de episcop. in 2. parte quarti libri. q. 41.

Petens à baptismali decimas, debet probare ad se spectare.

13 Et ideo si presbiter capellæ, vel succursus, petat à baptismali decimas, debet probare ad se spectare: quod potest probare, vel per compositionem. c. ex multiplici. eo. vel per præscriptionem. c. 1. de præscrip. in 6.

14 Vel per consuetudinem, quia consueuerit decimas prædiales recipere: & tunc consuetudini in hoc est standum. c. ad apostolicæ de deci. glo. & Innocen. in d. c. cùm contingat. eod. Inferius dico in illa quæst. 13. an decimæ tolli possint.

Ex fundatione probantur decimæ.

15 Vel probari potest per fundationẽ. Nempe si in fundatione istius capellæ, & succursus, fuerint illi assignatæ decimæ prædiales presbytero illius ecclesiæ nomine, vt viueret, sicut fieri debet, per ca. ad audientiam. 1. de eccle. ædifican. ca. constitutus. de religio. domib. & post assignationem, præsumendum est, quòd ex iusta causa istæ decimæ fuerunt dictæ capellæ assignatæ, postquam hoc episcopus fecit. ca. nisi essent. de præben. & solennitas etiam ex longo tempore præsumitur. l. sciendum. vbi iurium interpretes. ff. de ver. oblig.

Capellania intra parochiam constructa, illi parochiæ est subiecta.

16 Vel si capellanus probaret, & capellã, & succursum non ædificatam intra terminos ecclesiæ baptismalis, quod ex omnimoda separatione cõtingere posset: nam certum oportet esse capellam intra fines antiquiores ecclesiæ ædificatam esse, alioqui frustra diceretur capellam subiectam esse ecclesiæ baptismali, cùm non sit in eius parochia: teste Panor. cons. 58. in q. col. 2. ver. secunda opin. in 1. vol. per c. ad decimas. de rest. spol. in 6. ibi, infra parochiam. ergo si extra parochiam, debentur decimæ isti in cuius

sunt

Erecta eccleſia non cenſetur in præiudicium aliarum.

ſunt parochia.facit. c. quoniam. de deci.

17 Idem ſi presbyter illam eccleſiã probaret de nouo. rectam in baptiſmalem, quia ſi antea omnes ſuccurſus & capellæ habebat decimas, & fontes baptiſmales, & parochiam, tunc baptiſmalis de nouo erecta de iure communi fundata non eſſet, ſed eccleſiæ aliæ antiquiores, vt glo. docet.in c.quicunque.16.q.1. & Panor.d. conſil.58. quia hæc baptimalis non debet nunc cum incommodo aliarum erigi. Docto.in d.c.ad audientiam de eccle.ædifican.

Limitatio capellane probat decimas.

18 Item ſi ſuccurſus & capellæ haberent ſuos limites à baptiſmali omnino diſtinctos, tunc illa capella intra ſuos limites decimas prædiales habebit, quia probando limites, videtur probare decimas intra ſuos fines. datas per d.c. ad decimas. de reſti. ſpoliat. in 6.Calder.conſil. vlti.rub. de deci.Panor. in d.c. cùm contingat vbi Butriga. & alij, & Cardi.conſil.29. pro euidentia. col.2.& in clemẽ.1.q.8.eo. Nam veriſimile eſt, quòd non fuiſſet limitata, niſi ei fuiſſet data decima maximè quando alia eccleſia baptiſmalis antiqua habet adhuc ſufficientes redditus. Cardi in d.c. cùm contingat. per d.c.ad audientiam.1.de eccle.ædific. & Lapus allega.67. quoddam monaſterium. ſecus quando noua parochia non haberet limites, tunc baptiſmali deberentur.

Conciliatur diuerſa opinio.

19 Præterea, baptiſmali eccleſiæ debentur, quando eſt parochialis: ſecus ſi tantum baptimalis, & capella ſeu ſuccurſus, & non parochialis: tunc alia parochialis habebit prædiales. Et ita poteſt intelligi vtraq; opinio, & conſiliari: quam plenè examinat Iohan. Andr. in addi. ad Specu eo. tit. in forma quarti libelli: quem refert & ſequitur Anton. in c. cum contingat. eo. Et ideo iura dicentia deberi decimas eccleſiæ baptiſmali, intelliguntur quando baptiſmalis erat parochialis. Et ſic diluetur oppoſitio textuum dicentium deberi parochiali, quia eadem baptiſmalis eſt parochialis: ſecus ſi propter periculum puerorum baptiſandorum eſt facta quædam eccleſia baptiſmalis: tunc illi non debebũtur decimæ prædiales, ſed eccleſiæ parochiali, vbi ſita ſunt illa prædia. Et ita poteſt intelligi vtraq; opinio cum modificationibus ſuprà ſcriptis.

Conſenſus curatorum erigendo capellanum quid proſit.

20 Et quando probaretur conſenſus rectoris eccleſiæ matricis, præſtitus in erigendo eccleſiam parochialem: tunc in dubio iudicaremus curatum illi capellæ voluiſſe aſsignare decimas in ſua parochia ſitas. ſed in dubio non præſumitur conſenſus, ſi non appareat: niſi ex tanta temporis diuturnitate, cum poſſeſsione. l. ſi filius. C. de petitio hæredi.

Capellanus quando oblationes recipere poſſit.

21 Secundus caſus eſt, perſonales decimæ debentur illi eccleſiæ, in qua audiuntur diuina, & recipiuntur ſacramenta: non verò baptiſmali, ſi illic diuina non audiantur. c. quæſt.16. q.1. glo. in c. ſtatuimus. ibidem. c. fina. de paroch. Iohan. Andr. & Anchar. in d.c. ad apoſtolicæ. Cardi. in d.c. cum contingat. dicit deberi partẽ baptiſmali, propter baptiſmi ſacramentum: partem autem parochiali, propter alia ſacramenta ibi recepta, per cap. cum quis. de ſepul. in 6. & Barba. in conſi. 49. illud. in medium col.2. in 3. volu. quod ſatis rationi conſonum dicit Panor in d.c. cum contingat. col. 2. Sed in his conſuetudo eſt inſpicienda. nam regulariter hodie in fundatione capellæ & ſuccurſus ſolent oblationes capellæ aſsignari: ſed in honorem matricis reſeruatur aliquid ex illis oblationibus baptiſmali eccleſiæ.

Requiſita ut quis succurſus oblationes recipiat.

22 Et ſic loquitur d.c. ad audientiam. 1. de eccle. ædifi. vbi dicit capellanum illius ſuccurſus & capellæ recipi debere obuẽtiones illius villæ, his ſeq. concurrentibus, videlicet, quòd antiqua baptiſmalis eccleſia redditibus abundet: ergo ſi non abundet, non debet ſpoliali baptiſmalis parochialis, per d.c. eccleſiæ.16.q.1. & ſuperius dixi. Requiritur etiam quòd hæc ædicula ſit neceſſaria: aliâs non tenetur presbyter parochialis illi capellæ aliquid impartiri. ibi cum non poſsint parochiani ſine magna difficultate ipſam adire, vnde non valent congruo tempore eccleſiaſticis officiis intereſſe. Tertio, quòd illa capella nõ habeat ſufficientes redditus ad ſuſtentationẽ presbyteri: alioqui ſi fundator, vel parochiani concederent redditus ſufficientes, tunc non teneretur eccleſia baptiſmalis quicquam concedere. & hoc proſequitur Lapus allega.67. quoddam monaſterium. & Iohan. de ſelua. in tracta. de benefi. in 1. parte. q.5. nu.100. & ſeq. Iohan. brunel. in tracta. de dignita. lega. in 13. cõcluſio. & parochiani tenentur prouidere quando baptiſmalis non eſt redditibus abundans. teſte Baldo, conſil.132. præſuppoſito. in 1. volum. nec poteſt curatus eccleſiæ baptiſmalis à parochianis pecunias recipere, vt conſentiat ad erectionem illius eccleſiæ in parochialem: aliâs turpiter reciperet. c. querelam. vbi doct. de ſimo.

23 Et ſic regulariter eccleſia baptiſmalis parochialis antiquior decimas prædiales habere debet in tota ſua parochia, niſi appareat capellam aliquam habere parochiam limitat: tunc illa parochialis intra ſuos fines habet ius commune pro ſe, quo ad dictas decimas prædiales in ſua parochia exiſtentes, etiam quo ad perſonales ſuorum parochianorum.

Decimæ perſonales debeantur curato in cuius parochia quis habitat.

24 Item perſonales non debentur primo curato, ſi quis mutauerit domicilium, ſed ſecundo, ſi ibi audiantur diuina, & recipiantur ſacramenta. per text. in c. ad apoſtolicæ. de deci. vbi Anto. & alij. & illi cenſentur parochiani illius parochiæ in qua habitant, vt de ſcolaſticis & mercenariis. glo. ſcribit in clemen. j. de priuileg. & ſufficit ſola

domicilij constitutio, cum hoc quod in secunda parochia audiat diuina: secus si sit dubium de voluntate constituendi domicilium, tunc per multum tempus oportet moram trahere: vt in scolasticis declarat Bart. per illum tex. in l. 2. C. de incol. lib. 10. & Anto. in d. c. ad apostolicæ. col. 2. &c.

De decimis animalium.

25 Decimæ verò animalium inter prædiales computantur glos. in c. ad apostolicæ. de deci. & ideo debentur illi ecclesiæ, in cuius parochia animalia morantur, & pascũt. gl. in verbo pascũt. in c. 1. §. item quis vnquam. 15. q. 1. Matthæ. de Afflictis, in constitut. Neapolit. lib. 1. rub. de deci. nu. 13.

26 Quod si in vna parochia pascant in hyeme, & in æstate in alia, vel in vna pascant continuò, & in alia iaceabant, & dormiant, tunc diuidentur decimæ inter has duas parochias. vt tenet glo. plenè in d. c. ad apostolicæ. & Henric. Bohic. in c. peruenit. col. 1. ibidem.

Consuetuto soluendi decimas ex animalibus.

27 Valebit tamen consuetudo, vt ecclesia parochialis vbi frequentius pascuntur, accipiat: vt in quæst. 17. inferius plenius dixi, & communius obseruatur, quòd decima lactis detur in illa parochia, vbi extrahitur, & decima caseorum illi ecclesiæ debetur, vbi casei fiunt, sed decima lanæ, & fœtus debetur illi curato, in cuius parochia nascũtur, & hoc seruatur in lingua. Occitana, teste Boherio in §. 13. de consuet. præd. in consuet. Bitur.

Animalium triplex est fructus, & ex quo solum debeat decima.

28 Notandum est, quòd in animalibus triplex est fructus, primus est agni, hœdi, vituli, equuli, suculi, & alius fœtus. secundus in lacte consistit, tertius in lana & pilis. l. in pecudum. ff. de vsur. & §. in pecudum. de rerũ diuisio. in instit.

29 Decima fœtus in ordine nascendi cognoscitur, & decimò natus debetur: vt scribit Iohan. Andr. in addi. ad Specul. eod. titu. in verbo, speciem.

Si verò non appareat quis sit decimus, tunc mediocris præstatur. l. si quid. §. venditor. & l. sequen. §. illud. ff. de ædil. edict. & alibi dicitur, quicunque recognouerit in se quòd fideliter non dederit decimas suas, modo emendet quod minus fecit. Quid est fideliter dare, nisi vt nec peius, nec minus aliquando offeratur. c. quicunque. 1. in 16. q. 7. Deterior autem reddi Deo non debet. Indignum enim est dare deo, quod dedignatur homo. c. vlti. in fin. 49. distinct.

Partus lactatus esse debet.

30 Vitulus tamen, suculus, vel alius fœtus lactatus esse debet, antequam præstetur, & impinguatus: alioqui cõmodum non afferret. & ita præstari debet, vt ad vsum esse, & deinceps viuere sine matre possit, teste Ioã. Andr. in additio. ad Specu. in verbo, speciẽ. ne datio ex illorum imbecilitate pereat. l. si seruus decem. in fi. ff. de solut. l. eum qui. de annu. lega. Iohan. Andr. & Henric. Bohic. in cap. cum homines. eod. vbi Anchar. & alij sic consuluit. Oldrad. consil. 236. circa propositam.

Consuetudo soluendi decimam fœtus animalium.

31 Hodie est consuetum statim post pascatis festum hos fœtus decimare, & solet dari in plerisque locis huius fœtus decima in pecunia. Nempe si parochianus habeat hœdos viginti, duo estimabuntur, & illorum pecunia parocho dabitur: & ita vidi seruari in multis locis. Liberum tamen est curato, si malit, fœtum recipere, nisi consuetudo contraria existat. vt interius q. 13. habetur.

Lanæ decima statim soluenda.

32 De lana statim detonsa solui & exigi solet, ex decem velleribus vnum pro decima: vt loquitur Iohan. Andr. in d. additione, & aliàs pro consuetudine locorum: quia non est causa differendi hãc decimam, teste Anto. in c. ad apostolicæ. de deci.

Lactis decima quomodo sit soluenda.

33 De lacte idem videtur, vt ex decem pintis vna debeatur: tamen si fiant de voluntate curati, expressa vel tacita, casei, decimus præstabitur curato: quod est magis frequẽs. Et idem in butyro, vt etiam decima debeatur, teste Andr. Hispa. q. 1. & in his Iohã. Andr. dicit consuetudinẽ maximè attendendam, per glo. in c. reuertimini. 16. q. 1. Ideo si consuetudo habeat, vt eccle. baptismali soluatur tota decima illa, valebit.

Destructa domus, & facta vinea, integrã dabit decimam.

34 Item solui decima debet prout solui consueta erat, vt inferius plenius scripsi, quæst. 13. tamen si ex decima domus quinque annui soluebantur solidi curato, si destructa domo, fiat vinea, integra soluetur decima ex vinea, per c. commissum. de deci. & ibi Anto. & in integra clarè patet.

Vinea in agrũ, & contra mutari potest, etiã contradicente curato.

35 Et ideo concludunt docto. ibi, quòd dominus potest etiam cum contradictione curati vineam in agrum arabilẽ mutare, vel econtra: nec curatus poterit se opponere quando hoc fit, teste Host. in summa. §. & vtrum. versi. decimo. Et is qui solitus erat habere decimam frumẽti, si terra frumenti mutetur in vineam, eam habebit & mutatio qualitatis non alterabit obligationẽ, nec ob id perdet suam decimam is, qui eã habebat prius. Collectarius & alij in d. c. commissum. quamuis alius haberet decimam vini. Si verò monachi præscripserunt decimam vini, & vinea mutetur in fundum, monachi decimam fundi non habebunt: quia non præscripserunt decimam fundi, & non possunt dictum dominum sic mutantem qualitatem prohibere, ideo ecclesia parochialis habebit Anto. in d. c. commissum alia ibi dicuntur quæ vt breui finiam, omitto. vos quæso, dilecti auditores boni consuletis.

Quæstionis septimæ Epitomæ.

1 *Decimæ quibus soluendæ.*

2 *Leuitæ qui sint.*

3 *Decimæ prædiales curato illius parochiæ, cuius loco prædia sita sunt debentur.*

4 *Curati in decimis prædialibus de iure cõmuni fundatam*

fundatam habent intentionem : etiam contra episcopum.nu.5.

6 *Intellectus cap.cum homines.de decim.*

7 *Decima prædialis quibus casibus debentur episcopo.& nu.8.cum seq.vsque ad nu.13*

9 *Parochiæ quando non sunt distinctæ episcopus omnes decimas percipit, & eas clericis pro meritis personarum distribuit.*

11 *Episcopus in sua canonica portione de iure communi fundatus est.*

12 *Episcopus nomine cuiuslibet ecclesiæ parochialis potest ad decimas agere, quando non est curatus qui agat.*

13 *Intellectus cap.dudum.de decim.*

Decimis donatis ecclesiæ cathedrali, aut alio modo debitis, episcopus de iure communi in illis est fundatus.

14 *Decimæ debentur clericis etiam diuitibus.*

Decimæ intuitu Dei, non personarum dantur ecclesiis.

Iura propter diuitias nemini sunt auferenda.

15 *Decimæ debentur etiam malis curatis.*

16 *Decimas in malos vsus conuertens, tenetur.*

Stipendia vt consequantur, qui suum commodant obsequium, iustum est.

16 *Decima duplex vni soluenda non est.*

Quæstio septima.

Quibus solui decima debeāt.

1 SEPTIMO, quibus solui decimæ debeant? Respon.olim filiis Leui qui in tabernaculo fœderis ministrabant, reseruatæ fuerunt. Leuit. c.fin. Primitiæ verò sacerdotibus.2.Esdræ.c.10.circa fi.Itaque hodie sacerdotes & clerici&ecclesiæ ministri ipsas habere debent.c.1.& seq. & c.non est de dec.Præposit.in c.peruenit.col. 2.in 1.q. 3.facit c.tua. 2.ibi, quibus eas ipse pro suo cultu concessit.& c.quamuis. ibi.quòd sacerdotum est de deci. & Paschalis papa sic ait:Decimas à populo sacerdotibus,ac leuitis esse reddendas diuinæ legis sanxit authoritas.c.decimas.19.q.1.

Leuitæ qui sint.

2 Et quia in iure pontificio de leuitis sæpius mentio habetur, audi quid dicat text. in c.cleros. circa fi. 21.distinct. Leuitæ,inquit, ex nomine authoris sunt vocati.De Leui enim leuitæ exorti sunt, à quibus in templo Dei mystici sacramēti mysteria explebantur. Hi Græcè [illegible] Latinè ministri dicuntur quia sicut in sacerdote consecratio,ita in diacono ministerij dispensatio habetur,&c.& decimas Deo & sacerdotibus Dei dandas Abraham factis, & Iacob promissis insinuat, & omnes. sancti docto. commemorant.c.decimas.2.in 16.q.7.

Quibus clerici decima debentur.

3 Dubitandum est quibus clericis decimæ solui debeant? Respond. ne confusa super his remaneret solutio,& ne quidā sibi deberi eas diceret, fortè vel paupertatis ratione, vel cultus diuini, vel vitæ perfectionis: ideo Dionysius papa istas limitauit, & curatis suis in locis assignauit.c. ecclesias.13 q.1.c.pastoralis. de his quæ fi.à præla.ob id prædiales decimæ curato illius parochiæ, cuius loco prædia sita sunt, debentur.c.fin. de paroch. cùm sint. de dec.Hosti.& Ioan. And.in c.à nobis.ibidem.

4 Et sic curatus in sua parochia habet intētionem fundatam de iure communi in his decimis.vt non teneatur probare eas ad se spectare,postquam à iure sunt eis tributæ. c.si quis laicus. c.statuimus. 16.q.1.c.à nobis.vbi Card. & Anto. & c.cùm in tua.c.cū contingat.de dec.declaro in tracta. de congrua portio.q.vlt.facit text.in c.1.in fin.ibi, iure communi parochialibus ecclesiis reseruato de verb.signi.in 6.

Curati de iure communi fundati.

5 Etiam fundati sunt in his contra episcopum.c.fi.de paroch.& c.vlt. vt lite penden. vbi Imo.& Car.consi.88.consultus.nume.7. Socy.consi.297.viso.in princip. volu.2 Ias. consi.19.in causa.col.1.vol.3.& Bertran.cōsil.350.etiam in 2. vol.de primo impressus. & consi.132.vol.1.ibidem.

6 Nec refragatur c.cum homines.de deci. vbi etiā de frugibus decima debetur ecclesiæ, cuius est parochianus. quia illud intelligitur,quando prædia erant sita in illa parochia:alioqui si in alia, debentur decimæ illi,vbi sunt sita prædia.

Quibus casibus episcopo decima debetur.

7 Episcopo verò decima debetur in seq casibus. Primus est in decimis sitis in parochia ecclesiæ cathedralis, tunc omnibus præfertur. c. dudum. eo. tit.secundū vnum intellectum. Anto. & Panor. in c.cum contingat.col 2. & c. peruenit.c.parochianos. & seq.eo. & hoc si ipse esset curatus.secus si alius sit illius ecclesiæ curatus.

8 Secundus casus est, quando decima seu prædium non est in alicuius parochia sitū. c.quoniam.eo tit.& tunc dicit text.in c.decimas. 16.q. 7.has decimas sub manu episcopi fore censemus,vt ille qui cæteris præest,omnibus iustè distribuat.

9 Tertius,qn̄ parochiæ non sunt distinctæ, tūc quia tota diœcesis est parochia epis.c. oēs basilicæ 16. q.7.ideo tūc oēs decimæ in eius dispositione sunt, vt oēs pro meritis personarū clericis distribuat. c.1. in 16.q.1. sed communiter eas distinctas videmus.

10 Quartus, si consuetudo hoc haberet, vt ad episcopum spectarēt. gl.in c. dudum.de deci.Sed hodie est contra episcopos cōsuetudo, vt non recipiant: quia episcopatus non sunt tenues in fructu.

11 Quintus, in sua canonica portione episcopus etiam de iure communi fundatus est:curatus autem quo ad reliqua,teste Hostien.& Iohan.Andr.per illum text. in d.ca. cùm contingat. licet non loquatur de canonica portione,sed de decima: & ibi est narratio partis non papæ,dicentis episcopum de iure communi fundatum.

Sextus,

12 Sextus, poteſt epiſcopus nomine cuiuſlibet eccleſiæ parochialis ſubiectæ ad decimas agere, quãdo nõ eſt curatus qui agat. c. vlti. in fi. de ſucceſſ. ab inteſta. ſecundum vnum intellectum. alioqui non agit ad decimas quæ curioni, qui ſacra miniſtrat, debentur. Hoſtien. & alij in d. c. dudum.

13 Vltimus caſus, quando donatæ eſſent decimæ eccleſiæ cathedrali, vel alio deberentur modo: tunc epiſcopus de iure cõmuni in illis eſt fundatus. & ſic poteſt intelligi d. c. dudum. ibi, quòd ipſi decimas de laboribus ruſticorum ſuorum, Veſprimenſis eccleſiæ debitas, non permitterent ſibi ſolui. de decim. & tunc illæ decimæ inter fratres diuidi debent. c. vlti. de offi. cuſtu. Fratres vocat canonicos eccleſiæ cathedralis. c. nouit de his quæ fiũt à maiori parte capituli.

Diuitibus etiã clericis decimæ debentur.

14 Debentur decimæ clericis etiam ſi ſint diuites, nec diuitiæ clericorum debent impedire integram decimæ ſolutionem: quia decimæ nõ dantur intuitu perſonarũ eccleſiis, ſed dei. c. decimæ. vbi glo. 16. q. 1. & propter diuitias non debẽt alicui ſua iura auferri. c. ·. in 14. q. 1. Io. And. & alij in rubr. de deci. alioqui regi diuiti non daret quis tributa, nec dreditori diuiti, quod eſt abſurdum.

Malis etiam clericis decima debentur.

15 Etiam ſi clerici vel ſacerdotes ſint mali. c. quid dicã 14. q. 4. & in c. fortè. q. 5. ſic ſcribitur, fortè aliqs cogitat, & dicit, multi ſunt Chriſtiani diuites, auari, cupidi, non habeo peccatum ſi cenſum illis abſtulero, & pauperibus dedero: vnde enim nil boni agunt, mercedẽ habere potero, ſed huiuſmodi cogitatio à diaboli calliditate ſuggeritur. nam ſi totum tribuat pauperibus, quod abſtulerit, addit potius quàm diminuit. Sunt verba Augu. in d. c. fortè. & Amb. in lib. de offi. ſcribit his verbis: Denique ſi non poteſt ſubueniri alteri, niſi alter lædatur, cõmodius eſt neutrũ iuuari, quàm grauari alterũ c. deniq; ibid. Ideo ſoluendo decimã cogitare quis debet, quod deo præſtat, & nõ malo curato, & Deus recipit: ideo non debet curare ſic ſoluens, quia præceptũ dei adimplet ſoluẽdo, quod non faceret pauperibus dando.

Conuertens in malos vſus decimas tenetur.

16 Etiam debentur clericis decimæ ſi ipſi in malos vſus illas cõuerterent, ſed tunc abutentes illis bonis, iudicium ſibi manducant & bibunt. vt dicit Hiero. ad Damaſum papam, in c. clericos. & ſeq. 1. q. 2. & c. illi. ac. c. ſi. 12. q. 1. Aſten. in d. rub. de dec. verſ. circa tertiũ. quod eſt verũ, ſi eccleſiæ ſeruirent. Iuſtum nanque eſt, vt illi conſequãtur ſtipendia, qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium. Grego. in c. charitatem. in fin. 12. q. 2. nam qui altari ſeruit, de altari viuere debet. c. cum ſecundum. de præbend. vide quæ dixi inferius. q. 13. an decimæ tolli poſsint.

17 Si tamen quis ex fructibus à fundo perceptis ſoluiſſet decimam, poſtea de lucro, quod ex illis fructibus prouenit, aliam decimã ſoluere non tenetur: quia duplex decima vni ſoluenda à Deo præcepta nõ eſt. teſte Panor. in d. c. cum ſint homines. hactenus de hac quæſtione.

Quæſtionis octauæ Epitomæ.

1 *Decima de quibus bonis ſoluenda.*
Decimæ prædiales de omnibus terræ fructibus & prouenientibus debentur. nu. 3.
2 *Decimæ perſonales de omni lucro exſoluuntur.*
Decima de omnibus quæ licitè quis acquirit, debetur.
3 *Decima de frumento & leguminibus, & de omni eo quod gignit humus eſt præſtanda. & num. 4.*
Palea eſt in fructu.
5 *De fructibus arborum decima præſtanda.*
6 *Decima de molendinis ſoluenda.*
7 *De hortorum fructibus decima debetur: & tam de primis, quam ſecundis*
8 *Decima de fabis, cleribus lino, canape, & aliis debetur. & nu. 3°.*
Croci decima debetur. & nu. 30.
9 *Fœni decima ſoluenda.*
10 *Decima de piſcariis & vinariis debetur: & an cenſetur prædialis, an perſonalis. 14.*
Feræ euadentes noſtram cuſtodiam fiunt occupantis.
Piſcium natura fera.
11 *Animalium decima ſoluitur: & vbi*
Seruitus paſcendi eſt prædialis.
12 *Decima de nutrimentis animalium an debeatur. & ibi quid nutrimentum ſit.*
13 *Caprarum decima vbi ſoluenda.*
Paria ſunt non eſſe. & non apparere.
15 *Decima animalium quæ capiuntur, ſolui quomodo debeat.*
16 *Cuniculorum decima non debetur: & quare.*
17 *Aucupii decima an debeatur.*
18 *Decima ex lucro negotiationis, & ex omni artificio debetur. & nu. 19.*
20 *Item & de omni militia, dum tamen ſit iuſta.*
Aduocati decimam debent de eo quod ex aduocatione percipiunt.
21 *Decima de domibus ſoluenda, in ea quantitate, de qua conſuetum eſt ſolui.*
22 *Decima de paſcuis, id eſt, de pretio quo paſcua vendita eſt, ſoluenda: & quid ſi non vendantur paſcua.*
23 *Decima de lapidicinis.*
24 *Decima de argentariis, & aliis metallariis, & eſt perſonalis.*
25 *Decima de apibus, id eſt de fructu earum.*
26 *Decima de lignis.*
27 *Decima de poſſeſsionibus regum & principum ſoluenda.*
28 *Decima de furnis. id eſt de commodo illius præſtatur.*
29 *Decimas prædiales etiam iniuſtus poſſeſſor ſoluit.*

Decima

31 *Decima quando soluenda, vel non, de domo acquisita.*

32 *Religiosi quare suis consanguineis non succedant.*

Quæstio octaua.

De quibus bonis decima soluenda sit.

1 Ctauò principaliter quæritur, de quibus bonis decima soluēda sit? Respondeo, prædiales de omnibus terræ fructibus, & prouentibus.c.non est c.nuntios. & c.ex parte.in 2.& aliis multis iuribus eo. tit.plenè Henric.Bohic.in ca.peruenit.3.eo. & Marc.Mantua.cons.1.nu.31.

2 Personales verò de omni lucro exoluũtur.c.ex transmissa. eo. ibi, quia fidelis homo de omnibus, quæ licitè potest acquirere, decimas erogare tenetur, siue sit castrense lucrũ, siue quasi, siue aduentitiũ, vel profectitium.vt declarat Andr. Hispa. in q.12.

De frumento, & leguminibus decima præstanda. & omnibus terræ fructibus.

3 Ex quo infertur quòd de fructibus prædiorum decima pars est soluenda. Et in primis de omni frumēto, & grano. c. non est. eo.tit.& 2.Paralip.c.13.ibi, Quòd cum percrebuisset in auribus multitudinis plurimas obtulere primitias filij Israel frumenti, vini, olei, mellis quoque, & omnium quæ gignit humus, decima solui debet: etiã palea est in fructu.l.adeo.§. cum quis.ff.de acquir.rer.do.Panor.c.peruenit. col.2.eo.nisi consuetudo sit in contrarium. teste Anto. in.c.ad apostolicæ. in fin.

4 Secũdo de omnibus leguminibus solui decima non omittetur c.3. ibi, de blado, & vniuersis leguminibus.de deci.

De fructibus arborum decimæ præstatur.

5 Tertiò de fructibus arborum ideo si decem beotios nucum, amigdalarum, aut castanearum habeam, dare decimam de his partem deo oportet, & pro quantitate quã habeo, nouem partibus mihi retẽtis.c.decimæ.in fi.16.q.1.& d.cap. non est.& c.cum homines. sic consuluit Bert. cons.247.decimæ.in 3.vol.ex noua editio.

Ex molendinis decima solui debet.

6 Quartò de molendinis decima præstatur, vt si decẽ sextaria frumẽti, siliginis, aut alterius grani molẽdini nomine consequar, vnũ pro decima soluere adstrigor, vel aliâs pro rata.c.peruenit.eo. si verò pecunia pro molendini pensione soluatur, ex illa pecunia decima exoluetur illi ecclesiæ, vbi molendinum situẽ est, etiã si esset molendinum ad ventum, vel molendinũ cathena super fluuio, teneretur.c.ex transmissa.& cap.pastoralis.eod.

De hortorum fructibus decimæ penderur.

7 Quintò de hortis, siue sint holitorij, in quibus herbæ tantum vescendi gratia crescunt, & tũc ad vsum curati ex illis decima ita dari posset. d.c. non est.eod.vt hodie in meo orto curatus sumat. quãtũ sibi opus est in illo die: & sic per singulos parochianos discurret, demum ad primum reuertetur. Ioh. And.in c.peruenit. eod.& debetur decima tam ex primis fructibus. quàm ex secundis.nam si secundo feratur, ex fructibus secũdis, & tertiis, & quartis, si tot veniant, debẽtur decimæ, per text. in c.ex parte. 2.de dec. quia ex omnibus fructibus, & frugibus.c.1.eo.

Ex lino. canape.fabis & oleribus decima debetur.

8 Vel si hortus teneat fauas, vel alia legumina, dabitur decima ex his: idẽ si ortus si linarius, vel de canapinus vbi linũ, vel canape crescit: vt in l.vrcana.ff.de verbo.sign. elucidani.& soluitur illi parochiæ, vbi est hortus: licet de cõsuetudine ex oleribus nõ viderim soluere decimã, quia curati hortum ad vsum illorũ habere solent, ex illo ergo olera recipiant, & si nil fuerit in eo horto, imputetur isti negligẽti curato: quia verisimile est, quòd in fundatione beneficij iste hortus fuit curato assignatus pro suo vsu, vt parochiani amplius ad olera isti curato non tenerentur, sed ipse suis manibus sibi pararet. Et decima etiã crocorum debetur, teste Aufre. q.109. & ita fuisse indicatum assero infrà q.13.nu.41.

Foeni decima debetur.

9 Sextò de fœno. nam si fœnum in fasciculos redigatur, decimus debẽtur: si aliter, semper decima soluetur.c. peruenit.eod.& ista est decima prædialis, exoluenda vbi est pratum.

De piscariis decima præstari debet. & viuariis.

10 Septimò de piscariis, vbi pisces ali solẽt, stagnum nunc vocamus: debetur etiã decima.d.c.peruenit eo.piscariam etiam vocat iurisc̃os.in l.inter publica.ff.de ver. sig.nam vbi piscatur a stagnũ, fortè in triennium, tũc soluenda erit decima carpionũ, si ibi sint, vel luciorũ, luporũ, mugilum, seu aliorum piscium, vel in pecunia pro consuetudine regionis, & tũc censeri debet prædialis, illi soluenda ecclesiæ in cuius territorio stagnum consistit. Si verò extra stagnũ priuatũ pisces, vel in flumine, vel in mari capiantur, tunc decima debetur personalis, quasi ex lucro illi ecclesiæ, vbi diuina audiuntur, c.pastoralis eo. vbi Collecta. dicit, quòd si stagnũ superius positum fractũ fuerit per inũdationem aquarũ, & pisces mei ad tuũ peruenerint stagnum, eos non repetam, si discerni non possint: quia natura piscium fera est.§.flumina.de rerum diuis.in Instit. & feræ quando euadunt custodiam meam, statim fiunt occupantis, quando eas non persequor.§.feræ.& §.seq.ibidem.

Animalium decima soluatur.

11 Octauò de animalibus decima non est omittẽda.d.c.nõ est.clemẽ. 1.& ibi Cardi q.15.de deci.nã & filij Israël obtulerunt decimas boũ, & ouiũ.2.Parali.31.c. Et illi ecclesiæ soluẽda est, in cuius territorio animalia pascũt.nã & boues dicũtur esse illius loci, in quo laborant.l. cum quidam.ff.de fund. instr.& seruitus pascendi est prædialis.l.pecoris.ff de seru.rust præ. ideo sicut prædialis præstãda est in c.1. in verbo pascit.13.q.1. si autem in duobus pascant terris, decimæ diuidentur, & pro rata temporis soluentur.c.

tur.c.a.§.si de sepult. in 6. nisi fuerit cõsuetudo in contrarium. tunc illa consuetudo, vel priuilegium seruandum erit.c. apostolicæ.de deci.vbi Hosti. & Bertrand.consi. 252.si animalia.in 3.vol.2. editio. c. ex parte.1.eod.

De nutrimentis animalium decima an debeatur.

12 Vbi quibusdam indultũ est religiosis,ne de nutrimẽtis animalium decimas soluant, id est de animalibus, quæ nutriunt ibi exponit glos.& doct.Ego verò dicerem intelligi de nutrimentis animaliũ, id est de pullis,equis,& fœtibus quæ animalia religiosorum nutriunt,vt non teneantur religiosi decimas soluere de ouibus, & vaccis,sed nec de ipsis fœtibus quæ ista animalia nutriunt:quamuis doct. contrarium dicant, ergo de iure tenebantur religiosi decimam præstare de illis animalibus alioqui frustra daretur priuilegium,si iure communi concederetur. per text.in l. vna.C. de thesaur. libro.10.

13 Ideo consulit Bertrand. con.156 decima. in 5.vol.in editio.1. de capris decimam soluendam illi ecclesiæ in cuius parochia pascuntur,etiam si illæ capræ spectarent ad fabricam ecclesiæ pro luminaribus, tum quia omnes tenentur qui non sunt exempti, & priuilegiati:& isti non ostendunt priuilegium, ergo non sunt exempti:quia paria sunt non esse vel non apparere.l. duo sunt. ff.de testa.tute.

14 Si autẽ in viuariis inclusæ feræ sint,soluetur decima ecclesiæ illi, in cuius territorio sunt inclusæ: quæ viuaria vocat iurisconsultus in l. vsumfructum venari. ff.de vsufruc. hoc loco. And expressè decidit in c.commissum.col.2.eod. Anto. & Cardina. post eum in c. non est ibidem.

Animalium quæ capiuntur quomodo solui decima debeat.

15 Si verò capiantur animalia in libertate existentia, tunc soluetur decima personalis, quia hoc nobis lucro est, vt probant Innocent.& Panor.in d.c.non est.vbi dicit soluendam decimam de venatione, & sic soluenda erit de piscatione.

De cuniculis.

16 Sed si cuniculi capiantur in garena alterius,vel alia animalia sic inclusa, tunc quia non transfertur dominium in accipientem, sed furtum committit capiens. §.gallinarum.de rerũ diui.in Inst.non debetur decima.sed animal sic captum restituendũ est. Hostien. in c. non est in potestate.de deci. Chrassa.in §.1.rub.*des instices*. in consu.Burgund dicam in ordi. regi. in rub.*des chasses* si in garena sua capiantur, decima præstabitur illi ecclesiæ, in cuius parochia sita est garena.

De aucupio an decima sit præstanda.

17 Quid de aucupio, an decima soluenda sit? Iura nihil statuunt: iurisconsultus tamen in l.item si fundi.§.sed si insula.ff. de vsufr. dicit aucupiorum vsumfructum, sicut piscationum, & venationum, esse fructuarii:& sic postquam æquiparantur, si fructus aucupii recipiantur,decima debetur.

Si verò causa voluptatis ibi aues inclu-

datur ex his non debetur decima:ex auibus autem quæ in libertate sunt, decima solui debet, si in lucro sint, sicut de alio lucro.Anchar.in c.non est col. 2.eod.

Mercatores de lucro decimam pendant.

18 Octauò,de negotiatione solui decima debet.d.ca.non est.ideo mercatores de lucro in singulos annos facto, decimam soluere tenentur: & si sapiant, & eorum vtilitati consulere velint,eas soluant.

Ex artificio decima soluitur.

19 Nono,de omni artificio.c.decimæ.16.q.1. ibi,de negotio, & artificio reddedecimas. vbi etiam glos.& ideo si arborem scindam, valentem aureo. debeo decimam illius cu rato, in cuius parochia est excisa. si tamen eam vendam Parisius, & ibi vendatur nouem libris, danda erit decima ex tribus aureis adiectis illi parochiæ in quam recipiuntur sacramenta, deductis tamen expensis, portus, & aliis: vt Anchar. & alii scribunt in d.c.non est.in fi.

De militia decima soluitur.

20 Decimò,de omni malitia soluuntur decimæ.ca.decimæ.16.q.1.quod est verũ de his quæ milites in bello iusto acquirunt:alioqui ad restitutionem tenentur.c. sicut.3.de iureiu.c.militare.23. q.1.& ca. dicat aliquis. q.5. Cardi.in c.non est.eod.& de stipendiis quæ habent. Panor. ibi. & sic cùm aduocati dicantur militare.l.aduocati.C. de aduo. diuerso.iudic.ergo de eo quod de aduocatione percipiunt,debent decimam soluere. Anchara.in d.c.non est.

De domibus decima debet.

21 Decimò,de domibus decima solui debet, prout,& in ea quantitate, de qua consuetũ est solui.c.plerique.de pactis.& c. pastoralis. & c. commissum. vbi Anto. Butriga.& alii.eod. tit. alioqui decima pars pensionis domus soluetur. Panor. ibidem.potest tamen consuetudo facere,vt nihil de his exoluatur:vt scripsi inferius in 13. quæstione. Et ista est generalis consuetudo, vt nil de domibus soluatur pro decima:vt Iohan.Andr. etiam notat in d. cap. commissum.& solui debet vbi domus est. Si tamen vendatur domus,decima soluitur, deducto precio quo fuit empta, de residuo.c. pastoralis.de decimis. Idem si in agro construatur domus, vt ecclesia etiam debeat, vel pensionis domus decimam,quanti locari posset, vel saltem vt non diminuatur decima, quæ recipiebatur ex agro,per d.ca. commissum. vbi Cardinalis.

De pascuis.

22 Duodecimò,de pascuis,id est de precio, quo pascua,seu pastura vẽdita est, decima solui debet.c.commissum. vbi his verbis vtitur Panorm.eo. vel de animalibus quæ ibi pascuntur. soluitur lac,lana, & fœtus:vt Io. Andr. ibi dicit, & superius scripsi. q. sexta. Si tamen nõ vendebantur pascua, id est fructus pascuorum, tunc aliquid in pecunia debet curato pro his pascuis solui, videlicet pro quolibet iugere debet statui pecunia pro decima soluenda, si non soluatur decima animalium, vt prædixi:& est prædialis decima. & in hoc consuetudo est maximè

ximè attendenda.

23 Decimotertiò, de lapicidinis scribit. Io. And. & alij, in cap. peruenit. de deci vbi ex his deberi decimas docet, non ex decem lapidibus vnus, sed ex pecunia, quam quis lucratur, ecclesiæ, vbi audit diuina, decima soluetur.

De lapicidinis.

24 Decimoquartò, de argentariis, & aliis metallariis. l. cuncti. C. de metalla. lib. 1. & Iohan. Andr. in dicto c. peruenit, vbi Butr. & alij. & ista est personalis, quasi ex lucro: quia plus operatur industria, quàm natura. secus si habeam fontem in prædio meo, vel puteum, & eius vendam aquã, teneor tunc illi parochiæ, in qua est fons vel puteus, decimam soluere: teste Anchara. in c. non est. eod. col. vlt.

De argētariis & metallariis.

25 Decimoquintò, de apibus & fructu earum, videlicet de cera. & melle. cap. nũtios. eodem. non vero de ipsis animalibus, id est ex decem examinibus apum, vnum non est soluendum. nec ex decẽ alueis, sed ex fructu earum: licet de consuetudine nil soluatur, debent tamen apes habentes, in quatuor saltem festis solennibus vnam candelam vnius libræ soluere ecclesiæ parochiali, vel de pecunia quam ex melle & cera habuerant, decimam partem. doctores in dicto c. nuntios. & debet solui vbi apes consistunt, vt est visum Anchara. in dicto cap. peruenit. vbi legit cap. nuntios. simul & Roffre. in libel. iuris. canonĩ. in quarta parte rubricæ de quibus rebus, &c. huius est sententiæ.

De apibus.

26 Decimosexto, de lignis. Cardinalis & alij in dicto cap. peruenit. videlicet, vt ex decem fasciculis decimus soluetur curato illius parochiæ, vbi ligna creuerunt: & si sit lignum ex sylua cædua, debetur quando lignum cæditur: ex ligno vero magno, decimum, vel ex pretio, decimã pretij pars, & in hoc consuetudo seruanda est.

De lignis.

27 Decimoseptimo, etiã de possessionibus regum, & principum solui decima debet: quia omnes adstringuntur, ergo & ipsi. & hoc. fuisse iudicatũ de possessionibus Delphini asserit Guido papæ, in decisio Delphi. q. 266. à præstatione. nec ipsi principes eximere seipsos à præceptis dei possunt. c. tua. 2. de deci.

De possessionibus regum & principum decima pluida est.

28 Decimo, octauo, de furnis solui decima debet. doct. in c. peruenit. & c. pastoralis. 1. eod. vt decima pars commodi illius præstatur, siue illud consistat in pane, siue in pecunia, vel in alia quacunque re.

De furnis decima soluitur.

29 Decimonono, etiã prædiales decimæ indistinctè solui debent à quocunque, siue sit iustus possessor, siue iniustus, violentus, vel clandestinus: sicut in tributo dicitur in rub. C. sine censu. & l. 3. ac c. tua. 2. eod. Astesa in d. rub. de deci. in 2. parte summæ. arti. 4 quæstio. 5. De personalibus an ex illicitè acquisitis debeantur, superius in proxima quæst. scripsi.

Iniustus possessor ad prædiales decimas tenetur.

30 Vigesimo, decima solui de fructu etiam crocorum debet, vt Boer. dicit fuisse decisum in consuetu. Bituri g. rub. de consuet. prædio. §. 12. pro episcopo Albien. contra suos subditos, qui allegabant se nunquàm soluisse de illo: & de rapis, & fabis soluendam decimam asserit Cardi. in c. ex parte 2. eod. quod facit pro Lemouicen. Patragoricen. & Auernis, & generaliter de omnibus fructibus, & lucro: vt expressè scribit Io. Hugo, in tract. de offic. quatuor prælat. rub. de matriculis curati. col. 1. & sequen.

De croco rapis & fabis decima soluitur.

31 Vltimo, de omnibus aliis fructibus, & lucro, quod est mobile, sed ex immobili nõ: vnde si quis det mihi domum, vel hæreditatem, quamuis eam lucro habeam, non tamen ex hoc lucro decimam soluam, sed postea expensione domus. sic glo. in verbo, quasi de lucro. in c. pastoralis. eod. quia frugũ nomine res immobiles non veniunt vt plenè scripsi in l. frugem. ff. de verb. significa. & deus filios Leui noluit bona immobilia habere, sed decimã illorum tantùm, adeo quod si ex immobilibus decima deberetur. omnia ferè bona ad ecclesiam peruenirent, & contra dei prohibitionẽ, vt Benedic. asserit in repe. c. Raynutius in verb. & vxorem. nume. 256. de testa. vbi

De domo acquisita quãdo decima sit soluenda.

32 etiam excusat ea ratione Franciæ consuetudinem: vt monasteria non succedant religiosis professis, sed consanguinei bona illorum retinent, & vt res immobiles transeant, cum onere decimam soluendi ex fructibus eius. capitu. cùm non sit. de deci. ex omnibus igitur decima solui debet, iuxta domini præceptum.

Religiosi quare suis non succedant consanguineis.

Quæstionis nouæ Epitomæ.

1 *Decimæ qualiter petantur.*
Possessorio agi potest super decimis: Item petitorio. nu. 6.
2 *Curatus decimis spoliatus qualiter agat.*
3 *Interdicto retinendæ. agi potest in decimis. & nume. 4.*
5 *Vela regia imponere suis rebus nemini licet.*
7 *Rei vendicatione quando pro decima agi possit.*
Rei vendicatio domino competit.
In rei vendicatione quæ necessaria.
8 *Vendicare quid.*
Intellectus cap. moderamine. xvj. quæst. j.
9 *Decima pars est Dei.*
Intellectus cap. reuertimini. xvj. q. j.
Agi potest de præteritis decimis tam contra venditorem, quàm contra emptorem prædij.
10 *Decimæ antequam sint separata non sunt ecclesiæ.*
11 *Confessoria an agi super decimis possit.*
Ius præstandi decimam est quædam seruitus.
12 *Curatus quæ probare debeat.*
13 *Cõdictione ex lege seu canone agi potest pro decimis: item & rei vendicatione, & nume. 14. & 15.*

16 *Curatus decimas in solidum petit.*

17 *In seruitutibus & annuis prestationibus concluditur ad futuram prestationem.*

18 *Actione dotis quando agendum pro decimis.*

19 *Intellectus cap. dudum. de decim.*

Cultor agri si omnes fructus recipiat, non potest in iudicio decimam nominare, sed soluere decimam debet.

20 *Decima propria authoritate non potest capi, sed debet peti.*

Decima sequitur fructuum possessorem, vel detentorem.

Quæstio nona.

Quomodo decima peti debeant. 1

NONO quæro, quomodo decimæ peti debeant? Respond. aut loquimur in possessorio, aut in petitorio, si in possessorio; adipiscendæ petantur, concludit curatus se habere talis loci curam, ob id petit decimarum adipisci possessionem, & ita concludi potest etiã in aliis spiritualibus: vt Panor. notat in c. pastoralis. col. 3. de causa possess. & in c. constitutus. in fi. de appella. doct. in c. accedens. de accusa. Rarò tamen vtimur in Francia hoc interdicto adipiscendæ in spiritualibus: ideo alia nunc huic interdicto accomoda missa facio.

Possessorio agi potest super decimas.

2 Aliquandò curatus est decimis spoliatus, & tunc concludit ad restitutionem: vt in c. ad decimas. de restit. spoliato. & solet concludere ad remedium. c. reintegranda. 3. quæst. 1. etiam non passim hoc vtimus interdicto, vel conditione. c. reintegranda. in Francia: quia nos spoliatos dicere vix possumus, ideo alibi dicam super hoc: sed est videndus Petrus Iacob. in sua practi. rubric. de interdicto vti:, vnde vi, pro seruitutib in fine.

3 Quádoque turbatur quis in perceptione decimarum, & agit interdicto vti possidetis, quod pragmatici vocat casum saisinæ & nouitatis, & quod est in hoc regno frequentissimum: quia quæcunque vis sit, solet in hoc concludi interdicto, teste Iohanne Fabro, in §. retinendæ. col. quinta. de interdict. in institutionibus.

De interdicto retinendæ in decimas.

4 Et hoc interdicto agitur tam cõtra subditos recusantes decimas soluere, quàm cõtra alios curatos, religiosos, seculares, aut regulares: & generaliter contra quoscunque turbantes curatum, seu alium decimas iure possidentem, in sua decimarum perceptione. Hostien. & alii in cap. dudum. per illum tex. & glo. co. de quo inferius dicam.

Imponere nulli licet regia vela rebus suis. 5 Vide textum in c. 1. in 16. quæstio. 6. Vbi rectores & sacerdotes non possunt more fiscali titulos suis rebus imprimere sua authoritate, sed authoritate iudicis sic in interdicto vti possidetis. facit lex secunda. C. vt nullus titulos prædiis suis imponat, & sic potest curatus dicere se possessorem, & turbatum intra annum, & postea quo adeptus est beneficium, licet nullas receperit decimas; quia per collationem sui beneficii, & inductionem in possessionem, est effectus possessor omnium rerũ & iurium suæ curæ: quia non est necesse in acquirenda possessione glebas omnes totius fundi perambulare. l. 3. ff. de acquirenda possessio. & sic nec omnes decimas capere, ratione sui beneficij. ideo sufficit quòd recipiat aliquas, & probet se in aliis turbari, & ita vidi seruari. De hac materia plenè tracto in tractatu meo, de materia possess. in ordinat. reg. & vidi etiã pendente petitorio coram iudice ecclesiastico suspendere illud petitorium, & cognoscere de possessorio coram iudice laico: vt probatur in clemen. vna. de causa posses.

Petitorio agitur super decimas.

6 In petitorio autem peti debent præteritæ decimæ per rei vendicationem. glos. in c. moderamine. in fine. ibi, sibi vendicent. & cap. reuertimini. vbi glos. 16. q. 1. quia in bonis ecclesiæ numerantur. cap. causa. de verb. significa. hoc docet Specul. eod titu. & concludit ad dandum, quod fieri non debet in rei vendicatione: vt per Iaso. in §. omnium. de actionib in Instit. Cardina in c. parochianos. eo. Gemini. consi. 72. quia punctus. col. 3. Alber. in rub de rei vend.

7 Ideo dicerem, quòd nisi essent separatæ, non esset translatum dominium in ecclesiam, vt suprà conclusi in 3. q. vnde parum concluditur super rei vendicatione: nisi sit decima separata, quã alius perceperat, sed contra subditum detinentem non solet per rei vendicationẽ peti. nam sunt debitæ. c. parochianos. eod. ergo vendicari non possunt; quia illud quod est meũ, vendicatur. Actio enim rei vendicationis domino competit. l. in rem. ff. de rei vendicatione. & in rei vẽdicatione certum est duo esse maximè necessaria, dominium rei, ex parte actoris, & possessio ex parte rei, siue defensoris. l. vna. C. de aliena. iudi. Ias. in §. omnium. de actionib. in institu.

Rei vendicatio quando pro decimis agi possit.

Vẽdicare quid.

8 Nec refragatur d. c. moderamine. ibi, vendicent; quia vendicare significat ibi proprium facere, assumere. cap. quia nonnulli. de cleric. non residen. Nam in d. c. moderamine dubitabatur de monachis, an decimas, primitias, & oblationes percipere possent. & Gregorius papa decernit illic, vt vẽdicent portionem decimarum, oblationũ, & donationũ, si sacerdotij honore fugantur, ac sibi assumere possint, & pro viuis & defunctis, ad suam & proximorum vtilitatẽ: meritò perfectioris iustitiæ, quæ in illis est, vel esse debet: & non intelligitur ibi de actione rei vendicationis: quia non diceretur quòd vendicarent ad vtilitatem proximorũ. nam in vendicatione non solet sic concludi, vnde praxis istam libelli formam non recipit in decimis nõ separatis & futuris

turis, vt superius dictum fuit.

Decima est pars Dei.

9 Nec obstat d c. reuertimini. versic. vt aureni. ibi, quia fraudastis me parte mea. nam decima est pars dei. & suam vocat, in cap. tua in 2. eodem titu. quia illam sibi dominus retinuit: tamen ante segregationẽ vendicari non potest, alioqui sequeretur quòd si debens frumenti decimam venderet fructus, non transferret dominium: licet contrarium videamus, & posse alienari, cũ onere decimarum, probat tex. in d. c. tua. in 2. & decima est dei in genere, quia eam vult sibi solui: & dum est segregata, statim transfertur dominium in ecclesiam: vt quæst. 3. superius scripsi. & sæpius deus dicit, mea sunt omnia, & sic posset ecclesia omnia vẽdicare, secundũ illos. verum est tamẽ quod Panor. & alij in c. cùm homines. de deci. dicunt posse agi de preteritis decimis, tam contra venditorem, quàm contra emptorẽ prædij, sicut in tributis. l. imperatores. ff. de publica. & c. tua. 2. eo. dicentes esse in optione ecclesiæ contra quem agere velit. sic docet Federic. consi. 81. laicus. poterit tamen hic emptor requirere, si conueniatur, suum authorem. l. 2. vbi in rem actio exerceri debeat. C.

10 Nec obest quòd decimæ, primitiæ, & oblationes in bonis ecclesiæ numerãtur. nam esto sanè, non tamen sunt suæ, antequam sint separatæ. Et in bonis dicitur, quando actionem habeo, & exceptionem. l. rem in bonis. ff. de acquiren. rer. domin. & ita teneo, quicquid scribat Panor. cum aliis. in c. commissum. eod. tit.

Confessoria an agi super decimis possit.

11 Alij dicunt concludendum super confessoria, per l. loci corpus. & l. 1. ff. si serui. vẽd. sic dicendo: me habere ius percipiendi decimas in tali loco, tanquam curatus illius loci, & in prædiis sitis in mea parochia, sicut est prædiũ cõtrouersum: ideo peto condemnari Titium, & condemnatum cõpelli ad præstationem, & dictæ decimæ solutionem: quia ius præstandi decimam est quædam seruitus. In qua sic concludi solet glos. in d. c. mnderamme: & in c. tua a. de deci, Hoc etiam docet Roffred. in tract. libello. iur. canoni. in 4. parte, rub. qua actio decimæ petan. & Ias. in §. æqne. 2. nota. de actio. in Institu. His tamen formis agendi non multum curant canonistæ, vt docet Hosti. in c. parochianos. in fi. eod. tamen quia in qualibet actione diuersa est narrationis & conclusionis forma: ideo vtile est scire qua actione experiri volumus, licet illa actio ex necessitate exprimi non debeat, teste Ancha. in c. tua. 2. col. 2. eod. & in hac forma, si aduersarius concludat in negatoria, oportet quòd curatus probet se esse curatum, quòd facilè probabit per literas collationis sui beneficij.

Probare quæ debet curatus.

12 Secundò, opus est vt probet fundum, ex quo decimas petit, esse intra fines suæ parochiæ, & hoc in prædialibus: in personalibus, quòd sit curatus, opus est probare, & is à quo petitur, resideat in sua parochia. teste Petro Iacob. in sua practica, rubr. de interdict. vtili. vnde vi. pro seruitut. sed quia raro decimæ personales in iudicio petuntur, quamuis ipsi libellum dictent, ego tamen omitto ea, quæ frequenter accidunt describens. l. nam ad ea. ff. de legib.

Condictione ex lege, pro decimis agi potest.

13 Formam aliã etiam tradunt docto. in qua condictione ex canone cõcluditur sic. cùm sim curatus talis loci ratione cuius decimas habere debeo: & quia parochianus talis habet ibi prædia, ex quibus non soluit decimam, peto eum condẽnari ad soluendum præteritas, & ad continuandum solutionem deinceps, quandiu curatus ecclesiæ huius fuero, iudicis officium implorando. Hosti. & Panor. in d. c. tua. in 2. col. 2. post glo. ibi dicunt, quod si agatur inter duas ecclesias de proprietate iuris decimandi, tunc agitur confessoria, quia de re incorporali agitur: si vero ecclesia agat contra colentẽ prædiũ, tunc aget condictione ex lege diuina, vt Hosti. afferit in d. c. tua. pro hoc est gl. valde solemnis in c. cũ liberum. de sepul. quam probat Matth. de afflictis, in constit. Neapoli. lib 1. rub. de deci. q. 8. & docto. in l. vna. ff. de condictio. ex lege.

14 Si autem agatur contra debentem soluere, tunc agitur rei vendicatio. si separata sit decima. si vero fructus non sunt separati à fundo, vel collecti. agitur condictione ex lege diuina, declarata à canoce. & hoc quando agit ecclesia cui debetur à lege canonica.

15 Si autem ei debetur ex cõsuetudine, tunc aget condictione ex lege consuetudinaria, approbata per legem canonicam: sed practici non solent variare libellũ, siue ex consuetudine debeatur, vel non, oportet tamen ista considerare.

Curatus decimas in solidum petit.

16 Et quamuis ex his decimis diuisio fieri debeat videlicet vt episcopo, pauperibus & fabricæ dari pars debeat, tamen curatus in solidum eas petere potest, nec excipi cõtra eũ licet, tanquam de iure tertij, vt doc. scribunt in l. si quis conductionis. C. loca. & Roffre. vbi suprà, versi. si.

17 Item ad futuram præstationem concluditur in seruitutibus, & annuis præstationibus, licet in aliis secus. l. harum. & l. legi. ff. si seruit. vendic. c. in nostra. de sepultu. l. quemadmodum. ff. de iudic. l. 1. de vsur.

Doli actione quando agendum sit.

18 Item actione de dolo agi potest contra dolosum, qui rusticis suasit, ne soluerẽt decimas, ad damnum contingens ex illa suasione. l. cùm quis. ff. de dol. Innoc. & alij in c. dudum. de deci.

Intellectus ad cap. dudum. de deci.

19 Præterea doct. in d c. dudũ. eod. dubitãt quomodo ibi agebatur contra hospitalarios, non permittentes decimas solui episcopo, sed non est dubitandum: quia in primis solemus decimas à debitoribus & subditis petere: & si ipsi eas aliis soluere soliti

 sint

fiut, illi defen'ores suos conuen iunt, & ipsi conuenti recipiunt defensio ne m.& ita seruatur, quicquid dicant doctores ibi & Anch. in cap.cum non sit.3. nota. vbi dicit. quod si cultor agri recipiat omnes fructus non potest in iudicio dominum nominare, sed soluere debet: quia verum est, quando nemini diceret se velle soluere, sed si cõsue uit vni soluere, si alteri solueret, fortè non liberararetur,& conueniretur a primò ideo, vt tutus sit, quando conuenitur de nouo à quodam, ipse vocabit suum protectorem, vt eum tueatur, alioqui ipsi nouo petitori decimam persoluet.& ita seruatur.

Decima propria authoritate an capi possit.

20 Tamen decima propria authoritate capi nõ debet, sed peti, vt superius dixi, prout testatur Alber.in l.extat.col.1.quod metus cau. ff. & in l.nullus. C.de Iudæis. Et sic cùm decima sit onus reale, sicut tributum. c.tua.2.vbi glo.& doct. de dec.ideo sequitur fructuum possessorem, vel detentorem. c.cum non sint.ibidem.Et sic consuluit Socyn.consil.268.eleganter.col.1.vol.2.& sic ipse conueniendus erit.alia nunc non afferam, sed ad alia pertranseo.

Quæstionis decimæ Epitomæ.

1 *Decimæ coram quibus iudicibus petantur.*

2 *Decretalis in integra, annullat sententias iudicum laicorum super decimis.*

Ecclesia de iure decimandi, cum sit res spiritualis, cognoscit.& nume.35.

Retractus nõ habet locũ in decimis. & nu.28.

3 *Iudex laicus quando cognoscere possit super decimis.& nu.4.*

4 *Iudices Regis tribus in casibus cognoscunt super decimis.*

5 *Laici non cognoscunt de possessorio super decimis non feudalibus, ex ordinatione regia.*

Episcopi dicuntur ordinarii locorum.

6 *Iudices Regis defendere debent ecclesiam à noua decimarum impositione.*

7 *Carol. Martellus decimas prius nobilibus concessit, non dissentientibus episcopis.*

Historia de Carol. Martello.

8 *Ecclesiastici de noualibus cognoscunt.*

9 *Compromitti super decimis quando possit.*

Vsufructuarius compromittens de vsufructu intelligitur compromittere de commoditate.

Compositio siue compromissum potest fieri in laicum super decimarum fructibus.

10 *Decimas possidere, non licet ex donatione laicorum.*

11 *Decimas à laicis infeudatas detinens, raptor dicitur.*

12 *Intellectus cap.prohibemus. de decim.& nu. 13.14. & 15.cum sequentibus vsque ad nu.30.*

13 *Decima in laicum non transferenda.*

14 *Dictionis, neutrius.*

Negatiua plus negat, quàm affirmatiua ponat.

15 *Laici prohibentur bona ecclesiarum in laicos, vel alios transferre.*

Furtis species est de alieno largiri, & beneficij debitorem sibi acquirere.

16 *Decimis Dei sunt.*

Laici ante consilium Lateranense incapaces decimarum erant.& nu.23.

Deo semel dicatum non est ad humanos vsus transferendum.

17 *Decimæ annexæ sunt spiritualibus, nec vendi possunt.*

18 *Lateranensis consilij ratio, ne decimæ in alio transferantur.*

19 *Laici retinentes decimas sunt excõmunicati.*

20 *Periculum est animarum in detinendo decimas.*

21 *Decretalis Honorij super decimis.*

Laici in quas ecclesias decimas transferre possint.

22 *Lateranense concilium nihil iuris ad decimas laicis concedit.*

24 *Laici detinere decimas an possint.*

Possidere & detinere quid differant.

25 *Indefinita æquipollet vniuersali.*

26 *Laici an iuste decimas in filios & successores transferant.*

Heredes conscientiam defuncti debent purgare.

Decimas laici non possunt dare in pignus, etiam clericis.

27 *Decima à laico remitti potest, quamuis successori quæsita sit.*

29 *Verbum potest, negatiua præcedente importat necessitatem.*

30 *Dictio aliquomodo, omnem modum comprehendit.*

Decimas detinentes ante consilium Lateranense eas transferre non possunt.

31 *Religiosi à laicis decimas recipere sine episcopi consensu non possunt.*

32 *Sacerdotibus solis licet decimas edere. fallit tamen nu.33.*

34 *Decima laico ad vitam concedi possunt: dum tamen episcopi vel alterius superioris authoritas accedat.*

Ius decimæ habere aliud est, & aliud fructus.

35 *Iudices laici de decimis etiam infeudatis cognoscere non possunt.& nu.37.& 38.*

36 *Curiæ supremæ, licet mixtæ ex clericis & laicis, non tamen cognoscunt de spiritualibus.*

38 *Laici ecclesiastica negotia tractare non debent.*

Iudex secularis cognoscit contra prædonem frumenti laicum.

39 *Iudices seculares ex priuilegio cognoscunt de decimis.*

40 *Decimæ feudales ad posteros transferri non possunt.*

Feuda instar patrimonialiũ habentur, quando sunt temporalia.

41 *Statuta vel consuetudines super decimis à laicis edita non valent.*

42 *Decimæ feudales hodie retineri non possunt à laicis.& nu.43.*

44 *Infeudatio non præsumitur, nec nocet à laicis facta.*

Facta

Facta non præsumuntur.
45 *Decimæ præsumuntur à laicis vsurpatæ.*
46 *Decimarum donationis inconuenientia.*
47 *Decimas retinentes excommunicantur, & sacrilegi sunt.& 48.*
49 *Reges an bona quæ ecclesiis dederunt, accipere possunt.*
50 *Decimæ quibus ecclesiis restituendæ.*
Ecclesia contra ecclesiam decimas præscribit.
51 *Prælatorum consensus in dandis decimis an prosit.*
52. *Iusta causa in dando decimas esse debet.*
Alienatio bonorum ecclesiæ iure & cum solennitate fieri debet.
53 *Compensare de suo quis debet.*
54 *Constitutio sancti Ludouici super decimis.*

Quæstio decima.

Coram quibus decimæ peti debeant.

1 DECIMO principaliter quæritur, coram quibus iudicibus peti decimæ debeant? Respon. In hoc Franciæ regno feudales siue infeudatæ, coram iudicibus regiis hodie: siue in possessorio, siue in petitorio deciduntur, quamuis de iure iudices ecclesiastici debeant recognoscere, etiā in possessorio, de decimis. c. dudum. eod. glos. in summa. 11. quæst. 1.

Decretalis integra annullat sententias in decimis laicorū super decimis.

2 Et in integra est decretalis, quæ incipit, sententias verò. in tit. de dec. sic dicens: Sententias verò super decimis à cōsulibus datas: præsertim cùm sanctorum patrum institutionibus obuient, irritas esse decernas. & decretalis illa directa est Brixien. episcopo Et quando agitur de iure decimandi, quia causa spiritualis est, cognoscit ecclesia. glo. in c. ex tenore. de foro compe. & gl. in c. placuit. 2. §. sic etiam. 16. q. 3. & 11. q. 1. Cald. consi. 15. an iudex. rubr. de indic. & foro compet. Cuma. consil. 38 quia causa. in princi. & Fulgos. consil. 166. in q. col. 2. fiunt. de regu. iur. in 6. & ita pronuntiauit senatus Parisien. vt est in lib. de olim. fol. 51. vbi etiam deciditur retractum non habere locum in his decimis. & causam retractatus cognoscendi ad iudices ecclesiasticos remisit senatus, anno 1272. pro quodam diœcesi Beaocen.

Iudex laicus quando super decimis cognoscere possit.

3 Secus si agatur de facto vt de furto decimarum, vel de sola facti quæstiōne. vel exēcutione: tunc cognoscere etiam laicus iudex potest: vt consuluit Fèderic. consil. 245. domino Andreæ. in fi. docto. in l. Titia. ff. solu matrimo. de ripa. in c. decernimus. q. vlt. de iudic. Petr. Beluge. in spec. principum. rub de dec. §. restat. nume. 4.

4 Idem si agatur de fructibus, vt plenè tradit domi. Gemi. in c. vlti. in fi. de foro compe. in 6. Fely. in c. causam. in fi. de præscrip. Et sic in tribus casibus iudices regii cognoscunt, super possessorio, & quando agitur super facto, & super fructibus: vt scribit Gomes, in capitu. fin. annum. nume. 15. de iud. in 6.

In tribus casibus cognoscunt iudices regii.

5 Si verò non fuerint feudales, tunc corām iudicibus ecclesiasticis, tam de iure cognitio pertinet, quàm etia ex ordinatione regis Philippi quarti, facta anno 1303. his verbis. De cognitione decimarum non feudalium in petitorio vel possessorio, præsertim inter ecclesiasticas partes, gentes nostræ se nullatenus intromittant. & si cùm duæ partes personæ ecclesiasticæ contendunt se quamlibet earum possidere, posuerint, vel ponant ad manum nostrā, ne partes venire ad arma contingat, possessionē huiusmodi in manu ordinarij loci reddere teneantur. vt est in stilo parlamenti, in rub. de deci. Et sic vult vt in petitorio ordinarij locorum, & in possessorio cognoscant. Et ordinarij locorum dicuntur episcopi. c. ordinarij. de offic. ordinat. in 6. sic consuluit Aegid. Bellamera, consil. 40. col. 7. versicu. quatuor sunt quæsita. & in sequen. & text. in c. fina. §. diœcesani de deci. in 6. dicit, ad diœcesanos spectare vt cōpellant religiosos, etiam non exemptos: sed iudices regij potius fuerant, quàm ecclesiasticos permitterent de possessorio cognoscere: licet prohibeatur his laicis à rege, ne cognoscant, etiam in possessorio de decimis.

Ordinatio regia prohibitlaicis cognoscere de possessorio super decimis.

6 Statuit etiam idem rex Philippus, vt seneschallus, & alij sui iudices defendant ecclesiam à noua decimarum impositione & exactione, siue fuerint impositæ à prælatis, siue ab aliis: sed hodie fortè ij qui ecclesiā defendere deberent, eam grauant, onerant, spoliant, & tributariam reddunt: & non est qui cōsoletur eam vel defendat quamobrem ipsa plangit, vt licet videre in tractatu, de planctu ecclesiæ. per Aluarotum.

7 Aduertite quæso auditores dilectissimi, quam obrem iudices seculares decimarum feudalium vsurpauerint cognitionem. Scire enim vos oportet, Carolum Martellum, postquam obtinuisset victoriam contrà Sarracenos, qui iam ab Hispania venientes, bona, & templa Galliæ vastauerant, ac qua transierant destruxerant, voluisse nobiles, & regni proceres ex alieno compensare. Et vt animi sui liberalitatem erga dictos nobiles ostenderet, non dissentientibus episcopis, decimas sacerdotibus iam à deo consecratas, & ipsi deo sanctificatas, his nobilibus laicis, & regni proceribus dedisse persanctè iurans (vt Guagui. ait) si diu viueret, se omnia ecclesiis, & multo maiora repensurum: quod non fecit, sed eius sacrilegij causa non multo post mortuus est, ad inferos delatus, vt se cum vidisse beatus asserit Eucherius Arelatensis episcopus, magnæ sanctimoniæ id tempo-

Carolus Martellus decimas primus concessit.

c.ad hæc.eo.ideo laici eas obtinere nõ possunt, quia sunt incapaces illarum: & vsus decimarum & oblationum, quia diuini iuris est, ad seculares omnino peruenire non licet.c.fi.16.q.1.nempe deus [as]signauit eas filiis Leui,& sic clericis, igitur laici à deo optimo maxi.incapaces facti sunt, etiam ante concilium Lateranense, quod voluntatem dei declarauit. nam semel deo dedicatum, non est ad humanos vsus transferendum regul.semel de reg.iur.in 6.

Laici ante concilium Lateranense incapaces decimarũ erãt

17 Item alia ratione, quia decimæ annexæ sunt spiritualibus, videlicet officio seminãdi spiritualia: ergo dignũ est vt metat decimas, vt testatur diuus Paulus, & sicut hominis corpus est inæstimabile, quia est animæ annexum, ita & ius percipiendi decimam: vnde si venderetur, symonia committeretur.c.altaria.1.q.3 & docet Astesa, in 2. parte summæ, rub.de deci.arti.7.tit.35.

18 Præterea in tex.est decimas. prohibêtur enim laici decimas in alios transferre, & ea ratione statutum esse à concilio Lateranẽ. censeo: quia laici vsurpauerant decimas, quas dum facilè recuperare ab eis ecclesiæ non poterant, vt citius ad ecclesias reuerterentur, statuit vt in alios non transferrent, cogitans, quòd saltem in morte dicti laici decimas ecclesiæ relinquerent, cùm in alios laicos transferre non possent: & si id temporis iudices & executores concilij diligentes fuissent, laicos ad relinquendũ eas saltem in morte cogissent, alioqui eis ecclesiæ sacramenta, & sepulturam denegare debeant, quod si vni potenti tunc fecissent, statim alij resipuissent, & decimas restituissent, quod hodie est ita difficile, cùm deuotio sit valde diminuta ab eo tempore, & indies adhuc minuitur: deus per suũ filium adaugere eam nobis velit, fidem, & charitatem.igitur concilium Lateranense, videns non posse denudare laicos statim decimis, prohibuit ne in alios transferrent, vt ipsi videntes statutum, ecclesiis decimas relinquerent.

Ratio concilij Lateranẽsis, ne decimæ in alios transferantur.

19 Nempe laici retinentes decimas sunt excommunicati: patet in c.2 de reb eccl. non alienand.vbi sic scribitur: qui res ecclesiæ petunt à regibus: & horrendæ cupiditatis impulsu egentium substantiã rapiunt, irrita habeantur quæ obtinent, & à communione ecclesiæ, cuius facultates auferre cupiunt, excludantur.& text in c.cansa. in §. de verbo. significa. ait: Quicunque igitur eas per potestatem secularem obtinẽt, pro culdubio cõtra deum & sanctorum patrũ nituntur sanctiones. quinimo & q̃ accipit, & qui tradit, raptor & sacrilegus iudicatur. Subsequitur in text.c.prohibemus. eo cum animarum suarum periculo. volens dice re, quòd decimæ à deo optimo maxi.erant reseruatæ clericis, & hi tamen fuerunt priuati à laicis, quas nunc detinentes cum animarum periculo, ob id concilium statuit, ne illa in alios laicos transferrent, sed in morte, saltem satisfaciant ecclesiæ, illi relinquendo, cuius decimæ fuerunt, & sic laici peccant decimas illas, feudales derinentes, & ob id excommunicati declarari possunt c.ad hæc. eo.

Laici retinẽtes decimas sunt excõmunicati.

Periculum est animarum in detinendo decimas.

21 Imò Honorius papa, his verbis statuit vt inueni in compilatione Honor.decreta. prima: cùm sicut ex vestra insinuatione didicimus quasdam habetis ecclesias, in quarum prochia decimæ à laicis per violentiam detinentur, quæ quidem ad ecclesias ipsas pertinere noscuntur: nos vestris supplicationibus inclinati, authoritate apostolica prohibemus, ne decimæ. cũ eis idem laici dimiserint, ad alios quàm ad ecclesias easdem deuoluantur.& illa decretalis dirigitur abbati & conuentui sancti Pontij. Ergo laici non poterant aliquibus etiam ecclesiis relinquere, nisi eis, quibus prius competebant.

Decretal. Honorij, quæ non est in libris vulgatis.

In quas ecclesias laici decimas transferre possunt.

22 Item hoc concilium non cõcedit laicis, vt eas teneãt, vel eius filij, & successores, vt quidam dicere conatur: quia ista prohibitio non inducit concessionem, cùm inducta ad priuationem, non operetur concessionem.l.legata inutiliter.ff.de leg.1.

Lateranense cõcilium nihil iuris concedit laicis ad decimas.

23 Itaque per hæc verba pater ante concilium Lateranense, incapaces fuisse laicos, & peccasse detinendo decimas: ideo licet eas ante concillium habuissent, transferre tamen in alios non poterant, quia nunquam in illis ius habere potuerunt, quòd à Deo filiis Leui reseruatæ erant quicquid dicant docto. ante vel post concilium.nam Alexand.3. in cap.ad hæc prohibet ne in feudum laicis dentur: & eis datas vult, vt laicis eas resignent, alioqui eos excommunicationis vinculo adstringit. Ecce igitur quòd tam ante concilium, quàm post laici sunt prohibiti decimas habere ex præcepto Dei, qui eas Leuitis, id est, ecclesiasticis, reliquit, & sacerdotibus.c. quamuis ibidem. & Alex.tertius erat parũm ante concilium Latera.quia ipse postea in fine sui pontificatus congregauit illud concilium Romæ, ergo antea statuerat.imò in concill. Turonen. statutum fuerat decimas, & res ecclesiasticas in feudum laicis concedi non posse tempore Vrbani 2. vt est in rub. episcopum. vel abba in vsib. feudo. & illud concilium fuit celebratum Turonis, anno 1096. vt notat archi. in cap.fin.§.illas eod. libro 6.& Henric. Bohic, in c. quamuis eodem. Ergo laici incapaces erãt & prohibiti ante concilium Lateran. quare nõ est opus spectare illud concilium Lateranense cùm semper laici fuerũt in capaces decimarum, & rerum ecclesiasticarum, & spiritualium.

Ante concil. Lateranẽse laici erant decimarum incapaces.

24 Detinentes, dicit text.non possidentes, cùm laici solùm detineant, ergo non præscribunt sine possessione.l. sine possessione. ff.de vsucapio.& regu.iuris, sine possessione.in.6 cap.causam.de præscriptio. & ideo

Detinere decimas laici an possunt.

dicit tex.detinentes,non posidentes. nam possessio ad ius refertur,tenere verò vel detinere,ad factum. l. possessio.ff.de acquir. possess.l.stipulatio.§.hæc quoque. de verb. obligat.scripsi in tract.nomina.q.9.nu.11.

25 Postea in tex.dicitur,in alios laicos.ergo prohibitio erat, ne transferrent in laicos quoscunque, & cuiuscunque conditionis: quia indefinita æquipollet vniuersali. l.si pluribus.ff.de legatis 2.capit.vt circa. de electionibus.in 6.

Laici an iustè decimarum filios & successores transtulerunt.

26 Et ideo.in successores etiam filios suos laicos non potuerunt has decimas iure trãsferre.c.in canonibus.16.q.1.nempe Lateranense concilium eos excepisset,si voluisset. c.ad audientiam.eo.imò prohibuit successionem.in c. ad hæc. ibidem.sed quia non poterant decimæ statim recuperari à laicis statuerunt in consilio Lateranensi, quòd si nunc laici decimas non restituant, saltem ipsi de facto in alios non transferant. nam cùm hæredes debeant conscientiam defuncti purgare.c.fi.de sepult.ergo ad ipsos iure decimæ transferri non poterant.imò dicit text.monendus est laicus qui decimam detinet,vt eam restituat ecclesiæ, ad quam spectat,qui si fortè induci nequiuerit, & eã cum diœcesani consensu alteri ecclesiæ assignauerit, præsertim religioso conuentui, constabit ipsa donatio perpetua firmitate subnixa.c.cùm apostolica. de his quæ fiũt à præla.&ideo dicit tex.in cap.fi.de decim. quod laici non possunt eas dara in pignus, etiam clericis,vt citius ad ecclesiam redeãt: cùm in decimis non habeant locum successio,vt ibi dicit glo.

Remitti decima à lico potest quãuis successori quæsita esset.

27 Imò si fuissent cõcessæ decimæ ab ecclesia Titio laico & suis,is Titius potest ecclesiæ remittere, etiam vendendo in præiudicium suorum,& ita seruatur opinio Bar. in hoc casu fauore ecclesiæ, quam scribit in l.qui Romæ.§.Flauius.in fi.ff.de verb. obligatio.quamuis regulariter contra Bar.sit cõmunis opinio in aliis casibus. vt ibi Ias. & alij dicunt.& Benedic.in repetit.c. Raynutius.in verbo,si absque.2. nu.23. & sequen. de sustitu.fideicom. de testa.& ita declarauit rex,vt vidi in quodam libro extracto a registris curiæ in verbo,decima.

Retractus in decimis cessat.

28 Et in hoc casu,quando laicus decimam iure tenens,si eam vendat ecclesiæ, non habebit locum ius retractus per proximiorem,vt in curia fuit pronuntiatum pro episcopo Constantien.quia est reuersa ad suam naturam, ideo non potest iterũ in laicum redire,per hoc ca.prohibemus.de deci.arg. l.si vnus.§.pactus.ff.de pact.& & quòd eas vendere possit sine aliquo regis consensu, etiam si dicãt se à rege habere ibidem scribitur.

De verbo, potest cum negatiua praecedite.

29 Est quoque in tex.d.c.prohibemus. possint,iuncta negatiua,ne: & est notandum, quòd hoc verbum potest, præcedente negatiua, importat necessitatem, & sic tollit omnino facultatem in cõtrarium faciendi glo.in ca.1.de re.iur 6. c.1. de causa possessio. adeo quod remota est laicis omnis potestas transferendi decimas in quoscunque alios laicos, etiam si eas ante dictum concilium habcrent: quia de illis tantum quas ante concilium habebant, loquitur concilium Lateranense, dum dicit, non transferãt quia non poterat præsagire de decimis, quas obtinerent deinceps, sed de his quas detinebant, ideo dixit detinentes, vt superius scripsi.

Dictio, aliquo modo.

30 Subdit postea text.aliquomodo. quæ dictio comprehendit omnem modum, texte Ioan.Andr.& Card.ibidem. videlicet modos translationis feudi, vendicationis, donationis, præmutationis, & his similes: & sic nullo titulo vel specie, vel casu,& quod vulgò dicimus,*en aucune sorte facon & maniere*,quasi dicat,nulo modo laici traosferant decimas in alios non peterant eas trãsferre,si ante concilium non habebant.ergo &c.De modo scripsi in l.triplici. ff. de verbo.signific. & integram legi vnam decretalem sic descriptam: Si aliquis laicus à sacerdotibus vel clericis decimas de laboribus suis in tua diœcesi requieserit, eum ab exactione huiusmodi proorsus cessare compellas.& dirigitur episcopi Brixiensi.

Detinẽtes ante concilium Lateranense nõ possunt decimas transferre.

Ostenditur etiã in fine tex. prohibitionẽ concilij Lateranen. omnino extendendam tam ad detinentes ante concilium, quàm pòst, cùm dantes & recipiente, astringat, nempe si laicus donauerit decimas laico, vel instituit suum etiam filium laicum, ille non poterit decimas recipere: imò si receperit,tanquam raptor bonorum dei Christiana carebit sepultura, & in inferno sua erit sepultura.Et iste est verus, vt arbitror intellectus.c. prohibemus. qui tandiu latuit,nuc cum dei laude excitamus: benedictus Deus.

Religiosi à laicis decimas recipere non possunt.

31 Imò fortius in Lateranen. est inhibitum concilio, nequælibet religiosa persona ecclesias & decimas de manibus laicorum, sine consensu episcoporum, recipiat. cap. cùm apostolica. in fi.de his quæ fi. à præl. cap. cum & plantare.de priuile. postquam religiosi non possint à laicis sine consensu episcopi accipere,multò fortius non poterunt laici aliquomodo decimas recipere à laicis.

Sacerdotibus licet decimas edere,sicut olim panes prepositionis.

32 Itaque,solis sacerdotibus, qui quotidie domino seruire videntur,licet has decimas & oblationes comedere: quia in veteri testamento prohibuit dominus filiis Israël, panes sanctos comedere. nisi tantummodo Aaron & filiis eius: panes, inquam, qui longè erant ab istis panibus, qui nunc in sacta ecclesia offeruntur: quia illi sub vmbra legis erant, qui vero modo sub gratia sunt Spiritus sancti, toto mundo Euangelio coruscante lucidiores esse videntur. capitulo hanc consue

consuetudinem. 10. q. 1. Ergo nullo modo laici decimas detinere debent: imò si quis prælatus, vel alius laico in seculo remanenti ecclesiæ decimam, oblationémque concesserit, a statu suo sicut arbor quæ inutiliter terram occupat, succidatur, & donec emendet dolore suæ iaceat ruinæ prostratus c. quamuis. de decimis.

33 Fallit quando fructus possideret, videlicet ad locationem vnius anni, vel alterius breuis temporis. Hoc enim est permissum laicis, vt ad firmam habeant. vtor verbis tex. in c. tua. 2. de loca c. fin. ne præla. vices suas. vbi glosa. Iud eis tamen locari fructus beneficiorum prohibitum est.

Ad vitā laico decima concedi possunt.

34 Sed ex causa ad vitam possent laico cōcedi decimæ, per glosam singul. in c. quamuis. de deci. & c. fin. 16. q. 1. secundum Panor. in c. ad hæc. ibidem & Bertach in tract. de episco. in 2. parte quarti lib. q. 61 & per Claud de seycello, in pecul. feud. in fi. Requiritur tamen episcopi, vel alterius superioris authoritas: secus in modica temporis, id est, trienni, locatione, non vltrà: vt scripsi in compendio alienatio. rerum ecclesiæ sed ius decimarum laicus nullo modo habere potest: vt glos. doct. dicunt. in d. c. quamuis Et aliud est ius decimæ, aliud fructus habere d. vaccæ. ff de euictio. & aliud est habere titulū, aliud est fructus nomine alterius recipere, vel fortè in alimoniā. Panor. & alii in c. causam. de præscrip.

Iudices laici de decimis etiam infeudatis cognoscere nō possunt

35 Ex quibus infertur, quòd nec olim, nec hodie iudices regij, vel alij seculares de decimis etiam infeudatis cognoscere iure possunt, sed iudices tantū ecclesiastici: tū quòd causa decimarum est spiritualis. c. parochianos & sequen. eo titu. & sic ad iudices ecclesiasticos pertinet. clemen. dispendiosam de iudic. imò non possent iudices laici cognoscere cū ecclesiasticis, nec quidem per compromissum cap. contingit. de arbitris.

Curia suprema mixta nō tamē de spiritualibus cognoscere potest.

36 Ideo curia suprema, quamuis sit mixta ex clericis & laicis, tamen non potest etiam de causis spiritualibus disponere, nec decidere: quia initium est inspiciendum, vt habetur in c. dudum. eo vnde cùm initium eorū à quo iurisdictionem habuerunt, sit à rege, vel alio seculari principe, non possunt dicere se maiorem iurisdictionem cōsecutos, quàm is, qui dedit, habet. & ista faciunt contra illos, qui dicunt curias supremas Franciæ, quia sunt ibi consiliarii presbyteri & clerici, posse de rebus & causis spiritualibus cognoscere, quod vides quàm sit alienum. Illud verum faterer, quando consiliarij essent à papa dati: vt alibi plenius in ordin. reg. dicam.

Etiā inter laicos iudices seculares de decimis non cognoscūt.

37 Siue inter clericos agatur, siue inter laicos, siue inter clericum & laicum, tam principaliter, quàm incidenter. e. tamē. de ordi. cognitio. c. 2. vbi Panor. notat de iura calū. d. clem. dispendiosam. de iudic. vbi doct. plenè dicunt nullo modo laicum de spiritualibus cognoscere posse.

38 Nam Deus relinquendo decimas clericis, illarum cognitionem in consequens reliquisse videtur. gl. in summa, decima q. 1. probatur in c. placuit. 2. in 16. q. 1. & in c. ex tenore. de foro compet. Calder. consil. 15. an iudex. illo tit. & Ias. consi. 23. in causa. vol. 1. quia laici ecclesiastica negotia tractare non debent. c. 2 de iud & ita est statutum in sacris conciliis, & à summis pontificibus, vt probaui. Si tamen ageretur contra prædonem frumenti laicum, posset tūc iudex secularis contra illum cognoscere: vt probat Card. in d. c. quamuis. q vlt. de deci. etiam fructus locati, & vendi laicis possunt. c. vestra. de locat. & sic iudices laici tunc cognoscere possent glo. ibidem, & superius dixi.

Cōtra prædonē frumenti iudex secul. cognoscit.

39 Si tamē probaretur concessionem à papa laicis factam esse, tunc ad laicos iudices cognitio spectare posset: & hodie ex priuilegio concesso Philippo regi Franciæ, vt quidam aiunt, quod Philippinam vocant, iudices laici de decimis feudalibus cognoscunt, & si laici inquietantur coram iudicibus ecclesiasticis super huiusmodi decimis, sic infeudatis ante concilium Lateranense, solent impetrare literas à rege, ad inhibēdum iudicibus ecclesiasticis, ne de his cognoscant, causásque ad iudices seculares remittant: quibus per regem mandatur, vt faciant laicos vti & gaudere priuilegio dicto, & iure tenendi, portandi colligendi, & possidendi huiusmodi decimas, in vim prædicti priuilegij. de quo benedic. meminit in repet. c. raynutius in ver. si absque. a. de substi. fideic. nu. 45. de testa. & Chassa. in cōsuet. Burg. rub. *des iustices* § 6. nu. 350. & irē seculares iudices in Hispania cognoscunt de eisdem, vt restatur Pett. Belluge, in specu. principum. rub. 13 de deci. § restat. fo. 45. & seq. quod esset apud me expeditum, quādo laici iure tenerent istas decimas: alioqui non possunt cognoscere teste Feder. consi. 245. domino And.

Ex priuilegio iudices seculares de decimis cognoscunt.

40 Secundò, infertur quòd in decimis etiam infeudatis nō succeditur iure hæreditario, per c. prohibemus. eo. quāuis feuda instar patrimonialiū habeātur in hoc regno, quando sunt temporalia, vnde ius illorū in accipiētem trāsfertur. c. 1. qui feu. da. poss tamē cū ius decimarū in laicos trāsferri nō possit. c. ad hæc. eo. & superius dixi. ideo decimæ nō habebūtur instar patrimonialium, etiam si iure possideantur per supradictas rationes. nam hoc esset contrariū his decimis, quòd essent spirituales. & haberentur vt temporales & prophanæ: imò superius fuit dictū, ne ad alios laicos transferantur.

Feudales decimæ ad posteros nō trāsferuntur.

41 Tertiò, quòd consuetudines vel statuta à laicis edita super decimis etiam infeudatis non valent, tum quia falcem in messem alienam imponunt, contra cap. nouit. de iudi.

Consuetudines vel statuta super decimis à laicis edita non valent.

iudi. disponêdo de his quæ ad illos non spectant, tum quia de spiritualibus non licet laicis statuere. c. ecclesia. de constit. vbi doct. Innoc. in c. nouerint. de senten. excommuni. c. hanc consuetudinem. in fine 11. q. 2. cùm non constitutiones, sed destitutiones, vel destructiones dici possint, & vsurpationes iurisdictionum. tex. in ca. fin. de reb. ecclef. non alinand. sic consuluit Aegid. bellamera, consil. 40. factum tale. col. 10. in alle ga. Ioan. de Alzeno.

Feudales decimæ hodie retineri nõ possunt à laicis.

42 Quartò, infertur quòd licet decimæ essent infeudatæ ante concilium Lateranense, à domino seculari, laicis nõ possunt etiã num retineri. c. dudũ. de dec. nisi dominus eas decimas iure se habere probet, vel ecclesiam compẽsauerit de re maiori, vel æquali, de quo oporter quòd constet, per. c. ea enim. §. sed & permutare. 10. q. 2. ca. 1. de rerum permu. doct. in c. 1. de rebus eccle. nõ alienand. Deci. consil. 341. viso puncto col. 5. num. 11. & retinentes nollem excusare, nec absoluere sine restitutione.

Quomodo probatur ecclesias nõ recepisse aliquid in cõpensationem.

43 Et sic cùm ecclesia, quarũ laici tenent decimas, non habeat aliqua bona temporalia, probatur quòd non fuerunt pro decimis compẽsatæ: ergo illæ decimæ retineri iure nõ possunt, per supra dicta, etiam per mille annos possessæ.

Infeudatio nõ præsumatur, nec nocet à laicis facta.

44 Quintò, non est quærendum an in feudatio fuerit facta, vel non: quæ tamen non præsumitur quia est facti, & facta non præsumuntur. l. in bello. §. factæ ff de capti. sed quærendum est, à quo facta fuerit, & an is potuerit facere, qui fecit l. si quæramus. ff. de testa.

Vsurpata decima à laicis præsumitur.

45 Imò à solitis præsumemus eas vsurpatas à laicis. c. fina de restit. spoliato. in 6. ibi, quia eas occupasse iniuste, verisimiliter præsumuntur c. quamuis. de dec. eo. maximè quia malum legimus in historiis initiũ, videlicet decimarum cõcessionem ab ipso duce Martello, laicis & proceribus regni Franciæ factam, & in compensationẽ belli. Ideo quæ malo inchoata sunt principio, difficile est vt bono peragantur exitu. c. principatus. 1. q. 1.

Donationis de (?) decimarum innõ (?)...

46 Itaque in hoc dono vides bona non sua dari, & pro seruitio sibi impenso, & spirituale pro temporali, quod quàm sit absurdum nemo non videt, & sine cõpensatione facta ecclesiis, saltẽ nullã legi: quod etiam non valet, vt habetur in §. si minus. in authen. de non alienan. reb. eccle. colla. 2.

Excõmunicantur omnes retinentes decimas & sacrilegi sunt.

47 Vnde dicit tex. in c. in canonibus 16. q. 1. valde ergo iniquum & ingẽs sacrilegiũ est, quicunque, vel pro remedio peccatorum, vel pro salute animarum suarum, aut requie vnusquisque venerabili ecclesiæ con tulerit, aut certè reliquerit, ab his à quibus maximè seruari conuenit Christianis, & Deum timentibus hominibus, & super omnia à principibus & primis regionum, in alliud transferri, vel conuerti. Quicunque ergo res ecclesiæ iussu vel largitione principum, vel quorũdam potentum, quadam inuasione, vel tyrannica potestate tenuerint. & filiis & hæredibus suis, vt à quibusdam iam factum audiuimus, quasi hæreditarias reliquerint, nisi citò res dei admoniti à pontifice agnita veritate reddiderint, perpetuo anathemate feriantur: quia iuxta sanctorum patrum traditionem nouimus res ecclesiæ vota fidelium esse, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum cuique, non solùm habita cõseruare, verumetiam, Deo opitulante, conferre optamus. c. quia iusta. 16. q. 1. Et laici, siue ab episcopis, siue à regibus, siue à quibuslibet personis decimas acceperint, nisi ecclesiæ reddiderint, sciant sacrilegii crimen se cõmittere, & æternæ damnationis periculum incurrere. ca. decimas. 16. quæst. 7. alia superius scripsi.

48 Et in dubio iudicare debemus id quod est animæ tutius & securius. ca. iuuenis. de sponsalibus. sed securius est animæ iudicare decimarum vsurpationem, vt satisfaciamus, & eas restituamus, quas præ decessores nostri iniustè detinuerunt. ergo & cætera. Et ob hoc credo multos in infernos cruciari, qui noluerunt decimas restituere: & nũc detinentes eas, si non pœniteant, & restituant, sequuntur.

49 Nec obstet si dicatur, quòd reges dederunt possessiones, & fundauerũt ecclesias, ergo & decimas necessitatis causa quas dederunt concedere possunt quibus respondet textus in c. nouerint. 10. q. 1. in hæc verba, nouerint conditores basilicarum in rebus, quas eisdem ecclesiis cõferunt, nullam se potestatem habere, sed iuxta canonum instituta, sicut ecclesiam, ita & dotem eius ad ordinationem episcopi pertinere. Et alibi possessiones, quas vnusquisque ecclesiæ propriæ dedit, aut reliquit arbitrio, aliena re quibuslibet titulis, aut distractionibus, vel sub quocunque argumento, non patimur: nisi fortè aut clericis bonorum meritorum, aut monasteriis religionis intuitu, aut certè peregrinis largiri necessitas suase rit: vt hæc ipsa non perpetuò, sed temporaliter perfruantur. cap. possessiones. 16. q. 1. Et quando reges donant, videntur ius patronatus tantũ retentum donare. c. pastoralis. de donationibus.

Res bona quæ ecclesiis dederũt an accipere possint.

50 Vltimò, quamuis laici decimas restituere deberent ecclesiis parochialibus, à quibus fuerant occupatæ: quia quæ erant Cæsaris, Cæsari reddenda erant, & quæ Dei, Deo. & tex. in cap. cùm apostolica. in fi. de his quæ fiunt à prælato. sic dicit: monendus est laicus, qui decimam detinet, vt eam restituat ecclesiæ ad quam spectat. nempe de re aliena disponere non poterant. l. in re mandata C. mandati. Et cùm decimæ datæ fuerint filiis Leui: nõ electiõe offerentis persoluebantur, vt contempto Leuita, qui secum erat, ipse eligeret cui vellet decimas dare. c

Quibus ecclesiis decimas laici restituere debent.

ecclesias

ecclesia.1.§.itē cùm decimæ. decima tertia quæstione prima. Nam dictum est Deuteronom. decimo octauo capi. Leuita qui tecum moratur, & intra muros tuos habitat, comedet eas: tamen quia vna est spōsa Dei ecclesia, ideo capax earum quælibet ecclesia est. Quamobrem religiosi vel alij ecclesiastici viri per tempus immemoriale possidentes illas, potuerunt contra alios clericos præscribere, & vna ecclesia contra aliā, cap. primo, de præscriptionib. in sexto. vt inferius dicam, in illa decima tertia quæstione, an decimæ tolli possint. vbi videri debet, an ex donationibus laicorum possit præscribi & dicit tex. in c.fi.16.q.1.ibi. liberum est enim monachis & spiritualibus viris deum colentibus & timentibus, decimas & oblationes, cunctáque remedia concedere, & de iure suo in dominium illorū, & vsum trāsferre: nec tam pauperibus paupertatem quàm religionem attendere. Et vbi decimæ sunt feudales, si semel donatæ sint ecclesiæ, iudex laicus nunquam poterit de his cognoscere, quia naturam acceperunt primæuam ad ecclesiam reuertendo. arg. l. si vnus. §. pactus. ff. de pac. & sic remissa fuit cognitio ad iudicem ecclesiasticum per senatum, anno 1550. die 22. Mai, in vigilia Pentecostes.

Consensus prælatorum in dādis decimis an prosit.

51 Nec refragatur quòd illa Martelli donatio facta fuit cum episcoporum concensu, ergo valet. ca. cùm apostolica. de his quæ fi. à prælat. Responde, non est verum: sed faciamus sic esse, tamen donatio decimarum à laicis facta laicis, cum consensu episcopi, non valet. cap. quamuis. eodem. vbi fusius dixi. nec dicit quòd episcopi Gallicani consenserint, sed non dissenserint, quia non poterant. nempe iste dux Carolus Martellus bello efferatus, duos iam deposuerat de facto prælatos, videlicet archiepiscopos Remensem, & Arelatensem: vt patet per Flor. in secūda parte Chronic. titu. 4. cap. 2. §. 3. Ob id non erat mirum si episcopi non dissentiebant. nam si aliquis contradixisset, depositus, & exilio, & fortè morti traditus fuisset: ob id non contradixerunt, vel coactè consenserunt: tamē hoc fieri sine papæ consensu non potuit: vt superius dictum extitit.

Iusta causa in dando decimas esse debet.

52 Non obstat quòd fuit iusta & necessaria causa. nempe Sarraceni destruebāt totum regnum, & sic ipsos prælatos, & ecclesias. Responde, iā parta erat victoria apud Turones, ideo bella cessabant contra Sarracenos: quamobrem cessabat iusta & necessaria concedendi decimas causa. & quamuis fuisset iusta causa, tamen iure & cum solennitate fieri debet alienatio bonorum ecclesiæ. c. sine exemptiōe. 12. q. 2. vbi scripsi. nec poterat hoc sine papæ fieri authoritate, nec à laicis, q̄ nullū ius in rebus ecclesiæ habēt.

Compensare de suo quis debet.

53 Nec obstet quòd Martellus milites compensare volebat de hac nobili & egregia victoria respod. hoc potuisset egregiè de bonis suis. nempe compensatio de suo ad alienum fieri debet. l. 1. & per totum tit. ff. de compensa. sed de ecclesiæ bonis, non licebat compensare, aliàs est furti species de alieno elargiri, vt superius dixi.

Amortisatæ sunt omnes decimæ ad ecclesiam reuersæ.

54 Nec me mouet tex. in c. prohibemus. ibi, cum animarum suarum periculo detinentes. vbi prohibet laicis detinentibus cum animarum periculo, ergo detinētibus sine periculo, id est, iure, non prohibet. Respon. si papa ex iusta causa concessisset, valeret. cap. possessiones. 16. q. 1. & c. nam qui deo. quæst. 2. ibidem. quod non probatur. Alia q. vltima dicentur. Imò S. Ludo statuit, an 1277. in mense Martio, quòd omnes decimæ ad ecclesiam reuersæ ex laicis essent amortisatæ, nec amplius infeodatæ dicerentur, nec aliquid secularibus deberent.

Quæstionis vndecimæ Epitome.

1 *Decimæ quomodo solui debent.*
Fideliter dare decimam quid sit.
2 *Decimæ commutatio an fieri possit.*
3 *Expensæ nullæ deducuntur in prædialibus decimis. & quid in personalibus. nu. 4.*
Decima papalis personali æquiparatur.
5 *Diuersitatis ratio inter prædiales & personales decimas, quo ad deductionem. & nu. 6.*
Decima est tributum.
6 *Lucrum non dicitur, nisi deductis expensis.*
7 *Expensæ r[e]collectionis an sint in decimarum solutione deducendæ.*

Quæstio vndecima.

quomodo decimæ solui debeant.

1 VNdecimo, quomodo solui decimæ debeant? Respond. Leuiti. 27. scribitur, non eligetur nec bonum, nec malum: sed quicquid venerit decimum: vt de quicunque recognouerit in se, quòd non fideliter dederit decimas suas, modò emendet quod minus fecit. Quid est fideliter dare, nisi vt nec minus, nec peius aliquando offeratur de grano, aut de vino, aut de fructibus arborum, aut de pecoribus, aut de ipsa venatione sua. c. quicūque 1. in 16. q. 7.

Cōmutatio decimæ an fieri possit.

2 Et sic debet præstari, non ad electionem soluentis, sed illud quod decimum venit, facta computatione nouem, id quod cadit in decimum, debetur, nec illud commutari potest vt ibidem scribitur. alioqui vtrūque debetur, & commutatum, & id cum quo commutatum est. c. omnes decimæ. 16. q. 7. hodie ista commutatio de voluntate partium fieri iure potest, nō obstante Leuitica lege antiqua, quæ in hoc abrogata est.

3 Est tamen differentia inter prædiales decimas,

Expēsæ nullæ deducuntur in prædialibus decimis, secus in personalibus.

decimas,& personales,nam prædiales sine diminutione seminis, & expētarum detractione, statim fructibus collectis, non deductis aliquibus expensis, solui debent. c. cùm homines. e. non est. eo. & antequam pensio colono partiario detur. gloss. in c. quesiti. 16. q. 1. vel domino. d. c. tua. 2. & sic consuluit Bertrand. consil. 255. visis petitionibus. col. 1. & sequen in. 1. vol. ex prima editio.

4 De personalibus verò deducuntur expensæ factæ in mercibus, emēdis, quærendis,& vehendis, & in faciendo rem meliorem, etiam quæ datæ sunt mediatoribus, & similibus: non solùm si vtiliter, sed etiā si ex voluntate, dummodo non fiat in fraudem ecclesiarum. Innoce. Hosti. Ioh. And. & Cardi. in c. pastoralis post glo ibi; eo sicut quando quis retrahit rē, oportet quod restituat omnes expensas, quas emptor fecit, vt concludit Boher. in. §. 4. de consuetud. retrac. in consuetud. Biturig. quæ deductione facta de lucro, decima impartitur. d. c. pastoralis. vbi glo. & docto. & idem, in decima papali concludit Geminia. consil. 85 super primo. col. 2. quia hæc personalis decimæ æquiparatur. & Capit. decis. Neapol. q. 20. in causa venerabilis mo.

Ratio diuersitatis inter prædiales & personales decimas.

5 Ratio est, quia decima est tributum. c. de cimæ. 16. q. 1. & sicut in tributis nihil deducitur, ita nec in decimis prædialibus. c. tua. 2. eodem. nisi consuetudo fuerit, quòd homines expensas aduersus dominum deducerent, tunc enim ea valeret, vt concludit Bertrand. consil. 255. visis. in 1. vol. vide tamen in d. c. cùm homines.

6 Sed in personalibus pecunia bis, & pluries decimari posset, si expensæ non deducerentur, & tamen deus vnam tantùm sibi retinuit decimam, at fructus prædii, vel animalium de nouo orti, non fuerunt decimati, nec frumentum, quia semē mortuum fuit, & à deo suscitatum. c. cùm non sit. eo. & in euangilio dicitur, nisi granum mortuum fuerit, ipsum solum manet ideo in his fructibus nulla expensa deducitur, & maximè quia deus reseruat homini nouem partes, & decimam tantùm vult: teste Andr. Hispa. in regula decimarum. q. 14. Ad hæc de lucro soluitur decima personalis d. c. pastoralis, sed non dicitur lucrum, nisi deductis expensis: igitur expensæ deducentur, & vbi datus fauor diuinus, vel publici iuris, non deducuntur expēsæ etiam necessariæ. vt in d. c. tua 2. & in c. pastoralis. eo. & sic concludit Matth. de afflictis, in decis Neapolit. q. 252. magnificus. aliæ etiam rationes assignantur per glo. & doct. in d. c. pastoralis licet aliàs regulariter impensæ necessariæ deducantur, vt scripsi in l. impēsæ. ff de verb. significa.

Expensæ refectionis an deducenda sint.

7 Expensæ autem in refectione clibani, seu alterius rei, vel in eius institutione, non debēt deduci: quia res in patrimonio nostro remanent: vnde si fecero, vel refecero torcularia, vel dolia, hoc non deducā. nam si tardè rupta sint, debeo ascribere peccatis meis, & quod deus voluerit in hoc me punire: vt ait hostien. in summa. §. & qualiter vers. expensæ. si tamen res immobiles acquisitæ vendantur, vt domus, ager, vinea, clibanus, de pecunia deducentur impensæ reparationum. d. c. pastoralis. vt si eētum aureis iam decimatis domum ema, & postea eam ducentis vendam, deducam centum aureos decimatos & expensas, si quas fecero, in reparationibus: secus si res immobilis remaneat penes me: vt in d. c. pastoralis. fusius scribitur. vbi videre quilibet potest. alia cùm facilia sint, missa nunc faciam.

Quæstionis duodecimæ Epitome.

1 *Decimæ prediales statim fructibus recollectis soluendæ sunt.*
2 *Statim, id est quàm citius fieri potest.*
3 *Consuetudo vt certo tempore soluantur decimæ valet.*
4 *Personales decimæ in fine anni præstari debent.*
Solutio particularis multa incommoda affert.
5 *Aduocatus, & doctor, quomodo & quando soluere decimam illorum quæ lucrantur, debeant.*
Idem in procuratoribus, notariis, & apparitoribus iudicandum est.
6 *Mercatores & artifices de lucro eorum decimas personales debent.*
7 *Decimæ ante petitionem an sint præstandæ.*
8 *Intellectus cap peruenit. de decimis.*
Monitio in decimarum præstatione quando requiratur.
Excommunicatio non fertur, nisi præcedente monitione.
Tempus interpellat pro homine, & nu. 12.
9 *Offerre verbum quid importet.*
10 *Decimæ an remitti expresse possint.*
12 *Pœnæ iuris non petitæ debentur.*
13 *Decimæ soluendæ etiā si non petantur, nisi consuetudo esset in contrarium. & nu. 14.*
Ecclesia non petendo an videatur remittere.
15 *Decimas non soluens est in mala fide & mora.*
Curati monere debent parochianos ad soluendum decimas.

Quæstio duodecima.

DVodecimo, quando soluendæ sint decimæ? Respondeo, prædiales statim, fructibus recollectis. ca. cùm homines. eo. dixit autem dominus, non tardabis decimas & primitias offerre. ideo tardius dare peccatum est: quia minus soluit, qui tardius soluit. l. si cui. in si. ff. de verb. signi.

Quādo decimæ soluendæ sint.

signific. facit l.vna.C.de plus petit.&§.plus de acti.in Instit.fic.consulunGuiddoPapæ in consil.70.ex processu.q.1.

Statim soluenda sunt decima

2 Vbi etiam dicit intelligi statim, id est quàm citius solui possunt,& sufficit,quod fructus sint collecti, & spicæ in messem de iectæ,& sic cœpti,licet nó percepti,& completi.l.si eius.ff.de rei vendic.& si quis fuerit in mora soluendi decimas, & frumentum,vel vinum fuerit substractum,vel perit tenebitur is, qui statim non præstitit, vel non monuit curatū, vt illam decimam reciperet:per l.cùm res.in fi.ff.de leg.1. glo. & doct.in d.c.cùm homines.

Consuetudo vt certo tempore soluatur decima,valet.

3 Putarem tamen valere consuetudinem vt soluatur in certo tempore,licet non statim dommodo per tempus cuius initij memoria in contrariū esset seruata,vt inferius dicam in illa quæstione seq.an decimæ tolli possint.& hoc scribit collecta. in d.c. cùm homines.post Roffred.in tract.libellor.iuris canon.in 4.parte. rub. qualiter decima sit danda.itaque in decima soluenda inspicietur consuetudo, qua cessante seruate oportet suprà scripta.

Personales decima in fine anni præstantur

4 Personales verò in fine anni præstari debent.glos.in c.reuertimini. in verb. annus. 16.q.1.& facit 2.Esdræ.c.10. in fi. Panor. in ca.peruenit.eod.quia particularis solutio multa incommoda afferre solet. l. planè.ff. famil.hercifcun.c.ex literis.de pignorib. si tamen intra annum solueretur, non debet recusari,testeAnto.in c.ad apostolicæ.in fi. de deci.sed Card.in c.pastoralis. q. 16. eod. dicit, quòd postquam lex non distinguit inter prædiales, & personales, quòd vtraque est statim soluenda : quia interim potest curatus indigere,& parochianus mori ob id n.el us,& tutius est quod statim soluatur, id est singulis diebus dominicis : & bonum esset quod statueretur aliqua forma super istis exoluendis.& præstandis.

Aduocatus, & doctor quomodo, & quando solutre decimā debeant.

5 Vnde doctor regens,ex lucro centum aureorum,quod fecit,debet decima illorum, sic & aduocatus de eo quod ex postulatione lucratus fuerit. gl. in cap. decimæ.16.q. 1.& in cap.pastoralis.de deci.vbi Cardin.q. 10.ideo boni aduocati,& deuoti solent fieri bere lucrum,& postea in fine mensis,vel anni discutere:& vidi quater in anno discuti, imò vidi multos habentes crumenam decimarum,& eo die quo decem lucrabātur so solidos,vnum ponebant intra marsupium decimæ,&ex illo lucro fiebant eleemosinæ: celebrantur missæ,anniuersaria fiebant,dabatur pars curato indigenti,& omnia opera pia fiebant ex illa pecunia:&bonum esset si sic faceremus,vt etiam vult Hosti.in d.c. pastoralis.col.pen.eo.

Mercatores, & artifices de lucro personali decimas debent.

6 Et sic mercatores debent,& alij artifices facerę,si prosperè velint omnia sibi succedere,vt docet glos.& doct.in d. ca. decimæ & inferius dicam.in q.vlt.& idem in procuratibus, & notarijs, apparitoribus, & alijs personis,vt ex eorum lucro decimam præstare teneãtur:vt firmat And.Hispā.in d.regula decima.qō.decima,&superius dictum fuit q.quinta,& octaua.

Ante petitionem an præstanda sint decima.

7 Quæro,an decimæ ante petitionem solui debeant?Respondet tex.affirmatiuè,in cap. cùm homines.eó.tit.dum dicit statim fructibus receptis soluendas, ergo in mora sunt,qui non statim soluunt,etiam sine petitione,vt scribit Panor.in 2.notab.ibi, & quia offerri debent,vt superius dixi in 1.q. igitur non requiritu petitio, alioquì non satisfaceret quis præcepto Dei.

Monitio in decimarum præstatione quando requiratur.

8 Nec refragatur c. peruenit.eo.tit. vbi monitio requiritur,& sic petitio. Respondeo, monitionem requiri,antequam non solués excommunicari possit. nam de excommunicationis forma est, vt fieri non possit, nisi præcedat monitio.cap.sacro.de senten. excommunica. sed decimarum non est ea natura vt requiratur petitio : nempe dum tempus est appositum, non requiritur interpellatio,l.magnam.de contrahen. stipula.C.sed in d.c.cùm homines.est tempus appositum solutioni decimarum, videlicet eet,vt soluantur statim fructibus collectis igitur non soluentes statim sunt in mora, etiam sine petitione,& sic monitione facta excōmunicari possunt.facit ca.omnes.16.q. 7.ibi, sed quia modo multi inueniuntur, decimas dare nolētes,statuimus, vt secundum domini præceptum admoneantur semel:secundò,& tertiò:qui si non emendauerint, anathematis vinculo feriantur vsque ad satisfactionem, & emendationem congruam.

De verbo offerre.

9 Item Exodi 22.capit.dicitur, decimas, & primitias non tardabis offerre ponderando verbum,offerre,sequitur quòd sine petitio ne hoc fieri debet,vt doct.scribūt in authē. offeratur.C.de litis contest.ideo postquam decimæ offerri debent,ergo sine petitione, & sic vltro:vt expressè docet text.in l.fideicommissa.§.si rem.ff.de leg.3. &.2.Paralip. 31.scribitur.quòd filij Israel,& Iudæ obtulerunt decimas,&sic absque petitione.

Decima remitti expressè possunt

10 Nec refragatur ꝙ diuus Pau.1.ad Corinth. 9.ait: nihil à Corinthijs petiisse, nec recepisse.ca. prædicator. 16.q.1.ergo si decimæ non petantur,non debentur. Respon. verum est quando remitterentur expressè,vel tacitè,vt diuus Paulus auaris remisit Corinthijs:tunc non tenerentur homines ad eas soluēdum. sed contrarium est,quando nulla sit remissio.imò diuus Paulus ait ibi,quod dominus ordinauit his qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere: dicit tamen,ego autem nullo horum vsus sum: hoc fecit videns Corinthios auaros esse,ne offendiculum euangelio Christi daret, sed vt eos deo lucrifaceret : tamen inquit ibi, neminē militare suis stipendijs debere.

11 Nec obest quod ecclesia Græcorum, non

soluit decimas. nam respondeo, quia schismatica est à nostra Romana deuians, etiam in matrimonio. capitulo cùm olim, de cler. coniuga.

12 Ne me mouet, quòd pœnæ iuris non debẽtur, si non sint petitæ: vt declarat gloss. in ca. fraternitas. 12. q. 2. & regulariter petitio requiritur: vt in euangelio scribitur, petite & accipietis. & in l. vniuersis. C. de prescrib. imperato. offerend. vbi Iaf. scripsi in §. si quis verò. de collatio. in concord. Respond. hoc est verum, nisi in l. sit statutum tempus, quod ponitur in d. c. cù n homines & licet decis. Rotæ. 1. de decimis. in antiq. incipiẽs, nota quòd vbi. in prin. dicit debitorem decimarum non teneri, nisi à die petitionis, secundum opinionem Archidiac. tamen illam opinionem ibi reprobit, cùm nullus possit prætendere ignorãtiam, eo quòd est debita iure naturali, & diuino, vt ibi dicitur, & suprà, q. 1. docui, quia tempus pro homine interpellat.

Pœna iuris non petita non debentur.

13 Et sic patet illos parũ probè sentire, qui dicunt non soluendas decimas nisi à die petitionis: & si nõ fuerint petitæ tempore recollectionis fructuum, quòd non possunt amplius peti, vt Andria. de trai. in d. q. 5. ver. secundò videndum est, quamuis Archi. in c. 1. de deci. in 6. videatur dicere à tempore petitionis debitorem decimarum tantùm condemnandum, & non antè: quem refert Fely. in cap. si autem. col. 3. de rescrip. sequitur D. Petr. Paul. Paris. in consil. 15. Albertus in fi. in 1. vol. & consi. 6. considerata. col. 3. nu. 11. in 4. vol. & consi. 25. vidi consilium. col. penul. nu. 35. ibidem. Hoc tamen nõ probant, nec Iohan. Francisc. in tract. de præscrip. in 1. parte quintæ, princip. q. 7. col. 16. nisi consuetudo esset, quòd non soluerentur decimæ, nisi peterentur: & sic secundũ eos durum esset dicere, quòd omnes homines qui non dant decimas, damnarentur: quia ecclesia non petendo videtur remittere: vt testatur Floren. in 2. parte summæ, rub. de dec. tit. 4. c. 3. §. fi. sed ego dicerem, quamuis sit durum, tamen seruandum. per l. prospexit. ff. qui, & à quibus. alioqui non seruantes leges essent melioris conditionis, quam seruantes, & impij, quàm pij. & postquam sciũt se teneri ad solutionem, sunt in mala fide, & sic in peccato, ideo non sunt excusandi.

Reprobat eos qui dicunt petendas decimas.

14 Item diuus Thomas in 2. secundæ. q. 87. art. 1. in solutione ad 2. arg. ait: quòd si ex obstinatione quis decimas denegat, tenetur etiam quis sine petitione, & censetur ex obstinatione id facere, quãdo simul atque petitæ sunt, nõ dat: & tunc vere ad omnes decimas tenetur. & sic possunt conciliari opiniones, vt quædam petitio nõ specialis, seu admonitio requiratur, sed generalis, quæ hodie ab omnibus solet fieri curatis: vide.

Conciliantur opiniones de petendis decimis.

15 Hodie non soluentes decimas sunt in mala fide, & mora. nam solet in ecclesiis ab ipsis curatis singulis moneri diebus dominicis, vt decimas soluant: igitur si decimas retineant, teneantur sine alia petitione, & publicantur excommunicati in ecclesiis detinentes decimas. & ita seruatur in curiis Fraẽ eix, quæ consuetudo multis est con si mata arestis & sententiis. & hoc probatur in ca. peruenit. eo. tit. vbi præcipitur prælatis, vt parochianos monere habeant de soluendis decimis, & cõpellant eos, si nolint soluere: quod si non faciant peccant mortaliter: vt ibi dicit Panor. quia ipsi subditorum peccatis obuiare debent, & non negligere bona ecclesiarum, & pauperum: alioqui negligentia illorum peccatum inducit glo. in ca. ca quæ. de offi. arch. Hostien. in summa. §. fi. q. 7. quidam conciliari volentes dicebant in prædialibus monitionem non requiri, in personalibus secus, cùm non sit in illis certum præstitum tempus. & ista opi. non est contemnenda, quia per eam conciliantur cõtraria: vel accipe eam quam superius feci ipsi. & sic aderit finis huiusce quæstionis.

Curati monere debẽt parochianos ad soluendum decimas.

Quæstio. decimætertiæ Epitome.

1 *Decimæ an tolli possint.*
Causa cessante cessat effectus.
Pauperum quod est, qui accipiunt, sacrilegium committunt.
2 *Decimæ clericis peruersis an denegandæ.*
3 *Filii Leui decimas tantum accipiebant pro quibus offerebant preces.*
Irati animus ad deteriora prouocatur, cum ei displicet, qui ad intercedendum mittitur.
4 *Clerici hodie non vacant legi Dei.*
5 *Leuitæ contenti sola decimarum perceptione.*
6 *Decimæ deo præstantur in signum vniuersalis dominii: & ex eis pars pauperibus debetur.*
Sacerdotibus malis, & diuitibus, an decimæ debeantur.
7 *Decimæ clericis, & non aliis pauperibus solui debent.*
Debitor non liberatur soluens alii inuito domino.
8 *Clericorum nequitiæ in soluendis decimis considerari non debent.*
Decimæ fornicatori notorio denegandæ: item simoniaco: sed auctoritate episcopi in vtilitatem ecclesiæ conuerti debent.
10 *Vuicleff combustus quòd diceret decimas posse auferri à malo curato.*
11 *Crimen incurrit qui contra sacerdotes obloquitur.*
12 *Clerici, & ecclesiæ bona habere possunt vltra decimas.*
Clerici non debent esse deterioris conditionis quam laici.
13 *Clerici procuratores: siue administratores bonorum illis donatorum, & non domini.*
14 *Compositio quid, & quid sit solutio certi pro alio potuatur.*
16 *Compositio inter clericos super decimis - - -* [illegible]

Intellige in prędialibus.nu.17.
Decimas quis clericorum habeat,non refert.
18 *Compoſitio ſuper decimis inter clericos valet, etiam ſi ageretur vt monachi haberent totam prędialem decimam vnius parochię.*
19 *Compoſitio ſuper decimis ſine cauſę cognitione non valet.*
20 *Decretum epiſcopi an requiratur in compoſitione: & alienatione rerum eccleſię, & numero 21.*
22 *Conſenſus epiſcopi vel ſuperioris requiritur in compoſitione ſuper decimis.*
Decimę cibus clericorum.
Epiſcopi prę ſentia loco iudicis habetur.
23 *Vicarii epiſcopi conſenſus an ſufficiat in compoſitione ſuper decimis.*
24 *Inferior habens iuriſdictionem quaſi epiſcopalem compoſitioni ſuper decimis authoritatem pręſtat.*
25 *Succeſſori quando compoſitio ſuper decimis noceat,vel non.*
26 *Compoſitio inter clericos vt minus ſoluatur,quā ſit decima,valet requiritur tamen papę approbatio,& conſenſus.*
27 *Decima omnino tolli non poteſt,nec papę authoritate.*
Papa ius naturale tollere non poteſt.
28 *Cōpoſitio vt laici decimas recipiant vel non ſoluant,non valet.*
Laici incapaces ſpiritualium rerum.
29 *Compoſitio de non ſoluenda aliqua decima inter curatum & laicos,non valet etiam papę conſenſu accedente.*
Laicum à decimis eximere ſolus papa poteſt.
Compoſitio quando valeat cum authoritate epiſcopi.& nu.30.
31 *Compoſitione ſe iuuans eam ſeruare debet.*
32 *Priuilegium ſuper decimis non pręſtandis non extenditur ad laicorum decimas.*
33 *Tranſactio ſuper decimis an valeat: & nu. 34. & 35.*
Decimę fructus reputantur temporales.
36 *Tranſactio ſuper futuris decimis an valeat:& cuius conſenſus requiratur.*
Tranſactio non eſt prohibita in rebus ſpiritualibus.
37 *Temporale pro decimis futuris omnino non debet dari.*
38 *Decimę dicuntur ſpirituales.*
39 *Spiritualia multis modis dicuntur.*
Decimę ſunt ſanctuarium Dei.
40 *Conſuetudo ſuper decimis an,& quę valeat.*
Naturalia immutabilia.
41 *Crocorum decima debetur.*
42 *Decima debetur à terris recuperatis à Saracenis & nu.43.*
Conſuetudo an excuſet à pręſtatione decimarū perſonalium.
44 *Conſuetudo ſuper decimis perſonalibus, an & quando valeat.*
Decimę perſonales magis in ſubtilitate,quàm vtilitate conſiſtunt.
45 *Conſuetudo & pręſcriptio differunt.*
46 *Conſuetudo non ſoluendi integras decimas, an excuſet.*
Intellectus capituli, in aliquibus. de decimis.
Conſuetudo vetus quę probat, tolerabilia ſunt.
47 *Conſuetudo transferendi decimas an valeat. & nu.48.*
49 *Conſuetudo non portandi decimas in horrea an valeat.*
50 *Item relinquendi in agro.*
51 *Conſuetudo non ſoluendi decimas minutas valet.*
Prętor de minimis non curat.
Decimę minutę non ſunt in pręcepto.
52 *Conſuetudo vt certo tempore vel loco decima ſoluantur,valet.& quę requirantur in hac conſuetudine.nu.53.*
53 *Diu dicitur tempus decem annorum.*
54 *Conſuetudo quando à papa approbari debeat.*
55 *Pręſcriptio non ſoluendi decimas an valeat: & nu. 56.*
Peccata tantò grauiora,quanto diutius animam detinent alligatam.
Decimę tributa egentium animarum.
56 *Decimę contra laicum an pręſcribantur.*
57 *Decimę quota pręſcribitur.*
58 *Decimam integram quando curatus petere poſſit.& nu.59.*
59 *Conſuetudo contra ius naturale non diſponit.*
60 *Parochia contra parochiam decimam pręſcribit: ſed non libertatem non ſoluendi eam.*
61 *Decima vini pręſcripta non ſe extendit ad fundum ex vinea factum.*
Decimas qui pręſcripſit antiquas,non habebit nouales decimas.
62 *Inquilinus nouus cui debeat decimam.*
63 *Religioſi qui non habent parochiam an decimas pręſcribant.*
64 *Laicus decimas non pręſcribit.*
Argumentum de oblationibus ad decimas valet.
65 *Conſuetudo laicorum percipiendi oblationes promiſcuè,reprobatur*
66 *Difformia non comprehenduntur conſuetudine.*
67 *Conſuetudo quando vim priuilegij habeat.*
68 *Pręſcriptio,& priuilegium differunt in acquiſitione.*
Conſuetudo incapacem non reddit capacem.
69 *Laicus decimas an & quando retineat.*
70 *Decimę inueſtiturę à laico prohibita.*
71 *Caſus requiſiti in decimis feudalibus. & nu. 76.cum ſeq.*
Decimas à papa infeudatas laico probare ſufficit, cum tempore immemoriali.
72 *Intellectus capituli,cum apoſtolicę.de his quę fiunt a prelat.& nu.73.*
Decimę regulariter laicis ad tempus dantur.
73 *Papa ſolus laicum capacem facit ad decimas.*

74 *Decimas à laicis quando r. ligiosi recipere possint.*
75 *Decimas laici quando perdant.*
79 *Tempus immemoriale cum recognitione an laico sufficiat ad habendum decimas.*
77 *Possessio etiam centenaria non iuuat laicum.*
Vsurpatio longinqua ius non tribuit.
Prætor non tuetur iniquam possessionem.
78 *Decimas ad se spectare quomodo laicus probare possit.*
Dei veritatem non hominis consuetudinem sequi oportet.
79 *Laicus decimas habeat ante vel post concilium non interest. & nu. 80.*
80 *Laici ex suo officio pro populo non orant.*
81 *Decimæ quanto tempore præscribantur cum nu. seq.*
82 *Ecclesia contra ecclesiam quanto tempore decimas præscribat.*
83 *Intellectus cap. ad decimas. de restitut. spoliator.*
84 *Curatus quando iure communi fundatus sit.*
85 *Ecclesia decimas à laico habens, eas non præscribit: & quare.*
Reges puri laici: nec iura ecclesiæ donare possunt.
86 *Intellectus cap. 1. de præscript. lib. 6.*
Ecclesiastica res etiam sine titulo præscribitur, quando adest bona fides.
87 *Malæ fidei possessor creditur, qui cōtra iura mercatur.*
88 *Præscriptionem impedit error iuris.*
89 *Confirmatio quando titulum præbeat: & quo tempore incipiat præscriptio.*
90 *Confirmatio in forma communi quid operetur, & nu. 91.*
Error facti præscriptionem non impedit.
91 *Clausula, sicut iustè possidetis.*
92 *Titulum ostendere quando non sit opus.*
93 *Decimas à laico recipientes eas non præscribunt.*
Succedens in locum alterius iustam habet ignorantiæ causam.
94 *Præscriptio temporis immemorialis quomodo probetur. & nu. 95. cum seq.*
95 *Testes in probando præscriptionem immemorialem quomodo deponant. 96.*
97 *Memoriam extare probatur per instrumentum.*
98 *Testes affirmatiuè deponentes præferuntur.*
99 *Testes memoriam non extare probantes cuius ætatis esse debeant.*
100 *Decimæ quando per decem annos præscribantur.*
Res de facili reuertitur ad suam naturam.
101 *Imperator non potest quem ad decimarum solutione eximere.*
Intellectus cap. sua. de decim.
102 *Diuturnitas temporis modum solutioni decimarum inducere potest.*
103 *Decimæ an priuilegio tollantur.*
Papa aliquos a decimarum præstatione eximere potest.
104 *Horti religiosorum à decimis exempti.*
105 *Papa quando ius diuinum remittere possit.*
106 *Præcepta decalogi irremissibilia.*
In decimis duplex est consideratio. & numero 107.
107 *Decimarum solutio concernit commodum ecclesiæ.*
108 *Decimas detinens sine causa, non est tutus quo ad Deum, sicut nec plura habens beneficia.*
109 *Confessores quid super decimis agere debeant.*
110 *Papa an, & quando decimas principi vel laico concedere possit.*
111 *Decimarum exactio quando suspendenda.*
112 *Decimis præscriptis quando quis recipiatur ad eas petendas.*
113 *Decimas post priuilegium soluentes illi renunciant.*
114 *Priuilegium de decimis non soluendis non intelligitur de decimis possessis.*

Quæstio decimatertia.

An tolli decimæ possint.

1 Decimotertiò, an tolli decimæ possint? Respōd. videtur posse: quia cessante causa, effectus cessare debet. l. quod dictū ff. de pact. cap. cùm cessante. de appella. Sed in clericis causa cessat, igitur cessare decimæ debent. nempe olim erant decimæ in cibum eis datæ, vt superius dictum extitit, sed illū hodie aliunde habent, & sunt diuites: ergo causa soluendi eas decimas cessat. Nam clericos illos conuenit ecclesiæ stipendiis sustentari, quibus parentum, & amicorum nulla suffragantur impedia: qui autem bonis parentum, & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium profectò incurrunt, & committunt. c. si. 16. q. 1.

2 Secundò, clerici olim erāt bonis moribus præditi: hodie peruersi, ideo illis decimæ denegari possunt, cùm nō sint ad cultum Dei apti. ca. tua. 2. de dec. & sic aliis clericis deuotis pauperibus dari debent.

3 Tertiò filij Leui non accipiebant decimas, nisi ab eis pro quibus offerebāt preces. c. ecclesias. 13. q. 1. §. his itaque. sed hodie nō orant clerici pro populo: & si orarent, quia mali sunt, Dei iracundiam magis in se prouocarent, quem per seipsos placare debuerànt. ca. fertur. §. vulnerato. 1. q. 1. cùm enim is displicet, qui ad intercedēdū mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. c. in grauibus. 3. qō. 7. vbi etiam dicit victimas impiorū abominales Deo esse, vota iustorum placabilia.

4 Quartò, quia clerici legi Dei etiam non vacant hodie, vt patet in multis, & manifesta non

sta non indigent probatione. c. de manifesta 2. q. 1.

5 Quintò, Num. 18. capi. dicitur, Leuitas decimarum oblatione esse contentos: igitur si vltra decimas prædia habeant, eis non debentur decimæ: quia Deus præcepit eis, vt sint contenti sola decimarum perceptione. & 10 de 3. tribu autem Leui, non dedit possessionem, sed sacrificia, & victimæ domini Dei Israel, ipsa est eius hæreditas, & sic concludit Anton. Butri. in cap. parochianos. col. 3. & seq. eod.

Malis sacerdotibus, & diuitibus, an decima debeatur.

6 Contrarium arbitror verius esse. nam fac quasdam rationes in nostris clericis cessare quibu dam, tamen non omnes decimarum rationes cessant, quia omnes non sunt diuites: & si essent, aliæ rationes non cessant, quæ sunt ex parte Dei: videlicet, quia præstantur decimæ Deo, in signum vniuersalis dominij, & pauperibus debetur pars: vt suprà qō 2. scripsi. & diuites melius possunt hanc partem soluere, quam pauperes clerici: vt probat text. in ca. si. 16. q. 1. ac pars fabricæ ecclesiæ assignari ex decimis debet. cap. concesso. & seq 12. q. 2. Itaque deus ecclesia, & pauperes, non debent propter malitiam clericorum decimis fraudari. Ob id glo. plura in cō uenientia recitat in cap. 1. eod libr. 6. quæ sequerentur, si non soluerentur sacerdotibus, vt est à Deo præceptum. vide Iohan de turre cre. in c. fi. ver. ad quartam. q. 16. q. 1.

Solus decima clericorum, & non aliis pauperibus debetur.

7 Nec obstat secundum, quia respondet tex. in cap. tua nobis. 2. de dec dicit enim sic, prætextu vero nequitiæ clericorum nequeunt eas, nisi quibus ex mandato diuino debentur, pro suo arbitrio erogare, cùm nulli sit licitum aliena cuiquam concedere præter domini voluntatem. & quia sunt debitæ clericis. ca. parochianos. eod. ideo non possunt aliis dari etiam pauperibus: quia non liberatur debitor soluens ali, inuito domino. l. in tuto. C. de solut. l. vero. ff. illo tit. quia deus non debet perdere debitum suum propter iniustum procuratorem, id est ministrum, ideo enim dantur decimæ.

Malitia Clericorum in soluē do decimis considerari nō debent.

9 Ergo cogitare non debemus quis clericus procurator Dei eas exigat. Host. in d. ca. tua. 2. Ioh. Hugo, in tracta. suo de offic. quatuor præl. §. sed nunc ex delicto. & nequitia clericorum considerari nō debet, sed dei bonitas, qui hanc decimam à nobis voluit dum modo non esset notorius fornicatoris, cui decimæ debentur: tunc illi iuste denegari possunt. cap. præter. 32. dist. & doc. in d. c. tua. 2. intelligunt illum text. in malis presbyteris occultis, vt decima illis debeatur: secus in simoniacis sacerdotibus, & aliis irretitis criminibus notoriis: vt scripsi in rubri. de pu bli. concub. in concor. in 18. pœna. ne videantur in suo peccato foueri, & ali. cap. non omnis. ibi, vtilius, 5. q. 5. non debet tamen parochianus ob hoc decimas retinere, sed authoritate episcopi in vtilitatē ecclesiæ illas conuertere, argu. ca. cùm deputati. de iud. & Host. in cap. tua. 2. & §. & quare in fi. in summa. eo. & quadiu tollerantur ab ecclesia, ego vellem illis soluere, saltem decimas prædia les. quasi triplex sit distributio, vt superius scripsi personale, cum per onā respiciant, in criminibus symoniæ, hæresis, & concubinatus, publice illis denegarem, vt scripsi in con cord. facit cap multi. 2. q. 1. & doct. in l. barbarius. ff. de offic. præt. Anch. in d. c. tua. 2. in fin. post Rodred. in tract. libel. iuris canon. in 4. parte, rub. an expen. sint deducem. versi. quæ sito in vltimis. & sic Thosta. concludit super Matthæ. 23. c. q. 73.

Vuiclef combu stus quod decimas posse ferri a malo curato.

10 Notandum est, quòd inter articulos 189. Vuiclef, per Constant. consilium condemnatos is præcipuè fuit, in quo dicebat decimas esse puras eleemosynas, & quòd parochiani poterant eas propter suorum peccata prælatorum ab eis auferre: ob id fuit combustus. nam decimæ non dantur pro solo vsu sacerdotum, sed deo, & ad vsum pauperum, vt superius dictum extitit, & vt deum recognoscerent: ideo parochiani non debent eas retinere, etiam malo curato. c. decimæ. 16. q. 1. nisi vt superius dicitur.

Contra sacerdotes obiurgantes non socurti

11 Neç refragatur aliud, quòd sacerdos ex his luxuriatur. Respond. hoc non omnibus contingit: & si aliquibus hoc ascribatur, ob hoc non licet decimas retinere, sicut non licet bona suris, vel alterius mali retinere: imò tu, qui hæc dicis, audi quid scribat diuus Gregorius: Multi secularium hominum, cū plus sacerdotis vitam quàm suam discutiūt, in magnum contentionis diuinorum sacramentorum crimen incurrunt: magna enim trabe vulneratos habentes oculos, eámque negligentes, festucam tenuem in aliorum cō spiciunt oculis, quam dum incaute festinant euellere, erroris in foueam dilabuntur: minus quiddam considerātes, quòd non eos vita acerdotum læderet, si ipsi humiliter bonis sacerdotum monitis aurem accomodarent: sed dum hipochritarum more plus illorum formam quàm propriam vitam, vel vitæ negligentiam diiudicant, spernunt sancta monita, & spiritualia dona: vnde fit, vt non solùm ab eis dicta respuant, quod est deterius, diuina etiam misteria contemnant, &c. in c. multi secularium. 1. q. 1. Ideo illorum laicorum primus, qui sine peccato (quod vix esse potest) ista dicēs, fuerit, iniiciat lapidem in illum: & non detineat quis aliena, sed puniatur malè viuens, & sibi debitum non retineatur. Nam Cyprianus ait: quæ sacrificia celebrare, se credūt æmuli sacerdotū secum esse Christum cùm collecti fuerint, opinantur hi, qui extra ecclesiam Christi colligunt, tales etiam si occisi in confessione nominis Christi fuerint, macula ista nec sanguine abluitur: inexpiabilis enim, & grauis culpa discordiæ, neque passione purgatur. c. neq; ad Cain. 90. dist. verum est, quòd non solùm episcopi, presbyteri: diaconi debent magnopere prouidere, vt cunctū po; ulu. n.

cui præsident, cõuersatione, sermone, ac sciẽtia præeant, verum etiam inferior gradus, exorcisi, lectores, custodes ad dum, accoliti, & omnes omnino, qui domui dei seruiunt: quia vehementer ecclesiam destruit meliores laicos esse, quàm clericos. c. qualis. 8. q. 1.

12 Item non obest aliud, quod non possunt alia habere bona; cùm sit præceptum eis factum, vt decimis contenti sint. Cui respondeo, bona terræ promissionis fuisse per desi separata à decimis, & ipsis Leuitis concessas, decimas, propter auaritiam, & cupiditatem possessionum vitandarum: & ideo alia bona propria petere non poterant, cum iam in decimis suam haberent partem. Verumtamen oblatones recipere, & bona poterant, & quicquid Deo erat consecratum, ad ius sacerdotum pertinebat. Leuit. 20. ca. & vlti. ob id si postea eis bona donata fuerint, & ecclesiis, iure illa habere possunt, tanquam Deo dedicata, & consecrata: & sic id temporis dominus voluit tribum Leui esse decimarum perceptione contentam, & nihil petere aliud ab aliis tributus posse. d. capitulo ecclesias. §. item cùm dicitur. nec enim habet Leuita aliam partem atque possessionem inter vos. ergo inter alios non negat. facit glos. in c. 1. de decim. in 6. & ibi tex. mandat decimas solui: & tamen id temporis ecclesiæ locupletes erant, alioqui sequeretur, quòd clerici, & ecclesia essent deterioris conditionis quàm laici: vt arguit text in cap. tua. 2. eod. de deo, qui non esse debet deterioris conditionis, quàm domini temporales, sic nec clerici, quàm laici: sed laici à laicis bona donata capere possunt, & clerici, & ecclesia non possent, quod est valde absurdum, cum ecclesiæ, & clerici sint magis priuilegiati, quàm laici. capitulo, ecclesia. vbi doctor. de constitu. ita concludunt in rub. de decur. & facit. text. nu. 18. ibi, & vniuersi quorũ accipitis. ergo ab vniuersis possunt clerici, & sacerdotes accipere, exceptis personis quas suprà descripsi, si donentur eis, vel alio iusto titulo eis acquirantur. & hoc etiam dictat ratio naturalis. nam si pater inter filios hæreditatem suam diuidat, & dicat velle eos suis portionibus contentos esse, si vnus liberorum det alteri partem suam, numquid obstabit testatoris voluntas, quominus hic possit recipere? certè non: sed ex testamento non licet amplius habere, nec videtur frater ob hoc incapax factus ad habendum ex iure nouo. capitulo, 2. de renun. l. stipulatio hoc modo. vbi doctor. ff. de verb. oblig. & hoc expressim docet Hostien. in rub. de dec. in fi. quem alij sequuntur.

13 Etiam si Deus expressè prohibuisset filiis Leui, & sic personis: tamen ecclesia non comprehenderetur. ideo potuerunt deuoti viri ecclesiæ donare, & clerici habent vsum, siue vsumfructum illorum bonorum donatorum, & sunt procuratores, & administratores illorum bonorum, non domini capitu. penult. vbi glo. de reb. ec. non alien: cap. 2. de do... pit. in iurandum. de pecul. cleric. do... de d... vbi dicunt omnes clericos esse pauperes. per l. priuilegia. C. de epis. & cler... hoc non probat; bene loquitur de pauperibus in genere, sed non expresse de clericis. Anto. in cap. parochianos, col. 3. eo. tit.

Itaque in hac quæstione, vt altius rem repetamus, videndum erit, an compositiõne, transactione, consuetudine, prescriptiõne, vel priuilegio, seu exemptione, aut alio quouis modo decima tolli posit: & primò dicendum erit de compositione.

Clerici, & ecclesia bona habere possunt vltra decimas.

14 Compositio enim est gratuita conuentio: transactio autem est de re dubia, & lite incerta, aliquo dato, vel retento, pactio. l. prima. ff. de transactio. C. eo ca. super eo. ibidẽ. vnum tamen sæpius pro altero capitur. capi. veniens. de transact. vbi Hostien. in summa. & quot modis sumatur compositio, scripsi in l. hæc verba ille. ff. de verb. sig.

Cõpositio quid sit.

15 Quæro, an compositio super decimis valeat? Respon. aut loquimur inter clericos, aut laicos, & aut transferendis decimis, aut de non soluendis. & in his elucidandis, facio casus sequentes.

16 Primus est, valet compositio inter personas ecclesiasticas, vt decimæ vni curato debitæ alteri soluantur. capitu. 2. de transactio. capitulo, dilecti. in fin. cod. vbi papa dicit, soluatis, vel cum ipsis amicabiliter componatis & sic compositio approbatur ibi à papa. & in cap. dilecti. & seq. ibidem. vbi Panor. quia cum decimæ clericis sint reseruatæ à Deo, non refert quis ipsorũ habeat, vel quæ ecclesia, vt abundantius dicetur. & doctor. scribunt in cap. ex multiplici. de dec. & idem docet Carol. Ruinus, in consi. 142. clarum est. nu. 13. in 5. vol.

Compositio super decimis inter clericos valet.

17 Intellige in decimis prædialibus: diuersum sentiunt iuris interpretes in personalibus. nempe is qui in sacrario operatur, quæ de sacrario sunt, edere debet: & qui altario seruit, cum altario participat, iuxta diui Pauli sententiam. & ne detur occasio vagationi, & audiendi diuina extra ecclesiam parochialem. a. de paroh. Collecta. in cap. ad apostolicæ. cod.

18 Secundò, intellige etiam si ageretur, vt monachi. haberent totam prædialem decimam vnius parochiæ, vel alius curatus: nam tunc si curatus victum sufficientem non habeat, eo quod ei desint decimæ, aget ad congruam portionem. capitulo, de monachis. de preben. & scripsi abundè in tracta. meo de congrua portio. inferius. quia illi qui percipiunt decimas, poterunt curam habere pauperum, & fabricæ. & satisfacere poterunt, iis, pro quibus decima debetur: vt asserit Panor. in cap. 1. cod. & superius. q. 2. scripsi.

19 Tertiò, intellige istam compositionem valere, ita demum si causæ cognitio interue

niat

Cōpositio fine causæ cognitione non valet.

ueniat: debet enim superior examinare, an talis compositio expediat ecclesiæ, alias compositio non valebit, quia est alienatio in qua hæc inquisitio fieri debet, ca. p. tuo, sine exceptione. vbi scripsi. 12. q. 2. glo. in c. primo de reb. eccles. non alienan. in 6. licet videre in compendio. aliena. rer. eccles.

20 Item requiritur decretum episcopi, vt firmat Innoc. in cap. 2. de trā ac licet ibi Panor. cum reprehendat. dicens nullibi inueniri: sed intelligere voluit Innoc. decretum pro consensu & authoritate episcopi, vel superioris. solet enim episcopus post inquisitionem super commodo vel incommodo factam, si ex re ecclesiæ sit & vtilitate, decernere faciendam compositionem, vel factam ratam esse, & sic illi consentit. ita debet intelligi sententia Innocen. glos. & docto. in d. c. 1. & inferius dico. nu. 26.

Decretum episcopi an requiratur in compositione & alienatione.

21 Et sic cessant controuersiæ doctorum, an in alienatione ecclesiæ requiratur decretum: quod sic patet. nam episcopus decernit iustam & bonam alienationem, illi consentiendo: sed non intelligimus de illo decreto, seu decreti solennitate, quæ requiritur in alienatione bonorum minoris, vt in rubr. de prædiis mino. sine decreto non alienand. C.

22 Quartò, non valet compositio, nisi cum consensu episcopi, vel superioris, & sic non valeret cum consensu inferioris, videlicet abbatis, prioris, seu alterius. capitulo. placuit. 12. q. 2. & cap. abbatibus ibidem. capitul. cùm apostolica. de his quæ fiunt à prælat. vbi dicit non requiri capituli consensum, sed episcopi tantùm: licet in vera alienatione contrarium sit cap. sine exceptione. 12. q. 2. & cùm decimæ sint cibus clericorum, vt dixi sicut de alimentis futuris, non potest transigi sine iudice. l. cùm hi. ff. de transac. ita nec de decimis, vt etiam docet Ancha. in. cap. cùm homines col. 2. eod. & episcopi præsentia loco iudicis habetur: si tamen decima à laico episcopo daretur, archiepiscopi consensus requireretur: quia episcopus non posset in propria causa consentire ca. prohibemus. de cēsib. scripsi in interpretatione d. cap. sine exceptione. vt in erins est videre in compend. alienatio rerum eccles.

Consensus episcopi vel superioris requiritur.

23 Etiam cum consensu vicarii episcopi non valeret compositio, teste Aufrer. in decisi. 97. & sequen. vidi tamen seruari contrarium. tum propter episcopi absentiam, tum quòd vicarius nomine episcopi hoc faciat & quòd habeat iurisdictionem: vt patet in rubric. de offic. vicar. imò in integra legi. in d. cap. 2. de transact. de consensu episcopi, vel archidiaconi, & quia vicarij generalem solent habere potestatem. c. fi. de offi. vica. in 6. scripsi. abundè in praxi benef. in prin.

Vicarij consensus.

24 N. [illegible] ior haberet iurisdictionem quasi episcopalem glo. in clem. 1. in verb. proprij. de reb. eccles. non alienand. ca. significasti. de fo. compe. tunc cum authoritate illius valeret compositio.

Successori quando compositio noceat.

25 Quintò, si compositio fuerit sine episcopi, vel superioris consensu facta, mortuo eo qui eam fecit, successori nō præiudicat. per c. de cætero. & c. veniens. de transact. c. ad hæc de offic. vic. & hoc super futuris decimis, secus de præteritis. glo. & doct. in c. vt super. de reb. eccle. non alienand. Deci. in c. venerabilis. in 4. nota. de confirmat. vtili.

26 Secundus casus est, valet compositio inter clericos, vt minus quàm sit decima eis soluatur, & sic vt integram decimam, fortè vigesimam, vel vt de aliquibus rebus non præstetur, vt de rebus fortè minutis, seu aliis. capit. veniens. de transac. c. 3. eo. Panor. in cap. dilecti. in fin. eod. facit. c. nuper. ibidem & in hac compositione quando diminuitur decima, requiritur consensus & approbatio Papæ: vt scribit Bertran. consi. 14. viso processu. in fin. vol. 1. ex prima editio. & consi. 116. illud est. ibidem. quod est verum, si cum laicis fiat: secus si cum clericis, vt doctores notant. c. 2. & c. veniens. de transact. & inferius dicetur.

Compositio vt minus soluatur valet.

27 Tertius casus est, si per compositionem remittatur tota decima clerico, hæc compositio non valebit: quia decima omnino tolli non potest, alioqui deus non recognosceretur in ea, nec honoraret eū quis ex sua substantia, vt est præceptum Prouer. 3. etiam si illa compositio à Papa probata esset: quia ius diuinum & mortale tollere non potest, nec ius naturæ, quo iure sunt decimæ, vt conclusi superius, in 1. quæstio.

Etiam Papa authoritate decima tolli non possunt.

28 Quartus casus est, non valere compositionem factam etiam de Papæ consensu, vt laici decimas parochiæ vnius recipiant, tum quia Leuitis & clericis relictæ fuerunt, tum etiam quia laici sunt incapaces spiritualium rerum, vt sunt decimæ. capitulo, decernimus, de iudic. ideo eas possidere non possunt capitulo, causam. de præscriptio. nisi ad tempus, ex causa fortè pietatis, vel alia iusta secus in perpetuum, quia tunc ius spirituale apud ecclesiam inutile remaneret. nam sicut corpus sine anima viuere non potest, ita nec ministri ecclesiæ sine temporalibus capitu. si quis obiecerit. 1. q. 3. Hostien. in summa. §. fin. q. 4. in fin.

Compositio fieri non potest vt laici decimas recipiant vel vt non soluant.

29 Quintus casus est, si compositio de papæ consensu facta fuerit inter curatum & laicos, de non soluenda aliqua decima, non valebit, etiam cum Papæ authoritate: secus si componeretur, vt non præstaretur integra decima, vel de aliquibus rebus tantum hoc enim ratum est, si Papa approbat: diuersum est de consensu episcopi, quia nullus extra papam laicum à decimis eximere potest, nec quātitatem decimæ diminuere. tex. in cap. venerabilis de confir. vtil. vbi Panor. facit ca. à nobis. eo. & Bertrand. d. consil. 4. & consil. 116. in 1. vol. & compositio est quædam exceptio, ideo sine Papæ approbatione facta non valet. gloss. & doctor. in capit. 2. de transact. sed authoritate episcopi potest

compositio fieri super tempore, videlicet quo tempore solui debeat, & super loco, in quo loco, an deferenda sit domum, vel in campo soluenda, & quibus personis soluenda sit, probatur in d. cap. venerabilis. vbi glo. Innoc. & Decius ibi firmat compositionem etiam ad diminutionem cum laicis fieri posse, episcopi interueniente authoritate: & ista tenetur, quando compositio est magno temporis firmata interuallo.

31 Item si ius ecclesiæ dubium esset, vt potequia ageretur de priuilegio Papæ laico concesso, tunc etiam cum authoritate episcopi compositio valebit, & cum causæ cognitione vt superius dictum extitit, probat Panor. in d.c.2.

Iuuans se compositione, eam seruare debet.

31 Vltimus casus est, si compositio facta sit etiam de authoritate superioris, si is, qui allegat compositionem, vult ea se iuuare, oporter quòd probet se compositiocem seruasse: aliâs si non seruata fuerit, non poterit se illa iuuare. per l. cum proponas. C. de pact. c. peruenit. in 2. de iureiur. & si decimæ fuerint solutæ contra compositionem, illi videtur renunciatum. arg. ca. cùm accessissent. in fin. de constituti. sic consuluit Bertrand. consi. 6. vidi casum. col. 2. in 3. volum. ex 1. editio.

Priuilegiũ super decimis nõ præstandis nõ extenditur ad laicorum decimas.

32 Notandum est quod si Papa hodie concederet priuilegium super decimis non soluendis ex aliqua caussa, nõ extenderetur ad decimas, quas laici iure habent, & possident vel alius: sed tantùm respiceret præiudicium parochialium ecclesiarum cap. 2. §. 1. & seq. eo. titu. in 6. vt Iohannes Andre. firmat in ca. penul. col 2. de decimis. quia si princeps contra ius publicum priuilegium concedit, ius priuatum, lædere, si illud non exprimat, non intendit per l. 2. §. si quis à principe. & §. merito ff. ne quid in loco publ. fiat. cap. quamuis. vbi docto. de rescript. in 6. & in cap. caussam, illo tit. in decreta. & qui difficilius quærunt, difficilius perdent; vt glo. & docto. asserunt in l. qua ætate. ff de testa. & in l 2. C. de his qui veniam æta. impetra. Nisi priuilegiũ esset valde generale: vt concludit Deci. consi. 113. viso tenore.

Transactio super decimis an valeat.

33 Transactio an valeat super decimis? text. in cap. super. eo. de transac. sic ait: quòd transigi super re sacra & litigiosa non potest. etenim rei sacræ. vt possideantur aliquo dato, vel retento, seu promisso, speciem credimus habere symoniæ: aliâs si gratis, & amicabiliter inter se litigantes componant, sacris canonibus nequaquam dicimus obuiate. Et sic primus casus est, valere transactionem super decimis præteritis, etiam si pro illis detur temporale, vel pecuniae: quia fructus decimæ reputantur temporales, ideo laici illas conducere possunt ca. vestra. de loca Dominic. & alij in cap si de foro comper. in 6. & in causa executionis capi possunt, vt scripsi in tracta. de literis obligato. arti. 2. etiam sine consensu episcopi. tex. & ibi glo. & doct. in c. vt super. de reb. eccles. non alien Deci. in c. venerabilis. col. 2 de confirma. vtil Gemi. in consi 17. pro declaratione. col. vlti. glo. & doctor. in c. si. de rerum permu.

34 Vbi Imola dicit. quod si domus, vel res temporalis data fuerit pro decimis futuris, & casmate perierit, tunc ecclesia non tenebitur seruare compositionem, sed decimam de nouo exiget: sequitur Barba. in cap. vt super col. 1. de reb. eccle. non alienand. Imò ipse qui transegit, potest nomine ecclesiæ agere ad rescisionem transactionis, ne occasio detur malis administratoribus dimittendi rem, capitulo si quis presbyterorum de reb. eccles. non alienand. & sic iudicabit Senatus Parisi. procurato de Chitri, contra Lud. de Fresnay, anno 1550 die x Maij.

35 Secundus casus est, transactio super decimis futuris non recipientis à laicis, quandiu viuit curatus, valet: sed eo mortuo, extinguitur. c. veniens de transac. c. 3. eo.

Transactio super futuris decimis an valeat, & cuius consensu requiratur.

36 Tertius casus est, si de decimis transigatur cum Papæ consensu, vel episcopi, transactio valebit, si pro decimis compensetur ecclesia in alijs rebus. doct. in capitulo ad quæstiones. de rer. permu. quia in rebus etiã spiritualibus non est prohibita transactio, si detur spirituale pro spirituali. dicit gl. in c. super eo. de transac. si spirituale sit eiusdem generis, & per viam permutationis hoc fiat. teste Henri. Boic, in capi. ex literis. 2 distinc. de transact.

37 Ideo si aliquis velit fundare monasterium in prædio suo, poterit componere cum curato, vt recipiat aliud prædium pro compensatione decimæ illius prædij, & hoc poterit cum consensu episcopi fieri, sed ipsum ius decimæ remitti omnino non posset, sed temporale pro decimis futuris omnino dari nõ debet glo. in capit. venerabili. de confirmat. vtili. Ias. consi. 19. in causa. in 2. vol. vbi dicit, quòd si papa ex certa scientia confirmauit trãsactionem, non est licitum amplius super ea iudicare.

38 Addendum est, quòd decimæ dicuntur spirituales, vt firmat glo. in summa. 1. q. 1. & in cap. literas. de restitu. spoliat. vbi Panor. in 1. notab. & glo. vltim. ibidem. ac Ias. consi. 19. in causa. colum. 1. vol. 3. post Andr. de Isern. c. 1. de feudo marchiæ. quamuis quidam contra teneant.

Spiritualia multis modis dicuntur.

39 Sed considerandum est, quod spiritualia multis modis dicũtur. primò strictè, vt sunt sacramenta, quæ spiritus sancti operatione conficiuntur, & pro spirituum, id est animarum salute. Secundò in largiori significatione comprehenduntur etiam iura ecclesiastica, quia spiritus sancti gratia dignis conferri debent. In amplissima verò significatione, spiritualia dicuntur etiam quæ à sacramentis veniunt, vt ius percipiendi decimas, oblationes, quæ ex sacramento ordinis quis consequitur, teste Archi. in ca. quod autem. 1. q. 1. & ca piæ. mentis. 17. q. 7. & pro

cultu

cultu diuino.c.tua.2.vbiq; Card.3.not. de decí. Præpos.in c.peruenit.& seq.1.q.3. elucidat. Flor.in 2.parte sum.ti.1.c.5.rub. de symo.§.1.& §.15.ar 16.cũ seq in ea. part. ideo dicit his verbis tex.porrò cũ laicis nulla sit de spiritualib concedendi vel disponẽdi facultas imperialis cõcessio quantumcunque generaliter fiat neminẽ potest à solutione decimarũ eximere,quæ diuina cõstitutione debentur.c.tua.1.eo.& sic decimæ sunt spirituales:vt ibi etiã Card & alij ponderant, & Card.consi.92.fauendo.nu.15.&tex.in c.ad hæc.de deci.dicit eas esse sanctuariũ Dei.ergo sunt spirituales,teste Panor.ibi,quia domino sanctificantur:& diuini iuris sunt,& sic ius spirituale.tex.& ibi glo. in c.fi.16.q.1.Alber.in l.monumenta.C.de legib.

Consuetudo super decimis an & qua valeat.

40 Nunc de consuetudine dicendum est. Cõsuetudo quãtumcunque lõga nullas soluẽdi decimas,nõ excusat à peccato , nec valet tum quod sit contra ius naturale,cõtra quod non valet consuetudo.Panor.& Curt.in c.fi. de consuet.tũ quia naturalia sunt immutabilia.§.sed naturalia.in Instit.de iure natu.tũ quia etiã contra ius diuinũ.c.frustra. 8. distin.& notatur.in d.c.fi.& huius est sententiæ Anch.consi.196.magnifice.q.1. & Ioan. de Tur.crem.in ca.reuertimini.nu.12.versi. ad septimũ.16.q.1.Bertrã.consi.14.viso processu.col.1.volu.1.& consi.116.illud est.ibidem.in 1.edit.Cardi.in c.vlti.de paroch. & quia est irrationabilis,non valet.c.ex parte de consuetu.& ideo peti possunt, non obstante illa consuetudine.

Crocorum decima debetur.

41 Vnde fuit iudicatũ decimã crocorũ debitam,licet nunquã fuisset decima de croco exoluta episcopo Albien.vt Aufrer.in d.q. 109.decidit:& refert Boër.sæpius vidisse sic iudicari,in consuet.Bituri.§. 12. de cõsuet. prædio.& Ancha.in c.ad apostolicæ.in 5.notab.eo.& quia grauamen.ecclesiis infert,ob id non valet.c.1.de consuetu.Et allegans se in possessione non soluẽdi decimas fuit reiectus à senatu:vt docet Aufre.in stylo parla.Aresto.62.Item,anno quo supra etiã fuere ad emendam condemnati,qui à bailliuo Montisferrandi condemnati ad soluendas decimas ad curiã appellauerant,anno 1516. in vigilia Pentecostes.

Arestum.

A terris à Sarracenis recuperatis decima debetur.

42 Imò si terra Hierusalem hodie à Sarracenis recuperaretur per Christianos, deberetur à nouis inquilinis decima:vt plenè consuluit Oldra. consil. 91. venit in dubium. quia terra nunc recuperata redit ad pristinam naturam.l.cùm loca.ff.de relig. & lege diuina nunc regi debet,postquam à Christianis tenetur, quod facit Deut. vide c. pastoralis. 7.q. 1. Nec prodest tolerantia, nec tacitus papæ consensus:quia in his requiritur expressa approbatio.c. in aliquibus.in fi. de deci. & inferius dico. & hoc expressè docet Ancha.consil.196.magnifice.col.1.& Felynus. in ca. causam. col.1. de præscriptionibus.

43 Siue loquamur de decimis prædialibus, siue de personalibus , cùm eodem iure vtraque inuentæ sint:vt scripsi superius. q.1.ergo eædem rationes quæ militant in vna , & in altera locum habent. Quamuis contrarium teneant quidam theologi , & Archid.in c.quicunque.1.in 16.q.7 & Felyn.in ca.causam.col.5 de præscript. vbi tenent consuetudinem excusare a præstatione decimarum personalium, cùm non sint de iure diuino debitæ:sed contrarium dixi superius.q.1.

Consuetudo super decimis personalibus an et quando valeat.

44 Veruntamen in his personalibus crederem consuetudinem valere, vt aliquid pro his etiam modicum soluatur:vt pote si mercator,vel alius pro his decimis offerat in festis curato aliquid in missis:quia tũc honoratur Deus,ex substantia illius, licet non detur integra decima, tamen consuetudo approbata illã minuere potest , vt inferius dicam. & communiter canonistæ firmant cum theologis valere consuetudinem non soluendi decimas personales:sed hoc intelligere oportet,vt dixi : & sic bonum esset quòd concilium vel Papa statueret, quòd certa solutio fieret pro personalibus, vt in quatuor festis anni aliquid daretur curato, & maximè illi qui prædiales decimas non habet: & super prædialibus, quòd integra deberetur,vt deinceps viri timorati viderent,quid sequi possint: quia in hoc est opinionum conflictus, vnde Anto Butel.in c.parochianos . in fi.eo. dicit:nescio quid dicam:nisi quòd omnes dãnantur nõ soluendo. Igitur oportet eas soluere. & hæ decimæ personales magis in difficultate & subtilitate,quàm vtilitate consistunt : quia saltem quantum ad quantitatem , consuetudo non soluendi generalis est,cui in hac parte standum est:alioqui quasi omnes animæ dãnarentur.his verbis vtitur Hosti.in c.pastoralis.in fi.eo.& Iohã de Tur.cre.in c.reuertimini.nu.12.ver.ad septimũ. 16.q.1.

Consuetudo & præscriptio differunt.

45 Item quãuis canonistæ sæpius cõsuetudinẽ pro præscriptione accipiãt , vt Paul.scribit.in l.de quibus.col.3.ff.de legib.& doct. in c.fi.de consue . tamen consuetudo propriè dicitur quando ius acquiritur in communi,& publico:præscriptio verò quando priuato acquiritur : vt Panor.scribit in c. cùm ecclesia.col.8.nu.45. de cau.possess.Et in consuetudine sunt plures personæ necessariæ:in præscriptione verò vna sola esse potest.Anto.de Imol.in d.c.fin. Alexã. consil. 166.viso nu. 7.volu.1.Corne. consi . 268.in hac consultatione.col.5.versic.nec videtur obstare.volu.4. & abundè Iohan. Francisc. in tract.de præscri.in 1.par.1.partis, q.vlti. vbi alias tradit differentias.ego in constit. reg.in tract.de consue.in 3.tomo.

Consuetudo integras non soluendi decimas excusat.

46 Secundus casus est,quod consuetudo nõ soluendi integras decimas excusat, quia non est contra ius naturæ,nec diuinum: quia soluendo quicquam pro decima,impletur

pletur Dei præceptum de soluendo, & recognoscitur, ac honoratur Deus ex substātia. Innocen. Panor. & alij per illum text. in c. in aliquibus. eod. titu. vbi dicitur sic, illæ decimæ necessario soluendæ sunt quæ debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata. & sic innuit ille text. quòd aliquæ soluendæ sunt, dum dicit, illæ, &c. Secundò quòd illa consuetudo sit per Papam approbata. Et dicunt doct. in hoc casu sufficere approbationem per taciturnitatem, vt inferius dico Nec refragatur d. c. in aliquibus. eod. vbi Hostien. firmat non valere consuetudinem in prædialibus, vt non soluatur integra decima: & idem dicit q. 7. §. fina. in sua summa. & Henric. in c. peruenit. col. 3. eo. quia in d. ca. in aliquibus dicitur, cum integritate. Sed respondeo, ibi dici, quòd domini debent locare prædia his qui cum illa integritate quæ debebatur, soluent decimas: si ergo consuetudo habebat vt vigesima solueretur pro decima, & conductor illam soluet, vel integrā vbi erat debita integra: vt in fin. illius text. patet: & sic valet cōsuetudo tam in prædialibus, quàm in personalibus, quicquid dicant Hosti. & Bohic & contra Hosti. tenēt ibi cōmuniter docto. per tex. in c. cùm sint homines. eod. vbi loquitur de prædiis, & tamen decidit valere consuetudinem: & personales & prædiales æquiparantur in c. quicunque. in 1. 16. q. 1. Nec me mouet, quod quicunque recognouerit in se, quòd fideliter non dederit decimas suas, modo emendet quod minus fecit. quid est fideliter dare, nisi vt nec minus, nec peius aliquā do offerat? c. quicunque, 1. in 16. q. 7. quia illud intelligitur quando nulla esset consuetudo, vel præscriptio: alioqui post consuet. vel præscriptionem non diceretur dare non fideliter, nec minus: & ideo non recognosceret se minus dare, alioqui scrupulosus & fatuus esset, qui post consuetudinem & præscriptionem recognosceret se nō dedisse fideliter, si dederit id quod vult consuetudo, vel præscriptio. per gl. & doct. in c. vigilanti. per illum text. de præscrip. scripsi in interpreta. c. postulasti. de cleri. ex cōm. minist. non esse faciendam conscientiam post præscriptionem, quamuis Alcia. teneat contrarium, in interpret. l. quinque pedum. C. fi. regund.

Intellectus ad capitulum. in aliquibus.

Et hæc est communis cōsuetudo mūdi, ob id tolerabilia sunt quæ vetus probat cōsuetudo. l. cùm satis. ver. caueāt. C. de agric. & censi. lib. 11. vbi etiā dicitur, quòd contra antiquā in præstandis censibus cōsuetudinem, nil innouari debet. D. Pau. Paris. cōsil. 25. vidi. col. 3. & seq. in 4. volu.

47 Tertius, consuetudo transferendi decimas prædiales valet, vnde sustinetur cōsuetudo vt curatus vnius parochiæ in alia percipiat decimas. c. cū sint homines. & c. ad apostolicæ. eo. & in hoc casu cessant rationes suprà adductæ: vt expressè docet Car. in c. vlti. in fin. de paroch.

Transferendi decimas consuetudo an valeat.

48 Fallit quando perceperet decimas limitibus adhærentes, istæ enim præscribi non valent nec consuetudo super his tenet, glo. & doct. in c. fina. de paroch. & in c. cum sint homines. de deci. quia limites præscribi non possunt, ne fines confundantur. cap. quicunque & c. licet. 16. q. 3. ca. super. eo. de paroch.

49 Quartus consuetudo non portandi decimas in horrea valet Hosti. in summa. huius tit. §. fi. q. 16. & Collecta. in c. in aliquibus. eo. & D. Paris. sic consuluit in cons. 6. considerata. col. 2. vol. 4.

Consuetudo nō portandi decimas in horrea valet & relinquendi in agro.

50 Item valet consuetudo, vt decimæ relinquantur in agro, dummodo curatus monitus fuerit, antequam aliqua fructuum fiat separatio, vt tenet Roch. Curt. in repet. c. fi. col. 82. versi. item inferri potest. in 3. requisito. de consuet. post Hosti. in c. certificari. de sepul. Anfre. in suis decis. Tholo. q. 432. Roffre. in tracta. libel. iuris cano. rub. qual. deci. sit danda. aliàs peccat is, qui cōtrarium facit: vt Andr. Hispa. docet. quæst. 14.

51 Quintus casus consuetudo non soluendi decimas minutas valet quia sicut de minimis non curat prætor. l. scio. ff. de in integrum restitu. sic non congruit honestati ministrorum Dei de huiuscemodi minutis perquirere, vt scribit beatus Thomas in 2. secundæ quæst. 87. artic. 2. c. 3. in fin. vt refert Asten. in rub. de deci. artic. 4. in fi. ideo Collecta. in c. ex eo dicit, quòd cancellaria Romana non daret literas super solutione primitiarum, vel decimarum, quæ non proueniunt ex possessionibus, sicut sunt decimæ caseorum, ouorum, vel etiam animalium: vnde à senatu non fuerunt compulsi homines de Alignaco soluere decimam de lana, eo quia nunquam soluerant. Et ideo hæ decimæ fructuum minutorum nunquam exactæ non repetentur, nec cogentur solui in futurum: vt sæpius fuit in hoc senatu iudicatum, prout refert Boër. in consuet. Bituri. §. 12. in fi. de consuetu. prædio. in consuet. Bitur. extra tamen consuetudinem secus, vt superius dixi: quamuis contrarium dicat Iohan. de Tur. crema. in c. reuertimini. nu. 11. versi. ad sextum. 16. q. 1. dicens, decimas minutas non esse in aliquo præcepto.

Consuetudo nō soluendi decimas minutas valet.

Arestum.

52 Sextus casus, valet consuetudo super decima tempore certo exoluenda, fortè in mortis articulo, vt apud Venetos de personalibus est consuetum: vt per docto. in c. ad apostolicæ. de deci. Anchar. in ca. in aliquibus. in fin. ibid. vel quòd domi. soluatur vel in horreis, vt plenè consuluit Aymo. Crauette, consil. 21. homines. & ita est consuetum in oliuis exoluendis, in lingua ferè Occitana.

Consuetudo vt certo tēpore decima soluantur, valet.

53 Quæ requirantur in hac consuetudine, scribunt Panor. Imol. Curt. & alij, in c. fi. de consue.

Quæ requirātur in consuetudine.

con... et. quæ ibi videri possunt. Primò, quia sit p... ...scr. pra. c. cumana. de elect. c. cùm ecclesia. de caus. posses. Hosti. in c. ad apostolicæ. in fi. de deci. glo. in c. eum sint homines ibidem. quæ sententia tamen reprehenditur ibi per docto. nam quando consuetudo est contra ius, tùc 40. anni requiruntur. c. fi. de consue. in 6. Sed quando est præter ius, decem anni sufficiunt: & ideo text. in d. c. ad apostolicæ, dicit, diu obtenta: & diu dicitur tempus decem, annorum, seu diuturna consuetudo. l. de quibus. & l. diuturna. ff de legib. Panormi. in d. cùm sint homines. col. vlti. & ideo in hac consuetudine requiritur tempus, cuius memoria non sit in contrarium.

54 Item a Papa approbata esse debet. c. in aliquibus. in fi. de deci. quod intelligerem expressè, vel tacitè, scilicet per taciturnitatē immemorialem, quoad soluendum aliquam partem: sed vt nihil soluatur, nec tacitus consensus, nec quidem expressus valet C. pol. consil. 13. col. 5. versic. vlterius ... firmo. & Anto. Butr. in c. parochianos. eo. & ita solet iudicari, teste Guid. Papæ, in deci. D... q. 284. an consuetudo. licet Panor. in c. in aliquibus. eo teneat approbatio ... expressam requiri: quod verum intelligerem quando laicus reciperet decimam: secus si esset consuetudo vt solueretur à laicis duodecima, vel alia pars, vt suprà dixi. quem sequitur Boer. in §. 12. de consue. præ dia. in consuet. Bituri. Et hactenus de consuetudine.

55 De præscriptione idem ferè, dicendum est vt in consuetudine, videlicet. quòd nullus siue clericus, siue laicus sit, præscribere libertatem nullas soluendi decimas potest, etiam si viueret per mille annos, vt Dom. scripsit in c. 2. col. vlt. de præb. in 6. & Barb. consi. 35. sapienter. col. 6. in 2. vol. vbi dicit laicum teneri ad soluendas decimas etiam si per centum annos nos soluerit: quia si tardius dare peccatum sit, quanto peius peccatum est non ded... decimæ. in prin. 16. q. 1. imò tanto est grauius, quanto longius quis eas detinet, cùm tanto grauiora sint peccata, quanto diutius infelicem detinent animam alligatam. c. fi. de consuet. Et quia sunt tributa egentium animarum. c. decimæ. 16. q. 1. ideo non possunt præscribi, vt in seq. casu dicetur, nisi contra laicum, cui fuissent concessa ante concilium Lateran. quia cōtra illum liberatio præscribi potest: tum quia cessant rationes quas scripsi supe rius. q. 2. tum quia illæ decimæ ad vsum pro priū laici suscipiuntur. & sic consuluit Caro. Ruinus, consi. 42. clarum est. vol. 5.

56 Idem etiam in personalibus concludit Barba. consil. 49. illud in medium. volu. 3. col. 4. & sequen. vt præscribit non possint, quia cotra ius naturale & diuinum veniens facere est in mala fide, quæ perpetuò quandiu durat, impedit præscriptionem. cap. vigilanti. & c. fi. de præscript. nec potest esse quis contra hæc iura in bona fide vt etiam scribit Anto. Butr. in c. in aliquibus. in 2. op. eo.

57 Secundus casus, quotam decimæ præscribere etiam laicus potest, vt soluat duodecimam, vigesimam, vel alia partem. c. commissum. c. dilecti. c. cùm sint & c. in aliquibus. eo. quia ad hoc non est incapax, sicut ad ius decimæ ab aliis exigendæ: vt alias fuit iudicatum in hoc senatu pro domino de Merle to, vt non teneretur nisi ad soluendum duodecimam, quam ipse & sui prædecessores exoluerant. sic firmant Do. Paul. Pari. consil. 25. vidi. col. 3. nu. 21. volu. 4.

58 Nec obstant iura dicentia decimam soluendam cum integritate: quia debent intelligi de integritate præstari solita. d. c. commissum. vel dedúctis impensis secundū Barba. in capit. Raynaldus. col. 62. de testa. vel intelligitur, quando aliter non se haberet consuetudo, vel præscriptio. nā illa quota, quæ pro decima soluitur, decima vocari potest, licet sit minor. d. c. in aliquibus. de dec. m. Soey. consi. 297. viso col. 3. versi. non obstat. 2. ratio in 2. vol. ideo is dicitur tunc soluere decimam integram, vt superius scripsi.

59 Fallit quando curatus indigeret, & non posset commodè viuere ex illa parte, tunc poterit petere decimas integras non obstante aliqua præscriptione, vt scribit Angel. Clausa. in ver. decima. §. 2. quia nulla consuetudo potest contra ius naturale, & mora le disponere, videlicet, vt qui ministrat spiritualia, nō metat temporalia ad vitam, iuxta diui Pauli sententiam. & facit c. qui cōtra 8. distin. imò hoc casu posset curatus exigere personales, quando videlicet aliæ prædia les non essent, vel tā rara, quibus ipse viuere non posset: vt Hosti. docet in c. in aliquibus. in fi. eo.

60 Tertius casus, potest ecclesia, vel clericus per præscriptionem totam acquirere alterius parochiæ decimam, & sic in se transferre: sed libertatem non soluendi præscribere non potest. & ita debet intelligi glo. in d. c. in aliq... ibus. in fi. eo. quamuis doct. aliter eam intelligant. & Fely. in c. causam. de præscrip. ac C... di. consi. 88. consultus.

61 Si tamen quispiam præscripserit decimam vini, si vinea fiet terra arabilis, non habet illius fundi decimam, quia non præscripsit illam: vt expresse decidit Anto. in c. cou missum. eod. alleg... e. cùm in tua. infra eo. §. pen. & fin. & docto. in c. a. audistis. de præscrip. quod intellige vt dico inferius, quando alius perciperet aliam decimam: & qui præscripsit decimas antiquas non habebit noualium decimas. cap. tua. de deci. quia tantum præscriptum, quantum possessum. l. 1. ff. de itine. actu. priu. vbi Barto.

62 Imo si aliquis veniat ad habitandū illic, ab eo

Margin notes:
Consuetudo a Papa quando approbata esse debeat.
Præscriptio nō soluendi decimas non valeat.
Contra laicum decimas præscribitur.
Quota decimæ præscribi potest.
Arrestum.
Integram decimam quando curatus petere possit.
Parochia una contra aliam præscribit.
Præscripta decima vini non se extendit ad fundum ex vinea factum.

ab eo non poterit habere decimam is, qui in aliis præscripsit: ideo cum ipse de nouo soluat, tunc ecclesiæ parochiali soluere debet, per c. ad apostolicæ. co. & Floren. docet in 2. parte summæ, tit. 4. c. 3. §. 5. versi. & nota quod episcopus.

Ecclesiæ in quibus cui debeat decimam.

63 Etiam dicit ibi Floren. quòd clerici vel religiosi qui non habent parochiam, decimas præscribere non possunt, per c. placuit. 2. & 16. q. 16. q. 1. Et notant doct. in c. de quarta. de præscript. gl. & doct. in c. penul. eo. Panor. in c. suggestũ. 1. nota. eo. Illa tamen iura hoc non dicunt, sed prohibent monachis iura parochialia vsurpare. si tamen decimas longissimo tempore ad præscriptionem habili possederint, præscribere illas possunt, vt superius dixi, per c. cùm in tua. eod. Verum est quòd de iure communi decimas petere sine parochia non possunt, sed post præscriptionem sic: quia illas non petunt tãquam sint eis debitæ à iure communi, sed quia præscriptæ sunt, quod est notandum pro religiosis. Idem tenet Iohan. de turre crem. in c. fin. in 1. q. 16. q. 1. facit. c. quia. 10. q. 1. & c. dudum de priuileg.

Religiosi decimas an præscribant.

64 Quartus, nõ potest laicus ius percipiendi decimas præscribere, vt sibi ab aliis soluantur, tunc quòd sacerdotibus & clericis à Deo optimo maximo datæ sunt. c. quamuis. eo. tum ministrantibus & seruientibus Deo in sacramentis & aliis spiritualibus, quæ non possunt à laicis exerceri, ad hæc sunt ipsi incapaces possessionis earum. ca. causam. de præscriptionib. & sic præscribere eas non possunt sine possessione. l. sine possessione. ff. de vsucapionib. simul quòd in diuisione ecclesiarum fuerint curatis assignatæ. c. 1. 13. quæstio. 1. Ergo ipsis laicis competere non possunt, etiam ex longissimo tempore. imò bellissimè, inquit textus, hanc consuetudinem, quæ contra sanctam ecclesiam catholicam augeri videtur, omnino interdicimus, vt nullo vnquam modo, vllo tempore, oblationes, quæ intra sanctã ecclesiam offeruntur, sub dominio laicorũ detineantur: sed tantummodo sacerdotibus dentur. in ca. hanc consuetudinem. 1. quæst. 1. & bonum est argumentum de oblationibus ad decimas. c. quamuis. eodem. sic consuluit Cardin. consi. 88. consultus. col. 2. Do. Pau. Patis. consi. 101. bona. nume. 17. & seq. in 1. vol.

Laicus decimas nõ præscribit.

65 Ideo, non excusarem illos laicos, qui in festis solennibus solent oblationem vini & panis auferre, vt dẽt mimis in multis enim peccant, tum quia auferunt rem ecclesiæ, ideo sacrilegi sunt: etiã peccant, quia rem Deo dedicatam ad vsum turpes mimorum conuertunt, quod etiam est peccatum, per regu. semel Deo. & c. donarc. 86. distinc. tũ quia in ecclesia bibunt & comedunt, & domum Dei tabernã faciunt, contra id quod Christus dixit: decet domum sanctitudo. c. decet. de immu. eccle. Ideo monendi sunt laici, vt ab hac turpi consuetudine desistãt, aliàs excommunicandi.

Consuetudo laicorum percipiẽdi oblationes pro mimis, est damnata.

66 Non obest quòd oblationes & decimæ continent quid extraordinarium, & difforme, id est prout res incidit. nam quãdoque granum, aliquando vinum, interdum oleũ: & ista difformia non cõprehenduntur con suetudine. l. Seio. ff. de annu. lega. ergo non præscribuntur. Respon. actio generalis nõ curat diuersitatem specierum. l. nec refert. ff. quan. dies lega. ced. nec obstat. d. l. Seio. quia difformitas pendebat ibi ex solo nutu voluntatis. His verbis vtitur Bald. in c. de quarta. in fi. de præscript.

67 Nec diuturnitas temporis, vel consuetudo operatur vim priuilegij, quando adest personæ incapacitas, licet aliàs regulariter cõt. â. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & c. super quibusdam. in fi. de verb. signifi. quia actus actiuorũ sunt in patiente bene disposito: vt philosophus ait. qui actus nõ sunt in laico benedisposit: vt Ioã. monach. in c. 2. de præbend. in 6. docet.

Cõsuetudo quã do vim priuilegij habeat.

68 Etiam quæ priuilegio quæri possunt, non quærentur præscriptione data in capacitate. d. ca. causam. de præscri. c. prohibemus. eo. & quia lex resistit præscriptioni, & quia consuetudo non potest reddere incapacem capacem. c. quanto. de cõsue. secus est in priuilegio. l. quidã. ff. de re iudi. plenè Stepha. Maleret, in tract. de elect. in 5. limita.

Priuilegiũ & præscriptio differunt in acquisitione.

69 Fallit quando laicus eas possedisset per tempus immemoriale cum fama priuilegij: nam tunc, duobus concurrẽtibus, decimas retinere potest. Primò quòd laicus poss. de rit tanto tempore, cuius initij memoria nõ sit. Secũdò quòd probetur fama priuilegij, videlicet quòd habuerit eas ante cõcilium Lateranen. teste Panormi. Imol. & aliis in c. cùm apostolica. de his quæ fi. à præl. per illum tex.

Laicus decimas an & quãdo retineat.

70 Oportet tamen quòd doceat de aliquibus inuestituris obtentis ab ecclesia, & se vel maiores suos fuisse aliquando inuestitutos de ipsis. & hoc sufficit quãdo primam inuestituram à laico non ostenderet, teste Iohan. Fracis. in tracta. de præscrip. in 5. par. q. 7. col. 18. alioqui semper inhabiles essent, & sic vllo nunquam tempore prescribere possent.

Inuestitura decimæ an a laico probanda sit.

71 Auertendum est tamen in decimis feudalibus, ad sequentia, quæ vt intelligantur, reddo casus sequentes. Primus est, sufficit laico probare decimas à Papa infeudatas, cum tempore immemoriali, etiam si rõ probetur ante concilium Lateranense habuisse. ca. cùm apostolica. de his quæ fiunt à prælat. vbi in fine sic dicitur: hoc autem de illis decimis intelligimus, quæ laicis in feudum perpetuò cõcessæ sunt. ex quo textu sequentia colliguntur.

Casus requisiti in decimis feudalibus.

Cap. cũ apostolica. declaratio.

72 Primo, oportet concessionem laico esse factam, & sic absque cõcessione nunquam præscribitur. Secundo, quòd illa concessio fuerit

ſio fuerit facta perpetuò: quia ſolent ad tẽpus, fortè ad tertiam generationem dari. c. fina. vbi docto. de feud. §. emphiteuſim. in authen. de non alienan. reb. ece. col. 2. & regulariter ad tempus non perpetuò dantur. cap. poſſeſsiones. 16. q. 1. & tunc poſt tempus non poſſent laici eas retinere, vt ibi.

73 Tertiò, quòd ab eo qui poteſtatem concedendi habet, datæ fuerint, alioqui non poſſet alius laicus decimis concedere, neque plus iuris concedẽdo transferre, quàm haberet. c. cura. de iure patrona. Vnde epiſcopi, qui beneficio, ſiue pretio eccleſias vel decimas laicis dederunt, domum orationis domum negotiationis, & ſpeluncam latronum faciunt: vnde poſt euerſionem cathedræ, à cœtu fidelium ſegregati, æterno verbere à domino flagellabuntur. tex. in ſumma. 16. q. 7. Nec poſſet epiſcopus aut alius extra papam perpetuo concedere laicis decimas, & eos capaces facere rerum ſpiritualium. c. 2. de iudic. c. bene quidem. 96. diſtinct. Panor. in c. ſacroſanct. de elec. & in c. contingit. de arbitris.

Nullus extra papam capacẽ laicum ad decimas facere poteſt.

74 Quartò, requiritur quòd in feudum laicis conceſſæ ſint, aliâs iure detinere eas nõ poſſent: vnde videtur concludere text. ibi, quòd religioſi poſsint de epiſcopi conſenſu decimas à laicis recipere, quando ipſi perpetuò eas in feudum habent. Igitur, ſi laici eas vſurpauerint, religioſi eas accipere nõ poſſunt. tex. in c. fi. §. ſane. de decimis. multo minus alij laici à laicis.

Religioſi quando à laicis decimas recipere poſſint.

75 Vltimò, in illis caſibus, in quibus laici decimas iure tenent, ſi occiderint, aut mutillauerint eccleſiæ rectorem, eas amittunt ipſe iure, & hæredes nihil habere debent, imò puniuntur: vt ſcribitur in c. in quibuſdam. de pœn. & in aliis caſibus, vbi aliquid enorme cõtra eccleſiam committunt. Hoſtien. in cap. prohibemus. de deci. & in ſumma ſua. §. fin. in 3. q.

Laici quomodo decimas perdãt.

76 Secũdus caſus, ſufficit laico probare poſſediſſe per tempus immemoriale, cum aliqua recognitione eccleſiæ facta. vt pote ſi ratione iſtarum decimarũ eccleſiam recognoſcat, præſumitur quòd iure ei fuerint ab eccleſia traditæ, poſtquã eam recognoſcit: licet de fama priuilegij non probauerit, nec ante cõſilium Lateranẽſe habuiſſe, ſed ſi non probaret recognitionem, non valeret. & iſta eſt communis opinio, vt teſtatur Iohan. Franciſ. in d. q. 5. & q. 7. in fi. col. 21. in tracta. de præſcriptionib. probat text. in d. §. ſane. cap. fin. de deci. in 6. & cancellaria Romana hanc opinionem probare videtur, quia laico narranti ſe in poſſeſsione eſſe ab antiquo, & ab eccleſia ſibi eſſe infeudatas, dat literas contra rectorem in cuius parochia conſiſtunt, ſi eis ſpolietur, vel aliàs indebitè moleſtetur, teſte Collectario, in c. ad hæc. de deci. Domini. in c. fi. §. ſane. eodem titu. in 6.

Tempus immemoriale cum recognitione ſuffi cit laico.

77 Tertius, non ſufficit laico ſe poſſediſſe decimas per mille annos probare, etiam ſi infeudationem à laico factam oſtenderit: niſi is laicus iure habere ſe oſtendat, vt pote à papa, quia longinqua vſurpatio ius nõ tribuit. c. illud. 93. diſtinc. & c. qui 1. 10. q. 3. & prætor non tuetur iniquam poſſeſsionem. l. cũ ſponſus. §. ſi res. ff. de publica. prouentus enim primitiarum & decimationũ præſcriptione tolli non poſſunt, etiam ſi à Romano põtifice quilibet laicus ſuper his reſcriptum impetrauerit. c. placuit. 2. in 16. q. 3. §. prouentus.

Poſſeſsio centenaria non iuuat laicum.

78 Quartus non ſufficit laico probare per tempus longiſsimum, etiam quingentorũ annorum, ſe decimas in aliquo beneficio recepiſſe, ſi ab eccleſia decimam non recognoſcat, vel de inueſtitura eccleſiæ non appareat, vel ſaltem de aliqua compenſatione ratione decimarum eccleſiæ data, vnde ſi eccleſia nulla habeat bona temporalia, præſumitur laicum vſurpaſſe decimas: & tunc nõ valebit etiam longiſsima mille annorum poſſeſsio. Audi quid beatus dicat Cyprianus: Si ſolus Chriſtus audiendus eſt, non debemus attendere quid aliquis ante nos faciendum putauerit: ſed qui primus ante omnes eſt Chriſtus prior fecerit. Nec enim hominis conſuetudinem ſequi oportet, ſed dei veritatem. c. ſi. 8. diſt. Imo ſi clerici à laicis decimas receperint, tenentur eas dimittere, non obſtante aliquo tempore. c. cùm & plantare. in prin. de priuileg. multo fortius laici non poterunt iuuari aliqua temporis præſcriptione, cùm ipſi eas vſurpauerint, ſi nõ probetur ſaltem infeudatio ab eccleſia facta, vel recognitio, vt ſuperius dictum fuit.

Probare laicus quomodo poſsit decimas ad ſe ſpectare.

79 Nec fieri debet differentia, an laici habuerint ante concilium Lateranenſe, vel poſt quo ad acquirendum ius in ipſis: quia tam inhabiles erant ante concilium, quàm poſt. nempe vtroque tempore deus eas ſacerdotibus & clericis aſsignauerat: & demum papa Dionyſius, dum diuiſit parochias, vt ſuperius ſcripſi, ſed iura tantum faciunt differentiam ante vel poſt concilium in hoc: quia laici habentes ab eccleſia ante concilium, poſſunt religioſis vel aliis eccleſiis decimas cum conſenſu epiſcopi concedere c. cùm apoſtolica. de his quæ fiunt à præla. c. vno. §. ſane. de deci. in 6.

Ante concilium vel poſt habeat laicus, non intereſt.

80 Si verò poſt concilium Lateranenſe laici habeant, non poſſunt aliis eccleſiis quàm parochialibus illis ad quas ſpectabant, decimas etiam cum epiſcopi conſenſu transferre. d. c. prohibemus. de deci. & quia ſacerdotes pro omnibus orare ſolent, quorum eleemoſinas & oblationes accipiunt, qua fronte præſumunt laici oblationes, quàs Chriſtiani pro peccatis ſuis offerunt, vel ipſi comedere, vel aliis concedere, cũ ipſi non debeant ex officio ſuo pro populo orare? c. quia 10. q. 1.

81 Nunc videndum eſt quantum tempus in

Quanto tempore opus sit ad praescribendum decimas.

praescriptioni. requiratur: vt huius notitia habeatur sequetes facio casus: Primus est, ecclesia cotra aliam, & curatus aliu decimas praescribere potest spatio quadraginta annorum, cum titulo & bona fide. c. 1. de praescrip. in 6. sic debet intelligi c. ad aures. de praescrip. & alia iura antiqua de praescriptione decimarum loquentia.

Ecclesia contra ecclesiam quanto tempore praescribat.

82 Secundus, ecclesia contra ecclesiam sine titulo decimas praescribit, per tempus, cuius memoria non est in cotrariu, possidendo. d. c. 1. in fi. vnde quia per diuisione parochiarum decimae cuilibet curato in sua parochia sunt assignatae. c. pastoralis. de his quae fiut a praela. ideo quilibet curatus non tenetur probare decimas in sua parochia existentes ad se pertinere: quia de iure communi fundatus est, id est, ius ei illas assignauit, vt superius dictum extitit. in illa parochia secus est, ob id si monaster iu, vel canonici in parochia aliqua dicant decimas ad se pertinere, hoc probare debent & titulum ostendere, videlicet papae vel episcopi concessione. Ite se possedisse: eas ratione illius tituli per quadraginta annos, alioqui etiam spoliati non restituentur.

Intellectus ad c. ad decimas.

83 Cap. ad decimas. de restitu. spoliator. in 6. vbi duo erant, videlicet praesumptio iuris cotra dictos canonicos, & iuris praesumptio pro B. clerico, & sic intelligit illu tex. Bertrand. consi. 350. etiam si s. theoreter. col. 1. vol. 2. de primo impressis. vbi dicit de curato quado diuisio facta est per iurisdictiones, si extra iurisdictione sit decima sita, curatus de iure comuni etia fundatus erit, & hoc procedit quando titulus non erat sufficiens: alias non requiritur alia praescriptio. vnde si ex donatione laici facta ecclesiae cum episcopi consensu monasteriu, vel canonici decimas habeat, tunc etiam sine praescriptione eas retinere poterunt, si laicus ante eas iure habebat. c. cum apostolica. de his quae fiunt a praela.

Curatus quando iure communi fundatus sit.

84 Ide si curatus in alia parochia dicat decimas ad se spectare, ipse enim hoc casu probare debet titu u, cum quadragenaria possessione, quia ius canonicum isti curato restitit, vt in aliena parochia decimas possideat, a quo cuilibet in suo loco decimas assignatae fuerunt, ob id ipse parochus in alieno solo no est de iure comuni fundatus: quia ei non est assignata decima in alieno: ideo debet probare vel plenu titulum, vel quadraginta annorum possessionem, cum titulo colorato, vel sine titulo immemoriale possessionem. & sic omnis. etia episcopus, qui petit decimas in parochia curati, probare debet eas ad se spectare. cap. 1. de praescrip. in 6. Curatus vero no, quia a iure sunt ei tributae, & concessae: vt superius dixi, licet a D. onysio, diuidendo parochias: & de hoc plenius scribam in tract. de congrua portio. quaest. vltima.

85 Tertius casus, ecclesia, monasterium, vel persona ecclesiastica ex donatione laici decimas detinens, eas praescribere non potest etiam per tantum tempus, cuius memoria non sit in contrarium. per cap. dudum. de decibi, in decima, & ecclesiis a rege, & regina donatis praescriptione non poterit opponere pars aduersa, quae nec a donatione ipsorum initium habere poterat, quia donationis regis ac reginae allegatus titulus nullus erat, cum sacrilegij crimen incurrat, qui ecclesias vel ecclesiasticum aliquod de manu receperit laicali, vbi Panorm. notat, quod reges sunt puri laici, & non possunt donare iura ecclesiastica: & si donauerint, non praestat titulu praescribedi. tex. in c. si. veri. contractus. ib., vt nec ius aliquod tribuant, nec praeterea Le. d. ei a causam parent. de reb. eccles. non alienan. in 6. in: o si quis principium, vel aliorum laicorum dispositionem, seu dominationem rerum siue possessionum ecclesiasticaru sibi vendicauerit, vt sacrilegus iudicetur. cap. si quis. 16. quaestio. 7.

Ecclesia decimas laico habens eas non praescribit.

86 Non refragatur c. primum in fi. de praescrip. in 6. vbi sine titulo, etia si ius comune cotra illum sit, potest quis praescribere. Respon. ecclesiasticam rem, etiam sine titulo praescribi posse, quando adesset bona fides, vel non esset saltem mala fides: sed hic titulus habitus ab eo, qui non potest concedere, inducit malam fidem, ideo quis cu mala fide nunquam praescribit. c. vigilati. & cap. fi. de praescrip., nulla valeat absque bona fide praescriptio. Ioh. Frac. Balb. in tracta. de praescri. in 2. parte 3. partis q. 6.

Elucidatur c. 1. de praescrip. in 6

87 Nam qui cotra iura mercatur, malae fidei possessor creditur. l. quecadmodu. C. de agr. & censi. lib. 10. regu. iur. qui contra iura. de reg. iur. in 6. gl. in verbo, praescriptione. c. apostolicae. de donationi. & in ca. 2. de his quae fiunt a praela. Socy. cos. 28. viso quodam. col. 6. in 2. qo. vol. 2. & in hac praescriptione etiam centenaria requiritur bona fides, teste Perus. in c. 1. in fi. de praescriptio. in 6. doct. in ea. si diligenti. alio titu. Cuma. cos. 64. Titius & Sempronius.

88 Etiam iuris error impedit praescriptione. l. nunquam. ff. de vsuca. probat etiam Matthae. de afflictis, in Neapol. decis. 374. in eau sa, quando esset contra lege, vt hoc casu in decimis a laico possidentis. teste Bart. in l. sed si lege. §. sciret. ff. de petitio. haereditа. Fely. in c. de quarta col. 10. & seq. de praescriptio. Ioh. Francis. Balb. in repetit. l. Celsus. in 4. notab. ff. de vsucapio.

Error iuris praescriptionem impedit.

89 Imo si appareret de cofirmatione illius tituli inualidi, etiam a papa facta, postqua apparet de inualiditate tituli confirmati a papa, tunc illa confirmatio non praebet titulum ad praescribendum, vt panor. scribit in d. c. dudum. de eco. col. 2.

Cofirmatio qua de titulum praebeat, & quo ex pore incipiat praescriptio.

90 Et ideo ecclesia quae habet hanc confirmationem tituli inualidi, non praescribet decimam donatam a laico ratione illius tituli

tituli, nisi per tantum tempus, cuius initij non est memoria. quæ præscriptio nõ computabitur à titulo laici, sed à papæ confirmatione. Panor. vbi suprà, & Ias. consi. 19. io causa. col. 2. in 3. vol.

Cõfirmatio in forma communi quod operetur.

90 Si verò cõfirmatio facta fuerit in forma communi de his bonis, quæ putat habere ecclesiam, vt ea quæ iustè possides, tibi confirmamus, tunc hæc confirmatio loco tituli habetur, & postea præscribet ecclesia per quadraginta annos: quia præsumitur quòd præcesserit titulus habilis: & hoc casu est error facti, non iuris, qui præscribendi causam dare potest. l. iusto. ff. de viucap. doct. in d. l. Celsus ff. de vsucap.

De clausula sicut iustè possidetis. &c.

91 Et sic dicunt doct. quod confirmatio facta in forma communi, vt fieri solet, nullum affert præiudicium tertio. nam vt plurimum religiosi habent multas similes confirmationes, in quibus omnia per eos possessa numerantur: sed per tales confirmationes non releuantur ab onere probandi illa bona ad eos de iure pertinere: quia illa verba sunt narratiua, que recipiunt tacitam conditionem, scilicet si ita sit, id est, si iustè possideatis, & bona pertinent ad vos. & in his solet apponi ista clausula, sicut iustè possidetis, confirmamus. ergo oportet probare, quòd iustè possidebant, nisi post confirmationem probauerint se per longissimum tempus possedisse: quia tunc præscribere poterunt, scilicet per quadraginta annos. nam hæc confirmatio est loco tituli. c. venerabilis. de confirmatio. vtil. c. 1. de præscri pt. in 6.

Titulum ostendere quando nõ sit opus.

92 Et sic hoc casu melius est non ostendere titulum, vel non exprimere in cõfirmatione, quàm exprimere titulum inualidum, videlicet à laico habitum, quia ostendendo vel exprimendo titulum nullum, malam fidem præsumere facit, & sic nunquam sic possidens præscribit. & qui illum ostendit, imputet fatuitati suæ. Collect. in cap. dudum. eod. secus si illum non exhibeat, quia tunc præsumitur titulus ostendendo confirmationẽ cum possessione quadraginta annorum. d. cap. 1. in fi. de præscrip. in 6. sed quando ostenditur titulus a laico iam apparet nullum esse titulum, & à iure improbatum, & sic habentes fuisse in mala fide, & in iuris errore: ergo præscribere non potuerunt: & ita loquitur d. c. dudum. Ego tamen nollem hoc consulere laico, quia timerem conscientiæ: nam sic consulendo, ius ecclesiæ auferre videor. ideo tu aduocate, caue tibi, & conscientiæ tuæ, ne dicendo non ostendas titulum, te in titulum diabolo dones. Vnde dicit text. in c. clerici. 16. q. 3. clerici. quilibet quãtacunque diuturnitate temporis de ecclesiæ remuneratione aliqua possederint, in los præscriptione temporis non reuocentur, dummodo pateat ecclesiæ rem fuisse.

93 Item illi qui receperunt à manibus laicorum decimas, præscribere eas quandiu viuunt, non poterunt, quia malæ fidei possessores sunt: sed omnibus his mortuis successores poterunt præscribere per tempus immemoriale possidendo, à morte illorum quio receperunt computando. Ista est glo. singul. in c. cura. in glo. magna in fi. de iure patrona. quia isti successores iustam habent ignorantiæ causam, cùm in alterius locum succedant. l. qui in alterius. ff. de regul. iur. & illam glo. approbat Barba. in consil. 8. sapienter co. l. 4. in a. vol. dicẽs factũ prædecessoris nõ nocere successori in dignitate, vel beneficio, quia ab eo non iuris habet, secus in successore hæredita rio, & si hi successores confirmationem habuerint, poterunt per quadraginta annos à morte aliorum qui receperũt à laicis, computandos, præscribere & de his successoribus scripsi plenè in §. declarantes. in verb. successores. de manda. aposto. in concorda. si tamen ipsi ostenderent titulum à laico habitum, ipsi etiam cùm sint in mala fide, non possent præscribere, vt superius dictum fuit.

Recipiẽtes à laico decimas non præscribũ.

Præscriptio temporis immemorialis quomodo probetur.

94 Quæro, quomodo probeotur hæc præscriptio temporis immemorialis, id est, centum annorum, teste Cæpol. in tracta. de seruit. vrban. præd. c. 19. in princ. col. 2. Respõ. testes allegantes præscriptionem tanti temporis, cuius non est memoria, debent dicere, quòd viderunt talem semper possedisse per l. si arbiter. ff. de proba. ibi, sed cùm omnium hæc est opinio, nec vidisse, nec audisse, cùm id opus fieret.

95 Item quòd audiuerint à suis maioribus, a tali N. & talibus, quòd semper viderant eum possedisse. cap. licet ex quadam. vbi Aret. de testib. col. 1. & an ab vno sufficiat dicere se audisse. text. in d. cap. licet. dicit, à duobus sufficit: sed Iacob. in d. l. si arbiter. sufficere se audisse ab vno in alijs causis arbitratur quàm matrimonialibus, & sufficere vnum nominare, dum tamen dicat & ab alijs & ext. sed in matrimonialibus duo requiruntur, & an debeant testes nominare personam, à qua audiuerunt, decedit etiam Aretin. consul. 73. diligenter. col. 8. & sequen.

95 Item quòd communis fama & opinio est, quòd ipse semper possedit, & quòd nunquam audiuerunt, nec viderunt contrarium. d. l. si arbiter. ibi, sed cùm omnium hæc est opinio, nec audisse, nec vidisse. consuluit Signor. homed. consil. 70. in quæstio ne. omne. 19. versi. venio ad secundum. vbi dicit testes debere dicere communem esse opinionem, & se non audisse, vel vidisse contrarium, nec audisse vel vidisse, qui viderint, vel audierint contrarium. Alex. consil. 16. in causa. nu. 10. in 5. vol. sufficit tamen, quòd testes deponant de communi opinione & fama eorum, qui verisimiliter scientiam talis rei habuerunt, vel scire po

 tuerunt

fuerunt. vt docet Anto. & alij in c. quid per nouale. de verb. signifi. & Alex consil. 16. in causa. col 4 nu. 11. in 5. vol.

97 Item memoriam extare potest probari per instrumentum, non vero contrarium, scilicet memoriam non extare, teste Ioh. Andr. in c. 1. de præscript. in 6. in nouella. & ibi Gemi. & Franc. in tract. de præscript. in 2. parte 3. partis princ. q. 6. in fi.

98 Ad hæc potest etiam probari per contrarium negatiuè, videlicet nõ possedisse, & in hoc si vtraque pars probet, illi testes eccipi & præferri debent, qui affirmatiuè deponunt, videlicet, quod sua memoria viderũt aliũ possedisse, vel si duo testes dicant se audiuisse hoc opus esse manu factũ. gl. in d. l. si arbiter. quia plus creditur testibus affirmantibus, & sic memoriã extare deponentibus, quã in negatiua asserẽtibus, per gl. in l. diem proferre. §. si plures. vbi additi. ff. de arbitr. Bar. & Alex. in l. hæredes palam in princip. de test. ff. Alex. consil. 110. visis acutissimis. in fi. vol. 1. & consil. 108. in causa. col. 2. in 2. vol. & plenè Bertran. consil. 184. viso processu. in 2. vol. col. 2. vsque in fin. ex 1. editio.

Testes affirmatiuè deponentes præferuntur.

99 Cuius ætatis esse debeant isti testes? Dom. in d. c. 1. de præscrip. in 6. dicit debere esse ad minus quinquaginta quatuoe annorũ, vel saltem tanti temporis vltra quadraginta annos quo fuerint doli capaces tempore quo inceperunt possidere. gl. in c. relatum. 57. dist. vt sic saltem probent possessionem quadraginta annorum, & præscriptionem, sed de visu & auditu non sufficeret depositio: nisi à 40. annis suprà. gl. & Perus. in d. c. 1. in fi. de præscrip. in 6.

Testes probantes memoriã nõ extare cuius ætatis esse debeãt

100 Quartus casus est ecclesia contra laicum vel laicus cõtra alium, qui iustè habet decimas, potest eas præscribere per decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes. Fely. in c. causam. col. 5. de præscrip. quia ees de facili ad suam naturam reuertitur. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. Card. consil. 146. notum sit. in fi. & Cuma. consil. 83. quia causa. circa fi. & D. Pau. Pareis. consi. 25. vidi. col. 2. vol. 4. Ioh. Fran. in tract. præscrip. q. 7. in fi. Caro. Ruinus, cõsi. 142. clarum. in 5. vol. & sic potest sustineri conclusio decimas præscribi per decem annos posse: intellige videlicet contra laicum, sed non contra ecclesiam, vt c. 1. de præscr. in 6.

Decima quando per decẽ annos præscribantur.

101 Quintus casus, non potest laicus quicunque etiam imperator, quemcunque à solutione decimarum, quæ diuina constitutione debentur, eximere quantuncunque generaliter concedat. c. tua. 1. eo. ideo dicit generaliter ibi, non quòd generale plus operetur, quàm speciale, sed vt habetur in integ. d. c. tua. 2. ibidem. ratione generalis concessionis imperatoris possidẽtes terras volebant se excusare à decimarum solutione, sic inueni in integra, in d. c. tua. ibi. & infrà, quidam insuper asserentes se possessiones, & omnia iura sua cum omni honore & districtu per imperialem concessionem adeptas decimas sub hac generalitate detinere præsumunt, &c.

Imperator à solutione decimarum non potest eximere.

Intellectus cap. tua.

102 Sextus casus, potest ex diuturnitate temporis induci certus modus in decimarum solutione, sicut compositio hoc facere potest. c. ex multiplici. de deci. Cardi. d. consil. 146. notum. per tex. in c. ex parte de censib.

Diuturnitas temporis modũ solutionis decimæ inducere potest.

103 Vltimò, priuilegio, & exemptione tolluntur decimæ, non omnino: sed papa ex iusta causa aliquos eximere potest, & illis decimas in aliquibus remittere. cap. à nobis. de dec. sicut Cistertien. & multis alijs concessit religiosis, propter eorum insignem vitã, vt non soluerent decimas laborum suorũ, quos propriis manibus, vel sumptibus colerent. c. ex parte. 1. & seq. eod. vbi dicit eos de aliis rebus non posse aliud vendicare, nec substrahere ecclesiæ parochiali. per c. fi. §. penult. ibidem. in 6. Henric. Bohic. in c. peruenit. col. 3. eo. & super hoc consulit Decius consil. 113. viso tenore, vbi cõcludit papam aliquos à decimarum præstatione eximere posse.

Priuilegio an decimæ tollantur.

104 Item etiam aliquas possessiones, vt videmus in hortis religiosorum quos exemit. c. ex parte. 1. eo. & idem in hortis leprosorum. c. 2. de eccl. ædifi. Host. in c. nuper. col. 1. de dec. interdum priuilegium cõcedit monasterio, & suis membris: de quo in cap. fi. vt lite pend.

Horti religiosorum à decimis exempti.

105 Non refragatur quod papa nõ possit ius diuinum tollere: fateor sed modificare, & distinguere potest. clem. ne Romani. de ele. gl. in c. de decimis. 16. q. 1.

Papa quando ius diuinũ remittere possit.

106 Nec obstat quòd præcepta decalogi sunt irremissibilia, ideo istud præceptũ de soluendis decimis est morale, ergo est irremissibile. Resp. in decalogi præceptis honor dei est irremissibilis, quando ibi consideratur solus honor, & præcipuus: vt in præcepto, nõ habebis deos alienos: & honora patrem tuum. sed in decimis ex duplex consideratio: prima quatenus honor dei versatur. nempe deus eas sibi retinuit in signũ vniuersalis dominij. c. tua. 2. eo. & hoc modo non potest decimas in totũ remitti: quia papa non potest facere, vt non exhibeatur honor deo, maximè quia illum sibi honorem in decimis deus reseruauit: & papa debet esse dispensator fidelis & prudens, non esset deo fidelis & prudens, si honorem deo debitum remitteret: ideo non posset facere constitutionem, qua sanciret nullum ad decimas teneri. arg. c. memor sum. 24. q. 1. imò dicit tex. in c. si ea 25. q. 2. si ea destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt non constructor, sed euersor esse comprobarer. nec vt interim isti seruarentur, quia præcepta dei non recipiunt interim, vt sanctè docet reuerendus in Christo pater D. Robertus Cenalis Abrincen. episcopus, in suo lib. in interimenses.

Præcepta decalogi irremissibilia.

Secunda

107 Secunda conſideratio eſt in eccleſiæ vtili tate,quæ ex decimarum ſolutione prouenit ſolutio enim decimarum cócernit commodum eccleſiarum, & clericorum : ideò papa tanquam generalis adminiſtrator & dei vicarius,poteſt hoc commodum in aliquibus rebus remittere,& ex cauſa diſpenſare:& tunc non venit contra dei præceptum,ſed contra eccleſiæ conſtitutionem, quæ ſtatuit vt curatis facta parochiarũ diuiſione,exoluerentur. Hoſti. Panor. & alij in c.à nobis.eo Io.Lupus in tract.de libert. eccleſ.q.3.ver.ſed viſo & habito. col. 2.& ſic non poſſet papa facere,vt curatus nulla alia habens bona,decimas aliquas non haberet:quia hoc eſt naturale, vt qui miniſtrat ſpiritualia viuere ex temporalibus debeat:vel quòd nullæ decimæ ſoluerentur, quia non recognoſceretur deus, vt ſuperius dixi.De quo plenè ſcribit Henr.Boh. in d.c.à nobis.col.1.& 2.ſequitur Mar.Mãtua.in conſil.121.nolebam.num.192. & ſeq. & ſic cùm papa ſua conſtitutione curatis eas aſsignauerit,poterit ex cauſa allis concèdere:nec contra ius diuinum facit, dummodo curatus poſsitviuere ex aliis eccleſiæ redditibus.

Detinens decimas ſine cauſa non eſt tutus, ſicut nec plura habens beneficia.

108 Nec eſſet tutus quo ad deũ , qui decimas ſine cauſa teneret,etiam exPapæ conceſsione,ſicut retinens plura beneficia ex papæ diſpenſatione,non eſt tutus quo ad deum, ſi ſine cauſa fuit ſecum diſpẽſatum. per gl. in c.non eſt.de voto. Ideo papa in totum eas remittere non poteſt in aliquibus rebus ſic conſuluit Socy.conſil.297.viſo priuilegio.vol.2.

Confeſſores quid ſuper decimis agere debeant.

109 Ideo dicit tex.in clem. ſi. de pœnis. quòd confeſſores debent. purgare conſcientiam cõfitentium in ſolutione decimarum. nam ſi confitens non ſoluerit quotam partem, vel integram,non ſublatam per conſuetudinem tunc confeſſor illam præcipiat ſolui iuxta conſuetudinem.ſi verò eſt conſuetudo non ſoluẽdi decimas perſonales , vt nũc eſt,tunc dicat confitenti,qui decimas non ſoluit,ſi ſit paratus eas ſoluere, ſi peterentur : & ſi dicat ſe paratum,eo quod non contemnit eccleſiæ præceptũ,nec dei poterit ſic abſolui,& non peccat:vt expreſsè Floren.ſcripſit in 2. parte ſummæ , tit. 4. c.3. rub.de dec.in ſi.& hoc eſt notãdum pro his qui audiunt confeſsiones.vt ſic interrogẽt confitentes,& ſi faciant.

Papa decimas an & quando principi vel laico concedere poſſit.

110 Item ex maxima cauſa poſſet papa principi ſeculari dare decimas alicuius loci,etiam perpetuò,vel alteri laico:vtpote ſi concederet regi Franciæ decimas illorum locorum hæreticorum,quos ad fidei vnitatem conuertere poſſet.c. Adrianus. 63. dinſtin. c.1. vbi ſcripſi.de præſcrip.Hoc expreſſum ſcribit.Henr.Boh.in cap.à nobis. col.2. eo. & Aſteſa.in ſua summa.lib.6.partis 2.rubr.de deci.tit.35.facit c.cũ apoſtolica.in ſi. de his quæ ſi.à præla.vbi in feudum perpetuò datæ erãt.c.ſi.§.ſanè de deci. in 6. alioqui dicit text.in c.placuit.2.§.itẽ decimæ. 16.q.3. Itẽ decimæ deo mandante ſacerdotibus & Leuitis ſeparatæ ſunt , vt de ſorte domini viuant,qui in eius ſorte connumerantur. non ergo cuiuſquam priuilegio laicis concedi poſſunt,ne diuinis mandatis authoritas humana præiudiciũ inferat.Collec.tractat.in c.hæc.in ſi.eo.Hoſt.in ſumma, in §. ſi.verſi.3.quæritur. inde Petr. Belluge , in ſpecul.princip.rub.de deci.nu.24.refert papam dediſſe decimas regibus Hiſpaniorum. & Aragonum illarum terrarum, quæ à manibus euellerent Sarracenorũ: & illam donationẽ valere firmat.Poſſent etiã epiſcopi decimas in alimoniam cõcedere alicui pauperi laico ad tempus,vt docetBertach.in tracta.de epiſcopo.in 2.parte.4. lib.q.41. nu. 89.allegat nota.in c.penult.& ſi.10.q.1.& c. cauſam de præſcriptionib.

Exactio decimarum quãdo ſit ſuſpendẽda.

111 Inſuper,ſi ſcandalum generale orıretur,ſi decimas eccleſia à militibus per cenſuram eccleſiæ exigeret,tunc decimarum exactio ſuſpendenda eſt.nam vbi per graues diſſenſionum ſciſſuras non huius aut illius hominis eſt periculum,ſed latet ſtrages plurimorũ,detrahẽdũ eſt aliquid ſeueritati, vt maioribus malis ſyncera charitas ſubueniat. c. vt cõſtitueretur.in ſi.80.diſt.Aſteſa in ſumma.2.parte.rub.de dec.lib.6.art.3. verſ.obiicitur.& ita fecit concilium Lateranen. ꝙ noluit cogere laicos,propter ſcãdalum , vt ſtatim decimas reſtituerent,ſed ne illas trãſferrẽt:exiſtimãs eccleſias ſaltem per illorũ obitum eas recuperare:quod feciſſent , ſi id tẽporis diligentes fuiſſent eccleſiæ miniſtri vt ſuprà ſcripſi.q.10.

Poſt præſcriptionẽ quãdo quis recipiatur.

112 Item,quamuis decimæ præſcribãtur per quadraginta annos , videlicet ab eccleſia contra eccleſiam,tamen eccleſia habet poſt quadraginta annos quadrienniũ ad petendum dictas decimas:intra quod ſi negligenter omittat petere,non recipietur poſtea.c. 1.de inintegr.reſtit.in 6. Si verò nõ omiſerit negligenter,adhuc admittetur poſt quadraginta annos,& quadrienniũ elapſum:vt fuit iudicatum in hoc ſenatu,anno 1518. die 13.Aprilis poſt paſcha:pro adminiſtratoribus domus dei Pariſien. contra religioſas de portu regali.& deduci debet tempus impedimenti vt alibi ſcripſi.

Arreſtum.

Soluentes decimas poſt priuilegium. illi renunciant.

113 Ad hæc ſi habentes priuilegium non ſoluendi decimas,religioſi fortè, vel alij , eas ſoluant,illi priuilegio renuntiare cenſentur.c.accedentibus.& cap. ſi de terra.de priuileg.Et idẽ in eo qui præſcripſit , vel alio iure decimã habet, vt præſcriptioni renuntiaſſe videatur,etiã ſemel ſoluendo. argu.c. cũ acceſsiſſent.in fine,de conſtitu.niſi cum proteſtatione ſoluiſſent,iuxta ea quæ notat Bart.in l.nõ ſolũ.§.morte.ff. de no. ope. nuntia.& docto.in c.cũ Martinus.de conſtitu.Socy.conſi. 296. viſo priuilegio. col.2. verſi.quatto iſta.in ſecundo volu.

Priuilegium de decimis nõ soluendis non intelligitur de de nouis possessis.

114 Vltimò priuilegium concessum religiosis super decimis non soluendis, non extẽditur ad decimas, in quarum perceptionis possessione erat ecclesia parochialis, vel alia, vt consuluit Oldra. consi. 268. quæstio est vtrum, quia in dubio priuilegium debet intelligi sine tertij præiudicio. cap. quãuis. de rescrip. in 6. Alia hic innumera vobis congerere possem: sed ista sufficere ratus ea missa faciam.

Quæstionis decimæquartæ Epitome.

1 *Noualia an debeantur decimis in toto vel in parte sublatis.*
2 *Decimæ noualium ad curatum spectant.*
3 *Intellectus capitu. cùm contingat. de decimis.*
4 *Decimæ noualium intra datas parochias ad quã pertineant.*
5 *Decimas noualium quando episcopus concedere posit.*
6 *Intellectus cap. ex parte. iii. de decim. & nume. 7. & 8.*
9 *Decimas tenens in vno loco non habebit decimas noualium, & quare. 10.*
Præscriptio in vno prædio non extenditur ad aliud.
10 *Tantum præscriptum quantum possessum & non plus.*
Præscriptio sine possessione non procedit.
11 *Præscriptio odiosa, ideo restringenda.*
12 *Præscriptio ad futura non extenditur.*
Actus taciti non sunt interpretandi vltra quàm se extendunt.
Præscriptio habet locum solum in illo actu quo quis fuit vsus.
Decimæ probatæ adiudicantur præscribenti, & non aliæ.
14 *Decimæ præscriptæ in vno prædio ad ibi sata trahentur. & nu. 18.*
15 *Præscriptio de persona ad personam non extenditur: item nec priuilegium.*
Argumentum de rebus ad personas valet.
16 *Consuetudo non extenditur ad ea de quibus nõ est consuetum.*
Consuetudo & priuilegium æquiparantur.
17 *Nouales decimæ præscribi possunt.*
19 *Decimæ præscriptæ in vno prædio ad ibi de nouo plantata trahentur.*
Arborum & lapidum decimæ.
Præscriptio extenditur ad particularitatem iuris apprehensi.
20 *Præscriptio partis indiuisibilis ad totum extenditur ratione indiuidui.*
Decimæ præscriptæ in vna parte fundi ad noualia alterius partis trahantur: quod intellige vt nu. 21.
22 *Decimas ex nemoribus quis recepit, si in culturã redigantur, eas etiam habebit.*
23 *Decimas maiores præscribens an minutas habere debeat. & num. 24. & 25. & 26.*
Præscriptio facta de principali ad accessorium trahitur.
25 *Intellectus capitu. cùm in tua de decimis. & 26.*
27 *Res quando diuerso iure censeri potest.*
28 *Priuilegium super decimis ad noualia an extendatur, vel non & numero 29. 30. & 31.*
Priuilegium duplex vnum alteri contrarium, vtrum præualeat remisiuè.
29 *Concessum non videtur id quod non est.*
31 *Totum qui dicit, nihil excludit.*
32 *Remittens decimas sibi debitas & nouales remisisse videtur.*
Interpretatio plenissima facienda in priuilegiis in præiudicium concedentis.
33 *Priuilegium de non soluendis decimis noualium non extenditur ad noualia præterita.*
34 *Priuilegium percipiendi decimas noualium pro ea parte &c. quid operetur. 35.*
36 *Priuilegium percipiendi decimam noualium non extenditur vltra dimidiam partem decimarum.*
Curatus habere debet dimidiam decimam noualium non obstante priuilegio.
Probatio non admittitur contra præsumptionem iuris & de iure.
37 *Tempora quinque in religiosis quoad decimas notanda. & nume. 38. cum seq. vsque ad nume. 44.*
42 *Tempus allegans illud probare debet.*
44 *Regula quoad Cistertienses & Hyerosolmitanos super decimis. & nu. 45. & 46. & 52. cum seq.*
46 *Religiosi tenentur ad decimas noualium quando ecclesia olim percipiebat emolumentum.*
47 *Monachi possessiones colendas aliis tradentes ad decimas tenentur.*
48 *Faciens per alium non dicitur propriis manibus facere.*
49 *Statutum ne religiosi possessiones emant, an valeat.*
Pactum ne collegium emat, an valeat. & numero 55.
Intellectus l. penult. ff. de pact.
50 *Milites agrum emere non possunt vbi militant.*
Arrestum contra Chartusianos & cœlestinos.
52 *Priuilegiati super decimis non soluendis de conductis tenentur ad eas.*
Fallit nume. 53.
54 *Priuilegiatus soluens priuilegio renuntiare videtur.*
56 *Religiosi de possessionibus nouiter acquisitis decimas præstant.*
57 *Religiosi quando de animalibus & hortis decimas soluant & nu 58.*
58 *Intellectus cap. ex parte. j. de decim.*
Religiosi negociari non debent, nec fœneraria exercere.

Quæstio

Quęstio Decimaquarta.

An sublatis decimis in toto vel in parte, noualia debeantur.

1 DEcimoquartò principaliter quæro, an sublatis decimis in toto, vel in parte noualia debeantur? Et respondet text. in cap. tua. 1. in fin. eod. titu. sic dicens: Nec occasione decimationis antiquæ, licet in feudum concessæ sint, decimæ noualium vsurpandæ sunt, cùm in talibus non sit extendenda licentia, sed potius restringenda. Vnde intelligunt doctores illum tex. in laicis, quod si donatio decimarum illis facta sit, quia est odiosa, ideo restringenda, quare non debentur laicis noualia? Contrarium est, si decimæ concessæ sint clericis, vt etiam decimæ noualium eis debeantur, quia maius est eis concessum: ergo & minus. c. ex parte. 3. ibidem. & ita intelligunt illa iura glo. & docto. ibid.

Regula quod decima noualium ad curatum spectans.

2 Ego verò arbitror docto. ibi hactenus in his defecisse. nam tex. in c. cùm contingat. eodem titulo. regulam tradit sic: Cũ in quibusdã parochiis ad quasdam ecclesias, vel personas ecclesiasticas ab antiquo pertineat perceptio decimarum, & de nouo fiant noualia in eisdem, quæris à nobis ad quem huiusmodi noualium decima incipiat pertinere. Respon. quòd cùm perceptio decimarum ad parochiales ecclesias de iure cõmuni pertineat, decimæ noualium quæ fiũt in parochiis earundem, ad ipsas procul dubio pertinere noscuntur: nisi ab his qui alias percipiunt decimas rationabilis causa ostendatur, per quam apparet noualium ad eos decimas pertinere.

Intellectus ad c. cũ contingat.

3 Ecce igitur regulam, quòd vbicunque alicui sunt concessæ, etiam à papa decimæ, siue laicis, siue clericis, decimæ noualium eis non debentur. in d. c. cum cõtingat, sed ad ecclesias parochiales, cùm eis sint assignatæ omnes decimæ, de iure communi pertinent. & docto. intelligunt illum text. in eo qui præscripsit decimas, vt decimas noualium habere non possit: secus in alio. & hoc probant in illo text. in verbo, ab antiquo. Ego tamen contrarium dico inferius. imò debet intelligi textũ ibi, ab antiquo. quòd perceptio decimarum erat antiquitus concessa, & pertinebat, & non de nouo. sic dicitur in c. tua. in fi. ibi, nec occasione decimationis antiquæ, non vult se restringere tantum ad decimam præscriptam, sed illæ decimæ erant longè ante illam decretalem concessæ, non de nouo: tamen erant longo tempore possessæ, licet adhuc non essent præscriptæ.

Decima noualium intra duas parochias ad

4 Si verò noualia apparent inter duas parochias, & nescitur intra quam illarum, quia nõ apparent ibi limites, sed in locis vicinis apparẽt: tũc inter illas ecclesias fieri diuisio debet teste Henri. Bohie, in c. peruenit. q. ã pertineãt. 1. col. 1. de deci. allegat c. cũ quis. §. 1 de sepult. in 6. Ego putarẽ pro modo limitũ, cuilibet parochiæ assignandas, adeò quod si limites vnus parochiæ veniant vsque ad tres partes noualium, illa ecclesia tres partes habebit decimarũ, altera aliam partem: vt plenè explicatur in §. præterea. de rerum diuisi. in institu. & per Bart. in tractatu de Alueo & Tyber.

Episcopus quando decimas noualium concedere possit.

5 Si verò nulli appareant limites, quibus illa noualia regi possunt, tunc episcopus assignare eas noualiũ decimas poterit. c. quoniam. de decimis.

Intellectus ad c. ex parte.

6 Non refragatur c. ex parte. 3. vbi videntur decimæ noualium concessæ, vt per docto. Respon. quidam illum text. intelligendum putant, quando cõceditur vt de laboribus suis aliqui non teneantur decimas soluere, tunc non tenebuntur soluere etiam de noualibus, quæ propriis manibus excolunt. nam cùm maius sit concessum, vt de laboribus, id est in quibus laborant propriis manibus, decimas soluere non teneantur, etiã de minoribus, scilicet de noualibus in quibus laborant, soluerę non tenebuntur: quia non fiunt tot noualia, quot erant antea terræ laborabiles: & in his non est maximum præiudiciũ ecclesiis parochialibus. Sed quãdo cõceduntur decimæ alicuius parochiæ monasterio, quod ipsi possint decimas noualiũ habere, hoc est prohibitũ: nã parochiali ecclesiæ debentur, quia illi omnes decimæ à principio fuerũt assignatæ, & in hoc casu priuilegium, quatenus concernit tertii præiudicium, est restringendũ c. olim. de verb. signific. & ibi docto. contingunt quatuor intellectus, quorum nullus verus est.

Nouus intellectus authoris ad c. ex parte.

7 Ideo intelligerẽ illum tex. quod ibi concessio decimarum fuit facta ecclesiæ parochiali, cui erant de iure communi debitæ, vt ex integra apparet: ergò cum res de facili ad suam reuertantur naturam. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. & redire ad ius commune est fauorabile. gloss. in c. statutum. de præben. in 6. ideo quando reditur ad ius commune, ex prima concessione, & noualium decimæ concessæ censentur: ita est in illo textu parochiarum tuarum. Sed dicet quis frustra impetratur, quod iure communi conceditur. l. vna. C. de thesau. lib. 10. ergo frustra curatus eas impetrauit decimas. Respondẽ, vt patet in integra: decimæ illius parochiæ nouales erant ab episcopo concessæ canonico Nouarien. ideo curatus impetrauit à papa priuilegium, vt sibi non obstante concessione episcopi, quam de consuetudine dicebat se habere posse, decimæ deberentur impetrã:i, & papa hoc concedit dicens, decimas noualium ad ecclesias parochiales pertinere: nec sunt in integra illa verba, quia vbi maius conceditur minus concessum esse videtur. nam in priuilegiis non valet argumentum à maiori,

sed à comprehensis;quia illud concessum censetur,quod in priuilegio cōprehensum est.c.fi.de transla.episco.regul. cui licet. de regul.iur.in 6.nisi illa sint accessoria consecutiua.gl.in c.quia in tantum.de praben dis. Felyn.in c.postulastis.col.13.& sequen. de rescrip.& decretalis integra sic est,vt inueni cá in antiqua Honorij compilatione.

Rectori ecclesiæ beatæ Mariæ de Nibiola.

Decretalis c. ex parte. ex integra.

8 Ex parte tua fuit propositum coram nobis,quòd in ecclesia parochiæ tuæ veteres percipis decimas integraliter:per hoc credimus,quòd ad te debeant in eadem parochia noualium & decimæ pertinere. Sed F. V.N.episcopi Nouarien. eiusmodi noualium decimas. R. Bus canonico Nouarien. quasi hoc potuerit de consuetudine, quæ dicenda esset verius corruptela, concessit, pro quo quidam ad quosdam ipsos iudices nostras literas impetrauerunt, qui nunquam contra te diffinitiuam sententiam protulerunt,à qua cum tu ad nos vocem appellationis emitteres,aliis obtinuisti negotium delegari à nobis. Ergo humiliter postulasti,vt de indulgentia nostra in parochia ecclesiæ tuæ, in qua veteres percipis decimas,haberes,& decimas de noualibus recipiendi facultatem,cùm ergo perceptio decimarum ad parochiales ecclesias de iure communi pertineant,per quod decimæ noualium, quæ fiunt in parochiis earundem,ad ipsas spectare noscūtur:tibi, & ecclesiæ tuæ prædiorum noualium decimas indulgemus.Itaque ex hoc eidem canonico quo ad vixerit,si enim contra te obtinere cōtigerit,nullum præiudicium fiat, post eius tamen decessum supradictæ decimæ ad ad tuam ecclesiam deuoluentur. Ecce, igitur text.clarum,quem docto.hactenus contorserunt,& perperam intellexerunt:sed vt deinceps hæc materia intelligatur casus facio sequentes in ipsis noualibus.

Decimas tenēs in vno loco, nō habebit noualium decimas.

9 Primus casus,si monasteriū,vel extraneus curatus præscripserit decima in vno loco, si fiant noualia ibi decimas noualium non habebit:sed curatus illius loci & parochiæ, vbi noualia facta sunt,qui ad hoc de iure communi fundatus est. c. cùm contingat. vbi glos.& docto.de decimis.quia præscriptio in vno capi.& in vno prædio non extenditur ad aliud.gl.in verb.interruptione. c.auditis.de præscript. vbi etiam exercens iura aliqua episcopalia,illa sola præscribit. c.cùm olim.ibidem. vnde si quis præscripserit decimas omnium prædiorum,vno excepto,totius parochiæ,præscriptio illa nō extenditur ad aliud prædium : vt asserit Ioan.no.in c.tua.1.in fi.eo.Panor.& alij in d.c.cū contingat.ideo oportet. ꝙ præscribēs probet in quibus prædiis præscripserit.nam si probetur interrupta præscriptio,non continuabitur cum prima possessione. c.illud. de præscriptio.in l.naturaliter.ff.de vsuca. & si quis præscripserit vectigal in certis rebus non poterit de aliis colligere. Bart. in l.si publicanus.in fi.ff.de publi.Socy. consil.111.abunde.col.penul.vol.1.

10 Ratio est quia tantum præscriptū,quantū possessum ,& non plus.l.quod meo.§.fin. ff. de acqui.posses.l.1.§.si quis hoc interdicto. de itiner.actu. priuato. & d.c. auditis. de præscriptioni.sed quis non possedit decimas noualium , cùm nullæ essent : ergo eas præscripsisse non poterit,& sine possessione præscriptio non procedit. l. sine possessione.ff.de vsucap.& reg.iur.in 6.

Præscriptio odiosa, & nō extenditur ad futura.

11 Item quia præscriptio odiosa,eo quòd iuri alterius detrahit, ideo est restringenda. regul.odia.& ibi gl.& ita docet Ioan.And. in addit.ad specul.in rub.de his quæ fiunt à præla.Inno.in c.tua.1.de deci.

12 Ad hæc præscriptio ad futura non extēditur etiam similia,ideo ad nouales decimas non trahetur.Panor.in vlt.notabili. in d.c. cùm contingat.per illum text.quia in præscriptione stricta fieri debet interpretatio. Socyn.consi.275.in causa.col.3.versicu.sed posito.in 2.vol.quia actus taciti non sunt interpretandi vltra quàm se extendāt. Bal. in l.quod cōstitutum.C.ne de statu defun. vbi etiam cōcludit,quòd si præscriptio fauorabiliter disponat,tamen ad similia non extenditur.& illud est summæ æquitatis, vt ecclesia parochialis,quæ forte alias non habet decimas,& pauca alia,vel fortè nulla bona,vt harum decimas saltem noualiū habeat,vt dicunt Host.Ioh.Andr. & Card. in d.c.cùm contingat.

Probat decima adiudicātur præscribenti,& nō alia.

13 Item præscriptio non habet locum nisi in illo actu,quo fuit vsus,vt d.l.1.§.si quis hoc interdicto.ff.de itiner.& Alexan.consi. 122. viso puncto.in fi.vol.4.& consil.16.in causa.nu.12.& consi.33. ponderatis. nu.7. in 5. volu.vnde si testes deponant aliquem percepisse decimas frumenti,alij testes vini,nō tamen sufficeret ad assignandum totum genus decimæ,sed in his in quibus probat.nā minutæ & mixtæ saltem curato remanebunt,cùm de his probatum non sit : vt docet Inno.in c.licet ex quadam. de testibus. quem sequitur Collecta.in capit. nuper. eodem.

Præscripta decima in vno prædij trahitur ad ibi sata.

14 Tamen si quis possederit & præscripserit decimas frumenti in tali parochia , si seminetur ibi millium,vel croeus, vel herba ad tingendum commoda , quam vulgus (du pattel) vel (de la guede) vocat , vel aliud, habebit is decimas illarum, quæ de nouo ibi seruuntur.ita probat Hostiēsis in c.tua. 1.in fi.de decimis.& Anch.in cap.cùm contingat.in fi.ibid. alioqui esset in potestate serentis priuare decimis aliquem , cōtra regulam,id quod nostrum est,sine facto nostro à nobis auelli nō potest.ff.de reg. iur. abundantius inferius dicitur.

Præscriptio de persona ad per.

15 Præterea qui decimas personales præscripsit parochianorum habitantium in loco

de Balha

sonam non extenditur.

de Balhanisfis, si quis illuc venerit de nouo, & ibidem habitauerit, is qui super aliis præscripsit ab isto nouo non habebit decimas: quia præscriptio in vna persona, non extenditur ad aliam: vt plenè consuluit Ias. consil. 81. communitas. col. 3. in 3. vol. cùm sit bonum argumentum de rebus ad personas l. miles ita. §. 1. vbi Bart. ff. de militari testa. l. qui plures. de vulga. Aret. consil. 32. in causa, col. 1. sic nec priuilegium extenditur de persona ad personam. c. ex multiplici. c. licet. & c. dudum. de decim. sic probat Socynus in consilio 268. & eleganter. col. 1. volumine 2.

Consuetudo nō extenditur ad ea de quibus nō est consuetum.

16 Idem in consuetudine, vt si quis ex consuetudine antiquas perciperet decimas, tamen noualia in cuius territorio fiunt, non habebit. Hosti. & alij in c. cum contingat. de decim. quia consuetudo & priuilegium æquiparantur. c. conquestus. 9. q. 3. & cap. quod ad sedem. de offi. ord. nec possit trahi consuetudo ad illa de quibus non est consuetū. Licet consuetudo in materias aliàs nō præiudiciali multū extendi possit. l. de quibus. ff. de legi. & l. 1. C. quæ sit longa consuetu. Collecta. in d. c. cùm contingat.

Noualis decima præscribi possunt.

17 Fallit quando noualia possedisset per tempus immemoriale: nam eodem tēpore præscribi possunt decimæ nouales, quo veteres doct. in d. c. cū contingat. & c. 1. de præscri. in 6. sic consuluit Bertran. consil. 184. viso processu. col. 1. volu. 2. ex 1. editio. Et ideo si titulū in veteribus habebat, nō propterea in nouallibus habere censetur: & sic in istis requiritur tempus, cuius initij memoria nō sit in contrarium, vt ibi Bertran. concludit. Si verò & de nouallibus habebant titulum coloratū, tuoc quadraginta sufficiunt anni ad præscribendū eas, sicut in aliis decimis, per Fely. & alios in c. de quarta. de præscri.

Præscripsit qui decimas in fundo, eorum etiā qua ibi oriuntur decimas habebit.

18 Secundus casus est, qui præscripsit decimas in vno prædio, in quo satum fuit frumentū, si ibi seminetur auena vel milium, tunc is qui in illo fundo præscripsit decimas frumenti, habebit & decimā milij, vel alterius rei, ne res diuerso iure censeatur. c. cū in tua. de deci. & l. eum qui. ff. de vsucapio. c. cognouimus. 12. q. 2. Anchar. in c. cùm contingat. in fi. ibidem. quia in dubio decimæ præscriptio est realis censenda, id est terram concernens, nō speciem fructuū perceptorū, teste Ancha. in d. c. cùm in tua.

Arborum decima & lapidum soluentur.

19 Idem si de nouo plantentur nuces, vel vites in vno prædio, in quo quis præscripserit decimam, eo casu etiam habebit decimā ex illis arboribus de nouo plantatis. per d. c. cum in tua. vbi communiter doct. nam præscribens in certa terra decimā, videtur quo ad omnes illius terræ fructus præscripsisse: ideo si de nouo lapides extrahentur, de lapidibus decimam habebit, id est, de prētio quo lapides vendentur: quia præscriptio extenditur ad particularitatem iuris apprehensi sub vnico iure vt vniuersalis: vt scribit Anth. Butr. in d. c. cum in tua. nam postquā prædium est vnicum & vniuersale, ad speciem, id est partē, in iure vniuersali, ad comprehensam, id est in ipso prædio existētem, fiet præscriptionis extensio, ne res diuerso iure censeantur: & quia ibi est possessio totius prædij, quamuis non sit possessio illius rei nunc seminatæ, tamen præscripsit decimam fructuum illius fundi, ergo & fructuum, quicunque producentur habebit decimam, quod est notandum.

20 Ideo qui præscripsit decimas in vna parte fundi, & postea fiat noualis alia pars fundi, is qui in parte præscripsit decimas, & in hac nouali habebit. nam præscriptio partis indiuisibilis ad totum extenditur ratione indiuidui: quia est vnum prædium, & vna res non debet diuerso iure censeri. d. c. cum in tua. vbi Hostien. & alij, Innocen. in c. dilectus. de capel. monach. Corset. in additione ad Panos. in 3. nota. c. bonæ de postula. prælatorum. per l. si stilicidij. §. fin. cum l. sequen. ff. quemadmo. seruit. admittatur. ita consuluit Panor. consi. 71. casus talis quidā clericus. in 2. volu. & Albert. Brunus in tractatu de augmento. in 17. conclusione. in princip.

Qui præscripsit in vna parte fundi, an in nouali alterius partis habere eas possit.

21 Quod intelligerem esse verum, quando appareret vnum esse prædium per emptionem, quia vno pretio emptum, vel per limites, vel ob clausuram: secus si non appareret esse vnum, quia tunc quod fiunt culturæ, tot fiunt prædia, per distinationem patrisfamil. Et in dubio ex tam longo tempore præsumuntur plures esse fundi, vt scripsi in l. silua cædua. §. noualis ff. de verborum signifi ca. vbi respondet ad ea quæ Panormi. in cōtrarium adducit.

22 Item quando per præscribentem fuerunt receptæ quædam decimæ in nemoribus vel pascuis, tunc si illa redigantur in culturam is qui decimas aliquas ex illis percepit, habebit & nouales: quia rationabilis causa subest, nam postquam semper habuerunt in illis terris decimas, quod nunc habeant per textum. in cap. cùm contingat. in fi. ibi, nisi rationabilis causa ostendatur, per quā appareat noualiū ad eos decimas non pertinere. de decimis. vbi Panormi. & alij hoc firmant, facit cap. statuto. in fi. ibidem. in 6. do cto. in c. quid per nouale. de verb. signi. sic consuluit D. Paul. Paris. Card. egregius, consilio 73. licet ius commune. col. 2. in 4. vol. & Carol. Ruinus, consil. 163. Iesu. Christi. col. 5. num. 15. in 5. vol.

Decimas qui recepit ex nemoribus, si inculta eam redigantur, eas etiā habebit.

23 Tertius, qui præscripsit decimas maiores in vna parochia, minutas etiam videtur præscripsisse, tum quia accessoriæ sunt. d. c. capit. cum in tua. eodem titulo. & præscriptio facta de principali ad accessorium trahitur. textus in l. si in aliena. §. 1. ff. de vsucap. & l. eos. C. de vsu. & stricta dispositio relata ad ius decimarū, extenditur ad speciē sub eodē genere, & ad rem, & ad materiam eandem

Præscribēs maiores an minutas habere debeat.

eandem, vt Anto. Butrig. docet in d. c. cùm contingat. col. 1.

24 Quod est verum, si accessorium in initio praescriptionis inchoatae inerat principali: secus si postea. tex. sing. in l. qui fundum. §. 1. ff. de vsucap. secundum Roma. singul. 577. tit. h. b. s regulam. Fely. plene in c. auditis. col. 10. de praescriptio. vnde si praeseribens percepit maiores decimas in vno loco per tempus immemoriale, & nullus ibi receperit decimas minutas, si postea eas petat à laicis, non poterunt ipsi ei denegare, quia ius decimandi contra eos praescripsit ergo & in omnibus. nec poterunt se ipsi tu uare praescriptione non soluendi, vt superius dixi.

25 Fallit quando minutae decimae fuerunt vni solutae, & grossae alteri: tunc is qui grossas praescripsit, minutas non habebit, sed tunc demùm qui à... alius nõ percepisset illas, praescribetur debebuntur. Host. Ioh. Andr. Panor. & alij in d. c. cùm in tua. per illum tex. vbi in integra habetur ibi, non fuerunt decimae persolutae, quia fuisti per sedé apostolicam edoceri, vtrũ decimae fructuũ praedictorũ ad parochiales ecclesias, quae nec maiores recipiunt, nec minutas, an ad monasteria, & illas conuentuales ecclesias, quae decimas alias percipiunt ab antiquo, debeant pertinere, id quod sic respondemus, &c.

Elucidatio cãũ in tua ex integra.

26 Ecce igitur tex expressum, quòd si perciperentur decimae minutae ab alio: tunc non deberentur illi qui percipit maiores. & idè docet Panor. in 3. notab. ibidem. & in c. bonae. 3. de postula. praelat. nam sicut per pactũ induci potest, ergo per cõpositionẽ, quod vnus recipiat decimas maiores, & alter minutas. c. ex multiplici. de decl. & dixi superius in proxima q sic potest fieri per praescriptionẽ, vt is, qui maiores praescripserit illas tantùm habeat, alter verò minores. & ideo dicit Anton. in dicto c. cũ in tua. quòd quando non apparet decimas minutas per alium fuisse perceptas, tunc ex perceptione grossarum sub nomine decimae simpliciter sunt decimae ipsae grossae & minutae, vnum & idem ius: & ideo tunc quo ad minutas censetur praescriptũ. sed si alia ecclesia vel persona percepisset minutas, esset interrupta praescriptio quo ad minutas, ideo tunc colligenti grossas debentur grossae, colligenti minutas, minutae: idem si vnus recipiebat decimam vini, alter frumenti, si in vno fundo sit frumentum & vinum, & tunc is qui percipiebat decimam vini eam habebit ex vino, & alter decimam frumenti ex frumento.

Res quando in re diuerso censeri potest.

27 Nec est absurdum eandem rem diuerso iure censeri propter diuersum accidens concurrens. Anto. & alij in d. c. cùm in tua. vel diuersis respectibus. l. hinc peculium. §. 1. ff. de pecul. glo. & Domin. in c. cognouimus. 12. q. 2. Ioan. Franci. Bib. in tracta. praescriptio. in 2. parte, col. 6. & sequen.

28 Quartus casus, priuilegium de non soluendis decimis de laboribus proprijs extenditur ad noualia, quae proprijs fiunt manibus. c. ex parte. 3. de decimis. quia intelligitur tam de praeteritis laboribus, quàm de futuris. c. ad audientiam. de deci. iuxta concilium Maguntinen. & quia non paratur in hoc casu tam magnum praeiudicium ecclesijs parochialibus & pro hoc facit l. fi. C. quae res pign. obl. g. poss. ergo de illis intelligitur. Et ita est casus in c. cùm contingat. vbi g. oll. eod. vbi si acquiratur praedium de nouo, de eo non soluitur decima, si proprijs manibus illud collatur. si verò non co latur proprijs manibus, secus e. fi. §. penult. de decimis. in 6. sic & quando conceditur priuilegium non soluendi decimas de laboribus, non soluet de noualibus factis proprijs manibus de quibus noualibus semel factis, nunquam postea decima soluetur, al. às contingeret indulgentiam de noualibus plus dispari, quàm vtilitatis afferre. c. fi. de priuilegijs. probant docto. in d. c. ex parte. 1. eo. & quid si concedatur duplex priuilegium, vnum alteri contrarium, vtrum praeualeat, consuluit Decius, consilio 147. Et pro tenui.

Priuilegium si per decimis ad noualia extenditur.

29 Quintus casus, priuilegium concessum monasterio, vel alijs etiam laicis, vt recipiant decimas alicuius parochiae, non extenditur ad noualia. capit. tna. 1. in fine. de decimis. & cap. vlti. eodem in 6. in fi. capit. sane. de priuilegijs. tum quia exemptus in vna re, non est in alia exemptus. c. cùm capella. ibidem. tum etiam quod non est concessum non videtur, sed non erant tempore priuilegij noualia, ergo non fuerũt concessa, nec decimarum noualium priuilegiũ. Nam priuilegium etiam est restringendum, quatenus concernit praeiudium tertij. c. olim de verborum significatione. & ad futura priuilegium non extenditur. clemen. fin. de rescriptis. nam licet priuilegia papae & beneficia sint latissimè interpretanda. capi. eum dilecti. de donatio. hoc est verum, quatenus praeiudicant concedenti: secus si tertio. Iason in l. beneficium. ff. de constitutio. princip. post Panormi. & alios in di cto capit. olim nec est intentionis concedentis volusse concedere decimas noualiũ & omnino priuare ecclesias parochiales omnibus decimis, quibus iam assignatae erantà Dionysio papa. c. pastoralis. de his quae fiunt à praela. c. mandatũ. vbi gl. vlt. de rescript. & illud est summae aequitatis, vt si parochialis perdidit veteres, quòd has saltem nouales habeat: vt dicunt Ioh. And. & Anch. in d. c. cũ contingat. facit e. vlt. in fi. eo. lib. 6. imò ratio e. tua. habet locũ in hoc casu, quia haec licentia non est extendenda, sed restringenda. & quamuis doct. dicant habere locũ in laicis, tamen dicatis etiã procedere in clericis: nã odiosum est, quod curatus vel monasterium alienũ decimas habeant in alie

Priuilegium si per decimis quid de ad noualia extendatur.

in aliena parochia. c. ad decimas. de restit. spol. in 6. etiam est odiosum, quod haberet nouales, quamuis decimas veteres haberet: quia iure communi proprio curato debetur. Ergo illud est odiosum, quod alteri etiam clerico, vel monasterio debeatur: igitur erit restringendum, per reg. odia. de reg. iur. in 6. & l. cum quidam ff. de lib. & posth. Hoc expresse firmat Ancha. in d. c. ex parte. 3. & Fortu. Garsias in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 6. & seq. ff. de liber. & posthu. Collecta. in c. cum contingat eo.

Priuilegiatus de non soluendis decimis noualiũ decimas soluens.

30 Item priuilegium non soluendi decimas, ad nouália non extendetur, adeo quod hic priuilegiatus de nouahbus decimas soluere, vt expresse docet Anto Butr. in d. c. tua. in 1. col. vlt. eo. probat. Socyn. consi. 297. viso priuilegio. col. 1. & per totum vol. 2. multo fortius cui concessæ sunt decimæ; nouales non habebunt.

31 Etiam frustra impetraretur priuilegiũ de nouahb si nouaha deberentur illi cui veteres, quod est falsum. per c. fi. de dec. in 6. vbi etiam in §. t. Cistertien. & Chartusien. in his nouahb. sunt priuilegiati, ergo non alij. si non appareat de eorum priuilegiis. l. ius singulare. ff. de legib. fallit quando papa concessisset omnes & quascunque decimas, vel omnem decimationem talis territorij: tunc etiã ad noualia referetur. nam qui totum dicit, nihil excludit. c. solitæ. de maio. l. iulianus. ff. de leg. 3. sic expressim decidunt Arch. & Dom. in c. cognouimus. 12. q. 2. & collect. in fi. d. c. cũ cõtingat. per gl. ibi, & sic debet intelligi. l. seruitius. ff. de ser. vib. præd. & c. si Romanorũ. 19. dist. & illa sentẽtia doct. dicentiũ aliud in priuilegio, quam in præscriptione, sic intelligi debet, & sic cõsuluit Socy. consi. 297. viso col. 2. & seq. vol. 2. Tamen hodie in c. statuto. §. 1. de deci. in 6. limitatur priuilegiũ percipiendi decimas & noualia, vt is nõ possit percipere nisi dimidiã partẽ noualiũ & secundum hoc fuit iudicatũ sæpius in hoc senatu, a quo fuit data curato possessio percipiendi dimidiã partem noualiũ, & priori habenti priuileg. ũ, alterius partis possessio adiudicata anno 1545. die 23. Decembris.

Arestum.

Remittens decimas & nouales remisisse videtur.

32 Sextus casus, remittens decimas sibi debitas, & nouales remisisse videtur. c. quia circa. de priui. quia in beneficiis plenissima est interpretatio facienda quo ad concedentis præiudiciũ: & vna res nõ debet diuerso iure censeri, vt ibi dicitur. & l. cũ. ff. de vsu. & postquã remisit decimas, & omnes videtur remisisse, igitur & noualiũ decimas postquã ad eũ pertinere potuissent: secus si esset præiudiciũ alterius, vnde si papa absolueret aliquẽ à decimis alteri spectantib. intelligeretur de præsentibus, nõ de futuris. secus si absolutio esset facta ab eo cui debentur, vt Ioan. Andr. & Abb. anti. no. in d. c. quia circa. Et per hoc dixi, quòd si matrix, ecclesia remiserit decimam certi loci capellæ de nouo constructæ, quod etiã illa ecclesia de nouo cõstructa nouales in illo loco habebit.

Priuilegium de non soluendis decimis noualiũ nõ extenditur ad noualia futura.

33 Septimus casus priuilegiũ de nõ soluendis decimis noualiũ, nõ cõprehendit noualia iam facta, ex quibus decimæ iam soluebantur. c. dudũ. de priuile. quia tunc graue inferretur præiudiciũ possessori noualiũ: ideo papa nõ intẽdit illi auferre: secus in noualibus nõdũ factis tẽpore priuilegij, quia non tendit in graue præiudicium. Panor. ibi facit c. vlt. eo. tit. in 6. & quod consuluit Oldra. consil. 156. propter tria.

Priuilegiũ percipiẽdi decimas noualiũ pro ea parte &c. quod operatur.

34 Octauus casus, priuilegium concedens decimas noualiũ pro illa parte, pro qua veteres possidebãt, non extenditur ad alias decimas, nec ad alia loca, sed ad eã tantũ partẽ, in qua veteres possidebãtur. c. statuto. de deci. in 6. Et sic is qui petit decimã in vim illius priuilegij, probare debet se tempore indulti habuisse decimas veteres, aliâs succumbit, vel partem pro qua petit, tenetur probare se possedisse: quia dum allegatur instrumentum vel priuilegium, illud probari debet. authen. si quis in aliquo. C. de eden.

35 Qui si probaret se possedisse per tempus immemoriale mediam, vel aliam partem veterum, & adhuc se possidere, tunc præsumeretur quod tempore indulti illam partẽ possedisset, per ea quæ not. Fely. in c. si diligenti. & c. cũm nobis. de præscript. & Ioan. Francis. Balb. in tract. de præscript. in 2. parte. 3. principa. q. 6. col. 27 & seq. alioqui ex defectu probationis semper succumberent habentes hæc priuilegia, quia non valerent probare, quòd ante concilium haberent: vt Panor. & alij dicunt in decimis infeudatis. in cap. cum apostolica. de his quæ fiunt à præla.

Dimidiam noualiũ decimarum curatus habere debet nõ obstante priuilegio.

36 Non potest tamen hoc priuilegiũ extẽdi vltra dimidiam partem decimarum, ideo si tempore indulti possidebat priuilegiatus tres partes decimæ, non habebit tamen nisi noualium dimidiam partem d. c. statuto. §. 1. de deci. in 6. quia non est verisimile, si tunc de plena & integra perceptione veterum fuisset expressum, quòd apostolica sedes pariter & similiter noualium decimas in tam graue parochialium ecclesiarũ dispendium, indulsisset. tex. ibi Cistertien. tamen & Chartusien. hoc edicto non comprehenduntur, vt papa declarat in d. §. statuimus. d. c. fi. de decimis. in 16. & ibi est præsumptio iuris & de iure, seu fictio, contra quã non admitteretur probatio in contrarium. l. fi. ff. quod metus causa. l. continuatur. de iure codicil.

Tempora quinque in religiosis quoad decimas notanda.

37 Aduertendum est quinque reperiri tempora in his religiosis, quibus intellectis, facilè intelligentur decisiones in hac materia. nempe in prima institutione, monachi vt plurimùm erant laici. cap. alia. 16. quæstione prima. Hostiensis in capit. dudum. col. 2. de decimis. ideo decimas persoluebant tanquam laici. c. duo. 12. q. 1. & quia

palceban

paſcebantur cibo ſpirituali à clericis & ſacerdotibus, ideo illis decimas debebant, vt ibi dicitur: & hoc fuit primum tempus ipſos tangens.

Secundum tempus religioſos reſpiciens.

38 Secundum tempus fuit Grego. papæ, vt inueni in integ. in rub. de decimis. licet non ſit in decreta. impreſſis: vbi ſic cenſuit. Statuimus, vt monaſteria ex ſuis prædiis nullo modo cogantur ſoluere decimas quod ſi legitimè dandæ ſint orphanis, & peregrinis, indignum eſt vt ab eis exigantur, qui propter eum cuius ſunt decimæ, pauperes effi ciuntur. nam ſi pauperes domini ſunt hæreditas eius, pauperibus erroganda eſt, illis videlicet, qui pro illius amore, quæ poſsidere poterant, dimittunt, cúmq; nudi ſequentes, ſe poteſtati alterius ſubdunt. Et ſic nullo modo ſoluebant tunc decimas religioſi de ſuis prædiis, & ſic contraria fuerunt tempora. verùm quia hoc erat damnoſum eccleſiis parochialibus, quia omnes & ſinguli monaſteriis paſsim bona donabant, ob id tertium ſucceſsit tempus.

Tertiũ tempus.

39. Tertium tempus concilij fuit Maguntiñ. in quo ſtatuit papa Paſchalis, vt religioſi communiter viuentes decimas de ſuis laboribus ſeu nutrimentis non ſoluerent. c. quæſiti. & c. ſequent. 16. q. 1. nam per hoc conſulebatur religioſis ſacerdotibus, qui diuinis & contemplationi vacabant, monachis, etiam laicis, qui ſuis manibus hæc prædia colebant, ne fortè in monaſterio otioſi eſſent. & doct. in c. ex parte. 1. de deci. & ſic iuſta ratione ſtatutum fuit, & priuilegium illis conceſſum, nempe id temporis non poterat eſſe graue detrimentum eccleſiis parochialibus: quia ipſi multa prædia propriis non poterant manibus colere, & rara erãt monaſteria: ſed quia poſtea cœperunt augeri, ideo ſtatutum fuit vt ſequitur.

Quartũ tẽpus.

40 Quartum, quia religiones cœperunt creſcere, licet olim raræ eſſent. c. ſuggeſtũ. eo. ideo grauare eccleſias parochiales ſolebãt, ob id Adria. pap., cuius decretalem hodie non habemus, vt teſtatur Hoſt. & Card. ſolis Ciſtertienſibus hoſpitalariis Hieroſolymitanis, & templariis, tanquam feruentioribus ad deuotione, & ad dei ſeruitium indulſit, vt decimas laborũ ſuorum, quos propriis manibus, vel ſumptibus colũ, ſoluere non tenerentur. c. ex parte. primo. & c. licet. eo. tit. & quidam intelligebant de laboribus, id eſt de nouualibus, in quibus valde laboratur: ſed Papa exponit in c. ad audiẽtiam, ibidem intelligi indultum debere non tantum de nouualibus, ſed etiam de prædiis, quæ propriis manibus à religioſis prædictis coluntur: quia ſi tantùm de nouualibus intelligere voluiſſet papa, hoc expreſſiſſet. d. c. ad audientiam.

41 Aliis verò religioſis id temporis indultũ fuit, vt de nouualibus ſuis, quæ propriis manibus vel ſumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium ſuorum. i. de animalibus quæ nutriunt. gloſſ. in verſi. animalibus. in clem. 1. eod. & de hortis ſuis decimas non perſoluant. d. c. ex parte. 1. ubi, id eſt, de hortis quos colunt ad proprium vſum vide rationes per Socy. conſi. 268. eleganter. vol. 2. Fuit etiam ſtatutum, vt patet in integra, in hæc verba: vt nullus abbas decimas, & primitias, & reliqua quæ ſecundum ſtatuta canonica ad epiſcopos pertinent detineat ſine authoritate Ro. pontificis, ſeu epiſcopi in cuius diœceſi habitat authoritate apoſto. firmamus.

Quintum tempus.

42. Quintum verò tempus eſt nouiſsimum, videlicet generalis concilij, in quo detractum eſt priuilegium Ciſtertien. & hieroſolimita. de laboribus, quo ad poſſeſsiones acquiſitas poſt concilium generale: videlicet, vt ipſi de eis teneantur decimas ſoluere, etiam nouualium. c. nuper. eo. tit. in 6. c. t. in fi. de verbo. ſignificat. eo. lib. quia vidit concilium quòd multas acquirebant poſſeſsiones: ob id poterat eſſe enorme diſpendium eccleſiis parochialibus, ideo priuilegium reſtrictum eſt ad poſſeſsiones, quas tempore generalis concilij habebant: & hoc habent probare religioſi: quia qui ſe fundat in tempore hoc probare debet. l. cum actum. ff. de nego. geſt. & ſcripſi plenè in tracta. nomina. q. 14. quod poterit fieri per acquiſitionem, ſi habeant inſtrumenta. ſi verò illi religioſi non haberent inſtrumenta. ſi probare poſſent ſe poſſediſſe per tempus immemoriale, & allegarent ſe ante concilium habere, ſufficere putarem illam probationem, ſaltem ad hoc, vt transferretur onus probandi in aduerſarium, per gl. in l. ſeruitutes. ff. de ſeruitu. & Doct. in ea. cum apoſtolica. de his quæ fi. à præl. ſcripſi ſuperius.

43 De nouualibus etiam ipſi habent ſimile priuilegium cum aliis, ſcilicet quod non ſoluant, ſi nouale ſit proprium, & ſui manibus redactum ad culturam fuerit, & quod de illo nouali antea eccleſia nullum, vt modicum emolumẽtum recipiebat. c. commiſſum. eod. & c. quid per nouale. de verb. ſignificat. & ita allegant text. in c. ex parte. 2. de decimis.

Regu. quo ad Ciſtertien. & Hieroſolymitanos.

44 Et ſic poteſt ſtatui regula quo ad Ciſtertienſes & Hieroſolymitanos, vt hodie non ſoluant de laboribus decimas: quod eſt intelligendum de prædiis, in quibus propriis laborant manibus, vel ſuis ſumptibus colere faciunt, dando pecuniam his qui hæc colunt. glo. in verbo, excolendas. cle. 1. de deci. & Socy. conſi. 93. in tertio vol.

45 Item ipſi & alij religioſi etiam habent priuilegium, quod de nouualibus decimas non ſoluant, videlicet ſi ipſi propria nouualia habent, & illa in fertilitatem inducant propriis laboribus, nec de hortis eorum, vt ſuperius dixi.

46 Tertio quòd olim eccleſia non haberet

emolu

emolumentum: alioqui secus, ea. commissum.eod.c.quid per nouale.de verb. signif. Vnde si quis reduxit terram sterilem in culturam, & postea dederit religiosis, ipsi de hac soluent decimam: quia nõ fecerunt hęc noualia propriis manibus, vt requiritur in d.c.ex parte. vbi doct.de priuileg.

47 Item fallit quando monachi colonis illas possessiones colendas tradunt, nempe tunc ad decimas tenentur. ca. licet. de deci. siue fuerint coloni partiarij, siue alij. docto. ibid.

48 Nec refragatur reg.qui per alium facit, perinde est ac si faceret. Respond. non dicitur propriis manibus facere, qui per alium facit: vt d.c.licet.& c.quicunque. de hæret. vbi glos.in cle.vna in verb. publice.de vi.& ho.cler.plenè scripsi in tract.nomina.q.10. nu.11.& seq. Et si propriis manibus non fecerunt, non habet locum priuilegium.

49 Imo in illo concil.generali ipsi abbates Cisterciẽsis ordinis congregati cõuenerunt ne de cætero fratres ipsius ordinis emerent possessiones, de quibus decimæ ecclesiis debeantur, &c. & sic ibi doct. dicunt valere statutum, & ordinationem, vt non liceat emere possessiones: quamuis contrarius videatur text.in l.pen.ff.de pact. Sed respond. eo quod statutum confirmatum fuit à papa, ob id valuit pactũ: sed non factũ simpliciter vel Panor. ibi dicit non valere hoc pactum, vt legem, ne collegium emat: secus si in singuli fratres prohibeantur. & ita est intelligendus text. Ego verò valere dico pactum, & legem, & statutum. vt non liceat aliquibus forte exteris acquirere possessiones in tali loco, etiam si pactum non sit à papa, vel principe confirmatum. Prætor ait: pacta seruabo.l. iurisgentiũ. §. prætor ait.ff.de pact. Nec refragatur d.l.pen. quia intelligitur non valere pactum, vt non liceat vẽdere, & alienare rem meam vicino: quia postquam dominus sum rei meæ, est contra ius quòd de ea disponere non possim.l.in re mandata.C.mand. ob id non valet pactum, sed quòd nõ possim acquirere vel emere, illud pactum non est à iure improbatum.

Statutum vt religiosi nõ emãt possessiones, an valeat.

50 Ideo sustinetur. nam militibus prohibetur, vbi militãt, ne agrum emant.l.milites agrũ. ff. de re mil.l. milites. C. loca. sic militibus cœlestis militiæ prohiberi potest, ne se negotiationibus, & auaritiæ dedant: & valebit lex, seu arrestum. Ideo aresto senatus fuit prohibitum Chartusien. & Cœlestinis, ne possessiones in districtu Paris. emant: quod ture latum fuit, ne ipsi inhiarent his acquisitionibus, sed vt eis tolleretur omnis auaritiæ labes, quæ interdum durior est apud rel.giosos.c.auaritiæ.de præb.

Arrestum contra Chartusien. & Cælestinos.

51 Nec placet sententia Panor. dicentis collegio imponi non posse hanc l.vt emere non possit: secus in singularib. personis: quia contrarium probat d.c.nuper eo. vbi prohibetur fratribus ordinis Cistert. ergo ordo prohibetur, & sic collegiũ, quia omnes fratres ordinis. ergo iura noluit prohibere singulis fratribus, quia clusoria esset cõstitutio, cũ fratres singulares nil habeãt. & singuli religiosi propter paupertatẽ sunt satis prohibiti: sed hoc non fuit conuentum de singulis, sed de toto ordine.

52 Item de conductis soluere decimas tenentur.c.dilecti.de deci.quia non sunt sua: & duo requirit tex. in d.c.ex parte. quòd prædia sint sua, & propriis manibus culta, vel sumptibus.

53 Fallit quando ex pacto & compositione ad hoc essent obligati non obstante priuilegio.c.ex multiplici.eo plenè scripsi in q.12. an tolli decimæ possint. suprà eo.

54 Fallit quando soluerunt quia tunc priuilegio renuntiare cẽsentur. c. accedentibus de priuile. hoc benè præiudicat eis quo ad possessionem. per c. suborta. de re iudi. sed non quo ad proprietatẽ, nisi per 40. annos so uerint.d.c.accedentibus & per c. cùm de beneficio.de præb.in 6.quia tunc esset contra eos præscriptum. ca. de quarta. de præscrip. Ita docet Collectar.in d.ca.ex parte.de deci.& superius scripsi.

55 Fallit etiam quando ecclesia parochialis enormiter læderetur.c. dilecti. & c. suggestũ de dec.vt pote si Cistert.vel alij religiosi haberẽt omnes ferè possess.vnius parochiæ.

56 Fallit quando illas possess. de nouo acquisiuissent.l.post cõcilium generale. c. nuper. de dec. quod fuit celebratũ anno 1215. tempore Inno.3.vt scripsi.in rub.de approb. cõuento.per Latera.concil.fact. in concorda.

57 Item de animalibus quæ nutriunt: secus si aliis nutrienda darent, sicut de possessionibus, quas collendas aliis dant, decimas soluunt.d.c.licet. Aneh.in d.cap. ex parte.in col.1.

De animalibus & hortis quando religiosi soluant decimas.

Si tamen habeãt qui ea custodiat, & ad monasterium vesperi reducat, dicuntur nutriri à religiosis: secus si alij ea tenerent in suis domibus. nam tandiu sunt sua, & ab ipsis nutriti, quandiu consuetudinem eundi, & redeundi habent ad monasterium, vel ad monasterij domum. §. pauonum. instit. de re diuis.

58 Idem dicimus de hortis, quos collerent, & olera venderent, nempe tunc decimas de illis soluere tenentur. Pan. in d.ca. ex parte.in quia ille tex. intelligi debet de hortis quos ad vsum proprium faciunt: secus si ad venditionem, quia non debent negotiari, nec ista exercere secularia.c.2.ne cle.vel mon.c. dilecti.de dec.

Idem si hos hortos aliis excolendos darent, vt no. ibi. aliàs possent ecclesias parochiales priuare decimis faciẽdo hortos plures, quod non est admittendũ, vt duct. scribunt vbi suprà. Et ista sunt notanda, quia quotidiana, nec ab aliis planè scripta, nec abundè ante nos. Laus Deo.

f Quæst

Quæstio. vltimæ Epitome.

1 *Decimas non soluens quibus pœnis & malis afficiatur, & quibus præmiis donetur soluens.*
2 *Pauperes semper non soluentes decimas: diuites vero soluentes.*
3 *Peste & morte subitanea cur moriantur homines*
4 *Benedictio Dei in quibus consistat.*
5 *Decimas non soluens fame peribit.*
6 *Item perdit abundantiam fructuum.*
7 *Sterilitas vnde proueniat.*
8 *Fames ob non solutas decimas. & num. 1°.*
9 *Decimas denegans mortem æternam consequitur.*
10 *Sanitas animæ, & corporis est in soluendis decimis.*
12 *Rustici cur ab armigeris spolientur.*
13 *Decimas non soluens res alienas inuadit.*
Detinere iniustè, & rapere, idem.
14 *Decimas non soluens homicida.*
15 *Sacrilegus est retinens decimas.*
16 *Sepultura ecclesiastica priuentur non soluentes decimas.*
17 *Mortaliter peccant detinentes decimas.*
18 *Brachium sæculare potest implorari contra detinentes decimas.*
Ecclesia defraudata poterit contra dolosos agere.
19 *Compositio in decimis futuris non fit.*
Item nec in tributis.
Argumentū de alimentis ad decimas valet.
20 *Eleemosyna de nouem partibus danda.*
21 *Decimarum debitor condemnatus non appellat.*
22 *Mercedis remissio ob sterilitatem non datur nō soluenti decimas*
23 *[illegible] decimis ab executione procedendum: licet in aliis contrà.*
24 *Pop[illegible]us monendus per concionatores ad soluendum decimas.*
25 *Religiosi detinentes decimas sunt ab officiis suspensi.*
26 *Decimas retinentes sunt fures, & prædones.*
27 *Decimæ tributa egentium personarum.*
29 *Animaduersio diuini iudicij quomodo intelligatur.*

Quæstio vltima.

Quibus malis decimas nō soluentes afficiantur.

1 VLTIMO quæro, quibus pœnis, & malis decimas non soluentes affliciantur, & quibus donentur præmiis soluentes? Resp. in c. reuertimini. 16. qō. 1. ponūtur hæc mala sequentia, primò configit Deum (humano more loquendo) qui decimas non soluit. ibi, si affliget homo Deum, quia vos me configitis, & dixistis, in quo configimus te? in decimis, & primitiis. Malach. 3. c. & sic grauiter peccant non soluentes. Ioh. de Tur. Crem. ibi quia pugnat contra Deum.

Pauperes non soluentes decimas.

2 Secundò, non soluētes semper erūt pauperes, probatur in d. c. reuertimini. ibi, ideo in penuria eritis. & soluentes erūt diuites: vnde maiores nostri ideo copiis omnibus abūdabant, quia decima deo dabāt, & Cæsari censum reddebant: modo autē quia discessit deuotio Dei, accessit indictio fisci. noluimus partiri cùm deo decimas, modo autem tollitur totū. hoc tollit fiscus, quod nō accipit Christus. cap. maiores. 16. q. 7. & sic bonus principatus dabitur soluentibus, teste Aug. in sum. in verb. decima. in fi. facit 2. Paralip. 31. ibi, ex quo cœperūt offerri primitiæ in domo domini, comedimus, & saturati sumus, & remanserunt plurima, &c. Et olim cum 4. genera decimarū soluerentur, homines diuites erāt: hodie cū vna non bene soluatur, homines ad decimā cōuertūtur, & dominus plagas nō amouet: vt gl. in c. 1. de deci. in 6. allegat: & cōtritio, & infelicitas est in viis decimas retinētium Psal. 13.

Peste morte subitanea cur homines moriantur.

3 Tertiò, maledicti sunt à deo non soluentes decimas. ibidem, quia mihi nō reddidistis decimas, & primitias: ideireo in penuria, & fame maledicti estis. Malach. ca. 3. Et maledictio se habet circa ista, quia erit illi penuria fructuū, aërque pestifer, & corruptus & repentina morte morietur sine pœnitētia & confessione, atque cito peribit generatio sua: & sic peribit in mundo memoria non soluētis decimā & successorū illius, & in inferno demū cruciabitur, declarat And. His. in regul. decima. q. 9. Si verò soluant, benedicti erūt, vt ibi dicitur: Et effundam benedictionem meam vobis vsque ad abundantiam. probate me super hoc, dicit dominus & c. decimæ. 16. q. 1. ibi, cùm enim decimas dando terrena, & cœlestia possis præmia promereri, quare pro auaritia duplici benedictione fraudaris? &c.

4 Benedictio consistit in abūdantia fructuū. quæ erit apud ipsum soluentem, & sanitate corporis fruetur, ac vita tranquilla, & longa, & generatio prospera, & lōgæua erit, ac demum paradisi gloria perpetuò donabitur: vt docet ibid. clausula.

Fame peribit non soluens decimas.

5 Quartò supplātatur, & defraudatur Deus. ibi, & me vos supplantastis, siue defraudastis. & timēdum est, qui deo debitum suum subtrahit, ne ei auferat necessaria. ca. admonemus. 16. qō. 2. & in concilio Magun. c. 38. & vide infra, vers. septimo.

6 Quintò, perdit abundantiam fructuum. ibi, & pro decimis & primitiis, quæ parua ciant, vt à vobis darentur, vbertatem possessionum vestrarum, & omnium frugum abundantiam perdidistis. d. c. reuertimini.

Sterilitas vnde proueniat.

7 Sextò, sterilitas, & aquarum, & bonorum prouenit, aliâs per solutionem fertilitas. ibi, habeant sacerdotes, & Leuitæ, qui mihi ministrant, cibos: & probate me, si non tantas pluuias effudero, vt cataractæ cœli apertæ esse credātur vsque ad abundantiam. fieri enim potest, vt agros irrigātibus pluuiis sit

ulis fit quædam fertilitas: verum aut locusta veniet, aut bruchus, aut erugo, aut eruca, aut gelu, & hæ labores hominum vastabunt, 2. Paralip. c. 4. & clauso cœlo pluuia non fluxerit propter peccata populi.

8 Septimò, fames insurgit non soluendo decimas ibi, si quando fames, & penuria, & rerum omnium egestas opprimit mundum sciamus hoc ex ira dei descẽdere, qui se in pauperibus, si non accipiant eleemosynam, fraudari loquitur, & suas possessiones possumus decimas, & primitias interpretari Ioh. detur. ere ma. in ca. decimæ tributa 16. q. 1.

9 Octauò, remissionem peccatorũ, & ecclesiæ dona consequitur soluens, & denegans mortem æternam. ibidẽ. & Guido papæ refert in decis. 166. à præstatione. & Matthæus de affli. c. in constututio. Neapoli. li. 1. rub. 7. de deci. q. 6.

Sanitas animæ, & corporis est in soluendis decimis.

10 Nonò, infirmitatem incurret, & ægritudinem is, qui non soluit decimas: & si soluat sanitatẽ corporis, & animæ consequetur ca. decimæ. 16. q. 1. ibi, etiam sanitatem corporis & animæ consequeris.

11 Decimò si decimam non dederis, tu ad decimam reuocaberis. d. c. decimæ. tantum decima d bitur tibi ex semine tuo, quod multiplicaretur à deo, vel dæmonibus sociaberis, qui sunt decima pars angelorum, vt quidam ibi exponunt.

Rustici cur ab armigeris spolientur.

12 Vndecimò, qui non dat [illegible] Deo, impio militi dabit, quod non vult dare sacerdoti [illegible] in d. c. decim æ. inde videmus armigeros spoliare rusticos, & alios, quos non spoliarent, si iustas decimas, & integras soluissent.

13 Duodecimò res alienas inuadunt, qui decimas non soluunt, & sic illa bona rapiunt: quia idem est, vt ibi glos. notat, detinere iniustè, & rapere. c. sæpe de restit. spo. nam quod ad te non pertinet, scire debes ad alium spectare. l. si. C. vnde vi. & sic non soluens est infamis, teste Host. in summa. §. & quare. eo. tit.

Homicida non soluens decimas.

14 Decimotertiò. quanti pauperes in locis suis, vbi ipse habitat, illo decimas nõ dante, fame mortui fuerunt, tãtorum homicidiorũ reus ante æterni iudicis tribunal apparebit, quæ rem à Deo pauperibus delegatã suis vsibus reseruauit. d. c. decimæ. quod est valde terribile. nã qui Christi pecunias & ecclesiæ aufert, fraudat, & rapit, & homicida in conspectu iudicis deputabitur. c. qui Christi. 12. q. 2.

Sacrilegus est qui decimas retinet.

15 Decimoquartò, committit sacrilegium retinens decimas. c. decimas. 1. ibi, sciant se sacrilegij crimen cõmittere, & æternæ damnationis periculum incurrere. 16. q. 7. & c. si. 16. q. 1. & c. quisquis. 17. q. 4. & Caieta. in sum. in verb. decimas. & ideo est ipso iure excõmunicatus. c. canonica. 11. q. 3. cap. cum pro causa. vbi gl. de sent. excom. & ideo singulis diebus dominicis debent publicari à curatis excommunicati: vt dicit And. Hisp. episcopus, in reg. decima. q. 2.

16 Decimoquintò, laici detinentes decimas carere debet ecclesiastica sepultura. c. prohibemus. de deci.

Sepultura carere debent decimas non dantes.

17 Decimosextò, peccant mortaliter non soluẽtes decimas ob id excommunicari adhuc possunt. c. nuntios. c. ex parte. 2. c. ad hæc & c. cum nõ sit. in fi. de dec. inde dicit text. in c. præter. 32. dist. §. 1. deinde vt decimæ, & primitiæ seu oblationes viuorum, & mortuorum ecclesiæ dei fideliter reddantur à laicis & vt ipse in episcoporum dispositione sint, quas qui retinuerint, à S. eccle. communione separentur.

Brachiũ seculare potest implorari contra detinentes decimas.

18 Imò si non possunt cõpelli per censuram ecclesiasticã, imploratur brachium seculare, licet sanguinis effusio immineat. Host. Io. And. & alij in c. in aliquibus. de deci. arg. c. postulasti. de homi. vel poterit ecclesia defraudata contra hos dolosos agere, per l. eleganter §. pen. ff. de dolo. & doct. ibidem. & an si sit exemplus, puniri ab ordinario possit, scribit Gemi. in consi. 72. quia punctus. col. pen.

Compensatio in decimis non fit.

19 Decimoseptimò, debitor decimarum nõ potest prætextu eius quod sibi debetur, denegare decimas quia in decimis futuris nõ admittitur compositio. glo. singul. 1. in c. de cimæ. 16. q. 1. secundum Rom. sing. 254. an fit locu. & sing. 545. an sacerdoti. sic nec in tributis l. 3. C. de compensa. super hoc distinguit Hẽr. Boh. in c. cũ homines. in 2. dist. de deci & Ioh. A nd. in c. cùm homines. ibidẽ. secus in præteritis. c. veniens. in fi. de transact. doct. in d. c. tua. 2. de deci. Host. in c. cum sint homines. ibidem. sumendo argum. de alimentis ad decimas, per l. de alimentis, C. de transact. & l. cum h. ff. eo.

Eleemosyna de nouem partibus danda.

20 Decimoctauò, qui sibi aut præmium cõparare, aut peccatorum indulgentiam desiderat promereri, reddat decimam, etiam de nouem partibus studeat eleemosynam dare pauperibus. text. in d. c. decimæ. in fi. 16. quæst. 1.

Debitor decimarum condemnatus non appellat.

21 Decimonono, condemnatus debitor decimarum non appellat. doct. in c. tua. 2. per illum tex. in fi. ibi, appellatione remota cõpellas. eo. tit. Federi consi. 81. laicus. in fin. Sed ego intelligerem posse eos appellare, sed nõ recipiendam appellationem, donec soluerit. & sic decimarum debitores esse compellendo nõ obstante appellatione: vt probat ibi text. compellas, & remouetur appellatio ante executionem: vt dicitur in l. ab executione. C. quo appel. non recip. & hoc seruatur in hoc regno, quando à iudice seculari per modum prouisionis fieret in casu priuilegiato condemnatio, diuersum est in iudice ecclesiastico, cuius sententia non exequetur, nisi fuerit tertia conuenients: vt habetur in concorda. titul. de friuol. appel. Vide doct. in d. ca. tua. maximè Henr. Boh. & gl. in §. quotiens. c. si. 2. q. 6. & quæ abun-

dè scripsi in tract. de senten. prouisio. & in tract. de senten. execut. in ordi. reg.

Remissionem mercedis no petis ob sterilitatem decimas retinens.

22 Vigesimò, qui non soluit decimam, non potest petere remissionem mercedis propter sterilitatē: quia sua causa censetur venisse, eo quòd decimas non soluerat, alioqui contra. l. si merces. §. vis maior. ff. loca. cap. propter. illo titu. Hoc expressè docet Geminia. & Perus. in ca. 1. in fi. de deci. in 6. Guido papæ. d. q. 266. verum. dicens aduocatos in hoc debere esse cautos, vt hæc opponant his, qui remissionem petunt ob sterilitatem. maximè in illis locis, in quibus non est sterilitas frequens.

Ab executione procedendum.

23 Vigesimoprimò, licet à citatione procedendum sit. l. 1. C. de executio. rei iudic. & plenè scripsi in tract. de liter. obligat. art. 6. tamen in decimis procedere iudex potest per monitionem, & præceptum. c. peruenit. de decim. & cōpellitur recusans. c. ex parte. 2. ib, compellas. ibidem. & hoc expressè scribit Collect. in c. pastoralis. in fi. eo. audiri tamē monitus debet, si opponat, sed per modum prouisionis compelletur, si iustam non allegauerit causam.

Concinatores populum monere debent ad soluendū decimas.

24 Vigesimosecundò, religiosi, & prædicatores tenentur in prædicationibus suis monere populum, vt decimas soluat alioqui si retrahant illum à solutione decimarū, sunt excommunicati: per tex. in clem. cupientes. de pœnis.

25 Vigesimotertiò, religiosi detinentes, vel decimas fraudantes, sunt suspensi ab officiis, vel administrationibus, si habeant. alioqui excommunicati post curati requisitionem clem. 1. de deci.

Prædones, fures & latrones sūt decimas retinentes.

26 Vigesimoquartò, his verbis dicit Andr. Hisp. in regula plurima deci. quòd omnes non soluentes sunt filij perditionis, non obstante quacunque consuetudine, imo verius vsurpatione, & violenta occupatione, sunt in statu damnationis, & eis participantes, consilium auxilium, consensum, & defensionem, directè, vel indirectè, quod non soluentur decima, vel primitiæ præbentes, ipsi omnes, & singuli sunt fures, & latrones bonorum dei, & sanctorum deprædatores, & manifeste eclesiæ dei sacrilegi, & excommunicati, & ab omni oratione, indulgentia, nullasaca ticiis, & beneficiis ecclesiæ segregati: & si per se, vel suos hæredes non satisfaciant ante mortem, & restituant eis non prodest ad salutem sacramentorū perceptio, aut sacerdotis absolutio, vel confessio: & cum Iuda proditore fiunt proditores, & fures thesauri dei, qui est decima: ac infideles, & ingrati sunt, & in inferno erunt perpetuo damnati. Hæc ille. vide, quot & quanta mala circumueniunt istos no præstantes decimas.

27 Vigesimoquinto, sicut detinentes tributa multis puniuntur pœnis: vt in c. si tributū 11. q. 1. & in ti. sine censu, vel reliquis. C. ac in rubri. de anno. & tribu. libr. 10. sic & nō soluentes decimas, quæ sunt tributa egentium personarum c. decimæ 16. q. 1. & in c. tua. 2. de deci. glo. & doct. in cap. felicitaris. 7. q. 1.

28 Vltimo, legimus 1. Regum c. 5. Philisthæos fuisse à deo multis, & variis castigatos flagellis: & pœnis maxime his, nam fructus agrorum suorum mures, & locustæ deuorarunt, quandiu arcam domini detinuerut. sic, & laici quandiu decimas deo debitas, & eius ministris detinebunt, multis castigabuntur pœnis, & in miseriis cons[illegible]cient: quòd si resipiscent, eas restituendo, vt Philistæi arcam, omnia mala cessabunt, & bona eis donabuntur plurima, adeo, vt di[illegible] efficiantur.

[illegible] quomodo intelligatur.

29 Nam decimas vsurpare est dig[illegible] animaduersione diuini iudicij. ea. quam[illegible]e deci. & exponit ibi Hosti. excommunica[illegible]ne dignus est, sed ego sic exponerem: laicum esse dignū animaduersione diuini iudicij, id est, vt puniatur diuino iudicio, id est, à deo, vt Philistæi. facit c. 2. de concessi. præb. ibi, & diuini plenum animaduersione iudicij: & fortè vt malam habeant sobolem, vel quòd ipse detinens moriatur subitanea morte, seu occidatur, vel res eius igne cœlesti vel alio comburantur, vel alio diuino supplicio, quæ superius scripsi. qui verò eas iustè soluerit, vita æterna donabitur à deo: quam nobis concedere velit pater & filius, & spiritus sanctus, Amen

Compendium

COMPENDIVM.

ALIENATIONVM RERVM ECCLESIAE, CVM ELVCIDATIONE CAP. SINE EXceptione, 12.q.2.authore D.Petro Rebuffo,de Montepessulano,Iurium Doctore,ac Comite,in supremóq; Parisiorũ Senatu aduocato,Nũc reuisum,& arestis supremi senatus cõfirmatũ,ac numeris distinctum.

Ad hac in verb.irrita inseritur Bulla Pauli ij.contra alienantes res ecclesiæ.



LVGDVNI.
Ad Salamandræ,apud Claudium Sennetonium.
M. D. LXIIII.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI & Domino Philippo à Leui, Mirapicensi Antistiti, omni eruditionis genere præstantissimo, Petrus Rebuffus.

S. P. D.

SIGIMVNDVS Imperator, cùm permultis nominibus; optimè de republica meritus esset, illo tamen commendabatur honore, quòd sicuti ipse linguarum, ac literarum peritiam amauit, ita viros eruditione præstantes semper ornare ac prouehere studuit. Quo nomine cum à germanis principibus tumultuariè reprehenderetur, quòd homines etiam obscuro genere natos, ob summam virtutum præstantiam foueret: quidni (inquid) eos amem, quos ipsa rerum parens natura cæteros antecellere voluit? Verùm ista cum mente lustrarem (vigilantissime præsul) te non minori rerum studio peritiores amore prosequi, atque præmiis ad literarum palestram inuitare, tuam laudem conticere non mihi integrum fuit, vt qui in omni studiorum genere conuersatus es, literis non commendarem, ob summam tui ingenii eruditionem. Si etenim primum tuæ ætatis florem satis aperte contemplare velim, te liberalibus artibus, demum iuris diuini præceptis in hac studiorum matre, necnon Tolosæ, Vtrunque ius vno tenore es assecutus. Quæ cum in te tunc temporis maiora quàm in iuuene esse soleant, intuerentur, horum non inscius summus pontifex te culmine dignitatum, atque Christianissimus Francorum rex senatorio munere condecorauit: in quibus palàm nō modò verbis verumetiam operibus exemplum omnibus præbes, non minus, quàm Cato: qui cum quæsturam gereret, eo maximè commendabatur nomine, quòd in singulos dies ad ærarium veniret primus, & rationibus confectis recederet postremus: quod sanè toto tuæ dignitatis tempore nequaquam prætermisisti. Mulierum quoque consortium (quod quam perpauci contingit) subterfugisti, egregium illud Hieronymi dicterium præ oculis semper habens: Non potest (inquit) toto corde cum deo habitare, qui fœminarum accessibus copulatur. & huic sententiæ (si historiographis credimus) non refragatur insignis ille Tirus philosophus, qui à Pantheæ mulieris conspectu abstinebat, ita vt illa hunc aspiciente, in terram demissis oculis faciem auerteret. quem cum Araspus interrogaret, cur insigni forma, præstantique corpore mulierem, vel regiis oculis dignam, non aspiceret, respōdit, ob istuc ipsum magis est ab illa abstinendū: etenim si nunc tuo obtemperans consilio, illam adiero, cum vacat, fortassis illa mihi persuasura est, vt ad ipsam frequenter commeem, etiam cum non vacabit, eique assideam neglectis negotiis. Et quod maiori laude in te conspicitur, est, quod talis es erga pauperes animi, & ecclesiarum instaurationem, quales non sunt quamplurimi: qui vt eorum nominibus parcam, nisi coacti per iudices, quicquam pauperibus vt templorum instaurationibus erogare, vel suppeditare nolunt. Tu verò hilari animo, ac fronte serena, non tantū tertiam tuorū redditꝰū partem egenis, templis instruendis viduis, vel huiuscemodi inopibus impartiendā censes: sed etiam integrum fermè emolumentum. Quod fit, vt vnicū patriæ nostræ lumen à minimo à maximum vsque, atque illorum asilum voceris. Quid igitur, his moror? si minimam tuarum laudū partem recensere velim, temeritatis vitio, quo olim notati fuere gygantes, accusari possem. Nec mirum quidem videbitur. cum gentem tuam à Leui patriarcha, Iacob sanctissimi filio, certè ingentis spiritus viro, originem traxisse, & stipitis nomen hactenus retinuisse, omnes vltro fateantur. Hinc est, quod maiores tui Arrianos, & alios id genus homines odio capitali adeò prosequuti fuerint, vt perpetuū, ac immortale nomen, marescalum fidei (vt vulgariter loquar) sibi iure suo comparauerint: nobilium plebisq; commodo, ac vtilitati deditissimi, vitam ipsam, non modo res, publico post ponentes emolumento. Nec minori studio hos scelestos homines ab episcopatu tuo in malam crucem, ne à verò parentum tuorum tramite degenerares, repulisti. Quapropter, hoc alienationum rerum ecclesiasticarum compendium, egregiæ tuæ dignitati quàm optimè conueniens, dicare statui: eò quòd templum tuæ sedis sartum, & tectum, vt aiunt, ab omni incommodo, detrimento, molestia, syncerū, integrúmque serues. Interim tamen, dū meliora celsitudini tuæ paro, hoc vnum laborum meorum opusculum leni aspectu, vt soles, suscipias quæso, quòd si, vt spero, feceris me tibi, tuisq; omnibus, in posterum deuinctum reddes. Vale, Parisiis quarto Calendas Maij, Anno domini millesimo quingentesimo trigesimo septimo.

RERVM

RERVM ECCLESIASTICARVM alienationum frequens & vtile compendium.

Epitome.

1 *Alienatio nomen generale: & comprehendit vsucapionem & præscriptionem*

2 *Transactio an dicatur alienatio.*

3 *Promissio cessio & diuisio an veniant nomine alienationis, item & repudiatio.*

4 *Resignare officium an possit is qui deliquit vel pro derelicto habere.*

Fraus præsumitur ex conexitate & proximitate actus habendi pro derelicto, & occupandi per alium.

Seruitutis constitutio, & vsusfructus alienationis nomine continetur.

5 *Venditio, locatio in longum tempus, datio in emphyteusim, veniunt nomine alienationis.*

6 *Alienatio quot modis capietur in iure. & nu. 7. & 8.*

7 *Res pignori obligata an alienata dicatur.*

Statuta & consuetudines prohibentes alienationem propriè debent intelligi.

9 *In Alienatione rei ecclesiasticæ quæ solennitates debeant interuenire. & nu. seq.*

Causæ ex quibus res ecclesiasticæ alienantur.

10 *Papa quando possit concedere vt quis testetur de bonis ecclesiæ.*

Consensus quando præsumatur interuenisse.

11 *Tractatus quomodo debeat interuenire.*

13 *De tractatu & inquisitione debet constare: & an credatur.*

13 *Instrumentum super alienatione quomodo dictari debeat.*

14 *Audire testes super alienationem rei ecclesiasticæ an episcopus debeat.*

15 *Consensus capituli requiritur in alienatione rei ecclesiasticæ: & debet in ipso actu præstari, & non ex interuallo.*

Intellectus cap. cura de iure patrona. & cap. cum vos de his quæ fi. à prælat.

Consensus quando requiritur pro forma, seu per modum solennitatis, in ipso actu interuenire debet.

Consensus capituli aut prælati inferioris non requiritur quando Papa suam interponit authoritatem alienationi.

16 *Nomina singulorum in instrumento alienationis rerum ecclesiæ aut ciuitatis exprimenda.*

17 *Subscriptio in alienatione an sit necessaria.*

18 *Concessio ante finitum tempus annullatur.*

Pretia rerum tempore variantur.

19 *Locatio ad longum tempus annullata à Senatu.*

20 *Consuetudo quas solennitates tollere possit.*

Consuetudo remittens omnem solennitatem in alienatione rerum ecclesiæ requisitam non valet.

21 *Authoritas episcopi absque causæ cognitione nō præstatur.*

Consuetudo super alienatione rerum ecclesiæ quando valeat.

22 *Episcopi cuius requiritur authoritas in alienādis rebus ecclesiæ.*

23 *Specialis potestas in alienando res ecclesiæ requiritur.*

24 *Casus in quibus alienantur res ecclesiæ sine solennitate. & nu. 25. cum seq. vsque ad nu. 36.*

Res pretiosa æquiparatur res immobili.

26 *Modicum tempus quando dicatur.*

Alienatio perpetua dicitur quæ fit ad vitam.

27 *Solennitas an requiratur in venditione fructuū, ad vitam.*

28 *Solennitas non requiritur quando venditur res ecclesiæ quam iniustè detinet.*

29 *Vxor non lucratur dimidiam partem coquestuū iniuste quæsitorum.*

Societas inhonestarum rerum non contrahitur.

30 *Religiosi sine solennitate mobilia alienant.*

Ecclesia per fideicommissum alienare grauata, sine solennitate alienat.

31 *Res nondum ecclesiæ acquisitæ an possint sine solennitate acquiri.*

Res non censetur ecclesiæ ante acceptationem.

32 *Prælatus non acquirens ecclesiæ, ad interesse tenetur.*

35 *Alienatio ad vtilitatem ecclesiæ an exigat solennitatem. idem si in commune vtile esset. 36.*

Liberatio facta pupillo sine tutore valet.

Solennitas quod interueniat post actum quando sufficiat.

7 *Præscribi res sine solennitate an possit.*

3 *Ecclesia an restituatur aduersus præscriptionem quadragenariam.*

Error iuris iustus pro titulo habetur.

38 *Solennitas in alienatione rei ecclesiasticæ an præsumatur interuenisse.*

39 *Creditor quando probare teneatur in vtilitatem ecclesiæ esse versum.*

40 *Res ecclesiæ quando pro debito venditur, pecuniam conuersam, in solutionem debiti versam probare oportet.*

41 *Confessio prælati decentis conuersum in vtilita ecclesiæ, an sola sufficiat.*

42 *Retinens sine solennitate in foro conscientiæ non est tutus.*

44 *Epistola seu literæ principis quando pro iure seruantur.*

45 *Cap. sine exceptione. diuisio ac summarium*

46 *Clausula sine exceptione, non tollit legitimas exceptiones & rationabiles.*

47 *Promittens non opponere exceptionem intelligitur de maliciosa.*

48 *Princeps si mandet procedere non obstante oppositione, intelligitur de friuola, non de legitima.*
Idem in appellatione, & excusatione.

49 *Interpellatione prohibita intelligitur de friuola.*

50 *Clausula, non obstante praescriptione, quid operetur.*

51 *Episcopus, & quilibet praelatus res ecclesiae sine solennitate alienare non potest. & numero 52.*

52 *Decretum licentia aut consensus in alienatione rei ecclesiae an requirantur.*
Authoritas debet actum praecedere, vel in ipso actu interuenire: consensus autem ante, & post.

53 *Dictio quis, quando qualitas non conuenit mulieribus, non complectitur foeminas.*
Mulier an bona ecclesiae sine solennitate alienare possit.
Mulierum genus auarissimum.

54 *Res appellatione quid contineatur.*

55 *Dictio sua, quid denotet.*

56 *Res fraternitatum an possint vendi sine solennitate requisita in alienatione rei ecclesiasticae.*

57 *Oratorij, & hospitalis res an solennitatem in alienatione requirant.*

58 *Dictiones quicquam, & aliquid, minimum etiam continent.*

59 *Alienari praedium ecclesiae, etiam exiguum, depenitur.*

60 *Intellectus can. terrula. 12. q. 2. & nu. 125.*

61 *Donatio rerum ecclesiae prohibetur, fallit nu. 62. 63. 64. 65.*

62 *Res ecclesiae benemeritis an donari possint.*
Praelatus potest remunerare concedendo vsumfructum alicuius rei ecclesiae.
Merita aequiualere debent rebus donatis.
Coloni antiqui nouis praeferendi cum tantum offerant.

63 *Donare rem ecclesiae, si tantundem donet ecclesiae, cuius rem donat, non prohibetur.*

64 *Papa bona vnius ecclesiae ex causa alteri concedere potest.*

65 *Bona ecclesiae quando possunt donari, vel locari consanguineis.*

66 *Permutatio rerum vnius ecclesiae cum rebus alterius quatenus fieri possit: & quae solennitas requiratur: & quid in transactione & nu. 67.*

68 *Venditionis appellatione omnis contractus continetur, per quem rei dominium transfertur.*

69 *Verbum audeat, quid importet, & quid audacia.*

70 *Dictionis nisi, virtus*

71 *Dictionis forte, vis & effectus.*
Verbum videtur, probatum in materia iuris, veritatem importat.

72 *Melius quid dicatur.*
Comparatiuum pro positiuo.

73 *Conuersum in vtilitatem ecclesiae quando dicatur.*
Contractus tempus attendi.

74 *Prospicere quid.*
Meliora non prospicit, qui res ecclesiae vendit viliores.

75 *Instrumento non creditur, quod sit factum vtilitatis causa, nisi probetur.*
Praelati confessio nocere non potest ecclesiae.

76 *Maior pars an in alienatione sufficiat.*
Negotium differtur quousque cognoscatur, quando minor pars causam rationabilem allegat.
Maioris partis praesentia sufficit in lectione dum tamen omnes sint vocati.

77 *Absentes an & quando vocandi.*
Ecclesiae cuius bona alienantur, non deseruientes non sunt vocandi.

78 *Solennitatem quis probare debeat.*
Solenniter omnia praesumuntur acta.

79 *Clericus pro capitulo.*
Superior supplet monachis, vel canonicis nõ existentibus.

80 *Iudicis authoritas sufficit marito, vel tutore absentibus vbi requiritur eorum consensus.*
Clerus an valeat appellatione populi, remissiuè.

81 *Tractatus quid, & vnus sufficit in alienatione rei ecclesiae dum tamen sit solennis.*

82 *Fallit in monachis S. Benedicti.*

83 *Item fallit quando consuetudo requireret plures tractatus fieri.*
Tractatus nunquam requiritur, nisi in casibus à iure expressis.

84 *Tractatus qualiter fieri debeat.*

85 *Tractatus quando interuenire debeat, vel non.*
Consuetudo quod in alienatione bonorum ecclesiae consensus episcopi non interueniat, non valet.

86 *Papae authoritas in exemplis requiritur: & debet esse expecialis, & expressa.*

87 *Moniales quam solennitatem seruare debeant.*

88 *Rector ecclesiae inferioris alienare potest cum licentia, & consensu episcopi.*

89 *Ecclesia vacante quae solennitas requiratur in alienatione.*

90 *Patrons consensus an in alienatione requiratur.*

91 *Tractatus sine consensu non sufficit: & quare.*
Consensus in communi dari debet: & quae sit ratio.

92 *Consensus praestitus per literas non valet.*
Intellectus l. per fundum. ff. de seruitut. rustic. praedior.

93 *Ratificatio quomodo fieri debeat.*

94 *Dissentientibus monachis, vel canonicis an alienatio fieri possit: & quid ipsis consentientibus episcopo verò vel abbate dissentientibus.*

Consen

95 *Consensus precedere debet alienationem: nisi ageretur de alienatione parue rei.*
96 *Euidens vtilitas eligi debet.*
97 *Ecclesia lesa ex alienatione poterit restitui.*
98 *Redditus in emphiteusi æstimari debent.*
99 *Dominium bonorum ecclesie apud quem sit.*
100 *Episcopus quomodo rebus ecclesie vti debeat.*
proprium nemo dicat quod est commune.
101 *Dictio tanquam impropriciatis nota.*
Statutum si dicat aliquem tanquam falsarium puniendum, non tamen pœna legis Cornelie ordinaria, sed alia arbitraria punietur.
Episcopus rebus ecclesie vti & non abuti debet.
102 *Alienatio rei ecclesie est ipso iure nulla sine solennitate.*
103 *Intellectus l. cum fundus. ff. si cert. petat.*
Emptor rei ecclesiastice ex contractu nullo tenetur etiam fructus restituere.
Requisita ad rescissionem alienationis rei ecclesie.
104 *Successor an teneatur stare alienationi facta per predecessorem.*
105 *Pœna alienantium res ecclesia. & nu.106. cum seq. vsque ad nu.116.*
Annullatio actus dicitur pœna.
106 *Alienans, & is in quem fit alienatio bonorum ecclesie est excommunicatus.*
107 *Alienans rem ecclesie sacrilegij crimen incurrit: item & consentiens.*
108 *Item deponi debet.*
109 *Et ei interdicitur ingressus ecclesie.*
110 *Item est suspensus sua administratione.*
111 *Alienantes bona ecclesiarum priuantur suis beneficiis. & nu.112. & 113.*
113 *Alienans bona ecclesiastica est periurus.*
114 *Item simoniam committit.*
115 *Et tanquam homicida habetur.*
116 *Res alienate nullo dato pretio ab ecclesia repetuntur.*
117 *Bulla pape contra alienantes res ecclesie.*
118 *Alienationum varie species.*
119 *Alienans & recipiens res ecclesie eadem puniuntur pœna.*
120 *Conniuere quid sit.*
121 *Consensus tacitus canonicorum an sufficiat in alienatione rerum ecclesie. & numero 122.*
Alienatio rei ecclesiastice sine solennitate etiam de minima re est ipso iure nulla.
124 *Res quando plus commodi dicatur afferre.*
125 *Tria requisita in capitu. terrulas. xij. questio.ij.*
126 *Domus multiplex.*
127 *Domus appellatione quid veniat. remissiue.*

INterpretaturus in scholis decretorum Parisi. hoc anno. 1536. de rebus eccles. non alienand. rubricam, auspice Deo, intendo vobis compendio auditoribus (etsi longa obscuráue sit) materiam istam pertractare. quod vt faciam.

1 Præmitto, quòd nomen alienationis est nomen generale, vt est oobis text. in §. alienationis. in authen. de non alie. reb. eccle. colla. 2. & eios significatio latissima est. Anch. consi. 102. contra col. 1. adeo vt comprehendat vsucapionem. vix enim est, vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi. l. alienationis. & ibi dixi ff de verb. signifi. Bal. in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccle. & l. fi. in quib. caus. in integ. rest. non est necess. Iacobi. in tract. de feud. in verbo, cum pacto de non alienan. & etiam præscriptionem compræhendit. Bal. in l. fin. 16. oppo. C. de edict. diui Adria. tollend. quia vsucapio continet etiam præscriptionem. l. 1. ac 3. & per totum. ff. de vsucapio.

Alienatio est nomen generale.

2 Idem in transactione. l. 1. §. at si transegit. ff. si quid in fraud. patr. sic expressim docet Bal. in l. 1. C. si aduers. transact. quod est verū, quando res traditur, secus si per transactionem retinetur. Bart. in l. nulli. ff. de transact. per l. si pro fundo. C. de transac. sic in propriis terminis consuluit Alexan. consi. 95. viso. col. 2. in 6. volu. & multa alia allegant recentiores in d. l. si pro fundo. quæ missa facio, ne congeriem allegationum faciam in singulis sententiis, vnica allegatione instar. iurisconsulti, contentus. in l. ita vulneratus. circa finem. ff. ad leg. Aquil. l. si quis obrepserit. ad leg. Cornel. de fals.

Transactio an dicatur alienatio.

3 Promissio sub verbo, alienationis, etiam continetur. l. fi. & ibi Bal. C. ad leg. Fal. prohibita censetur. Ad hæc cessio & vtilis domini trāslatio etiam comprehenditur. Bal. in c. 1. per quos fiat inuest. Bertha. in tracta. de gabellis. in 3. parte octauæ partis. quod facit pro minore prohibito alienare, & aliis hoc genus personis. Huc accedit diuisio. l. pupillorum. ff. de reb. eorum. Barb. in rub. de reb. eccle. non alienan. col. 48. num. 180. dic tamen vt ibidem dicitur, & per Curtium, consi. 67. sapienter. nu. 52. cum seq. Præterea repudiatio. l. pupillorū, & ibi expressim Bal. C. de repudian. hæred.

Promissio, cessio & diuisio an sub alienatione contineantur.

4 Nec potest resignare officium in fraudē fisci, is qui deliquit, quia repudiando, & resignando alienare dicitur. Barb. consil. 11. col. 15. versic. capio primum. in 1. volu. Non est omittendum, quod qui habet rem pro derelicta, prope alienat. Bar. in l. 1. ff. si ex noxa. caus. agat. quando cum fraude, alioqui non. Alexan. ibidem, & præsumitur fraus ex conexitate & proximitate actus ha-

Resignare officium an possit is qui deliquit vel pro derelicto habere.

bendi

bendi pro derelicto, & occupandi per aliû, arg. l. si ventri. in fin. ff. de priuileg. cred. c. officij. de elect. vt si coniunctus vel amicus re ftitim derelict. occuper. arg. l. data. C. de donatio. Item seruitutis constitutio & vsusfructus sub alienationis verbo continentur. l. Menius. §. penult. ff. de leg. 2.

5 Vltimò venditio, locatio in longum tempus, datio in emphiteosim, & omnis actus per quem trásfertur dominium. c. nulli. de reb. eccle. non aliena. l. 1. C. de fundo dotali, non alienando, & infrà plenius dicetur.

Alienatio quot modis capiatur. 6 Secundo considerandum est, quod alienatio quatuor modis in iure capitur, teste Bal. in authen. hoc ius. col. 1. C. de sacrosan. eccle. quem sequitur Barb. consi. 15. scripsit. col. 13. in primo volu. Primo propriissimè, vtpote: quando plenum dominium transfertur: vt in d. l. 1. & ibi glos. de fundo dota. Secundo propriè, quando transfertur vtile dominium, vt in emphiteosi. in authen. de non alienan. reb. eccle. colla. 8 Barba. in rub. huius titu. col. 8. nume. 46. & infrà latius dicetur.

Tertio impropriè, quãdo alienatur vsusfructus, seu vsus, vel alia qualitas rei, vt seruitus. l. iubemus. §. fina. C. de sacrosanct. eccle.

Res obligata pignori an alienata dicatur. 7 Quarto impropriissimè & abusiuè, vtpote quando res pignori obligatur. l. in quorum. ff. de pigno. & ibi Bar. & in l. qui habebat. in princip. ff. de lega. 3. & hoc quando non est spes quod reddimatur: quia tũc est obligata, quanti est. Alex. in consi. 169. inspecto in fi. vol. 6. Barba. in rubri. huius titu. col. 12. num. 71. & seq dico fusius in d. l. alienationis. ff. de verb. signifi. quod facit ad statuta & consuetudines prohibentes alienationem, vt propriè debeant intelligi & maximè quando sunt pœnalia glos. & doct. in l. 1. C. de iure emphi. Deci. cõsi. 646. præsupposita col. 2. nisi sit eadem ratio in alienatione impropria, quæ est in propria. l. si. C. ad leg. Falcid.

8 Ego vero breuis perstringendo dicerem, alienationem propriè accipi, & impropriè. Propriè quando trásfertur dominium directũ, vel vtile per iura suprà adducta. & per glo. in summa. 12 q. 2 impropriè vero, quãdo dominium rei non est trãslatum. l. alienatum. ff. de verb. signifi. sed aliquod ius tantùm, vt vsusfructus: vel quando res pignori obligatur, & sic de similibus: & per hæc paruo negotio poterit quis intelligere quod sequitur. & quomodo in rescriptis debeat accipi verbum alienatum, tradit Ludoui. Roma. in sing. 600. tu scis quod, &c.

9 Notandum est, quod in alienatione rei ecclesiasticæ hæ solennitates interuenire debent. Primo, debet adesse causa, antequã res ecclesiæ alienetur, videlicet necessitatis, vt c. sicut. 12 q. 2. & quandoque eius appellatione venit omnis causa. c. non habent. ibidem. & ibi Præpos. hoc nuncupatim ex

Causæ quibus res ecclesiæ alienantur.

primit. Altera causa est videlicet vtilitatis. c. sp. tua. de his quæ fiunt à præla. & in c. si ne exceptione. 12 q. 2. ibi, meliora prospiciat. Vel magnæ incommoditatis. quia res quæ est alienanda, ecclesiæ est magis damnosa, quam vtilis. c. non liceat Papæ. & d. c. si nec. in §. fi. Vel causa pietatis, vt pro redemptione captiuorum. l. sancimus. C. de sacrosanct. eccle. Et de his causis, vel earum altera, debet constare per publicum instrumẽtum, alioqui nõ credetur, etiam Papæ dicenti fecisse ex illa causa, quando donat consanguineis Præpos. in d. c. non liceat Papæ. 12. q. 2. multominus credetur episcopo, abbati, vel aliis: alioqui episcopus vel alius indigens pecuniis posset rem ecclesiæ alienare, & attestari eam alienationem cedere in ecclesiæ vtilitatem.

10 Imo non potest Papa indulgere alicui si ne causa, vt testetur de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ, tum quod non possit ipse res ecclesiæ sine causa alienare. d. c. nõ liceat: tum etiam qui a dominium rerum ecclesiæ est penes Christum. c. cum ex eo de elect. in 6. c. expedit. c. q ui abstulerit. 12. q. 2. sic expresse concludit Pano. in repet. c. cũ esses. q. 5. de testa. Imò si instrumento alienationis narretur, quod ex causa necessitatis fuit facta alienatio, eidem non creditur: quia non fuit pro hoc acta, sed pro alienatione. text. sing. & ibi Domi. & Philip. in c. 1. de reb. ecclesiæ non alien. in 6. sic & nõ præsum tur facta causa vtilitatis, vel necessitatis. Guido Papæ. q. 51 quarta. & Soey. consi. 51. viso instrumento. col. 1. volu. 4. Seceus in consensu capituli, qui præsumitur vt interuenerit, quando tunc potuit interuenisse. vt plenè scribit Fely. in c. sicut. col. 12. versicu. extrinseca solennitas. de re iudic. & is, cui est allenita, oportet quòd doceat vtilitatem ecclesiæ, vel aliam causam interuenisse: quia contra se habet præsumptionem contrariam. arg. eorum quæ not. doct. in l. manifestè. ff. de iureiurand. & Bart. in l. si foriè. de castré. peco. & in l. si donatione. C de colla.

Quando Papa possit concedere vt testetur de bonis ecclesiæ.

11 Secundò requiritur tractatus capituli. nã capitulum debet congregari ad sonum campanæ, vel aliàs vt moris est, & cùm omnes simul cõuenerint, debet prior vel antiquior proponere. l. 2 C. de decurion. & petere suffragium à quolibet super hac re alienanda, vel nõ, vel super qua. posset enim esse quòd iusta causa subest, tamen non expedit quamlibet alienare rem. l. magis puto. §. imprimis. ff de reb. eorum. Feder. consi. 142. domini col. 2.

Tractatus quomodo debeat interuenire.

12 Et de hoc tractatu & inquisitione debet constare per instrumentũ ad hoc specialiter tendẽs. Nec probaret instrumentũ alienationis, si diceret, habito colloquio & tractatu canonici, vend derũt talem domum, &c. quia non est ad hoc factum. Alex. cõsi. 17. viso. col. 2. volu. 4. Federi. consi. 243. concessio. in fine. Paul. consilio. 74. in facto. in 1. par-

De tractatu & inquisitione debet constare, & an ei credatur.

in 1.parte.col.2.Idem si diceret,habito tractatu,vel cõsensu episcopi,vt patet per instrumentum scriptum per talem notarium, quia tunc oportet aliud relatum instrumẽtum exhibere.authen.si quis.C.de eden. sic cõsuluit Barb.consi.40.præclare.col.4.volu.1.Et hic tractatus debet fieri in capitulo. ca.tertio loco.de probat.ita tenet expresſè Guid.Pa.in quibusdam suis allegationibus in fine suorum tractatuum.

Instrumentum super alienatione quomodo dictari debeat.

13 Et sic debet instrumentum super alienatione dictari,secundum Spec.in tit.de locato.R.D.episcopus Magalonensis, cõgregatis eiusdem ecclesiæ ad sonum campanæ in capitulo, vt moris est, canonicis talibus. N.&c.proposuit q occasione decimæ papalis persoluendæ ecclesia erat mole debitorum oppressa, quare expediebat habere pecuniã vsque ad talẽ summam,ad soluendum dictam decimam:ideo vt deliberarent vnde dicta summa haberi possit,petiit. igitur fratres,seu canonici super hoc solenniter tractarunt, & diligenter deliberarunt, ac demum communi consensu confirmauerũt,q talis domus in tali loco sita vẽdatur, & alienetur:& pretium seu pecunia dictæ domus conuertatur in dictã causam vel negotium,credentes hoc pro dicta causa ipsi ecclesiæ vtilius expedire.Alia vide in verbo, tractauit.in c.fine.infrà eo.

Audire testes super alienatione an episcopus debeat.

14 Non requiritur tamen q episcopus audiat testes,& iudicialiter procedat:quia iure ad hoc non astringitur teste Panor.in cõsi.41.saluatoris.col.2.in 1. vol. allegat glos. & Inno.in c.1.eo.titu.in 6.imò potest prælatus alteri committere,vt faciat tractatum cum capitulo.De Rota,in rub.de loca.decis.4.& infrà plenius dicetur:quia non est actus personalis.In vnione tamen non debet interuenire tractatus,sed tantum capituli consensus,cum hoc non sit in iure expressum,licet quædam dicatur alienatio. clemen.si.de reb eccle.non alie. de Rota decis.j.de reb.eccle.nõ alien.incip.nota quòd vbi.in anti.vbi nouum dedi intellectum.

Consensus capituli requiritur

15 Tertò requiritur consensus capituli, vel clericorum ibidem seruientium, vt hic.& d.§.hoc ius.qui debet in ipso actu præstari & non ex interuallo. Anto.in c.cùm vos.de his quæ fi.à præla. nam quando lege cauetur quòd actus non possit geri sine consensu talis personæ,vel capituli, tunc consensus requiritur per modũ solẽnitatis, & sic pro forma:aliàs actus erit nullus, nisi in ipso actu interueniat. Barro.in l. Gallus. in princ.ff. de liber. & posthu. Imol. in d.ca. cùm vos.vbi dicit, quòd quando exigitur consensus tertij pro solennitate actus, & non in fauorem illius, vel contrahentium, tunc actus non potest ratificari per subsequentem consensum, nisi contrarium in iure reperiatur.& sic intelligitur ca. cura. de iure patro.& d c. cùm vos. Prius tamen requiritur tractatus quam consensus: vt probat text.in d.c.fine. sumendo argumentum ab ordine literæ, quod est validum.c. mandato.de praben. in 6. & sic consuluit Feder. consil.142.domino Iohanni. Fallit quando Papa alienationi authoritatem interponeret suam,nam tunc non requiritur consensus prælati inferioris, nec capituli.gloss.& docto.in cap. potuit. de locato. sic consuluit Deci.consil.142.& pro tenui. Solet tamen committere alicui existenti in partibus,vt videat, an expediat illam rem alienari,& ad relationem illius authoritatem interponere, aliâs etiam alienatio ex authoritate Papæ irritaretur, quia iure nõ facta,vt not.in d.cap. non liceat Papæ. 12. quæstio. 2.

Nomina singulorũ in instrumento exprimi debent.

16 Quartò in tali actu faciendo,& sic in instrumento alienationis, requiritur quòd exprimantur nomina singulorum: nec valeret instrumentum,si diceretur, capitulum ecclesiæ nostræ dominæ Parisien. vel capitulum sancti Petri Montispessula. & ita expresſè in alienatione rerum ecclesiæ, & ciuitatis tenet Barto. in l.1.ff.de albo scribendo.per l.fin.ibi, sigillatim vnumquemque.C.de venden.reb. ciuita, libr. 11. & in alienatione ecclesiæ in propriis terminis tenuit Iohan.Andr.& Imol.in capit.quanto.de his quæ fiunt à præla. sic consuluit Barb.consil.12,difficile.col.vltim. in 2. volu.quia posset fieri fraus.nam alienatio duobus præsentibus fieret,& postea ,diceretur capitulum ecclesiæ Montispessulani. Specula. in titu. de syndico. hoc dicit, idem in syndici constitutione, vt dicit in arbo. exceptio.in verbo, ratione syndici. in litera, o. in declaratio. vbi limitauit, quando essent in vniuersitate,tot,quot in pelle perpergameni non possent describi. tunc in syndici constitutione sufficiet dicere vniuersitas,vtor verbis Iohan.Fabr. in §. fina. de curato.in Institut. quem sequitur Alex. consil.primo,in 4.volumi. sed non in hac rerum ecclesiæ alienatione,causa fraudis vitandæ,vt dixi.

Subscriptio in alienationibus non sit necessaria.

17 Quintò requiritur subscriptio canonicorum,vt hic vide alios casus in quibus requiritur subscriptio, per gl. in verb. subscriptione.rub.de authorita.sa. conc. in pragma.de consuetu.tamen nõ subscribunt canonici,vel monachi,sed omnibus præsentibus ascribit sacretarius,vel notarius in instrumentis alienationum & aliis: & ista dicitur quædam subscriptio. Socy.consi.15.visis.col.14.in primo volu.

Arrestum.

Concessio ante tempus finitum annullatur.

18 Imò etiam non valet alienatio cum subscriptione,nec locatio ante tempus finitũ, vnde anno 1539.die 4 Decembris in magna camera me audiente,fuit annullata emphitrosis concessio , facta à capitulo sancti Germani Altissiodoren.Paris.eo quòd ante tempus finitum facta erat. non enim poterant scire valorem tẽporis futuri. nã pretia rerum tempore variantur. l. pretia. ff. ad leg.

leg. Fal. etiam quia illa concessio poterat extendi ad tempus quo non erant canonici, & sic quo non poterant: & ideo non valebat. l. quod sponsæ C. de don. an. nup. Panorm. & alij in rub. de testa. & quia post parari præiudicium futuris canonicis, & collegiatis: & ideo reprobatur, per tex. in §. moribus. si de feudo defun. conten. fuerit inter do. & arg. vassi. quod est notandum pro collegiis & aliis corporibus, ac communitatibus, vt non possint locare ante tempus finitum, nec aliàs concedere, vt sequitur.

19 Etiam locatio ad longum tempus fuit annullata à senatu, facta à collegio Beluacen. Paris. anno 1548. die 16. Maij & fuit factum præceptum collegiis, capitulis & aliis corporibus, ne de cætero has faciant, nec locare ante finitum locationis tempus habeant.

Arrestum.

20 Nec etiam de consuetudine seruantur solennitates traditæ in d. §. hoc ius porrectum. videlicet quòd contractus fiat in scriptis. teste Perus. in d. c. primo. eo. titu. in 6. nec ab initio scriptura est necessaria, tamen ad probandum factum contractum oportet quòd fiat. Bal. in d. authen. hoc ius. col. 4. de Rota decis. j. de consuet. incip. not. quòd vbi, in antiq. & in Francia solent in his alienationibus scripturam adhibere ab initio. Item non requiritur subhastatio, cùm de iure canonico non reperiatur cautum: & consuetudo non admisit has iuris ciuilis solennitates. ca. 1. de his quæ fiunt à præla. Nec etiam de consuetudine iuramentum ordinatoris requiritur iurantis nil esse factum in læsionē diuinæ domus. Inno. in cap. primo, eodem titu. vel quòd nuntius mittatur qui referat, vt in l. magis puto. ff. de reb. eorum. seu aliæ solennitates per ius ciuile scriptæ. sed ille §. hoc ius porrectum. ideo est in hoc decreti libro per Gratianum descriptus ostendendum affectionem, quem principes olim habebant circa ecclesias. gloss. in d. cap. 1. eod. titu. in 6. Guid. Pa. q. 149. secunda. Valeret etiam consuetudo, per quam in alienatione bonorum ecclesiæ inferioris cathedrali, non requireretur consensus ecclesiæ cathedralis: quia de hoc inter doctor. sunt opiniones, teste Imol. in cap 1. col. penul. de his quæ fiunt à maiori par. cap. refert Deci. in cap. at si clerici. nume. 25. de iudi. Non valeret tamen consuetudo remittens omnem solennitatem requisitam in alienatione bonorum ecclesiæ, tanquam inducens grauamen ecclesiis. Panor. & alij in ca. 1. per illum téxt. de consuetu. & in c. nulli de reb. eccle. non alienand. Alexan. consi. 5. si vera sunt. colū. penul. volu. 5. Etiam illa consuetudo diceretur contra priuilegium & libertatem ecclesiasticam. Panorm. & alij in ca. cùm causa. de re iudica. quod duodecim modis restringit. Albet Bru. in tract. de forma & solenni ta. actus. rubri. quis possit dare, & tollere formam. versicu. successiuè. quas habuit à Fely. in d. c. cùm causa.

Consuetudo quas solennitates tollere possit.

21 Sextò, exigatur authoritas siue licentia, seu consensus episcopi. vt hic, & in d. §. hoc ius porrectum. & hæc authoritas nō debet præstari sine causæ cognitione. Gemi. cōsi. 48. presbyter. col. 3. vbi concludit, quòd si non interuenit causæ cognitio, non valebit authoritas episcopi præstita. Imò non valeret consuetudo, quòd non interueniat authoritas prælati, vel consensus capituli. nec potest istud præteriri. glos. in clem. vltima. in verbo consentiente. eo. titu. & dicit Bal. in d. authen. hoc ius porrectum. col. 3. consuetudinem laicorum non valere: consuetudo verò ecclesiarum disponens super iure personæ, vt pote quòd prælatus irrequisito capitulo alienet, etiam non valet. c. cum causa. de re iud. Idem si disponat super iure, vt pote quod pro leui causa alienari possit. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clā. Si verò disponat super omissione formæ, & tunc si illa omissio formæ posset esse damnosa ecclesiæ, vt causæ cognitio siue tractatus, & non valet: secus si non sit damnosa ecclesiæ, vt subscriptio, vel quod canonici singulariter consentiant, & sic dum ex illa consuetudine, ecclesiæ nil accrescit, nec decrescit, valet. c. dudum. eod. titu. in 6.

Authoritas episcopi absque causa cognitione non præstatur.

22 Quæro cuius episcopi requiratur authoritas? Breui respondeo, episcopi illius ecclesiæ, in qua est is, qui alienat: non episcopi, vbi est res sita. probatur in d. auth. hoc ius porrectum. ibi, accedente consensu ordinatoris, & maioris partis ibidē seruientiū &c. & ibi Bald. col. 4. hoc. not. & Innoc. in c. pastoralis. de priuileg. glo. in c. huiusmodi. in verbo, duos. 10 q. 2. Feli. in c. dilectus. 2. col. 6. versi. 7. de rescript. Facit. c. si. 16. quæstio. 5 Contrarium tenuit gl. in c. in venditionibus 17. q. 4. videlicet cōsensum episcopi exigēdum, in cuius episcopatu res est sita, per l. si. prædium. C. de prædiis minor. sequitur Roma. consi. 250. horum bonorum, alij dicunt, & est tutius, quòd vtriusque episcopi consensus interueniat, argu. l. iurisperitos. §. 1. ff. de excus. tuto. Collect. in c. nulli. col. 2. de reb. eccle. non alienan.

Cuius episcopi authoritas requiratur.

23 Item ad hoc vt procurator vel syndicus constitutus ab ecclesia valeat alienare, requiruntur solennitates supradictæ: ita in terminis tenuit Socy. consi. 52. viso instrumento. col. 1. in 4. volu. quia non habent maiorem potestatem, quàm constituentes. Imò requiritur specialis potestas in talibus bonis, & quòd talem domum possit alienare, nec valere generalis. Decius consi. 36. & pro tenui, col. 3. versi. 4.

Specialis potestas in alienando requiritur.

24 Sunt tamen quidam casus in quibus istæ solennitates non requiruntur ex necessitate. Primus quando alienatur res minimi momenti, seu vtilitatis, vt serui fugitiui. c. fugitiui. infrà eo. Guid. Papæ. q. 156. & d. c. fine.

Casus in quibus alienantur res ecclesiæ sine solennitate.

fine in fi & c.feq.c.vt fuper.§ fi.de reb. ece. non alie. Io.And in c.qui tacet.de reg. iur. in 6. in Mercuria. Angel.in §. nec etiam. in fi.de aliena.& emphi.colla 9. quod intelligerem quando esset res mobilis, & minus pretiosa.c. fina. eo.titu.in 6.Secus in re pretiosa, quia æquiparatur immobilibus.glo. in c.tua.de his quæ fiunt à præl. Idem in re sacra.c.apostolicos.fuprà eodem. in re immobili intellige,vt dixi in verbo, quicquã. in c.fine exceptione.infrà eo.

25 Secundus casus est quãdo alienãtur res, quæ seruando seruari non possunt. glos. in summa.12.q.2.& c.2.eo.titu in 6. arg. l.lex quæ tutores.in fi.C.de administr. tut.Cald. & alij in c.fi quis presbyterorum. eod. titu. vt sunt fructus, qui non possunt vltra triennium durare.glo.sing.in l.vna. C. si aduers. vsucap.

Quando dica tur alienatio ad modicum tẽpus.

26 Tertius casus est quando alienatur res ecclesiæ ad modicum tempus.glo. & doct. in c 1.de reb. ecclesiæ non alie.in 6.c.ad audientiam.illo titu.text.in cle.1. in fi.eo. titu. vbi glo.dicit modicum tempus esse per decennium, vel arbitrio iudicis, vide tamen bullam,infrà.in verbo, irrita. vbi vltra triennium alienatio prohibetur, & sic modicũ est ad trienium per illa verba. Secus in alienatione perpetua.& dicitur perpetua,si fiat ad vitam.cle.1.eod tit.d.c. ad audientiam. & d.c.nulli ibidem.Domi. Geminia. in consil.48 presbyter. col.2.glo. in c. perpetuæ. 10.q.2.& c.possessiones.16.q.1.c.fi. de rescr. in 6.& sic requiritur supradicta solennitas. Potest tamẽ dici hæc.alienatio ad vitã tẽporalis quo ad quid, videlicet quo ad tẽporis expressionẽ,gl.in c.1.eo.tit.in 6. vide plenè disputationẽ Laurent.post repet. huius c. fine exceptione. Imò solennitates debere interuenire in locatione decem annorum, concludit Alexand.consil. 17. viso instrumento.in 4 volum.

In venditione fructuũ ad vitã an requiratur solennitas.

27 Quid si vendiderit fructus ad vitam,vel ad centum annos,an requiratur solennitas? Respondeo, si constituat ementi ius vsusfructus in re, dicitur alienatio,& sic prohibita. c. non liceat papæ, 12.q.2.ibi, vsumfructum rura dare.& l.fina.C.de reb. eccle. non alienan. Secus si non constituat ius in re, sed actione personali ad dandos fructus tãto tempore se obliget.l.fin.ff.de contrahen. emptio facit. l. liberto. de annuis lega.c.vestra.de loca.Bart. in l.codicillis. §. instituto. ff de legat. 2. & quando constituatur ius in re,vel non, tradit Bart.in l.sun di.ff.de vsufruct.lega.

28 Quartus casus est, quando alienatur res ecclesiæ quàm iniustè detinet Ioh Andr. in c.nulli.de reb.eccl.non alie.Bal. in authen. si qua mulier.C. de sacrosanct.eccle. Dubitandum tamen est de hoc casu: quia ecclesia quæ est cultrix & auctrix iustitiæ. cap. vno.de alienat.fi ud.nõ debet alienare rem alienam,quam iniustè detinet, sed domino eã restituere. Ideo ista restitutio possit fieri sine solennitate. & sic potest intelligi ille

29 casus.facit c.1.12.q.4. Sic videmus in marito, qui li. et ex omnibus bonis acquisitis durante matrimonio ex consuetudine dimidiam partem acquirat vxori, & ea immobilia non potest alienare sine vxore: tamen ex cõquæst.bus iniustè acquisitis, nõ lucratur vxor, vel maritus dimidiam partem:fortè si ex adulterio,vel alias sit acquisitum text. in c.conquestus.& ibi Bal b.col. 3.de fo.cõpe.arg.l.quod seruus.ff. de acqui. po.l.ef quia in honestarum rerum non con trahitur societas, nec inde acquisitũ communicatur.l.si fratres.§.fi.cum ll.sequen.ff. pro socio.& expressim hoc tenuit Io. Lup. in repe.c.per vestras. §.6.,fol.41.de dona. inter vir.& vxo.in magno vol.

Vxor nõ lucratur dimidiam parti conquæstuum iniustè acquisitorum.

30 Quintus, quando alienaret ex causa necessitatis, vt pote quia non potest ecclesia propriũ habere, vt est in cordig ris,& aliis mendicantibus, qui ne tollatur mendicitas,bona immobilia eis relicta vendere coguntur, & pretium ante pedes ministrorũ ponere sicut olim ante pedes apostolorum, in acti.Apost.c.4. & sequ.scribitur. & illa bona tenebuntur alienare, & sine solennitate poterunt. glo.in c. vno. in verbo, domum. de relig.domi in 6. Ita tenet Bald.in authen.si qua mulier.col. 4. C.de sacro san. eccle.& Anto. Butr.in c.in præsentia.col.7. versi. quintus casus. de probatio. Idem si alienaret eò quòd ecclesia esset grauata per fidei cõmissum alienare,tunc etiam sine solennitate alienabit.ita tenet Lappus, alleg. 26.disputat.&cæter.quem refert Fely.in c. in præsentia.col.20.de proba.Bal.in c cũ in causa col.fi.de re indi.refert hoc pro singulari Hippo.sing.132.in aliena tione.

Religiosi sine solennitate alienant.

31 Sextus est,quando alienatur res quæ præscribitur, sed nondum acquisita est ecclesiæ:vt sunt res legatæ.nõdum traditæ, quas prælatus sine solennitate repudiat: vt c.fin. de præscrip. & ibi plenè docto. consuluit Federic.consil.24.casus.per l. si sponsus §. 1. ff.de dona. inter virum & vxo.Io. Andr. in c.cùm apostolica.de his quæ fiunt à præl. Lappus.d allegat.26.per l.qui autè. ff. quæ in frau.credi. quia ante acceptationem res non censetur ecclesiæ.l. si quis ita.ff de cõditio.insti.sicut dixi in gl. vacare in §. præfatique ordinarij.de colla. in concorda.de. legato,qui in acquirendis potest nominatis præiudicare, dispensando regulæ de 20. diebus, sed quòd res lagata acquirenda nõ possit sine solennitate alienari, nec repudiari,tenet Anchar.in clemen.1.eo.tit.per text. in l.magi puto.§. fundum. ff. de rebus eo. & per l.fina.C. de sacrosanct. eccle. vbi in ecclesiam transfertur dominium sine traditione: & per alias rationes, de quibus ibi per eundem & Pet. in cap.cũ in contingit. de senten. excom. Oldra.consil 9 Socy in tract. fallen.reg.110.ecclesiæ res Et ista opi

Res nõdum acquisita an potest sine solennitate acquiri.

nio potest intelligi, videlicet quòd prælatus non posit repudiare sine consensu capituli, nec capitulum sine prælati authoritate. Prima verò opinio potest intelligi, quòd non debet interuenire, authoritas archiepiscopi, vel alia superioris extra proximè dictã. Præposi. in fine cap. siue exceptione. 12. quæst. 2.

32 Prælatus tamen qui potuit quærere ecclesiæ, & non quæsiuit, tenetur ad interesse. tex. & ibi glo. in c. quicunque. infrà eod. q. 4. sicut in tutore dicitur respectu pupili. l. quicquid. C. arbi. tutelæ. Perusi. in c. 1. eodē titu. in 6. Dicens idem in alio beneficiato, cùm sit eadem ratio.

Præl. non acquirens ecclesiæ ad interesse tenetur.

33 Septimus casus est, quando consuetudo aliud disponeret, derogando solennitatibus. c. cæterum de donatio. gl. in c. abbatibus. 12. q. 2. dixi suprà, super quibus solennitatibus posit consuetudo disponere, & super quibus non.

34 Octauus casus est, quando bona feuda lia, vel emphyteotica reuerterētur ad ecclesiam, & essent cōsueta infeudari, vel in emphiteosim dari: tunc si non cessest prima causa, poterunt iterum concedi in feudū, iuxta consuetum modum, vel in emphiteosim sine solēnitate. c. vt super. & ibi plenè doct. eodem titu. Franc. Curtius in tract. de feud. in 2. parte. q. 1. & seq.

35 Nonus casus est, quando alienatio est facta in vtilitatem ecclesiæ, tunc etiam si nō interuenerit solennitas canonica, valebit argumen. pupili ad ecclesiam: vbi liberatio facta pupillo sine authoritate tutoris valet: glo. singula. in l. a. ff. de acceptila. facit l. non eo minus. C. de procurator. vbi sententia lata ad vtilitatem minoris valet, sic & alienatio ecclesiæ sine solennitate. & ita in propriis terminis tenet Bald. in l. contra iuris. in princip. ff. de pactis. & l. cùm in. §. eam. 1. de transactio. & l. quicunque. C. de bonis quæ liber. vbi dicit quod valet authoritas superioris, etiam data ex interuallo, quando illa alienatio tēderet ad vtilitatem ecclesiæ. & sequitur Corset. in singu la. incipiente, pupillus. latè consuluit Barba. consil. 61. à Ioue. in 3. volu. Nam vbi in aliquo actu debet interuenire aliqua solennitas, habito respectu ad certum finem: tunc obtento fine & effectu, per quem introducitur solennitas, licet non interuenerit, tamen actus valebit, & sufficit quòd solennitas postea interueniat. c. si qua. de rebus. 12. q. 2. & c. cùm vos. de his quæ fi. à præla. quia iura nollunt nisi effectum ad finem. l. 1. §. inde. ff. de operis noui nunriatio. Corse. in additio. in d. verbo, pupillus.

Alienatio ad vtilitatē eccles. an exigat solennitatem.

36 Idem si in commune vtile esset, per l. si quis. §. vtrum. ff. de senatuscon. silla. vnde cùm Aureliani ciuitatem munire, & vt fortiorem reddere contra inimicos vellent, locum religiosorum sanctæ Himertæ sine solennitate acceperunt, & fuit in senatu dictum anno 1539. ciuitatem compellendam ad dandum alium locum his religiosis accommodum. & hoc est introductum, ne dū expectaretur solēnitas, periret ciuitas: ideo bonum est in tēpore occurrere. l. 1. C. quando liceat sine iudice se vindica. Et duodecim casus, in quibus consuetudo tollens solennitates super his alienationibus, valet, tradit Fely. in c. eùm causa. col. 4. & seq. de re iudica. Et his habetis casus, in quibus non requiritur solennitas, quos perpetuò notetis.

Arestum.

37 Quæro, an posit emptor sine solennitate præscribere? Videtur quòd non, quia quod non valet ab initio, postea non conualescit tractu emptoris. reg. nō firmatur. de regu. iur. in 6. Contrarium est verum: sed intelligendum est, quòd non potest præscribere durante eo, qui malè alienauit, sed eo mortuo, incidit præscriptio. c. si sacerdotes. & c. præcedenti. §. item si de rebus. & c. placuit. 2. §. hæc de præscriptionibus. 16. q. 3. Panor. in cap. cùm non liceat. de præscriptio. Guido papæ, in quæstio. delphina q. 50. incipiente tertia. Idem fuit iudicatum in senatu anno 1514. in fi. Maij, pro abbatissa & conuentu *du val de grace* contra Chuquet. tamen si postea ecclesia data fuerit in commendam, non minus incipit currere præscriptio. Guido vbi suprà. quæstio. 152. cuius est initium, quinta. & quantum tempus requiratur, tradit Guido q. 161. alterius, quod quadraginta anni. per c. de quarta. de præscriptio. & an ecclesia posit restitui aduersus illam præscriptionē, tradit Guido papæ vbi suprà. q. 594. res ecclesiæ. Soci. consil. 29. viso. col. 6. & seq. in 1. volu. quòd sic, per tex. & ibi tradunt doct. in c. 1. de in integ. rest. in 6. Item poterit præscribi, si bona fide consensus & authoritas vnius episcopi interuenerit: & requirebatur authoritas alterius, vt notatur in d. c. si quis presbyterorum. dummodo solennitates suprà positæ interuenerint. glo. in cap. apostolicæ. de dona. Soci. consil. 15. visis. in fi. volu. 1. quia talis error iniustus pro titulo habetur. l. Celsus. ff. de vsucapio. & si res fuerit malè alienata, poterit cum fructibus vēdicari. c. non liceat. 12. q. 2.

Præscribi ves an sine solennitate posit.

Arestum.

38 Quæro, an hæc solennitas præsumatur interuenisse? Bart. & alij in l. sciendum. ff. de verbo. obliga. tenent quòd non, quia solennitas extrinseca, vt authoritas tutoris in alienatione rei minoris, vel tractatus capituli & consensus solennis, & aliæ solennitates ecclesiasticæ non præsumuntur, nisi probentur. Alexand. consil. 17. viso instrumento. col. 3. in 4. volu. fallit ex longinquitate temporis, quia tunc omnia præsumuntur solenniter acta Socy. cōsil. 15. visis. col. 14. in 1. volu. per l. si filius famil. C. de peti tio. hæred. & ibidem multa addidi. Decisi. consil. 141. viso. nume. 13. Si tamen in instrumento diceretur solennitatem seruatam, is qui

Solennitas non præsumitur interuenisse.

is qui dicit non seruatam, vel causam non fuisse veram, probare debet Panor. consil. 41.col.3.vol.1.

39 Quæro, quando creditor teneatur probare in ecclesiæ vtilitatem conuersum? Respond. in tribus casibus. Primus est, in mutuo facto ecclesiæ: quod non potest repeti, nisi is qui mutuauit, probet versum in ecclesiæ vtilitatem per text. in c. quod quibusdam de fideiusso. vbi Barba. plenè distinguit, tu illum videto. Nec sufficeret confessio prælati. Card consil. 110. quidam prælatus. in fine. Soci consil. 52 viso, col. 1. in 3. volu. & consil. 92. viso ibidem. Nec potest haberi fides de pretio, nec etiam sufficeret cōfessio super pretio, nisi appareret solutum, vel in causam expositū, propter quā venditio fuit permissa Hoc expressim tradit Panor. consil. 41. saluatoris. col. 2. in 1. vol. Si tamen prælatus, vel alius rector ecclesiæ non conuerterit in vtilitatem ecclesiæ, tenebitur creditori de suo satisfacere Innocen. & Cardi. in capitu. præsentium. de pigno.

Creditor quando teneatur probare in ecclesiæ vtilitatem versum.

Secundus casus est, in quo necesse est probare versum in ecclesiæ vtilitatem. in deposito. cap. 1. de deposito. & ibi. ratio nobis per manus traditur turmatim per docto.

40 Tertius, quādo res ecclesiæ vēditur pro debito, tūc oportet probare pecuniam conuersam in solutionem debiti, vt in d. §. hoc ius. vnde in casu sequenti non requiritur, vtpote si mercator conueniat monasteriū, dicens se vendidisse pannum abbati pro vestiendis monachis, quamuis abbas non conuerterit in hoc, tamen monasterium tenetur pro debito. & si debitor soluat rectori ecclesiæ censum, vel aliam rem debitam, est liberatus: licet rector non conuertat in ecclesiæ vtilitatem. Panor. & Imol. in d. ca grauis de depo Deci. consil. 36. & pro tenui col 2. quod est notandum.

41 Confessio prælati cū toto capitulo tunc sufficit, quando sunt coniecturæ, vt si non appareat quòd monachi aliunde habuerūt frumentum, vel abbas, ad alendum eos, vel pannum ad induendū: nam non præsumitur quòd vixerint vento, vt luppus. l. fin. cum glo. de alimen. pupill. præstan. licet aliunde habere potuissent, hoc tamen non præsumitur l. si ventri. §. si ff. de priui. credi. Bal. in d. auth. hoc ius. col. 4. & sequen. aliàs secus, vt ibi dicit glo. Communis tamen sententia est in contrarium, quæ hodie seruatur., teste Socy. consil. 15. visis. col. 7. in 1. volu. videlicet quòd non sufficiat probare per coniecturas, puta quòd tempore cōtracti mutui ecclesia indigebat: sed verè probari debet, vt in supradictis tribus casibus consuluit Calder. cōsil. 7. qualiter. rub. de probatio.

Confessio prælati cum toto capitulo quando sufficiat.

42 Et quando solennitates non sunt seruatæ, an in foro cōscientiæ sit tutus qui emit sine solennitate? quòd non, tenet Prouincia. omnium eccles. fol. 35. cum non sint domini rerum emptarum sine solennitate, & sic detinendo contra voluntatem superioris, continuò sunt in peccato, per nota. in capitu. 1. de costitu. glos. in capitu. fin. illo titu. in 6. Panor & alij in cap. 1. in fi. de in integr. resti.

Emptor rerum ecclesiæ sine solennitate, non est in conscientia tutus.

43 Et vt fusius materiam hanc pertractam, cap. vtilissimum ac frequentissimum, sine exceptione. 12. quæst. 2. vobis auditoribus meis, hoc anno 1516 in hoc celebri decretorum studio explicandum esse duxi, optimum factu ratus, si primò textus verba transcribam, deinde d uidam, postea casum fingam, cum rationibus dubitandi &. decidendi. Vltimò verba textus sigillatim declarabo, adaptando materiam verbis conuenientem: & his peractis, hac materia alienationum rerum ecclesiasticarum breui quodam compendio erit vobis perquam familiaris, quod summopere opto: cùm sit in forensi iudicio frequentissima. Suprascriptio c. sine exceptione. hæc verba habet.

Item epistola Leonis papæ. vniuersis episcopis per Siciliam constitutis.

44 Ex hac suprascriptione notandum est, quòd epistola seu literæ missæ per papam seu principem, qui legis condendæ potestatem habet, pro iure debent seruari, pro hoc est textus in l. item veniunt. §. cæterum. ff. de petitio. hæred l. 1. de constit. princip. & §. sed & quod principi placuit. Institu de iure natura. ibi, quodcunque ergo imperator per epistolam constituit, & cæt Alexan. consil. 97 in tertio volum Barba consil. 22. præclare in secundo volu. & hoc quando sunt redactæ ad ius commune, vt hic, aliàs faciunt tantùm ius singulare. Paul. in d. l. 1. ff. de constitut. princip plenè tradit Barba. in cap. 1. no. ab. 2 de probatio. ibi licet videre. & Ias. consil 148. vi o processu. col. 1. in 4. volum. & docto. in l. admonendi. de iureiuran. & in l bonefidei. C. allotit. quando epistola probet.

Epistola principis quando pro iure habentur.

Sine exceptione [a] decernimus, ne quis episcopus [b] de rebus [c] ecclesiæ suæ [g] quicquam [e] donare [f], vel commutare [d], vel vendere [h] audeat [i], nisi [k] fortè [l] aliquid horum faciat, vt meliora [m] prospiciat [n], & cum totius [o] cleri [p] tractatu [q] atq; consensu [r] id eligat, quod non sit dubium profuturum ecclesiæ [s]. & infrà Episcopus rebus ecclesiæ tanquam commendatis [t] non tanquam propriis vtatur. Irrita [v]

enim Episcoporum venditio, & commutatio rei ecclesiasticæ erit absq; omnium conniuentia x & subscriptione y clericorum. Item domos vrbium z vel castrorum quæ ecclesiæ plus incommodi quam vtilitatis afferunt, licet rectoribus ecclesiarum (sicut in superiori capitulo Symmachi non liceat Papæ &c. contingentium) vendere vel commutare.

Capit. sine exceptione dec. & summarii.

45 Hic textus quinque habet partes. in prima ponit regulam in episcopo. in secunda exceptionem. in tertia instituit episcopos, qualiter vti debeant rebus ecclesiæ. quarta irritat alienationem, non seruatis solennitatibus hic scriptis. in quinta tradit quid in rectoribus ecclesiarum. secunda ibi, nisi forte. tertia ibi, episcopus rebus. quarta ibi irrita enim. quinta ibi, item domos. Summa tium Archid & aliorū non complectitur totius textus materiam. ideo ego sic summo:

Episcopo non licet alienare rem ecclesiæ, nisi ex causa vtilitatis, & solennitate hic adhibita: quia rebus ecclesiæ tanquam commendatis vti debet, non tanquam propriis: alioquin alienatio est nulla. Idem in rectoribus ecclesiarum dicitur, nisi res plus incommodi quàm commodi afferat. hoc dicit Casus, cum rationibus dubitationis & decisionis voce expressa: nunc prosequor verba tex. ordine literato, de quo loquitur text. in c. in apibus. 7. quæstio. 1.

Clausula sine exceptione quid operetur.

46 a Sine exceptione decernimus. a (Sine exceptione.) Ex hoc verbo, sine exceptione, iuncta glo. elicitur, quòd quando mandatur aliquid diffiniri sine exceptione, nihilominus legitimæ exceptiones non tolluntur: pro hoc est tex. expressus in cap. ex parte. 2. de offic. deleg. & ibi glo. & docto. dicunt quòd si princeps mādet aliquem cōdemnari, sine aliqua exceptione, vel non obstante aliqua exceptione, adhuc debent admitti rationabiles. text. in cap. licet, de vitanda. de electio. alia traditur in d. cap. ex parte. 2. & per Vital. de camba. in tracta. clausularum, in claus. nulla exceptione obstan. Hippo. in sua practi. in §. incip. vltima. & consil. 16. Bart. in l. 1. ff. quod vi aut clam e. in singulis. de statu monach.

47 Item si mandetur vt quis audiatur in suis exceptionibus, intelligitur in rationabilibus. & si promissum sit nullam opponere exceptionē, intelligitur de malitiosa. Specula. in tit. de obligat. & solu. §...col. 3. Alexand. consil. 13. super quæstis. col. 3. in 5. vol. Dec. refert in d. c. ex parte. col. 2.

De clausula nō obstante oppositione appellatione, & excusatione.

48 Item si princeps mandet non obstante oppositione procedere, intelligitur de oppositione friuola, non de legitima. c. episcopi. & ibi Innoc. & alii, de reb. eccle. non alien. Ad h e, si iudex potestatem habeat procedendi non obstante appellatione. intelligitur de friuola. l. 1. §. si & ibi Bart. ff. à quib. appel. non licet. c. pastoralis. & c. vt debitus. de appel. Vital. de camba. in tracta. clausul. in clausula, appellatione remota fol. 10. Multos trado effectus huius clausulæ in ordin. reg. Idem si non obstante excusatione mandetur quis condemnari, quia non intelligetur exclusa legitima. cap. lator. ibi, excusatione. 2. q. 7 & c. si episcopū. 16. q. 6.

Prohibita interpretatio, vel præscriptio, quid operetur.

49 Præterea, prohibita interpretatione, de friuola intelligitur. Bart. in repet. l. omnes populi col. antepe. versi. vltimò quæritur. ff. de iusti. & iure per l. 1. in fi. & l. 2. §. hoc autem C. de vete. iu. enucl.

50 Item si mādetur debitori vt soluat non obstante aliqua præscriptione, tamen per hoc non tollitur præscriptio centum annorum, per tex. in l. v. C. ne rei domi. vel templo Ange. in auth. vt de cætero non fiant commut. rer. eccle. §. de cætero. col. 5. Imò si mād tur nulla obstante præscriptione procedi, intelligitur de præscriptione decē vel viginti annorum: non de præscriptione triginta, vel quadraginta text. iuncta glo. in §. 1. de capit. Corra. Vital. fol. 13. clausula. nulla præscriptione. Nec refragatur tex. in c. si papa de priuileg. in 6. & l. si quando ff. de leg. 1. vbi dicitur, quòd verba debēt aliquid operari, quod non esset, si sic intelligeremus. Respon. imò operantur illa verba, quia dilatoriæ exceptiones, & parum præiudiciales non admittentur: peremptoriæ sic, quia sunt valde præiudiciales. c. cū ex officii. de præscript. glo. in l 2 C. de precibus imper. offerend. Io. And. in d. c. ex parte alia dico in ordinationibus regiis.

Episcopus & quilibet alius res ecclesiæ alienare nō potest.

50 b ne quis episcopus. b (episcopus.) Nota quod episcopus non potest alienare res ecclesiæ, vt hic patet: quia sicut ecclesia mater est religionis, ita eius patrimonium conseruari debet illæsum. l. iubemus. in fi. 1. col. C. de sacrosanc. eccle. sic & propter malos prælatos prohibita est alienatio: qui fortè omnia ecclesiæ bona alienarent. Roffred in tracta. libello. rubr. de rebus eccle. non alienan. versiculo, prohibita. Et licet iste textus prohibeat episcopo alienare, idem erit etiam in papa. c. cùm non liceat papæ. supra, eo. Et in cardinalibus idē statuitur. in d cap. non liceat ibi custodes. Idem in archiepiscopo, & quocūque alio prælato vel clerico. præpositi. in c. sequen. Idem in abbate c. abbatibus. supra, eo. In rectoribus ecclesiarum idem dicitur, in parte vltima huius text. Idem in collegiatis (quos

quos bursarios dicunt) vt etiam sine solennitate hic posita, bona collegiorũ alienare non possint, eadem ratione existente: nam & in œconomo idem dicitur, in l. iubemus. C. de sacrosanct. eccles. nec etiam capitula, vt in rub. de his quæ fiunt à præla. ista probantur in c. nulli. de rebus eccle. non alien. quod omnibus prohibet alienationem rerum ecclesiasticarum. Idem notant docto-res: & pro his est text. in §. nos igitur. in authent. hic. de nõ alienan. rebus eccle. colla. 2. vbi imperator extendit ad bona hospitalium, & leprosariarum, & monasteriorum, etiam mulierum, & alterius cuiuslibet loci pij. Et sic consuluit Alexan. consil. 4. viso. nume. 6. in tertio volumi. & Bolog. consil. 33. vt ea.

52 Si verò necessaria causa fuerit, tunc alienare non poterunt sine authoritate episcopi. d. §. hoc ius porrectum, ibi accedēte consensu ordinatoris, & cæt. 10. q. 2. & hæc authoritas aliquando vocatur consensus authorisabilis, vt ibidem dicitur: aliquando vocatur licentia. cap. fin. de reb. eccle. non alienand. in 6. ibi, consensu apostolicæ sedis. c. abbatibus. suprà, eo. ibi, absque permissu, & subscriptione episcopi. ca. decætero. cap. veniens. de transact. interdum simpliciter vocatur consensus, in c. in venditionibus. §. etiam. 17. quæstio. 4. & clemen. 1. eod. titu.

Decretum, licet non sit consensus, an sit alienatione requiratur.

Nõ tamẽ requiritur decretũ sicut in rebus minorum: quia iura hoc non dicunt in rebus ecclesiarum, sed authoritas episcopi, siue consensus requiritur loco illius decreti. capitu. 1. eodem titu. in 6. In instrumentis tamen ad euitandas opiniones, solent notarij apponere, talis episcopus N. dedit licentiam, authoritatem, & consensum super talis rei alienatione. Specul. in titu. de emp. §. nunc dicendum. versic. cæterum. Et hæc authoritas siue licentia debet actum præcedere, vel in ipso actu interuenire, vt communiùs seruatur. Specu. vbi suprà. cùm licentia debeat præcedere. capitu. licet. de regula. authoritas in ipso actu interponitur. §. tutor. Instit. de authoritate tutor. consensus antè & pòst. C. ad Macedo. l. fina. Bart. in l. si quis mihi bona. §. iussum. de acquir. hæred. & l. si autem. de aqua plu. arcen.

Mulieres an bona ecclesiæ sine solennitate alienare possint.

53 Probatur etiam hic, quòd dictio, quis, non comprehendit feminam, propter verbum adiũctum, episcopus, quod non conuenit mulieribus. & quando illa qualitas non conuenit mulieribus, dictio, quis, non complectitur fœminas, in capitu. si quis presbyterorum. de rebus ecclesiæ non alienand. & dixi in l. 1. ff. de verborum significatione. tamen mulier etiam prohibetur alienare bona ecclesiæ. capitu. continebatur. de his quæ fiunt à præla. sed frequentiùs alienant viri quàm mulieres: ideo episcopum hic expressit glos. in clemen. 1. de rescrip. nã mulieres solent potius acquirere, quàm alienare, cùm genus earum sit auarissimũ. l. sed si ego. ff. ad Veleia. glo. in l. si stipulata. de dona. inter virum & vxorem. & si mulieres ex causa alienarent, istæ solennitates deberent seruari: vt not. in d. c. continebatur, sic consuluit Ias. consil. 116. mihi quoque. in quarto volumine.

Rei appellatione quid contineatur.

54 c De rebus. c ¶ *De rebus.*) Et sic nõ potest alienare episcopus res, quæ sunt in patrimonio ecclesiæ, nec eas quæ sunt extra. l. rei appelatio. ff. de verbo. sign. nec iura l. rei. 2. illo. tit. nec subditos ecclesiæ vassallos liberare potest. cap. possessiones. & c. episcopi. & ibi Barb. de reb. eccl. non alie.

Idem in facto: vt si ecclesiæ factũ debeatur, vt facere domum, remitti non possit, cùm rei appellatione contineatur. §. 1. in verbo rei. Institu. de oblig. dixi in l. rei. 1. ff. de verborum significatio. & quid in iuribus, tradit Collecta. in cap. nulli. col. 2. de rebus eccles. non alienand. Item comprehenduntur nomina debitorum appellatione rei. l. licet. C. de pactis. l. nam quod. §. fina. cum l. sequen. ff. ad trebel. Barto. in l. Quintus. §. argento. de aureo & argento legato Panor. in capitu. fin. col. 4. de præscripitio. Felyn. in capitu. peruenit. 2. de testibus cogend. not. glo. in capitu. 2. eodem titu. in 6. quo tamen ad hanc solennitatem fit differentia inter res mobiles & immobiles, & in dicto §. hoc ius porrectum. dicam infrà.

Dictio sua, quid denotet.

55 d Ecclesiæ suæ. d ¶ *Ecclesiæ suæ.*) Non licet bona, in quibus ecclesia habet dominium, alienare: hoc importat genitiuus, suæ, de quo Barto. & alij, in rubr. ff. de operis noui nunciatio. in princip. per text. in capitu. grandi. de supplen. negli. præla. in 6. & ibi Cotset. not. facit. l. seruum Titij. ff. manda. & l. seruus communis Mæuij. de stipul. seruo. l. pupillus. in fin. de verborum significatio. vbi plenè scripsi. Aliquando verò accipiendo largè significat possessionem, siue detentionem: vt si quis habeat rem commodatam, vel depositam, potest dici res alterius. l. 1. in princip. iuncto. §. ait prætor. in princip. & §. seque. ff. nautæ, caupo. l. 2. in princip. & §. in hac. 2. vi bonorum rapto. Item verbum sua, importat propriè dominium, text. in l. seruos suos. ff. de leg. 3. & l. quintus. in secunda. §. argento. de auro & argento legato. hic tamen intelligitur, etiam si non habeat dominium, sed tantummodo vsumfructum, quia eadem est ratio. Nec obstat verbum, suæ, quia intelligitur quo ad administrationem & vsum. capitu. 2. de donatio. capitu. possessiones. eodem titu. de rebus ecclesiæ non alienan. cap. si tibi absenti. de prebend. in 6. nam hæc dictio, sua, ratione rei, vel personæ impropriatur: vt si quis suis famulis det de-

cem, non intelligitur quòd ſint ſerui, ſed
ſui dicuntur quo ad vſum. l. cùm ſi exhi-
buiſſent.§.1.ff.de publica.l.medicos.ibi, ci-
uitatibus ſuis.C. de profeſſo. & medic. li-
bro decimo, vel ſi colonus dicat domum
ſuam. gloſ. in l.ſecunda.ff. de orig. iur. in
princip. vel ſi ſeruo detur, aut monacho
pecunia ſua. l. 4 de manumiſ. Petrus de
Ferra.in forma poſitio. acto.in verbo,item
pro ſua.in pract.ſua. hoc eſt pulchre & ele
ganter more ſuo tradit Dominus Petrus
Stella atteſtationum, quas inquæſtas di-
cunt, præſidens, in interpret. l. repetitio.
verſieulo, confirmatur. ff. de condictione
56 indebiti.

No de rebus cõ fraternitatum an poſsit vendi.

Non tamen procedit in rebus fraterni-
tatum, quia ſunt omnino prophanæ, &
non ſunt quo ad hoc priuilegiatæ,nec ſunt
bona eccleſiæ, vnde poſſunt res illarum
ſicut alia bona propbana, vendi, ſine hac
ſolennitate. l. 1. §. quibus. ff. quod cuiuſ-
que vniuer. nomi. Peruſi. in dicto capitu.
1. eodem titu. colum. 2. allegat Bald. in di-
cta authentica hoc ius. licet tales fraterni-
tates ſint licitæ. gloſ. in capitu. ſi qui cleri-
corum.11.quæſtio.1. & piæ. Decius conſil.
72. Alexand.conſil.102. ſuper primo. in 7.
volumi. Domi. in capitu. 1. 42. diſtinctio.
Nec habet locum in rebus clericorum.
quia non ſunt eccleſiæ: de quibus rebus lo-
quitur iſte text. ibi, eccleſiæ ſuæ. intellige
tam in eccleſia ſeculari, quàm regulari.cle.
1. de rebus eccleſ. non alienan. & in cole-
giis ac aliis locis ad ſeruitium dei deputa-
tis.d.§. hoc ius porrectum. decima quæ-
ſtione ſecunda. & ſuprà dixi, & idem in
omni eccleſia, tenet gloſ. in capitu. ſi qua.
ſuprà eod. quam ſequitur peruſ. in cap.1.
col.2.eod.titu.

Oratori & hoſpitalis res an ſolẽnitatem requirant.

57 Nec etiam habet locum in oratio, vt
in rebus deputatis oratorio requirantur ſo
lennitates hic poſitæ. Peru.atteſtatur in ca.
1. eod. titu.in. 6.nec in hoſpitali priuato, in
quibus non habet epiſcopus inſtitutionem,
nec deſtitutionem: quia non fuerunt fun-
data eius authoritate.cap.quidam. in gloſ.
18. quæſtio. 2. glo.in clemen. quia in fine.
de religio. domi. Bald. in dicta authentica
hoc ius. colum. ſecunda. ſecus in alio hoſ-
ſpitali, vt ſcripſi ſuprà in verb. ne quis. vi-
de quæ dico de oratorio, in tracta. de pa-
cifi.poſſeſ. in 19. limata. numero 286. in
concordà.

Quicquam & aliquid, ſynonymũ etiam continent.

58 e Quicquam. e ¶ *Quicquam.*) id eſt, aliquid, &
ſic per hoc verbum prohibetur alienari,
tam res magna, quàm parua, niſi vt infrà
dicetur: nam hæc dictio, & verbum aliqua,
verificatur etiam in re minima. authen. ha-
bita. C. ne filius pro patre. vbi dixi. glo. in
clem. vna. de foro compe. in verbo, aut ea-
rum aliqua. plenè Tiraquel. in repetitio. l. ſi
vnquam. in verbo, omnia uu. §. C. de reuo-
cand. donatio. & nume. 16. vbi dicit, quòd
tantum importat dictio quicquam, quan-
tum dictio aliquid per glo. in extrauag. ſu-
ſcepti §. fin. verſic. & ſi quicquam. ne ſede
vacant. in communibus. Decius conſil. 455.
nu.6.& conſil.ſeq.nu.3.

59 Imò deponitur alienãs prædium eccle-
ſiæ, etiam exiguum. c. quicunque. 1. in 17. q.
4. ibi, prædium magnum, vel ex exiguum,
vel quicquam de iure eccleſiæ alienare ten-
tauerit. vt infrà dicetur.

Nouus intellectus ad c. terrulas.

60 Nec refragatur c. terrulas, infrà eo. quia
loquitur in terris exiguis, & minus vtili-
bus, aut longe poſitis, quæ poſſunt ſine ſo-
lennitate alienari: ſecus in aliis. Præpoſ.
ibidem. & ad hoc accedit omnis penè tur-
ba docto. quæ reſpondet. cap. cæterum. hic
allegato videlicet, licere re modicam alie-
nare ex cauſa, & ſolennitate hic adhibita.
Sed ego cum illis nõ cõſentio. verum noui
ter ſic intelligo, quòd res eccleſiæ minus
vtiles non poſſunt etiã alienari ſine conci-
lio fratrũ. c. vt ſuper. in fi. de reb. eccle. non
alienan. Nec obſtat cap. terrulas infrà eod.
quia intelligitur non habere locum, quãdo
neceſsitas interuenerit: vt pote non potuit
alienans conuocare canonicos propter pe-
ſtem longè diſtantes, vel ob aliam cauſam:
tunc quando res erant exiguæ, & minus
vtiles, potuerunt alienari ſine hac conuoca-
tione. probatur in c. ea enim. 10. q. 2. vbi in
alienatione prædij inutilis requiritur ſolen
nitas ibidem requiſita. fortius in re parum
vtili, niſi concurrat neceſsitas. per d. c. ter-
rulas. & pro hoc facit c. placuit. & ibi Ar-
chid. 12. q. 2. & iſte intellectus nouus vide-
tur ſatis conueniens tex. ſi bene inſpiciatur.
dic tamen vt dicitur infrà, in verbo do-
mos, an requirantur aliæ ſolennitates.

Donatio rerũ eccleſiæ prohibetur: fallit vt hic.

61 f Donare. f ¶ *Donare.*) Donari di-
citur quod nullo iure cõ
gente conceditur. l. donari. ff. de regu. iur.
& poſtquam venditio. rerum eccleſiæ pro-
hibetur, ex qua eccleſia non in totum affi-
citur incommodo, quia recipit pretium.
multomagis donatio rerum eccleſiæ, quæ
dicitur damnoſa datio. Pau. in l. cõtra iuris.
§. 1. ff. de pact. nam donare eſt perdere. l. fi-
liusfamiliàs. ff. de donatio. ideo hæc dona-
tio rerum eccleſiæ prohibetur hic.

Benemeritis res eccleſiæ donari an poſſunt.

62 Fallit quando vellet donare benemeri-
tis. c. ſi quos ſuprà, eo. quia nõ videtur do-
nare, ſed ſoluere potius debitum naturæ. l.
aquilius. ff. de dona. l. ſed & ſi lege. §. conſu
luit. de petitio. hær. c. cũ in officiis. de teſta.
poteſt enim prælatus remunerare, nõ cõce
dendo dominium alicuius rei, ſed vſumfru
ctum ad breue tempus. Innocen. in c. cùm
in officiis. de teſta. Bal. in l. iubemus. col. 3.
in prin. C. de ſacroſanct. eccle. & hæc re-
muneratio, ſi poſsit, debet fieri in bonis mo
bilibus eccleſiæ, non autem in immobili-
bus. docto. in d. l. iubemus. & capitu. fin. de
pecul. clerico. ſic conſuluit Iaſ. conſil. 116.
mihi quoque. in 4. volu. & merita debent.

eſt

esse æquivalentia rebus donatis.c. relatum a.ibi,iuxta seruitij meritum . de restamẽ.sic consuluit Deci.consi.174 . & pro tenui.col. 2. Vnde censuit senatus Parisiẽ. anno 1528. die 26.Martij,antiquos colonos nouis præferendos , cum tantũ offerrent,per ea quæ docet Bar.in l.1.C.de metalla.lib.11. & Roma.consil.22.ac Ias.in l.fi.nu.10.C. de iure emphiteo . ac.l.qui Romæ. §.cohæres.ff.de verbo.obliga col.penul.

Arrestum.

63 Secundò fallit,quando donans rem ecclesiæ tantundem donaret ecclesiæ, cuius rem donat, & iuxta rei collatæ modum.c. consensus.& c. sequen . & ibi declarant docto. de rebus eccle.non alie.c.iniustum, in fi.infrà eodem, tutius est etiam in hoc casu solennitates adhibere.

64 Tertiò fallit in papa,qui bona vnius ecclesiæ alteri ex causa concedere potest.glo. in cap . constitutus . in glossa.à quocunque. de relig.domi.in cap.1.12 . distinct. Præpos. in dicto cap.non liceat. vbi fusius hoc elucidatur.vide ibi.

Bona ecclesiæ quando possint locari consanguineis.

65 Quartò,non procedit quando vellet dare consanguineis pauperibus, scilicet pro victu & vestitu tantùm.c. quisquis. suprà eo.c.non satis.86.dist . & præter victum,& vestitum, & manifestas necessitates, nihil cuiquam tribuas, ne filiorum panẽ canes comedant . ca.si cupis . 16.q.1. nec prælatus debet consanguineos suos facere procuratores,ne res ecclesiæ lædantur, & fraus fiat legi.c.episcopus.12.q.1 . nam consanguinei, quorum causa prælati facti sunt,exquirunt contractus gratuitos ab eis ad vitam fieri, vel contractus locationum , seu venditionũ fructuum ad longissimum tempus , pretio confessato,teste Ioh. Andr.in addit.ad Specul.in titu.de reb.eccle. non alie.in rub.vbi plus dicit , sciui episcopum,à quo promotores sui extorserunt gratuitũ contractum ad vitam ipsorum , ascendentem ad duas partes redituum episcopatus, expressa causa seruitiorum quæ impenderant ecclesiæ, & promittebant impendere quandiu viuerent:& instrumentũ fuit super hoc solenniter formatum, & de consensu capituli:sed malè successit dictãi,& tali consanguineo & meritò sic debet accidere his qui sanctã dei domum ad talia trahunt.Hoc maximè faciunt nobiles, vt reditus domus per episcopum augeãtur.non enim vterentur fructus episcopatus,& aliorum beneficiorum, miscere cum bonis patrimonialibus, quare omnia sic coniuncta corruunt, vt vulgò intueri licet.

66 g Commutare. g ¶ Cõmutare.) Non licet ergo permutare res vnius ecclesiæ cũ rebus etiã alterius ecclesiæ,nisi seruentur dicta in hoc textu:& an in hac commutatione requiratur solennitas huius textus ad ambas partes disputat Lucas de pen.in l.1.eod.2.& seq.C. de fi.instr. & iure hastæ fis. lib.10.Ego ipse concluderem debere per hoc verbum,& per text.in §.sed & permutare.10.q.2.c.cum venerabilis.de excep.idem in transactione. videtur enim quædam commutatio . Fede. consil.94.casus.& Barba.in rub . de reb.eccle.nõ alie.col. 4.ne indirectè alienetur res, quæ directè alienari non potest, videlicet transigendo , componendo,siue cõpromittendo.nã si permitteretur sic alienare,quotidie procurarentur lites moueri,vt postea super eis posset trãsigi:poterit tamen transigi cum solennitate hic adhibita , alioqui transactio erit personalis , & finietur morte transigentis.c.de cæterò . & c.veniens.2. de transact.c.ex multiplici.de deci.in gloss. pen.Alia dicam in rub.de rer.permu.

In permutatione & transactione requiritur iuris solennitas.

67 Nec poterit prælatus aut alius cedere liti & causæ,siue causæ tantum.& si cederet actioni competenti ad rem immobilem,requirerẽtur hæ solennitates,alioqui cessio non valeret . Panor. in c.1.col.2.deposit.& in cap.cùm pridem.de pactis.multa alia de cessione dixi in ordinat.regiis,rubric. *Des priuileges des transports & cessions.*

h Vel vendere. h ¶ Vendere.) Hic appellatione venditionis omnis alienatio extra commutationem & donationẽ suprà expressas continetur, & aliquando omnis contractus.l. statuliberi. §. quintus.ff. de statulib.c.vno. de controuersia inter domi . & empto.seu. vbi Bal.in fi. dicit, quòd si venditio prohibita sit ratione rei,tunc omnis contractus prohibetur,vt ibidem. si verò ratione personæ,idem, vt not.in l.2.C .de vsucap.pro empto. secus si ratione modi & formæ,vt not.in l.2. C. de præd.minor. libr.10.& hoc quando est eadem ratio in aliis contractibus,sicut in venditione . Ias.in l. fin.nu.65. C.de iure emphit. vt hic,maximè quia per alia iura est omnis prohibita alienatio,vt patet in c.nulli.de reb . eccles.non alie.ium etiã quia agitur de materia fauorabili ecclesiæ, & de publica vtilitate, & tunc ampliatur dispositio.text. singula in l.hoc modo.ff. de condi.& demonstr.Ita in propriis terminis tenet Anto.de Burgos , in rubr. de empt.col.vlti.vbi dicit, statutum prohibens venditionem fauore publico , latè accipiendum,vt omnem comprehendat alienationem:plene Fabianus de monte,in tractatu de emptio.quæstione 2.refert Anthoniũ de Burgos in dicta rubr.vbi plenè declarat.nam quando vna dictio potest accipi in genere , tunc si materia est fauorabilis,in genere accipietur:si odiosa, in specie. doctores in capi.Rodulphus. de rescriptis. Alexander consilio 248.ponderatis. numero 9.in 6.volumine.vide tamen que abundè scripsi in l.alienationis. ff. de verborum significatione.

Venditionis appellatione omnis contractus continetur.

68 Idem in dimembratione , vt requirantur prædictæ solennitates,quia est quædam alienatio perpetua.Petrusinus in cap.1 . col.1.

4 eo.

eod.titu.& Domi.de Rota.in decisio.nouis, decisio.229. in dimenbratione. & decisio. seq. Forma venditionis traditur per Specu. in tit. de empt. & vendi.§.nunc dicendum. versi.cæterùm &c.

De verbo audeat.

69 i **Audeat.** i ¶ *Audeat.*) Hic prohibetur nedum factum, sed & confidentia, & omnis audacia volentis alienare. nam negatiuè ponitur ne episcopus audeat: ideò importat necessitatem, sicut dicit glosa.de verbo,non potest.in regula prima, de regul.iur.in 6.Aliquando accipitur pro temerè præsumerè. Vergi. Hæc præmia qui me ferro ausi tentare feruntur.Quandoque refertur ad hominem, vt non audet accedere per inimicos ad ciuitatem, ita capitur in c. statutum.§. cum verò.de rescrip.in 6.cle. vna. in princ. de foro compe.De audatia, quòd capiatur in malam partem,est tex.in l.si quis in tantam.C.vnde vi.l.ab his. & ibi patruus meus Iacob.Rebuff.C.de naui.libr.10. & tunc dicitur arrogantia.l.vna.C. de priua.carceri. Auf.& alij in cle.2.de offi.ord.in 2.nor.per gloss.ibi, quæ dicit aliquando sumi in bonum,per c. audacter. 8.q.1.Alia de audacia ibidem videri possunt.

Dictio nisi.

70 K **Nisi.** K ¶ *Nisi.*) Hæc dictio ponit casus in quibus possint res ecclesiæ alienari.nam quãdo oratio negatiua præcedit, tunc dictio, nisi,ponit.l.actione. C.de transact.& ibi docto.dixi in §. statuimus.in 2. de collationibus. in concord.in glossa, nisi. Si verò affirmatiua præcedat, dictio, nisi, negat: vt ibidem dico.tradit plenè Iohannes Crot. in capitulo primo, de rescriptis,in 6.

De dictione forte.

71 l **Fortè aliquid horum faciat.** l ¶ *Fortè.*) Dubitatiuè quãdo quæ,& etiã assertiuè ponitur c.ex parte.de celeb.missa.c.si.fortè.de elect. in 6.l.mutus.& l.filiusfamil. ff. de procura. Sub dubio fortè, respondent sæpe periti.l. si duo.&ibi glo.ff.de recep.arbi. Aliquando ponitur explicatiuè.l.quod si.ff. de pignor. actio.interdum abundat.l. si pupilli.§.fi.ff. de nego.gest.l.penul.in fine. si filiusfa.furt. fecis.di.Quandoq; est philosophicum temperamentum.c.1. de supplen. negli.prælat. in 6.Verg.Forsan & hæc olim meminisse iuuabit & Ouid.Forsitan & narras, quàm sit tibi rustica coniunx.Quando verò profertur à legislatore in materia iuris, certitudinem significat,& veritatem.c.1.de iudi.in 6. vbi verbũ videtur, veritaté importat:quia est prolatũ in materia iuris Barb. in cle.gratiæ.col.2.de rescrip.vnde dicit Felin valere sententiam, si iudex condẽnauerit ad dandum decé aureos,quos fortè pars condemnata debet.& perinde valet, ac si non esset illa dictio fortè apposita, per l.cum quo.ff. ad leg.fal.Idem tenet Fely. in c.cum contingat.col.2.in fi.de rescrip.nec dicitur sententia dubitatiua,sed certa: quia per istam dictioné profertur decisio certa, per d.l.cum quo. Deci.in c.super literis.col.4.in glossa nisi de rescriptis. Gomes in §. æquè 2.nota. de actio.instit.tamen pro subiecta materia iudicare poteris.

Et quando istæ dictiones ponuntur in dispensationes, vt bullis papæ,quomodo intelligantur scripsi in glos. concorda.Franciæ, in verb. dispensationum. in fine. in forma mandati.

Melius quid dicatur.

m **Vt meliora.** m ¶ *Meliora.*) Dicitur meliora facere, etiam si non sit locupletior, nec pauperior: tum quia nil factum est in ecclesiæ læsioné, quod sufficit.c.ea enim.§.hoc ius. 10.q.2.& hoc quo ad casus expressos in d.§. sed & permutare.10.q.2.& c.ea enim.ibidem:tum etiam quia eoipso quod nõ est pauperior. dicitur locupletior.l.in pupillo. ff. de solut. secundum gloss. hic & etiam quia comparatiuũ accipitur, & elegantius quidem pro positiuo.l.benignius.ff.de legib.l. hæres.de nego.gest.l.quod Nerua.depo. Facit quod nota.in c. si. de consue. in 6.vbi antiquior potest optare meliorem præbendam:& dicitur melior,etiã si non sit pluris quàm dimissa,secundum doct.ibi, nã melior potest dici,quæ est aptior alicui,etiam si sit minoris valoris, prout sub nube tamen concludere videtur D. Guil. Aurioli,in addi.ad Guil.de môte Laud.in c.si pluribus.de præb. in 6.quod est verũ, si alienatio fuerit facta ex causa necessitatis:quia tunc sufficit q ex contractu alienationis ecclesia nõ patiatur damnũ.& ita intelligitur d.§. hoc ius porrectum ibi,si debitum vrget. Si verò loquamur in alienatione facta ex causa vtilitatis, & tũc oportet quòd vtilitatem habeat ecclesia:alioqui non esset vtilitas, nec res melior. Ita probat text.hic,non dubium,&c. capitulum,vt super in fin. ibi, pro vtilioribus.& capitu.ad aures.ibi,ad maiorem ecclesiæ vtilitatem.de rebus ecclesiæ non alienandis. vide textum in l.eum qui.§.meliur. ff.de in diem adiect.

Quãdo dicatur in ecclesia vtilitatem conuerti.

72 Quæro,quando dicatur conuerti in ecclesiæ vtilitatem? Respon. quando conuertitur in rem ecclesiæ, & duraturam, puta in emptionem alicuius rei, seu in ædificium vel aliam rem.l.prima.& secunda.ff.de impensis in rebus dotalibus factis, capitulo, quod quibusdam. de fideiuss. Item dicitur conuerti in vtilitatem ecclesiæ, etiam si ecclesia non haberet perpetuam vtilitatem, sed temporalem,vt pote pro colendis agris colligendis fructibus, seu aliâs.l.in fundo. & l.sumptus.& l.si fundi.ff. de rei vendicatione. Domi. in dicto. §.hoc ius. columna secunda. vbi dicit quod non est vera vtilitas, nec etiam quando datur in feudum. licet retineatur homagium,& ob defectum homagij non præstiti, res possit cadere in commissum: quia non debet attendi ad-

uersa

ersa fortuna.l.inter.§.sacram.ff. de verborum obligatione. Bellamera, consilio 33. quod si colum.14.versi. quo ad secundam difficultatem. Et sufficit quod tempore contractus dicatur vtilis, licet postea efficiatur deterior: quia attenditur tempus cōtractus. l.si voluntate.C.de rescind.vend. Cald.expresse consil.5.rubr de rer. permut.per tex. in l.sed an vltro.§.1.ff.de nego.gest.

Prospicere quid.

74 n Prospiciat. n ¶ *Prospiciat.*) Prospicere est procul aspicere: vt not.in c.si quis presbyterorum de reb.eccl. non alie. Ex quo infertur quod requiritur causæ cognitio rei, quæ debet alienari. videlicet an expediat ecclesiæ illam potius alienare, quàm aliam, argu. l.magis puto. §. imprimis. & §.si æs alienum.ff.de reb.eor. ideo est necesse nō solum circa causam alienationis tractari, & cognosci, sed etiam circa rem alienandam, Feder consil. 137.per c.tua. de his quæ fiũt à prælat. alioqui quare fieret tractatus? ideo non valet consensus episcopi eidē facta relatione de necessitate vendendi, si non referatur vtilitas rei, secundum eundem Feder. quia non dicitur diligens tractatus, qui in hac alienatione requiritur, vt suprà dictum extitit. Item non dicitur meliora prospicere, qui vendit res ecclesiæ vtiliores, ergo non conuenit huic text. vide Gemi.consi 48 presbyter.col.3.ideò res mediocres debent vendere.§.hoc ius 10.q.2.

Instrumento non creditur: quod sit vtilitatis causa factũ.

75 Nec creditur instruméto quod sit factum causa vtilitatis, nisi probetur.c.non liceat papæ.suprà eo.vbi Præpos. col. 2. dicit non stari dictis papæ, dicētis se alienasse ex causa suis consanguineis: nec etiam præsumitur vtilitatis causa factum, nisi probetur. text.in c.1.& ibi glo.eod titu in 6.sic concludit Guid. papæ in decis Delph.q.151.quarta. Aegid.Bellame.consi.33 quod si col.4. etiam si partes confiteantur esse vtile ecclesiæ, Barb.consil.40. præclarè. col.5.volu.1. quia pateret via fraudibus, & renunciarent partes per indirectũ, quod directò facere nō possunt: & eadem facilitate, qua actum conficiunt, confiterentur nec etiam confessio prælati nocere potest ecclesiæ, vt concludit glossa in l.certum §. sed an ipsos.ff. de confessis & Cald consi 5 an confessioni in illo tit.& tunc ecclesia vendens. non soluet laudimium.teste Petr. Iacob.in rub.de successio.versi.item vni potest alienare.in practica sua.

Maior pars an in alienatione sufficiat.

76 o & cũ totius. o ¶ *Et cum totius.*) Sufficit tamen quod duæ partes intersint, & quod maior pars consentiat alienationi, per text. in l nominationum. C.de decur. libr.10.l.planè & l. nulli.ff. quod cuiusque vniuersi. nomi.& l. 3.de decre.ab ord.fa c.1.de his quæ fi.à ma. par.cap. Sed hic dicit totius, quantũ ad tractatum: sed requiritur maior pars quãtum ad consensum. Præpos. hic.nisi minor pars velit causam rationabilem in contrarium allegare, quia tunc negotium differri debet, quousque cognoscatur. arg c.1 ud.23.dis. in electione tamen sufficit præsentia maioris partis, dum tamen omnes sint vocati. glo. in c. cum nobis. c.bonæ & c.quia propter de elect. quia mora in talibus est periculosa.c.quam sit de electio. in 6.quamuis contrarium teneat glossa in capit. quanto. 63.distinct.

Absentes an sint vocandi, & quando.

77 Quæro an sint vocandi monachi, vel canonici absentes? Respondeo non, quia speciale est vt in electionibus, receptionibus, vocentur, & in casu decretalis præsentium in in glo.ipsorum.de testi.in 6.ergo in contrarium est ius commune.arg. l. ius singulare. ff de legib.glo.in c.cũ in ecclesiis. de præb. in 6.glo.in c.cum inter vniuersas. in verbo, remoti de elect.& in c.fi.de maior, & obe. per text.in c.ea enim.§.hoc ius.10.q.2.Guido papæ in decis Delphi q.160.alia. Oldra. consi.259.impugnatus.in fi. & quia in d.§. hoc ius.dicitur seruientium: ergo non seruientes nō vocabuntur, & sic absentes non debent vocari, quia non seruiunt g'n.in ca. quamuis.in verbo, euocandi, de offi.ord.in 6. Nec sunt vocandi monachi, qui resident in suis beneficiis, vel canonici si non deseruiant illi ecclesiæ, cuius bona alienãtur, tex. in d.§.hoc ius porrectum.in verbo, seruientum. videtur sub nube tenere glo.& doc.in d.c.cum inter vniuersas.& Ioã.Andr. in d.c. quamuis de præben.in 6.quod intelligerem quando longe distarent, vt suprà dictum extitit.

Solemnitatem quis probare debeat.

78 Quæro qui probabit saniorem partē interfuisse vel duas partes præsentes, vel non? Respondeo, is qui opponit non interfuisse, quia stabitur instrumento. donec contrarium probetur.l cum precibus.C. de prob. Item omnia præsumuntur solenniter acta. l.sciendum.ff de verb.ob. & debet opponi, quòd non fuit seruata forma. Lauten.hic. q 24.non valeret tamen si diceret opponēs tales canonicos non interfuisse, quia sua non interest contemptum illorum prosequi sicut dicitur de instrumento syndicatus. per Specul.in titu.de syndico.& sicut clerici non possunt alienare res ecclesiæ sine episcopi consensu, ne fraus committatur: ita non poterit episcopus hoc sine eis facere, vt not. dicit Anto. Butrius in c.1.de rebus ecclesiis non alienand. sic consuluit Barb. consil.60.præclarè col.3.in 4. volum.per c. alienationes.16.q.2.

Quando non sunt canonici vel monachi superior supplet.

79 p cleri. p ¶ *Cleri.*) Pro capitu. ponitur. gloss.in capit.cum apostolica.de his quæ fiunt à prælatis. & intellige secundum Panormitanum & alios ibi de capitulo illius ecclesiæ, cuius est res. Si tamen abbas monachis careat, vel episcopus canonicis, fiet alienatio cum consensu superioris, videlicet archiepiscopi, vel legati, seu alterius. glossa. notant in capitulo si qua.de rebus.

rebus suprà eodem. probatur in clem.1.de reb.eccle.non alienan.

80 Nam vbi requiritur consensus mariti, vel tutoris, eis absentibus, iudicis authoritas sufficit.l. bonorum. C.qui admitti.sic consuluit Roma.consi.36. visa disceptatione. Vel requiritur consensus clericorum honestorum ibidem seruientium, Archid. in c. placuit.2. suprà.eo. & d.§.hoc ius.Præpos. hic, col. penul. Innoc.& Anto.in c.1.de his quæ. fi. à præla. Perus.in d c.1.eod.tit.in 6. col.6.vide Deci.consi.42.& pro tenui.Sunt tamen quidam prælati, qui expellunt nolentes consentire alienationi:& bona ecclesiæ, que non acquisierunt, vi vendunt, in perniciem suarũ animarũ. An appellatione populi veniant clerus, latè tradit Decius, in c.1.de præbend.

81 q tractatu. q ¶ *Tractatu*. Tractatus dicitur principium, ad quod is qui incipit tractatum, dicitur incepisse negotium. Bal. in c.in causis.col.2.de elect. Sufficit ergo vnus, dum tamen sit solennis & diligens, cùm iste tex.loquatur in singulari, & c.1. de reb. eccle.non alie.in 6. & c.tua.de his quæ fi.à præla. vbi dicit Panor.doct. sic communiter tenere.

Vnus tractatus sufficit.

82 Fallit in monachis S.Benedicti qui tractatus duorum dierũ ad minus facere debent: vt patet in constitu. Benedictinis.c.9.rub. de mutuis ac venditionibus syluarum, & concessionibus iurium.refert Io. Andræ.in addi.ad Spec.in tit.de loca.§. sequitur.ver. &nota. & de quolibet tractatu debet fieri instrumẽtum, vt ibidem dicitur, & per Socyn.consil.22.viso.col.5 vol.1.

83 Secundò fallit, quando consuetudo esset, quòd deberent plures tractatus fieri: quia illa erit seruanda.Bal. in d.authen.hoc ius. & Perus.in d.c.1.col.2 arg. cap.cæterùm.de donat. Et nota quòd nunquam requiritur tractatus, nisi in casibus à iure expressis. glo.in d c.1.eod.tit.in 6.& c.quamuis.de of. ordina.ibidem tamen sapientes prius meditantur sua negotia, & tractãt, antequam ea expediant.

84 Quæro, qualis esse debet iste tractatus? Respon. omnes canonici vel monachi debent vocari expressè ad sonum campanæ, vel aliâs, iuxta morem ipsorum ad tractandum, & deliberandũ super venditione, vel locatione perpetua, seu aliena alienatione. Quibus congregatis, prælatus, abbas, seu prior proponet causam, videlicet, debitum vrgẽte, vel aliam interesse necessitatẽ, seu vtilitatẽ: super qua dicet canonicis, seu monachis sic congregatis, Tractabitis, seu deliberabitis an, & quid alienare expediat. Et quilibet dicet suũ suffragium. Et postea, si conuenerint in vnam sententiam, fiet instrumẽtum huius deliberationis, & tractatus, videlicet, quòd tales canonici S. Petri Montispessul. post longum & diligentem tractatum communi consensu confirmauerũt, quòd talis possessio, propter tale debitum, vendatur, vel alienetur, & pecunia ad dictam causam conuertatur, credentes hoc vtilius expedire ecclesiæ. Si tradit Specul.in titu. de loca.§.sequitur.versi.& scias. & cæte. Formam instrumenti suprà posui, nu.13. Etiam tractari debet qua via extra alienationem prouideri possit ecclesiæ, an ex fructibus locationum rerum ecclesiæ habitis: & si non de fructibus, an possit prouideri de rebus mobilibus: & si nõ de mobilibus, an magis de quibusdã rebus minus fructuosis quàm aliis, instar alienationis bonorum pupillorum.l. magis puto.§.non passim.& §.seq.ff. de rebus eorum.Socyin. consil. 29. viso.col. 4. vo. 1.& consi.235.visa.in 2.volum.& Barb.consil. 40.præclarè. in 1.volumine.

Tractatus qualiter fieri debeat.

Tractatus quando interuenire debeat, vel non.

85 Quæro, quando tractatus interuenire debeat? Respondeo, tunc quãdo archiepiscopus vel episcopus alienat bona communia inter se & capitulum, vel bona spectantia ad mensam episcopi, glos.in clemen.2.eod. tit. Idem si capitulũ alienet bona de mensa capituli, quia etiam debet & tractatus & episcopi authoritas interuenire. Imol.in c. 1.de his quæ fi.à prælat. Perus. in d. c.1. eod.tit.in 6. Idem in ecclesia collegiata regulari, vel seculari, vt capitulũ illius ecclesiæ consentire debeat, clemen.1.de rebus eccle.non alienand. & etiam tractatus & abbatis consensus, ac episcopi authoritas interuenire debent.c.abbatibus. suprà eodẽ Nec valeret consuetudo quòd non interueniret consensus episcopi, Archidia.in c.in venditionibus.17. q.4. gl. in d.cle.2.Host. & Imol.in d.c.1.& suprà fusius dixi.

In exemptis papæ authoritas requiritur.

86 Si tamen abbas sit exẽptus, requiritur authoritas papæ, glo.in d. clemen.1.in verbo, proprij.& illa authoritas debet esse specialis & expressa.l. negotium.C.de nego.gest. vnde oportet quòd papa sciat quare, & de quibus rebus fit licentia concedenda.Ioh. Andr. & Perus. in dicto capit.fin.in fi.principij.eodem titu. in 6 nisi abbates vel alij prælati haberent ecclesias pleno iure subiectas: quia tunc si rector velit alienare, poterit cum consensu illius abbatis habentis iurisdictionem quasi episcopalem. Innocen. in c.cum & plantare.§.in ecclesiis.de priuilegijs.imol.in cap.statuimus. de transactio. Bal.consil. 378. factum.tale.in fi.volumi.3. gloss.singularis in verbo, proprij.dicta clementina 1.eodem tit.

Moniales quã solennitatem seruare debent.

87 Ideò infertur, quod si moniales subiectæ pleno iure prædicatoribus, vel minoribus, velint alienare, poterunt cum authoritate ministri prouincialis, vel generalis, vel alterius habentis iurisdictionem in eis quasi episcopalem, cum tractatu & solennitatibus hic expressis. Barbatias consil. 40.præclare.colum.3.volumine 1. & consil. 14.clementissimi.col.1.vol.2.

88 Si vero rector ecclesiæ inferioris velit alienare,

nare, poterit causa existente cùm licentia & consensu episcopi, etiã sine capituli consensu vel tractatu. §. hoc ius porrectum. & capit. castellas. 10. quæst. 2. Specul. in titu. de empt. §. nunc dicendum restat versi. cæterùm. facit. c. placuit. 2. suprà eo. & ista opinio seruatur de consuetudine, teste Peru. in d. c. 1. col. 1. & penul. per tex. in d. cle. prima. eodem titulo. vbi dicitur quòd si ecclesia non habeat conuentum, sufficit quod alienatio fiat per rectorem ipsius ecclesiæ cum cõsensu sui prælati facit c. cæterum. de dona. Domi. Gemi. consi. 48. præsbyter. col. 2.

Vacãte ecclesia quæ solennitas requiratur.

89 Nisi ecclesia vacaret, quia tunc dato defensore requiritur, non solùm consensus capituli ecclesiæ cathedralis, sed etiã tractatus. Præposi. hic per c. primum eodem titulo. in 6. Licet glo & doct. in d. c. 1. eodem titulo, dicant sufficere defensorem alienare cum authoritate episcopi ego verò tenerẽ primam: quia episcopus cõstituit defensorem. cum sit legitimus administrator ecclesiæ sibi subiectæ. c. si. de success. ab intestato. qui administrator non auderet contradicere episcopo. Ideò & consensus capituli requiritur.

Patroni consensus an in alienatiõe requiratur.

90 In hac etiã alienatione requiritur consensus patroni, si ecclesia sit patronata, quia sua etiam interest. Io. Andr. in addit. ad Specul. in loco proximè allegato. & Imol. in d. c. 1. tex. in c. præcariæ. suprà eo. Decius consilio 174. in fi. glo. in c. constitutum. 16. q. 1. Card. in cle. 1. col. 2. de deci.

91 atque consensu ¶ *Consensu.*) Non sufficit tractatus sine cõsensu per hunc textum, vt fraus remoueatur: quia possent conuocari canonici, & monachi, & non haberi consilium neque consensus eorum. ideò textus iste dicit atq; consensu. probatur in c. obeuntibus. 63. distin. Præposi. hic nec valeret consensus sigillatim in cameris datus: sed requiritur, q in communi sint congregati canonici. arg. c. in Genesi. de elec. tum quia vnus posset trahere alios in suam sententiã quãdo omnes essent cõgregati. l. si in tres. ff. de recept. arbitr. tum etiam quia omnes canonici habent ex illis redditibus viuere, vel ex illa re alienanda: & sic simul communicando apparebit, an sit vtile vendere, vel non. Item facit iste text. dum dicit totius. non dicit singulorum. Archid. & Præposi. hic, quamuis contrarium, distinguendo tamen, tenuerit gloss. in c. 1. eod. tit. in 6. contra quam tenet Perus. ibidem.

Consensus in capitulo & non cõmunis dari debet.

92 Nec valeret etiam consensus præstitus per literas. Bal. in d. aut. hoc ius porrectũ. col. 3. nam multa dicimus separati, quæ non tenemus quando sumus cõgregati: quia primò causa complacentiæ nil recusamus, at congregati ponderamus quæ facienda sunt. Nec obest. l. per fundũ. ff. de serui. rust. præ. quia loquitur in re communi pluribus vt singulis, secus in re communi pluribus vt vniuersis, vt sunt res ecclesiasticæ. nota doctõ. in regula quod omnes. de reg. iur. in 6.

93 Minus obstat c. si qua de rebus. supra eo. vbi alienatio per sequentẽ consensum conualescit: quia verum est vt valeat nunc, scilicet tempore consensus, & sic ante non valebat. & ista ratificatio etiam collegialiter debet fieri, aliàs nõ valeret. Philip. Perus. in d. c. 1. col. 3. alleg. Ioh. Andr. in c. quod sicut. de elect. Nec etiam sufficeret consilium sine consensu. glo. in cle. vlti de reb. eccles. non alie. Io. And. in c. si religiosus. de elect. in 6.

Ratificatio quomodo fieri debeat.

94 Quæro quid si canonici vel monachi dissentirent, & abbas vel episcopus consentiret, an possit hæc alienatio fieri, & si fiat, an valeat? videtur quòd sic, ratione vtilitatis Respondeo, nõ potest episcopus, vel abbas dissentiẽtibus canonicis vel monachis alienare, etiã si abbas & episcopus simul consentirent. per hũc text. consensu. argu. c. monachi. 16. q. 1. Nec etiã possent canonici vel monachi dissentiente episcopo vel abbate alienare: quia non solum requiritur consensus fratrum, sed etiam episcopi authoritas, vel abbatis: quæ si non interueniat, non valebit alienatio Imò etiam vacãte sede non poterit fieri alienatio per solũ capitulum, sed superioris authoritas requiritur. Præpositus, & alij per illum text. in c. si qua. & c. precariæ. suprà cod. per glo. ibi, nec poterit hæc authoritas interponi per capitulum. Gemin. in c. 1. de maior. & obedien. in 6. per ts cui de electio. in 6. Præposi. hic per istum textum etiam probatur non requiri consensum capituli ecclesiæ volentis alienare, & consensum capituli ecclesiæ cathedralis simul, quia hic text. dicit cleri consensu, id est capituli, non capitulorum. Ideò si monasterium velit rem monasterij alienare, tunc requiritur consensus fratrum aut abbatis & authoritas episcopi: non vero capituli ecclesiæ cathedralis consensus, qua canonici ecclesiæ cathedralis non habent viuere ex redditibus ecclesiæ inferioris Ideo eorũ nõ interest, ergo cessabit ratio, & consensus illorum, Lauren. hic. q. 13. dicens ista seruari per c. placuit. 2. suprà eodem, quod est bene notandum.

Dissentientibus monachis vel canonicis an alie natio possit fieri.

95 Nota quod consensus capituli debet præcedere alienationem. cum tractatus debeat interuenire, qui debet præcedere consensum. c. 1. eodem titu. in 6. nisi ageretur de alienatione paruæ rei & minus vtilis. c. 3. de his quæ fiunt à prælatis. dicas tamen, quod quando canonici alienationem factam ratam habent, id temporis adhibere debent tractatum, in quo deliberabunt an expediat. & vtile sit ratificare illum contractum, & facto illo tractatu, si ratificent, valebit alienatio, vt nunc, quia non reperitur facta sine tractatu. Imol. in d c. 3. per c. si qua suprà eodem. Barb. consil. 16. à Ioue col. 2. in 3. volu. Socin. consil. 15. col. 11. volum. 1. sicut dicitur quando papa dispensat cum illis, qui ma

Cõsensus præcedere debet alienationem.

qui matrimonium prohibitum contraxerunt, vt illa dispensatio valeat, vt nunc, & sic filij hi sint medio tempore nati, non erût legitimi Præpo. & alij in c. per venerabilē. qui filij sint legiti. Vide v nū casum, in quo non requiritur cōsensus, nec tractatus, per Antho. Capytium, in decisio. Neapo. q. 16. In causa venerabilis. quando fit per cōmissionem papæ, alicui factam, vt se informaret de cōtentis in supplicatione. allegat Panor. in consil. 41. in primo volu.

96 id eligat: quod non sit dubium [s] profuturū ecclesiæ, & infrà, Episcopus rebus ecclesiæ [t]

Eandē vtilitas ab episcopo eligi debet.

[s] ¶ *Pro futurum ecclesiæ*) Si ergo alienans res ecclesiæ vellet dare minus offerenti, nō valeret: quia non prodesset ecclesiæ, quod requiritur per hûc text. & c. si quis presbyterorū. eo. tit. sufficit tamen q̄ credant non plus valere, & sic eligant, quantum in se est, vtilius: tunc, licet lædantur, valebit tamen alienatio. c. ad nostram. eo. titu. nam sufficit vtiliter esse cœptum, vt dicit glo. hic.

97 Poterit tamē ecclesia restitui, per c. cū cā. & c. cū dilecti. de em. & ibi dixi. & sic episcopus habet eligere quā partē videtur vtiliorē. vt pote si sex canonici asserāt illā domū N. esse vtile vendere, alij sex aliā, episcopus eliget id q̄ nō sit dubiū profuturum ecclesiæ: & sic euidēs vtilitas debet esse, per hoc verbū quod non sit dubium, teste Barb. consil. 40. præclare. col. 2. in 1. volu.

Redditus in emphiteosi: ul[...] tur debent.

98 Et nō est dubiū profuturū ecclesiæ, si detur res in emphiteosim, & dētur tot census seu redditus in singulos annos, qui simul collecti ad viginti annos, faciūt verā rei æstimationē. not. tex. in §. quia verò leonis. in fi. de nō alie. aut permut. reb. eccle. gl. in verbo, iusta. in authen. perpetua. C. de sacrosf. eccles. glo. in verbo, districtē. in d. §. hoc ius. quod facit ad sciendā verā æstimationem rei, iuxta. l. 2. C. de rescin. vēdi. las. in l. si fundū per fideicōmissum. col. 2. ff. de leg. 1. Sed in hoc inspicienda esset consuetudo patriæ.

99 Et nota, q̄ ecclesia, cuius caput est Christus, habet dominium bonorū, sed quo ad substantiā sunt pauperū, quo verò ad administrationem sunt clericorū, testibus Io. Andr. & Perus. in c. fin. in princ. eo. tit. in 6. post Iohan. monachum ibi. facit c. a. de donatio. & c. commissa. de elect. in 6.

Dominium bonorum ecclesiæ apud quem sit.

100 [t] Tanquam commendatis non tanquā propriis Vtatur. [t] ¶ *Tanquam cōmendatis.*) Episcopus rebus ecclesiæ nō tanquā propriis vti debet, sed tāquā cōmendatis: quia non sunt propriæ, sed communes: ideo nemo dicat proprium, quod est commune. text. in c. sicut hi. 47. dist. & quod res ecclesiæ sint cōmunes. tradit tex. in c. expedit. & c. res ecclesiæ. suprà. q. 1. eadem causa, postquam sunt communes, ergo non licet eas alienare. c. volumus. c. præcariæ. suprà, eo. vide tamen text. & not. in l. serui electione. §. 1. ff. de leg. 1. vbi commune dicitur meum quo ad partis meæ dispositionem, vt de ea tanquam de re propria disponere possim, ibi fusius traditur. vide si non grauetis, ne compendij terminos excedam.

Episcopus rebus ecclesiæ quomodo vti debeat.

Dictio tanquā est impropriet atis nota.

101 Nota tamen, quod per hoc episcopus non dicitur commendatarius, qui differt ab eo. qui habet in titulum. c. dudum. 2. de elect. c. nemo illo titu. in 6. Ideo hic dicitur tanquam, quæ est nota improprietatis, glo. in verbo, tanquàm. c. solitæ. de maio. & obed. dixi in meo tracta. fictionū: vbi congessi verba denotātia fictionem. Et nota, quod si statutum dicat aliquē tanquam falsariū puniēdum, tamen pœna l. Corneliæ. de fal. ordinaria non debebit puniri, sed alia pœna arbitraria. singul. est dictum Bald. in c. nonnulli. §. sunt & alij. de rescript. glo. in l. j. ff. de recep. sequitur Fely. ibi, & in c. solitæ. col. 2. de maiori. & Hippo. sing. 236. dictio tanquam & dixi in ordin. reg. 11. b. *Des notaires. ar. tic. 13. ibi, D'estre punis comme faulsaires &c.* Iste ergo text. dicit, q̄ episcopus rebus ecclesiæ, tanquam commendatis vtitur, non tanquam propriis. Et dicit vtatur, non abutatur: quia episcopus vel alius beneficiatus rebus ecclesiæ vti, & non abuti debet. c. cum secundum. vbi Iohan. Andr. & alij de præbend.

102 v Irrita enim episcoporum venditio, & commutatio rei ecclesiasticæ erit absq; omnium.

Alienatio rei ecclesiæ est ipso iure nulla, sine solennitate.

v ¶ *Irrita.*) Ipso iure per hoc verbum, irrita de quo est text. iuncta. glo. in authē. ex causa. C. de lib. præte. & sic patet alienationem rei ecclesiæ non adhibitis solemnitatibus esse nullam.

103 Ex quo infertur quod emptor rei ecclesiasticæ, vel alius, qui possederit rem ecclesiæ, ex hoc contractu nullo tenebitur etiā fructus restituere. c. si quis presbyterorum de reb. eccle. non alien. c. grauis. de restitu. spo. Nec refragatur l. cum fundus. ff. si cer. pet. vbi bonæ fidei possessor lucratur fructus in contractu bonæ fidei vsque ad tempus petitionis, in contractibus stricti iuris vsq; ad tēpus litis contestatæ. per illum text. qui debet intelligi, quando contractus valuit: secus si fuerit nullus, vt dixi. Hodie curia parlamenti Parisien. non solet rescindere has alienationes factas sine solennitate, si non

Tria ad restitu- non alienatio- nis bonorum ecclesiæ.

si nō insit læsio, & notabilis adeo quòd tria requirunt, & solennitatis defectum, & læsionem, & quòd sit læsio magna, non minima de qua non curant, sicut nec prætor. l.scio.ff de mino. Ita fuit conclusum in curia, & in mente ipsius retentum, & an pretium sit restituendum.gl. & doct. in ca. ad audientiam de rebus ecclesiæ non alienan.

104 Secundò, infertur quòd rector ecclesiæ subsequens, & successor non tenebitur stare illi alienationi, nec contractui facto per prædecessorem.ca si quis presbyterorum. de rebus eccle.non aliend. Floren.in 3.parte summ., tit.12.c.5.de aliena.rer.eccle f. in fi. princip. Alexand.in l.si filiusfa.ff. sol. matr. & doct.in c.fi.ne pr el.vi. suas.

105 Et sic prima pœna est, quòd nulla est alienatio, & annullatio actus dicitur pœna. glos.in c.cognoscentes, & ibi doct.de constit.dixi.in gl.nullitatis pœnam. in §. monemus.de colla.in concord.

106 Secūda, quòd tam is qui alienat, quàm is in quem fit alienatio, est excommunicatus per bullam Pauli 2. quam statim transcribā, vt quilibet eam videre possit: & per tex. in d.c.si quis presbyterorum.de reb.ecclesi non alienand.

107 Tertia pœna sacrilegij.c.omnes ecclesiæ. 17.q.4. vbi sic dicitur: omnes ecclesiæ raptores, atque suarum facultum alienatores à liminibus eiusdem matris ecclesiæ anathematisamus, authoritate apostolica pellimus, damnamus, atque sacrilegos esse iudicamus: & non solum eos, sed omnes consentientes eis, & cæt.cap.quid ergo.23. quæstione 4.

108 Quarta, deponi debet is qui alienat res ecclesiæ.c.diaconi.suprà eo.c.si quis. de rebus ecclesi. no alien. & ibi Host. & alij.

109 Quinta episcopo seu abbati alienanti interdicitur ingressus ecclesiæ: vt in bulla patet, & in d.c.omnes.

110 Sexta, quòd si per sex menses immediatè sequentes sub interdicto isto animo indurato perseuerauerit, lapsis dictis mensibus à regimine suæ ecclesiæ, & administratione, vel sui monasterij, cui præsidet in spiritualibus, & temporalibus, est eo ipso suspensus, vt in dicta bulla continetur.

111 Septima, inferiores prælati, seu priores, vel quicunque alij habentes beneficia curata, vel simplicia, seu dignitates, administrationes, vel officia ecclesiastica regularia, vel secularia, sunt priuati eo ipso quòd alienant, suis beneficiis, quorum res, & bona alienarunt, vel dignitatibus, illáque vacare censentur, absque alia declaratione, quæ beneficio possunt conferri liberè per ordinarios, ad quos spectat de iure collatio, vt in bulla patet: quod est summè notandum contra illos, qui sic alienat, vt beneficia illorum possint impetrari, vel conferri tāquam vacantia, & est hic vnus modus vacandi, qui vtinam bene seruaretur.

Alienantes bona ecclesiarum suis sunt priuati beneficiis.

Alios vocandi modos scripsi in §. monasteriis. in verb. vocantibus. de nomi.reg in concorda.

112 Octaua, indignationem Rom.pontificis incurrit, vt hic patet in fi. bullæ. & qui indignationē papæ incurrit, meretur priuari beneficiis ecclesiasticis. Bal. & Aluar.in §. porrò, quæ fuit prima cau.benefi.amit. dixi in tra.nomina. in q. 19.in 8.vers. sexto.

113 Nona quia alienans est periurus. nam omnes beneficiati iurant in principio non alienare, nec diminuere bona ecclesiæ.cap. prohibemus.de censib.d.c. si quis presbyterorum, & alienando diminuunt.

114 Decima, symoniam committit, teste Archid in c.saluator. in fi.1.q.3.per illum text. in vers.quisquis argu.ca.si forte 17.q.4. licet aliter intelligāt quādo vēderet res sacras.

115 Vndecima tanquam homicida est. q. qui Christi.suprà eod vbi sic describitur: Qui Christi pecunias, & ecclesiæ aufert, fraudat, & rapit, vt homicida in conspectu iudicis deputabitur, & magna iniquitas exercetur, quando prælatus, vel alius deputat ad alium vsum bona ecclesiarum. Barb. per illum tex.in c conquæstus.in verbo, iniquū. de foro compe.

Tanquam homicida habetur qui res ecclesiæ alienat.

116 Duodecima, quia non obstante alienatione res alienatæ reuertūtur ad ecclesiam, nullo dato pretio, c.1 de schism. & ibi Ancha Fior.in 3.parte summæ, tit.24 ca.9.vbi dicit emptorē habere recursum contra venditorem ad prætium non poterit tamen vti retentione ecclesiæ: t not in c. fi. de rebus eccle. nōn alienan. Alias pœnas missas facio, ne in desperationem miseros inducam alienatores rerū ecclesiasticarum: sed bullam nunc papæ relegant.

Nullo dato pretio ab ecclesia res alienata repetuntur.

117 Paulus episcopus seruus seruorum dei, ad perpetuam rei memoriam, ambitiosæ cupiditati. illorū præcipuæ qui diuinis, & humanis affectati, dānatione post posita immobilia, & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus ecclesiæ.monasteria, & pia loca reguntur.illustranturque, & eorum ministri sibi alimoniam vendicant, prophanis vsibus applicari, aut cum maximo illorum, ac diuini cultus d trimento, exquisitis mediis vsurpare præsumunt, occurrere cupientes omnium rerum, & bonorum eccclesiasticorum.

Bulla papæ contra alienantes res ecclesiæ.

118 Alienationem, omnéque pactum, per quod ipsorum dominium, concessionem, hipotecam, locationem, & conductionem vltra triennium, necnon infeudationē, vel contractum emphiteoticum, præterquam in casibus à iure permissis, ac de rebus, & bonis in emphiteosim ab antiquo concedi solitis: & tunc ecclesiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus, & bonis qui seruando seruati non possint pro instantis temporis exigentia: hac perpetuo valitura constitutione fieri præsenti prohibemus, prædecessorum nostrorum cōstitutionibus, prohibition

Alienationum varia species.

bitionibus,& decretis aliis super hoc editi, quæ tenore presentium innouamus, in suo nihilominus robore permansuris.

Eadem pœna puniuntur, & alienãs, & res ecclesiæ recipiens.

119 Si quis autem contra huius nostræ prohibitionis seriem de bonis,& rebus eisdem quicquam alienare præsumpserit, alienatio, hipotecha, concessio, locatio, conductio,& infeudatio huiusmodi, nullius omnino sint roboris, vel momenti:& tam qui alienar, quàm is qui alienatas res, & bona prædicta receperit, sentẽtiam excommunicationis incurrat alienãti vero bona ecclesiarum, monasteriorum, locorumque piorum quorũlibet inconsulto Romano pontifice, aut contra præsentis constitutionis tenorem, si pontificiali, vel abbatiali præfulgeat dignitate, ingressus ecclesiæ sit penitus interdictus. Et si per sex menses immediatè sequentes sub interdicto huiusmodi animo (quod absit) perseuerauerit indurato, lapsis mensibus eisdem, à regimine, & administratione suæ ecclesiæ, vel monasterij cui præsidet in spiritualibus, & temporalibus, sit eo ipso suspensus, inferiores verò prælati, commendatarij, & aliarum ecclesiarum rectores, beneficia vel administrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, præposituris, præpositatibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, præbendis, aliisq; ecclesiasticis eum cura, & sine cura secularibus,& regularibus beneficiis, quorum res, & bona alienarũt duntaxat, ipso facto priuati existant, illáque absque declaratione aliqua vacare censeantur. possitque per locorũ ordinarios vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis (illis exceptis, quæ propterea priuatæ fuerint) liberè de iure conferri: nisi aliâs dispositioni apostolicæ sedis sint specialiter, vel generaliter reseruata: nihilominns alienatæ res & bona huiusmodi ad ecclesias, monastaria, & loca pia, ad quæ anre locationem huiusmodi pertinebant, liberè reuertãtur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, & innouationis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud sanctum Marcum, anno dominicæ incarnationis millesimo quatercentesimo sexagesimo octauo, Calendas Martij, potificatus nostri anno quarto.

Alienantes priuati sunt beneficiis.

Ista bulla reperitur hodie in extrauaganti. communibus, in rubrica, de rebus ecclesiæ non alienandis.

Cõniuere quid sit.

120 x conniuentia. x¶ *Cõniuentia.*) Id est tacito cõsensu. sic exponitur in l. per Illiricum. C. de cohort. libr.12 vel accipitur pro patientia cap. regnum.13.qõ.5. Conniuere enim est claudere, vel palpebras iungere:& plerunque accipitur pro assentire, quia clausio oculorum consensum significat ca. obeuntibus. & ibi not.63. dist. l. ad probationem seruitutis.C.de probatio. Et dicitur à con, & vix. quia qui continet, vix aciem oculorum perstringit. Lucas de penn. in d.l. per Illiricum. Et conniuere, est sub quadã dissimulatione pertransire. facit tex. in l. is qui. in princ. ff. de manumis. vbi seruus potest habere aliquid conniuentibus oculis domini. Vide tex. in c. quãto. in fi. de priuileg. de conniuentia est text. in l. 2. C. de hæret. l. quisquis. de postuland. & quorum appell. nõ recip. l. quisquis. Vide tex. in l. 2. de bon. liber. & l. placet. de excus. mun. lib. 10. & de fabricen. l. fi. in fi. lib. 11. & de vend. rer. ciui. l. 3. ibidem. ca. l. edicimus. de murilegu. & l. 1. de fundis, & saltib. rei domi. & l. vsus. de fund. rei priua. & de fugiti. colo. ibidem ac l. fi. in fi. de erog. milit. anno. lib. 12. & l. fin. §. his. de diuer. offi. ibidem. ca. eo libentius. de seruis non ordinan. cap. quicunque suffragio. 12. q. 2.

Consensus canonicorum tacitus an sufficiat.

121 Quæro, an sufficiat consensus tacitus, videlicet taciturnitas, licet non interueniat expressus canonicorum cõsensus? Respond. glos. hic sufficere taciturnitatem per c. possessiones. 16. q. 1. & ca. continebatur. de his quæ fiunt à præla. quod dicunt esse verum doct. in alienatione temporali facta causa pietatis, vel necessitatis, & vbi non multum lederetur ecclesia: aliâs: requiritur expressus consensus, & solennitas, de qua hic, & in c. quanto. de his quæ fiunt à præl. Et si non interueniat solennitas in alienatione etiam temporali, facta de non minimare, est ipso iure nulla. Archid. in ca. si sacerdotes. 6. q. 3. Innno. in c. vno. in fin. vt eccle. benefi. sine dimi. conferant. glos. in ca. 1. in verbo, perpetuis. reb. eccle. non alie. in 6. Ioh. And. in addi. ad Spec. in tit. de reb. eccle. non alie. in rub. vbi dicit, quòd in rei magnæ alienatione temporali requiritur solẽnitas istius text. de qua dixi suprà: imò etiam quando episcopus alienaret bona communia inter eum, & capitulum ad tempus, adhuc requireretur consensus expressus capituli: secus si concederet bona ad suam administrationem pertinentia, quia tunc sufficeret tacitus consensus. Domi. in c. 1. eo. tit. in 6. nota. in summa. 33. q. 5.

122 Fallit in alienatione rerum monasteriorum, & conuentus, quia tunc etiam in temporali alienatione requiritur consensus religiosorum expressus. cle. 1. eo. tit. vbi gloss. tradit quid in prælatis regularibus ecclesiarum secularium.

Fallit etiam quando capitulum dissentiret, vel maior pars: quia tunc alienatio etiã temporalis esset nulla. nam deficit substantia, per. d. §. hoc ius porrectum. Lau. hic. q. 8.

& subscriptione cle-

ricorum

123 ricorum. y¶ *Subſcriptione.*)¹Dixi ſuprà de conſuetudine non re quiri,niſi in locis vbi non eſſet contraria conſuetudo.

¹ Item domos vrbium vel caſtrorum, quæ eccleſiæ plus incommodi quàm vtilitatis afferunt, licet rectores eccleſiarum (ſicuti in ſuperiori capitulo Symmachi, Non liceat papę, &c. continetur) vendere,

124 vel commutare.² ¶ *Item domos vrbium.*) Domus ergo eccleſiæ, quæ plus incommodi affert,quàm commodi, poteſt alienari. Et dicitur plus incommodi, quàm cómmodi aferre,quando in ſingulos annos plus exponitur in reparationibus illius quàm ex emolumentis recipiatur,vel ex locatione illius domus, vel quam ex fructibus rei percipiatur.tex.in l.ſed an vltro.§.1.ff.de nego.geſt.& l.inter quos.§.fin. cum l.ſeq.ff.de dam.infec. & vtrobiq; per doct. & in alienatione harum domorum requiritur ſolénitas ſupradicta, niſi vt ſequitur in d.c.tertulas, vt probat Anth.Capy. in dec. neapol.q.105.

Quando plus incommodi dicatur res afferre.

125 Vbi ponuntur tria, antequam omitti poſsit ſolennitas.Primum quod res ſit exigua, & modica.probat text.ibi,terrulas, & ibi exiguas. Secúdò, requiritur quòd non ſit eccleſiæ vtilis ibi, eccleſiæ minus vtiles. Tertiò, quando neceſsitas fuerit: ibi,ſi neceſsitas fuerit. Quarto conſiderandum eſt, quòd licet ex neceſsitate poſsit omitti conſilium fratrum,tamen aliæ ſolennitates requiruntur, cùm hic tantùm dicatur de conſilio fratrum,ergo de aliis non intelligitur, vt ſupra dixi in verbo,quicquam.

Tria requiſita in tertulas.

126 Notandum eſt,dum textus dicit, domos vrbium,quia intelligitur de domo materiali, non de domo conſcientiæ : de.qua dicitur Eccleſiaſt.27.c.ſi nõ in timore domini tenueris te inſtanter,citò ſubuertetur domus tua,id eſt,cõſcientia. Nec de domo familiæ,de qua primæ ad Timoth.3. c. dicitur,oportet epiſcopum eſſe irreprehenſibilem, & ſuæ domui eſſe benè præpoſitum, id eſt,ſuæ familiæ. & Eſa. 28. dictum fuit Ezechiæ regi:Diſpone domui tuæ, ſcilicet per teſtamentum,quia morieris,&c.& Auguſt.in c.quantumlibet.47. diſt. ſic inquit, arrogare mihi non audeo vt domus mea, id eſt familia, ſit melior quàm domus Abrahæ,&c.& ita capitur domus in tit. ff. de ſenatuſconſult.Silla.ſecundum Bald. in l.1.in prin ibidem.& idem capitur in l. 1. C. ne liceat potentio. aliquando tamẽ domus accipitur pro patrimonio. l. 1. C. de ingenuis,& manu.vbi ſi teſtator reliquerit vxorem ſuam vſufructuariam totius domus, intelligitur, id eſt, totius patrimonij. teſte Saliceto ibi.

Multiplex eſt domus.

127 Et quid contineatur appellatione domus, vel illorum de domo, tradit Barb.in repet.l. cùm acutiſsimi. col 57.de fideic. & in addit.ad Bal.in rub.de duob. fratri.in vſibus feud.& conſ.20. illud.col.4.in 2. vol. Cornæus conſil.55. pro decciſione. col.3. in primo vol.Benedict.in repet. c.Raynutius, in verbo, & domum de teſta. Alex. in l. ex facto.§.1.nu.51.ff.ad treb.conſ.223.in 2.vol. Nec intelligitur hic tex. de domo ſepulturæ,de qua Dauid pſalmo 48. Sepulchra eorum domus illorum in eternum. Nec de domo gloriæ,de qua Dauid pſalmo 25.ait, Dominæ dilexi decorẽ domus tuæ,& pſal. 121. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum domini ibimus. quod Deus Optimus Maximus concedere dignetur. nam beati ſunt qui habitant in domo tua domine,in ſecula ſeculorum laudabunt te. Pſal. 83. Laudabimus ergo D. Ieſum,qui per paſsionem ſuam illam domum nobis præparauit per æterna ſecula, Amen.

Spes mea Chriſtus.

TRACTATVS CONCRVAE PORTIONIS BENEFICIORVM, VICARIIS MAXIME DEBITAE.

breuis,& admodum vtilis,ac in forensi iudicio vsu veniens.

AVTHORE D. PETRO REBVFFO, DE Montepessulano,Iurium Doctore,& Comite,in Parisien. Vniuersitate publico professore, nouiter editus: nuper reuisus & auctus.

DVRARE ET MORI,



NON PERIRE.

LVGDVNI.
Ad Salamandrę,apud Claudium Sennetonium.

M. D. LXIIII.

gruę portionis.

Epitomæ

1 *Authoris intentio.*
2 *Diuisio totius tractatus.*
3 *Congruo quid, & vnde.*
4 *Congruens munus.*
Congruenter respondere in stipulatione concipienda promissor debet.
5 *Congrua interpretatio.*
Congrua responsio.
6 *Congrua portio, id est, cõueniens, & sufficiens. & nume. 7.*
7 *Congrua expensarum satisfactio.*
8 *Congrua portio multis est introducta de causis: primò in fauorem ecclesiarum.*
9 *Item in fauorem personæ, id est, vicarii perpetui.*
Constructioni ecclesiæ episcopus consentire non debet nisi prius congruè dotetur. 25. & 26.
10 *Congrua portio in fauorem episcopi etiam introducta, vt ex illa curatus seu vicarius iura episcopalia ei persoluat.*
11 *Item in fauorem plebis & populi, vt habeant vicarium doctum à quo instrui possint.*
Plebs an alere teneatur sacerdotem ei sacra ministrantem.
12 *In fauorem pauperum introducta congrua portio.*
Hospitalem clericum esse decet.
13 *Clerici & laici cur nunc opprimantur.*
14 *Congruam portionem non petenti episcopus an assignare possit.*
15 *Congruæ portionis vicarius non renunciat in præiudicium successoris. & nu. 16.*
17 *Congrua portio quid sit.*
Paria sunt non prouidere, vel non congruè.
18 *Vicarius an curam habeat animarum.*
Clerico perpetuo tantum datur congrua portio, & non temporali & nu. 19.
19 *Clericorum nomine qui contineantur.*
Clerici primæ tonsuræ beneficia curata habere possunt, dum intra annum promoueantur.
20 *Congruam portionem quis petere possit.*
21 *Religiosi olim victu & vestitu contenti nulla ex his quæ eis dabantur, pauperibus erogabant.*
22 *Iura multa edita super congrua portione. & nu. 23. cum multis seq.*
25 *Portio congrua an prius sit assignanda quam recipiatur præsentatus, & nu. 26.*
Portionis congruæ assignatio loco dotis habetur.
25 *Institutio portionis prius facienda quàm assignatio secundum authorem, contra doctores.*
Assignatio portionis congruæ pro personæ conditione fit.
27 *Deuolutio quando non fiat cum qualitate & onere.*
28 *Assignatio dotis ecclesiæ, & congrua portio uti diuersa sunt.*
29 *Episcopus præsentatum non idoneum recusare potest.*
Intellectus clem. j. de iure patronat.
30 *Ordo text. clem. j. de iure patron. secundus.*
31 *Conuentio de non petenda congrua portione simoniaca est.*
32 *Religiosi variis modis ecclesias possident.*
Iura episcopalia quis habere dicatur.
33 *Ecclesia religiosis concessa non tamen fructus poterunt conuertere in vsus proprios.*
34 *Vnio ad mensam. & quid in ea requiratur.*
35 *Ecclesiam mensæ vniam conferens, videtur eam separare à mensa: non tamen ex hoc præiudicatur successori.*
36 *Vicarius amoueri à patrono non potest.*
Reditus ecclesiarum habentes ad eas præsentare debent, non autem priuare.
37 *Ecclesiæ bona dilapidans ab ea amoueri potest quod tamen hodie non seruatur.*
38 *Vicarius oneratus liberari debet.*
39 *Pensio quando augeri debeat, aut minui.*
40 *Vicarii quando rationem patrono redere teneantur: vel non. & nu. 44. & 45.*
Dotis fructus marito non debentur, si non supportat onera matrimonij.
41 *Intellectus cap. ex literis de iure patrona. & nu. 42. 43. 44. & 45.*
42 *Rationem reddere de suis bonis nullus compellitur.*
43 *Rationem qui reddere teneantur de fructibus ecclesiarum.*
46 *Congruam portionem assignare tenetur recipiens fructus primi anni.*
47 *Congrua portio à quo petenda.*
Laici bona ecclesiæ possidere non possunt.
Ius idem statuendum, vbi est eadem vel maior ratio.
48 *Decimas tenens tenetur ad congruam portionem: etiam si eas præscripserit. & nu. 49.*
50 *Patroni plures ad congruam portionem simul tenetur: & omnes conueniendi. & nu. 51.*
52 *Actione qua agendum sit ad congruam portionem. & 53.*
54 *Praxis quotidiana in petẽda congrua portione.*
Sententia debet esse conformis libello.
55 *Congrua portio coram quo iudice peti debeat.*
56 *Religiosi vel patroni statum ecclesiæ an possunt immutare, vel minuere.*
57 *Capitulum an vacante sede cognoscat de congrua portione.*
58 *Conseruatores vniuersitatum apostolici hanc portionem assignant.*
59 *Iudices seculares de cõgrua portione cognoscũt*
60 *Cognosci quõ debeat de congrua portione.*
61 *Congrua portio quomodo sit assignanda.*
62 *Victus presbyteri in assignanda congrua portione considerandus est.*
Alimentis legatis ea prius decerni debent, quàm alia seruitia & in congrua portione.
63 *Dignitas, nobilitas, & gradus scientiæ consideranda.*
Vsufructuarius alere & vestire seruos debet se-

cundum ordinem, dignitatem, & statum mancipiorum.
Iudex quomodo in honorariis aduocatorum versari debeat.
64 *Tutor quam mercedem praeceptori pupillorum constituet.*
Dotis modus quousque statuendus.
65 *Sacerdos clericum habere debet.* 67.
66 *Mulier in diuinis non potest sacerdoti respondere.*
68 *Numerus personarum in congrua portione necessariarum considerari debet.*
Beneficium non dicitur sufficiens, nisi sufficiat habenti, & personis sibi necessariis.
Priuilegium datur scholasticis, & personis sibi necessariis.
69 *Facultates beneficii in imponenda congrua portione consideranda,*
item & in dotis constitutione.
Fructus omnes beneficii non debet exhaurire vicarius.
Dynus liberalis, qui omnia expendere cupiebat.
70 *Onera in assignanda congrua portione consideranda sunt.*
71 *Hospitalitatis ratio à iudice in congrua portione assignanda haberi debet.*
Domus clericorum omnibus debent esse communes.
72 *Ecclesia an prius reparari, quàm pauperes ali, debeat.*
73 *Clerici armigeros recipere non tenentur.*
74 *Procurationem, & cathedraticum soluere debet curatus.*
75 *Decimae papalis habenda ratio in congrua portione assignanda.*
76 *Regionis mos considerari debet in congrua portione.*
77 *Aetas considerari debet in assignanda congrua portione.*
Senex maiori adiutorio indiget, quàm iuuenis.
78 *Commodè viuere, & sine penuria quid sit.*
Penuria quid, & quid penus.
79 *Appellari an possit ab impositione congruae portionis.*
80 *Portio quanta assignari debeat iudicis arbitrio relinquitur, inspecta tantum personae qualitate, &c.*
81 *Portio congrua in quibus rebus debeat assignari. & nu. 82.*
Prouentus nomen generale.
Actio inanis est, quam inopia debitoris excludit,
82 *Fructus liberis non debent computari in legitimam.*
83 *Portio congrua non debet assignari in oblationibus.*
84 *Item nec in fructibus certis loci.*
85 *Computandi qui reditus sunt in congrua portione.*
Heres in falcidiam computat omnia quae capit iure hereditario,
86 *Distributiones non computantur in congrua portione: nec ea quae non capit iure vicariae suae.*
87 *Incerta quando computetur in congruam portionem.*
Paria sunt, certum esse per se, vel per relationem ad aliud,
88 *Pensio habita ex aedicula non computatur in congruam portionem.*
In falcidiam non computantur, quae dantur ab extraneo.
89 *Lucrum ex pueris docendis proueniens non imputabitur in cōgruā portionem.*
90 *Congrua portio an tolli possit.* 93. & 94.
91 *Transactione non perit portio congrua.*
92 *Portio semel assignata an augenda sit.*
Contrariorum eadem disciplina.
94 *Parochians quādo sacerdotem alere teneātur.*
Compensatione non perit congrua portio.
95 *Vicarius quando aliter non petit portionem congruam.*
96 *Vicarius an cogendus sit apud patronū viuere.*
97 *Patronus ad paupertatem redactus vbi ali debeat.*
98 *Ordinatos ab episcopo vbi alendus.*
99 *Alimenta recipiens an teneatur operari.*
Vxor operari debet marito, & filius patri.
100 *Portionis augmentum quando peti possit.*
101 *Vicarius an patrono praeferatur si fructus tantum vni sufficiant.*
102 *Pater quando non teneatur filiam dotare.*
103 *Clausula in vnionibus scribi solita.*
Ablatiui absolutè positi conditionem important.
104 *Donare episcopus vni ecclesiae, & auferre alteri non potest.*
105 *Vicarius propter ingratitudinem an congrua portione priuetur nu. 106.*
106 *Beneficium propter ingratitudinem non aufertur,*
Donatio facta ecclesiae non reuocatur propter delictum praelati.
107 *Fundatus in decimis quis sit de iure communi cum nu. seq.*
108 *Vicarius an sit de iure communi fundatus. & nu. 109. & 112.*
Pars in toto est.
110 *Decimae in dubio curato aut vicario adiudicari debent.*
111 *Nouales decimae an ad vicarium pertineant.*
112 *Vicarius, rector, curatus.*
113 *Probare quis debeat se curatum primitiuum.*
114 *Vicarium non esse curatum quomodo probetur. cum nu. seq. vsque ad nu. 120.*
119 *Iurisdictionem habens praesumitur curam habere primitiuam.*
120 *Episcopus in quibus à iure communi fundatus sit. & nu. 121. 22. & 123*
121 *Exemptum qui se dicit, probare debet.*
124 *Imperator, & rex Franciae, in quibus de iure communi fundati sint.*
125 *Dominium rerū non habet princeps. & nu. 126.*
126 *Emptio rei suae non est.*
127 *Allodiales & francae praesumuntur omnis res, nisi probetur contrarium.*
128 *Imperator quod sit totius mundi dominus, quomodo intelligatur. & nu. 129.*

Intell

1 CVM ista sit vtilis, & in iudiciis frequẽs materia, ab amicis (quorum iustis nihil denegare soleo petitionibus) rogatus sæpius fui, vt illam parum, in variis tamẽ locis tractatam, breui quodam cõpendio, & planè pertractarem quod, & si mihi difficile esse putauerim, tamen illis viriliter satisfacere conabor. Et vt demũ hæc parũ nota omnibus materia indigentibus notior fiat, laborè que illorum, qui eam efflagitant, leuare hisce scriptis possim, sequentia hoc squalido pestis, & belli tempore, quo animus studiosorum torquetur, & ferè in irritum cedit, reluctante pene Minerua, hæc dictare tentaui: in quibus, lector beneuole, si temporis iniuriam respexeris, boni (vt spero) consules. & ne in his vlterius tuam animi integritatem remorer, à me ista in hoc describentur tractatu.

Totius tractatus descriptio.

2 Primò, quare dicatur, & quare congrua portio vocetur, ἡμιμερίσθαι Græci vocant. Secundò, quamobrem inuenta sit. Tertiò, quid sit. Quartò, quis istam congruam portionem petere possit. Quintò, à quo peti rectè debeat. Sextò, qua actione experiendum sit. Septimò, coram quo iudice hæc portio congrua peti cõmodè valeat. Octauò, quomodo assignari debeat. Nono, quanta assignari. Decimo, in quibus rebus possit. Vndecimo, quæ illi debeant vicario in hac congrua computari portione. Duodecimo, an congrua portio tolli possit. Vltimo, an curatus, vicariúsve perpetuus, monasterii, seu patronus, episcopus, vel alius in decimis, & aliis sit de iure communi fundatus: & qua sit vtilitas ad hoc dignoscendum. Quibus summatim discussis, congruè huic prouisum erit materiæ.

Congruũ vnde.

3 In primis congruum emanat à verbo, congruo, quod significat conuenit, expediens est. & hoc verbum à gruibus tractum esse quidam asserunt: quæ inter se ita conueniunt, vt nec volando quidem sic, nec pascendo segregent. Vnde Iurisconsultus hoc verbo sæpius vtitur, sic inquiens: Congruit bono & graui præsidi curare, vt pacata atque quieta sit prouincia. l. congruit. ff. de offic. præsi. & alibi sic ait: Illã enim æquitatem debet admittere Cẽsitor, vt officio eius congruit releuari eum qui, &c. in l. forma. §. illam. ff. de censib. facit. l. semper. §. licet. de iure immuni. & cõgruit rationi. l. 4. de vsufruc. accrescen. arbitrio bonæ fidei iudicis congruit. l. videamus. in fin. ff. de in litem iurando.

Congruens munus.

4 Item congruẽs munus vocatur personæ conueniens, in l. 1. in fin. ibi, & muneribus congruentibus fungi curet. ff. de decurio. l. & si filium ibi, honores, qui filio decurioni congruentes. de muneri. & honori. Inde congruenter respondere in stipulatione cõcipienda promissor debet. l. 1. ff. de verb. ob. §. in hac. illo tit. in Instit. consona, & congruens debet esse responsio interrogationi, quo ad sensum, non quoad verba, vt olim: sed sufficit quòd vterque intelligatur. d. §. in hac.

Congrua interpretatio.

5 Etiam congruum, conueniens dicitur. Quid enim tam congruum fidei humanæ, quàm ea quæ placuerunt inter contrahentes seruare? l. 1. ff. de pact. Inde congrua interpretatio, conueniens, & apta. l. item veniunt. §. aptanda est nobis singulis verbis senatusconsulti congrua interpretatio. ff. de petitio. hære. & obligamur verbis, cùm præcedit interrogatio, & sequitur congrua responsio. l. obligamur. §. 1. ff. de actionib. & obligationibus.

Cõgrua portio & conueniens.

6 Ad hæc congrua portio conueniens dicitur, quod conuenire debeat illi, cui est assignata, quæ interdum vocatur sufficiens. in c. extirpandæ. in fin. prin. ibi, portio presbyteris ipsis sufficiens assignatur. de præb. & ibidem in §. fin. vocatur congruens portio. sed in ca. de monachis. dicitur congrua substentatio. & in clem. 1. de iure patro. & in c. pastoralis. de his quæ fiunt à præla. interdum portio nominatur competens, in c. 20. vbi autem. de deci in 6. & in c. 2. de supplen negligen præl. & in c. postulasti. de rescrip. & in c. cùm in de cõst. sed communius appellatur congrua portio. quo nomine etiam papa vtitur. in c. beneficium. de reg. in 6. Et sic congrua portio dicitur sufficiens conueniens, & competens, vt vicarius inde commodè viuere possit. per gloss. in d. cap. vno. in verbo, absque penuria. de statu regula. in 6.

7 De congrua satisfactione expensarum, scribitur in c. si §. in aliis. vt lit. non contest. Hæc de prima quæst. vt dicatur congrua portio, conueniens, & sufficiens. & ideo congrua vocatur, quod conuenire, & congruere debeat ei cui est assignata. & cùm communius sic vocetur, hoc nomen huic tractatui indidimus. De iure cõgrui tractat Mat. de afflic. in trac. de iure prothomiseos.

Quare introducta sit congrua portio.

8 Secundo quæro quamobrem introducta sit hæc congrua portio. Respon. multis de causis. Primo in fauorem ecclesiarum, vt per bonos, & sufficientes vicarios animar-

de mouachis. & paria sunt non prouidere, & non congruè, quo ad hoc, vt agi possit, vt infra dicetur.

Vicarius an curam habeat animarum.

18 In definitione etiam dicitur clerico perpetuo, ad remouendum temporalem, qui tempus impedimenti tantùm præficitur, ratione fortè studij.c.cùm ex eo.de elec.in 6. vel infirmitatis, vel alia iusta de causa: & huic non prouidetur de hac congrua portione, tum quia potest remoueri ad nutū præficientis, licet id temporis quo seruit, ali debeat, tum etiam quia non habet curam animarum, sed eam exercet nomine curati vel rectoris.glo. in extraua.execrabilis.in verbo, temporales. de præben.in extrauagan. Iohan.22.

19 Item hæc congrua portio clerico assignatur, qui in beneficio institutus, & suffectus est perpetuò ad seruiendum illi beneficio, & ad vitã suam, & habet titulum, & nomine suo curam exercet, & cõmuni nomine vicarius vocatur, licet aliquando etiam curatus sit, vt inferius dicetur.cle.vna.de offi.vica.c.postulastis.de rescri.ca.extirpandæ. §. qui verò de præb. Et dixi clerico cuius nomine venit tam sacerdos, quàm alius etiam primæ tonsuræ: vt Panor.scribit in rub.de vit.& hone.cler.quia illi volenti promoueri ad sacros ordines, etiam congrua portio assignari debet per generalitatẽ.text.in d.c. 1.de præb.in 6. Et quia beneficia curata etiã isti clerici possunt habere, dummodo intra annum promoueãtur.c.licet cano.de elec. in 6.& c.si pro clericis.de præbend. ibid sic & ista: ideo si illa habeant, eis prouidebitur de congrua portione, licet non sint sacerdotes. Reliqua verba in definitione contenta, inferius explicabuntur. & aliãs vicariorum species tradit Panormit.in d.cap.postulasti. Imol. & alij in d. clemen.vna. & Auriol.in addi.ad de montelaud. in cap.super eo.de præbend.in 6.& Bertach.in tract. de episco.7.parte.4.lib.& ego plenissimè in praxi beneficiali post princ.

Clericorum nomine qui contineantur.

Quis congruã portionem petere possit.

20 Quarto quæro, quis istam portionem petere possit? Respon. vicarius ecclesiæ perpetuus, vel curatus ipsi beneficio deseruiendo perpetuò præpositus.c.1.de præb.in 6.d. c.extirpandæ. & iuribus proximè allegatis.

21 Notandum est quod religiosis olim propter religionis zelum, multa dabantur bona, & ecclesiæ prouentus, quia piè viuebant, & Deo optimè seruiebant, & licet multa illis darentur, tamen victu & tegmento contenti erant, vt inquit diuus Paul.nos debere esse, reliqua ipsius pauperibus impartiebantur, & vicariis perpetuis ecclesiarum eis vnitarũ non pauca tribuebant. Sed quia cœpit auaritia illorũ excrescere.c. auaritiæ. de præb.& bona pauperũ, & vicariorũ retinere, nõ assignando eis nisi decimam sextam partem fructuũ beneficij, ob id non valebant vicarij congruè viuere: quãobrem iura fuerunt promulgata super hoc sequentia

22 Primùm, Alexan.statuit in c.de monachis de præb. quod religiosi nullos habeant præsentare ad ecclesias, in quibus temporalia & ius habent patronatus, nisi eis assignent congruam portionem, qua congruè viuere possint, hospitalitatem tenere, iura episcopalia soluere, & alia onera supportare. Verùm quia religiosi instituebant & destituebant vicarios conquerentes, pensionibúsque eos onerabant, & quandoq; nolebant aliquos præsentare, vt ipsi relig osi omnia occuparent bona, ob id super hoc prouidit Clemens 3. volens vt antiquus & debitus ecclesiæ status seruetur: & si religiosi intra sex menses non præsentauerint idoneũ, tunc liceat prælato prouidere idoneo. tex.in c.2.de supplen.negligen.prælato.

Iura multa pro hac portione statuta.

23 Verum enimuero quia ille decretales erant tantum factæ contra religiosos exemptos, & ideo alij non exempti, vel seculares patroni prouidere ipsis vicariis nolebant, cùm de eis nihil statutum fuisset: quamobrem, Clemens 4. statuit prædicta iura habere locum tam in religiosis exemptis, quàm in non exemptis, & in aliis patronis etiam secularibus.text.in ca.1. de præbend. in 6.

24 Sed quia moram faciebant patroni in hac portionis congruæ assignatione, ob id statutum fuit in consilio Viennensi, vt archiepiscopus, vel episcopus præstitueret terminum patrono, ad assignandum illam cõgruam portionem vicario: quam nisi intra illud tempus præscriptum illud patronus assignaret, authoritate sua poterat episcopus præsentatum admittere, & in pœnã præsentium ad diœcesanos ipsos potestas assignationis huiusmodi deuoluebãtur, etiã non expectatis sex mensibus.clem.1. de iure patro.Ecce iura super hoc statuta.

Portio an prius sit assignanda quam recipiatur præsentatus.

25 Et quamuis ibidem tex.dicat episcopum extunc, id est, elapso termino ab episcopis præstituto debere præsentatum admittere, & postea portionem congruam assignare: tamen Anchara. Cardi.& alij iuris interpretes dicunt illius textus ordinem non esse necessarium: quos sequitur Cæsar Lamberti, in tractã.de iure patro.artic.10.q.principa.3.partis.2.lib.fortius probans, quia assignare prius renentur religiosi, quàm præsentare: ergo & episcopus.nam ad illum deuoluitur ius cum illo ordine. clement.1. de suplend. negligent. prælat. etiam quia hæc assignatio loco dotis habetur, secundum eum. Et assignatio ecclesiæ prius fit, quàm construatur.ca.nemo. de consecra. distinct.1.c.vlt.de eccle.ædifi. nec obest verbum ex tunc, quia Papa non determinat ordinem.hæc ille.

26 Ego verò arbitror ordinem textus clemen. seruandum esse, & debere episcopum prius admittere præsentatum, & cum instituere, quàm assignare illi portionem, insequendo statuta in illo text. d.clemen.1. alioqui

Authoris sententia quo primo instituendus, at portionem assignet, contra doctores.

alioqui frustra esset ibi ordo statutus,& verba ibi descripta nihil operarentur,contra text. & ibi glol. in l.i.ff. quod met. cau. quia debet esse fundamentum antequam ædificemus: & esse aliquis debet, cui portionē assignemus. arg. c.cùm Paulus. i.q. i.sed si prius ordinarius assignaret quàm institueret,ignoraremus cui assignaret:igitur prius debet fieri institutio, quàm assignatio. Nam assignatio pro personæ conditione fit, vt interius dicetur, igitur prius quærenda erit persona, quàm assignatio fiat.l.si quæramus.ff. de testa. ergo institutio prius fiet ab episcopo, & interrogabitur institutus an sit idoneus, antequam instituatur. Nec obest,quòd patroni prius assignēt,hoc verum est, vt episcopus videat, antequam præsentationem admittat, si portio personæ præsentatæ sufficiens sit, non vt recuset præsentatum, si non habeat congruam portionem.& hoc est introductum in pœnam etiam patronorum, vt d.clem.i. Sed cum est deuolutum ius ad episcopos, non est timendum de congrua portione, quam ipse episcopus assignauit, pro qualitate personæ instituti: quam qualitatem instituti prius scire oportet. & sic est diuersa ratio in episcopo, & in religiosis, seu in patrono: quia semper debet esse certus is, cui portio assignari debet. Nā incertè portio assignari non solet, vt inferius dicetur: & non dicitur incertus patronus de præsentato, cum ipse eum præsentat, quia iam elegit eum ad præsentandum, ergo illi incertus non est: & ideo diuersum est statutum in d.cle.in patrono,& in ordinario.

27 Non obest quòd ad episcopum deuolua tur ius cum illo ordine dictæ clemen.vnicæ. Respond. hoc non esse verum, quando aliud expressum esset, sicut in d.clemen.i. de iure patron.est expressum, vt admittatur præsentatus ab ordinario, & postea ei portio assignetur, & patronus prius eligat per sonam quàm illi portionem assignet.

Deuolutio quā de non fiat cū qualitate & onere.

28 Non refragatur quòd assignatio dotis ecclesiæ prius fieri debeat, quàm construatur, ergo & assignatio huius portionis. Respon. ista esse diuersa. nam in assignatione dotis ecclesiæ est expressum, ne ædificatæ ecclesiæ ædificans postea dotem assignare recuset, & illā ecclesiam desolatam & pauperem relinquat: quod etiam fortè patronus faceret, si ab eo præsentatus esset institutus. ob id statuitur vt patroni prius assignent portionem: & si non assignauerint intra tempus statutum, tunc episcopus ad quem est deuolutum ius, & prouidendi, & assignandi portionem congruam non relinquet ecclesiam, cum de suis bonis non prouideat, sed admittet præsentatum à patrono, si idoneus sit,& illi admisso pro conditione personæ de congrua prouidebit portione: & sic satisfit patrono, cum episcopus admittit ab eo præsentatum, quem ipse instituit, & portionem assignat.& sic planè loquitur ille text quamuis doct.contra ipsum expressè decidant. Vnde sic concludendum est, episcopum admittere prius debere præsentatum à patrono si idoneus sit,& postea illi de congrua portione prouidere.

29 Si autem præsentatus non fuerit idoneus, tunc poterit episcopus repellere eum, vt à iure ei conceditur.c.quod autem. & c.cum autem. de iure patronatus. Et licet textus dicat in d.clemen.i.extunc diœcesanos admittere debere præsentatum, certè intelligi debet, si præsentatus fuerit idoneus: nec enim credendum est Romanum pontificem. qui ius tuetur, quod aliàs excogitatum est multis vigiliis, & inuentum, vno verbo subuertere voluisse. ca.ecclesia.2.de electio.l.si quando.C. de inofficioso testa. Et ita debet intelligi tex. in d.clem.i. dum dicit, nisi aliud canonicum obsistat, & tunc dicit Panormi.in c.cum vos.de offic.ordi. col.2. Prouidebit episcopus etiam si esset patronus laicus:& si episcopus nollet admittere idoneum, superior archiepiscopus posset.c.nullus, vbi doctores. de iure patr.

Episcopus præsentatum non idoneum recusare potest.

30 Superest igitur episcopum seruare debere ordinem textus in d.cle.i.descriptum, ne frustra occupet membranas.c. si Romanorum 19.distinc.& vt aliquid operentur verba ibi posita, & aliis rationibus præmissis: quia si episcopus reciperet præsentatum, antequam ei esset prouisum, & patronus postea nolet prouidere, vel moreretur, difficilius esset episcopo curare vt præsentato prouideretur: ideo certius teneat.

31 Attamen quia religiosi in principio conuenire solebant cum vicariis de modica portione eis præstanda, quod tamen est symoniacum, aliàs præsentare illos nolebant, qui non promitterent eis post institutionē nihil aut parum petere. quamobrem sub dissimulatione transierunt diœcesani, & præsentatos à patronis indistinctè, sine inquisitione congruæ portionis, admiserunt: & cum vicarij fuerunt instituti, conqueri cœperunt de congrua portione: ideo is cui non fuit congrua portio in initio, scilicet tempore præsentationis assignata, etiam postea quocunque tempore eam petere potest. & ad hoc tendunt iura, & doctores in dictis locis, sed quia admodum pauca iura super hoc sunt constituta, ideo oportebit ex latebris vtriusque iuris alia perquirere.& ex similibus ad similia procedere.iuxta l.non possunt ff.de leg. Quare ista materia difficilis, & penè ignora est visa. Ob id, vt iter quoddam ad illam præbeam, hic aliquas faces incendam, vt alibi perquiri & inueniri ex his possit, quia in ignotis facilè erratur. boni si lubet consuletis.

Conuentio de non petenda cōgrua portione symoniaca est.

32 Notandum est quòd religiosi variè ecclesias possident: interdum temporalia habent, j. beneficij fructus, decimas, & alios reditus,

Religiosi variis modis ecclesias possident.

redditus, & ſpiritualia ſimul, quod pleno iure haberi dicitur, vel vtroque iure. in c. cùm. & plantare. & in cap. quoniam per confeſsionem. de priuileg. & tunc dicuntur habere pleno iure, & quando iura quaſi epiſcopalia habent, & epiſcopus nullum ius epiſcopale in eis exercet, ſed tota iuriſdictio pertinet ad abbatem, vel ad alium prælatum, vel capitulum. tex. & ibi Panor. & alij in c. Lateranen. de præben. c. querelam. de elect. nec deſiit ob hoc pleno iure haberi quamuis epiſcopus aliqua beneficij temporalia recipiat. per tex. in c. cùm venerabilis de cenſib. & in his eccleſiis conſtituuntur vicarij temporales ad nutum reuocabiles, quibus non prouidetur de congrua portione. vt ſuprà dictum extitit. Sed de his loquitur tex. & glo. in cle. vnica. in fi. de ſuppl. negli. præl. Et cùm epiſcopus eximit aliquã eccleſiam, retinet correctionem, procurationẽ. & cathedraticum tex. in c. paſtoralis. de dona. c. cum venerabilis de cenſib. gloſ. nota. in c. viſis. 16. q. 2.

Iura quaſi epiſcopalia quis habere dicatur.

33 Si tamen concedatur eccleſia religioſis pleno iure, non poterunt ex hoc conuertere fructus eccleſiæ donatæ in vſus proprios ſed ſicut epiſcopus qui eccleſiam pleno iure habet, non recipit ad ſuam vtilitatem, ita nec ipſi religioſi, niſi epiſcopus. ſic donans eccleſias prius fructus recepiſſet: tunc & illi quibus eſt donata, illos capient. text. in d. c. paſtoralis de donatio. Sed per illam donationẽ pleno iure habebit donatarius regimen in ſpiritualibus, & temporalibus, & iura quaſi epiſcopalia. text. in c. quoniam de priuil. Inno. & Panor. in d. c. paſtoralis. de priuile. vbi dicunt in hac donatione con ſenſum epiſcopi eccleſiæ donatæ ex neceſſitate requiri. cautius eſt tamen, vt epiſcopus vtriuſque eccleſiæ tam donatæ, quam donantis conſentiat.

34 Aliquando eccleſiæ vniuntur menſis prælatorũ vel capitulorũ: & tunc poſſunt prælati vel capitula quorũ menſis ſunt vnitæ eccleſiæ, fructus ad ſuos vſus conuertere: quod aliàs non poſſent. gloſ. ſingu. in cle. vna. in verb. ad menſam. de exceſ. prælat. quã approbat & elucidat Paul. de Roma. in tract. de penſio. eccleſiaſt. c. 1. nume. 7. & ſeq. Et in hac vnione ad menſam facienda ſolent vicarij eccleſiis parochialibus perpetui reſeruari, cui debet portio congrua aſsignari, iuxta papæ mandatum in vnione appoſitum. his verbis: reſeruatis tamen de ipſis fructibus, redditibus, & prouentibus beneficiorũ ipſorum, ſi eccleſiæ parochiales, fuerint, pro ſingulis perpetuis vicariis, in ſingulis eiſdem parochialibus eccleſiis inſtituendis portionibus, ex quibus dicti vicarij congruè ſuſtentari valeant, & alia ſibi incumbentia onera ſupportare, ac prouiſo quòd alia beneficia huiuſmodi, quæ parochiales eccleſiæ non exiſtunt, debitis non fraudentur obſequiis, & animarum cura in eis, quibus illa illuminet, nullatenus negligatur cle. 1. de præb. Ecce quod in vnione ad menſam conſtituuntur vicarij perpetui, quibus eſt congrua portio facienda, & de his etiã loquitur hic. Et hodie tot factæ ſunt vniones, per quas & nominati, & graduati ferè priuati ſunt beneficiis: & ideo omnes iſtæ annullatæ nouiter fuerunt in conſilio Tridentino, in ſeptima ſeſsione, & antea in conſilio Conſtantien & iſtæ vniones fuerunt cauſæ multorũ apoſtatarum, & fortè hæreſum. hoc probat experiẽtia, quod vtinam non eſſet.

De vnione ad menſam.

35 Item his addendum eſt, quòd ſi epiſcopus, vel abbas eccleſiam ſiæ menſæ vnitam conferat alicui in titulum, videtur eam ſeparare à menſa: ſed non præiudicabitur ſucceſſori, quin menſæ applicet, ſed ſibi tantum qui contulit. tex. vbi Barba. in 3. col. in cle. 1. de reſcrip. & iuramentum de non alienando, à prælato præſtitum in initio conceſſæ adminiſtrationis, iuxta c. ego N. de iureiur. referatur ad res quæ ſunt de menſa, & ad eas res quarum directum & vtile dominium eſt penes eccleſiam: non autem ad bona feudalia, qua non obſtante iuramento, ſecundum conſuetudinem infeudari poterunt tex. ſing. in cap. ſi de feud. plenè doctor. tradunt.

36 Quandoque religioſi percipiunt temporalia eccleſiarum tantùm & ſufficiunt vicarium perpetuum: & iſti etiam debet prouideri de congrua portione. & de his vicariis loquitur tex. in c. in Lateranenſi. & in c. de monachis. de præb. clem. vnic. de offic. vica. & iſti deſtitui ab ipſis patronis non poſſunt, vt ibi, & cap. 2. de ſupplen. negligen. præl. Feder. conſi. 95. ſuper dubitatione. quia habentes temporalia & redditus præſentare ad eccleſias debeãt, non autem priuare. c. vlti de iure patro. & d. e. de monachis niſi hoc etiam fuerit præſcriptum. e. cum olim. de præſcript. & niſi de epiſcopi conſenſu. d. c. in Lateranenſi. de præben. & licet ad præſentationem eorum fuerint ab epiſcopo inſtituti, tamen ipſi de cura plebis reſpondere debent. d. c. in Lateranenſi. & in cap. cum plantare. §. in eccleſiis. de priuileg.

Vicarius amoueri à patrono nõ poteſt.

37 Poteſt tamen petere patronus inſtitutũ amoueri, ſi dilapidet eccleſiæ bona, vel ex alia iuſta cauſa. c. filiis 16. quæſtio vltima. doctor in c. ex parte. A. de teſtibus. Iohan. Andr. in regula, indultum. in mercurialib. & Federic Senen. d. conſil 95. colum 1. quod nunquam vidi obſeruari. Nam ſi obſeruaretur hodie, multi etiam prælati eorum dignitatibus deſtituerentur, qui bona eccleſiarum in ſuarum animarũ perniciem paſſim deglutiunt, & dilapidant.

Dilapidans bona eccleſiæ, ab ea remoueri poteſt.

38 Aliquando relioſi idoneum ad vicariã perpetuã, penſione ipſis reſeruata, præſentant verum quia illũ penſionibus magnis onerãt, quæ nec duo, vt parœmia vtar, Ae-

Oneratus vicarius liberari debet.

i gypt

gypti ferrent ideo vicarius ecclesiis competenter paupertate nimia oppressus, deserуire nõlvalet. nec iura episcopalia soluere, neque hospitalitatẽ, sicut conuenit transeũtibus impartiri. c.2. de supplen. negli. pral. Et tunc vicarius potest agere, vt ab illo excessiuo onere liberetur, reseruata sibi congrua portione: & ita etiam prouidebitur, vt ibidem habetur.

Augeri quando pensio debeat. 39 Et hoc casu quando ecclesia donata monasterio fuit ad vsus proprios, & monasterium, reseruata sibi pensione, concessit eam alteri, debet auctis facultatibus, augeri pensio: quia fuit imposita ratione fructuũ: quibus etiã diminutis, diminueretur teste Panor. in c. prohibemus. in fi. de censi. sicut in procuratione debita dicitur, in c. quanto. de sensib. vt quemadmodũ portio quæ per bonorum possessionem accesserit, auget legata, ita & quæ decesserit, minuat. Pulchrè iuriſconsul. in l. & si contra tab. in fin. ff. de vulga. Et quid videatur datũ religiosis, cùm datur eis ecclesia ad vsus proprios, decidit Inno. & Panor. in c. pastoralis. de priuileg. & docto. in c. pastorali. de dona.

Vicarii quando rationem patrono reddere teneantur. 40 Quandoque religiosi præsentant ad ecclesiam, in qua habent temporalia, decimas scilicet & alios redditus, quos vicarius omnes recipit: tunc de illis bonis, temporalibus, quæ spectant ad patronos, rationem illis competentẽ reddere tenetur: & eo casu non est locus congruæ portioni, quia omnia onera tunc subeunt patroni. c. in Lateranensi. de præb. e. ex literis. in fi. de iure patro. c. cũ & plantare. §. in ecclesiis. de priuil. Quippe marito non debentur fructus dotis, si non supportat onera matrimonij. l. fi. §. præterea. vbi doſt. C. de iure dot. quia pro oneribus debentur. l. pro oneribus. C. eo. l. fin. ff. de doli excep. vbi Bar. & I. Iacobi. in l. cum post in princ. ff. de iure dot. & ita intelliguntur illa iura disponentia præsentatos ad rationes patronis teneri. Nẽpe hoc est verũ, cum vicarius reciperet temporalia nomine religiosorũ, seu bona ad patronos spectantia: sed tutius est tam patrono quàm aliis, vt congrua portio assignetur vicario, & reliqua patronus suscipiat: aliàs non video quòd vicarius reddere rationem de sua cõgrua portione teneatur. Nam text. in d. c. ex literis dicit, vicarius de temporalibus teneatur respondere: quia bona postquam erant donata monasterio, vicarius q de religiosorũ consensu illa bona suscipiebat, meritò de illis debeat respondere, non verò de bonis quæ sibi recipit. Idem habetur. in d. cap. cum & plantare. §. in ecclesiis. ibi, ipsis verò pro rebus temporalibus ratione exhibeant cõpetentem. Et idem dicitur in d. c. in Lateranensi in fi. ibi, ipsis verò pro rebus temporalibus rationẽ exhibeant competentem. & c. sanè. 16. q. 2. ibi, sacerdotes de populi cura episcopis rationẽ reddant, abbati verò pro rebus temporalibus ad monasterium pertinentibus debitam subiectionem exhibeat. & ibi glo. Nẽpe religiosi olim solebant vicariis committere, vt reciperẽt temporalia, & spiritualia administrarent, verum postea vicarij rationem non reddebant de temporalibus iustam: ob id religiosi noluerunt permittere, vt ipsi reciperent, sed tantum portionem suam, de qua iustum non est vt rationem reddant.

Differentia communis & nomũ prebet intellectum. 41 Quamuis Panorm. & alij in in d. c. ex literis dicant patronum ecclesiasticum habere hanc potestatẽ, vt ratio illi reddi debeat, secus in laico. & ita assignant differentiam inter patronum ecclesiasticum & laicum. & idem docet Panor. in c. cum ad sedem. in gl. 2. de restitu. spolia. & in d. §. in ecclesiis. quẽ sequitur Roch. Curtius, in tract. iuris patr. in verb. honorificum. in vlti. q. dicentes hunc patronum non posse exigere rationẽ ab hoc vicario minutatim. & hoc etiã firmat Cæsar Lambert. in tracta. iuris patro. lib. 3. artic. 5. q. 2. princip. Deci. verò. in c. de monachis, col. 3. de præb. probat vicarium teneri tã ecclesiastico patrono, quàm laico reddere rationem: quia ius patronatus laicis competens est efficatius & maioris virtutis, quàm ecclesiasticum. c. cum. dilectus. de iure patro. hæc ille.

42 Ego verò teneo vicarios de bonis, quæ ratione vicariæ perpetuæ sibi recipiunt, nec laico, nec ecclesiastico patrono rationem reddere cogendos: quia de suis bonis nullus rationem reddere compellitur, sed ecclesia est vicarij, ergo de eo quod sibi recipit rationem non reddit.

Qui rationem reddant de ecclesia fructibus. 43 Secundò, probatur per locum à speciali, rectorem hospitalium, leprosariarum, & eleemosinariarum rationes instar tutorum & curatorũ reddere teneri. clem. quia contingit. §. 1. de reli. domib. speciale est in illis, ergo ius commune est in contrarium. l. ius singulare ff. de legib. l. 1. ad municip.

44 Tertiò, non inuenitur quòd vicarius teneatur patrono rationem reddere, nisi de temporalibus, ergo si illa recipiat, rationem reddet: sed de his quæ vicarius percipit ex sua ecclesia nomine suo, de illis rationem reddere non tenetur. Sed cum vicarius recipit temporalia quæ donata erant vel patrono laico, vel ecclesiastico, de illis rationem reddere tenetur, quia non sua recipit, etiam minutatim: secus de fructibus, quos in suã vtilitatem recipit. Ita resideo, quicquid hactenus scripserint docti. Et sic facienda est differentia in hoc, quia interdum vicarij recipiunt oblationes, sepulturas & alia quædam iura ratione vicariæ, & ecclesiæ suæ, & de his nullam rationẽ patrono reddere tenentur: quia ea recipientes iure suo recipiunt: nisi consuetudo fuerit in contrarium. facit tex. in c. sanè. 16. q. 2. vbi sic dicitur: Sanè quia monachorum quidam episcopis suis ius suũ auferre contendunt, statuimus, ne in parochialibus ecclesiis, quas tenent

nent abſque epiſcoporum conſilio, presbyteros collocent: ſed epiſcopi parochiæ curam cum abbatis conſenſu ſacerdoti committant, vt eiuſmodi ſacerdotes de populi quidem cura epiſcopis rationem reddant, abbati verò pro rebus temporalibus ad monaſterium pertinentibus debitam ſubiectionem exhibeant: & ſic ſua cuiq; iura ſeruentur. ecce ibi text. valde accomodum, & ad hoc clarum.

45 Interdum verò vicarius in temporalibus partem habet tamen omnia temporalia recipit, tam ſuo, quàm patroni nomine, vel omnia temporalia patroni nomine recipit, & tunc de illis rationem ceddere tenetur, ſicut tutor, & alius adminiſtrator: nec erit aliis priuilegiatior. l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ratio. diſtrahẽd. de quibus ſcripſi in l bo ues. §. inter. ff de verborum ſignifica. & ſic puto intelligenda iura prædicta: licet doct. in eis valde ceſpitauerint, & alio modo ea intellexerint. Et hodie hoc iure vtimur, vt religioſi & alij patroni vix patiantur ſua iura à vicariis recipi, ſed illis partem faciũt minorem, quàm poſſint, de quibus nulla redditur ratio.

Recipiens fructus primi anni congruã portionem aſsignare debet.

46 Poſtremo, congrua portio dari debet à prælato, qui fructus benefici primi anni recipit ex priuile. io c ſi propter. de reſcrip. in 6. quæ taxatur ad dimidiam. per extrauag. ſuſcepti. de elect. in extrauag. Io. 22. vt abundè ſcripſi in tract. de ſentent. prouiſional. in præfa. nu. 11. & ſeq. in 4. caſu.

A quo petenda ſit congrua portio.

47 Quintò quæri poteſt, à quo hæc congrua portio peti poſſit? Reſpondeo, tam à patrono exempto, quàm non exempto, eccleſiaſtico vel laico, religioſo, vel ſeculari, ſiue ſint monachi, ſiue canonici. & ſic etiã à capitulo, & generaliter ab his qui eccleſiæ prouentus recipiunt c. ſicut de ſupplen. neglIgen. præl c. auaritiæ. c. de monachis. c. in Lateranenſi. de præb. & d. cle. 1. de iure patr. iuncto c. 1. de præben. in 6. Et quamuis Cardin. in cle. 1. q. 10. per illum text. exprimentem perſonam eccleſiaſticam, dicat non habere locum in laico, quia ad laicos non ſpectant fructus rerum eccleſiaſticarum, ſed ex toto ad inſtitutum. nec laici bona eccleſiæ poſsidere poſſunt. cap. cauſam quæ. de præſcript. ſecus in viris eccleſiaſticis. c. cum apoſtolica de his quæ fiunt à præl c. prohibemus. de deci. Si tamen laicus ex priuilegio fructus eccleſiæ reciperet, vel ſurparet contra eum agi ad hanc portionem poterit, cum ſit eadem & maior ratio in eo, quàm in eccleſiaſtico: & vbi eſt eadem vel maior ratio, idem ius ſtatuendum eſt l. illud. ff. ad leg. Aquil. §. porro. ibi, ſi qua fuit antiquioribus cauſis ſimilis ſeu maior, quæ fuit pri. cau. benefi. amit.

Decimas tenẽs ad congruã portionem tenetur.

48 Etiam is qui eccleſiæ decimas poſsidet, tenetur ad hanc portionem, quamuis patronus non ſit, cum decimæ ſint tributa egentium. c. reuertimini. 16. qõ. 1. Nam qui ſeruit altari, vt vicarius. de altari viuere debet. c. cum ſecundum. de præbendis.

49 Imò qui præſcripſit decimas, vel curam contra principalem curatum, tenetur ad hanc congruam portionem: quod poſſe fieri affirmat Domi. in c. cum ſingula. col. 1. de præben. in 6. nempe ſicut quarta legitimè ab hærede. vel hæredibus impleri debet. §. cæterum in authen. vt cum de appel. cogno. coll. 8. ita à patronis & ab his qui bona eccleſiæ recipiunt, hæc portio eſt ſupplẽda Et cum in hoc caſu neminem inueniam priuilegiatum, illi dare priuilegia non eſt mihi liberum: ideo omnes tenentur ad hanc congruam portionem, qui decimas & beneficij fructus recipiunt.

plures patroni ad portionẽ congrua ſimul tenentur.

50 Et ſi plures ſint patroni, ab omnibus ſimul petetur, non à ſingulis inſolidum, ſed pro ea parte quam poſsident, vel fructus recipiunt tex. accomodus in l 3. §. fi. ff de alimen. & c. ba. l ga. l. ſi libertus. 1 § libertus. de bo. liber. ibi, reſiduum ex debita parte ſibi omnibus hæredibus pro portione cuiuſcunque aufert.

Conueniendi omnes patroni ad congruã portionem.

51 Et ideo, ſi vicarius vnum tantum patronum conuenerit, is pro virili parte condemnabitur, & non ad totum, reſeruata tamen actione vicario contra alium fructus alios poſsidentem. & imputabitur vicario: quare ſimul non conuenit omnes, vt ab omnibus integram portionem & congruam exigeret: niſi illi omnes vnum collegiũ, vel corpus facerent, tunc ſinguli non conueniuntur ſed totum corpus: vt d. c. de monachis. c. ſ. de his quæ fiunt à maio. par. cap. & docto. in c. cum omnes. de conſtitu. & fatuus eſt vicarius qui vnum conuenit, ſi plures ſint, quia finito vno contra vnũ proceſſu, contra alium inchoare aliam litem oportebit, quod nõ faceret, ſi omnes conueniat ob id conſulo curatis, & vicariis, vt omnes decimas tenentes, & alios eccleſiæ fructus, in ius vocent, & ab illis ſimul decimas petant, & ſaltem noualium decimas: quas ſi obtinere non poſsint, petant portionem congruam. & ita ſolet fieri, vt inferius plenè explicabitur, niſi teneret vnum, tunc illum poteſt dimittere, & agere cõtra aliũ, vt etiã vidi fieri.

Actione qua agendum ſit

52 Sexto, qua actione petenda ſit hæc congrua portio? Reſpondeo, condictione ex lege, ſiue ex decretali, de monachis. Nempe ſi obligatio lege noua introducta ſit, nec cautum ſit, quo actionis genere experiamur, ex lege agendũ eſt l. vnica. ff. de condictio. ex lege. & ibi plenè docto. Barto. in l. quod ex his. de adult. Spec. in tit de ſolutio. in fi. libellum concipiendum docet ſuper hac condictione ex lege.

53 Si vero vicarij grauibus fuerint oppreſsi oneribus, poterũt petere eam ſibi adiudicari, & reformari, vt ſuperius dictũ extitit: prout dixi de penſione oneroſa beneficio impoſita, vt reformari etiã poſsit vſque ad quartam partem. in tractatu de pacifi. poſ-

sersforibus in ampliatione decimaoctaua.

54 Hodie in praxi solent curati & vicarij perpetui petere veteres decimas, & nouales sibi adiudicari: & si talis patronus assertus offendat titulum, saltem petunt in subsidium congruã portionem, & cæter. & hoc coram iudice ecclesiastico. Si autem agatur super beneficio possessorio coram seculari, & curatus seu vicarius dicat se in possessione percipiendi decimas, tam antiquas, quàm nouales: ob id petit se manuteneri in illis, & interim cõgruam portionem per modum saltem prouisionis assignari sibi. & si processus tractum & dilationem recipiat, debet ei per modum prouisionis adiudicari prouisio congruæ portionis, donec videantur iura vtriusque, & alia sententia proferatur vt interim deo seruire possit, & sacramenta parochianis ministrare: quia regulariter sententia debet esse conformis libello. l. vt fundus. ff. commu. diuidun. c. licet Heli. vbi plenè Fely. de symo. non scribam alia quomodo iudex debeat iudicare: quia ex his & sequentibus satis dignosci potest.

Praxis quotidiana.

55 Septimo, coram quo iudice hæc congrua portio peti possit? Respon. coram ordinario loci, siue sit archiepiscopus, cui dirigitur. d. c. de monachis. siue episcopus: vt probat text. in c. si § vbi. de deci. in 6. & cle. 1. de iure patro. quia ad eos spectat tueri ecclesias, vt in pristino statu conseruentur. text. & ibi not. Ant. in c. sicut. de supplen. neglig. prælat. Hoc etiã possunt officiales ordinariorum, per glo. in c. fi. de offi. vica. in 6 sic decidit aufred. in decisio. tho. q. 148. quòd poterit vel ex officio, vel ad partis petitionem. q. seq. ibid. hodie ex officio pauca faciunt officiales, & cum petitione vix potest obtineri debitum.

Coram quo hæc congrua portio peti debeat.

56 Ideo non possunt religiosi nec quicunque patroni antiquum ecclesiæ statum immutare c. ad apostolicam. in fi. de sym. c. auaritiæ. & d. c. de monachis vbi Panor. & alij ita asserunt de præb. vnde non possunt præsentare religiosum ad beneficium seculare, vel per seculares regi solitũ, quia esset immutare statum ecclesiæ, teste Ioh. Andr & Anto. in d. c. sicut. clem. vna. illo titu. Etiam clericorũ numerum in templo deseruire solitum minuere non debent, sed hospitalitatem solitam seruare, & alia onera pati: nisi ecclesia esset tã tenuis & pauper facta propter quod non posset solitũ statum tenere, tũc sufficit quòd ecclesia cui facta est vnio, faciat illi deseruire per clericũ secularẽ. ar. clemen. ne in agro. §. ad hæc. de statu regula. c. inter quatuor. & ibi Panor. expressim. & in c. 2. in fi. de religiosis domibus & in hoc episcopi vigilare debent, & in visitationibus cogere patronos & alios, vt cultũ non minuant diuinũ: sed ex ipsis quidam fortè sunt ex ad illum tollendũ, quibus dici potest: Claudius accuset Mœchos, Catilina Cethegum, cum sit inter Socraticos notissima fossa Cynædos. & quod scribit Ioh. Andr. in c. si. de reb. eccle. nõ alien. Episcopi muti cum sint de iure suo male tuti, cum sint cornuti, non audent cornibus vti.

Religiosi vel patroni statũ ecclesiæ immutare vel minuere non possunt.

57 Poterit tamen capitulum vacante sede cognoscere & adiudicare hanc congruam portionẽ: quia hoc est iurisdictionis, quod ad capitulum transit sede vacante. c. 1. ne sede vacan. Ioh. Franc. in tracta. de offic. & potest capi. sede vacã. in 8. q. partis primæ. glo. in verb. ordinario. in extrauag. execrabilis. Ioh. 22. §. statuimus. Inferior verò non poterit assignare portionẽ: vt glos. & doct. in verb. diœcesanis. in clem. 1. de iure patro. asserunt. & Imol. in d. c. de monachis. col. 2. etiam si institutio ad illum inferiorem spectaret, quia diœcesanis tantum datur potestas. in d. clemen. 1. ergo abbates vel priores de hac congrua portione non cognoscent: licet aliàs iurisdictionem habeant etiam quasi episcopalem, hanc tamen minimè assignare poterunt.

Capitulum sede vacante de portione congrua cognoscit.

58 Sed conseruatores apostolici solent de hac portione congrua cognoscere authoritate apostolica nẽpe cuncta per mundum nouit ecclesia, quòd sacrosancta Romana ecclesia onus habeat de omnibus iudicandi, ex quo it text. in c. cuncta per mundũ. 9. q. 3. Et ideo conseruatores apostolici dati vniuersitatibus assignare iure hanc portionem, & de ea cognoscere solent. Et sæpius fui vocatus ab egregio & doctissimo iurisconsulto domino Petro Clerico collega nostro, & huius vniuersitatis vicegerente, ad assihnandam hanc congruã portionẽ vicariis, qui corã eo istã portionẽ petietãt.

Conseruatores vniuersitatũ apostolici hanc portionem assignant.

59 Ego vidi etiam iudices seculares, coram quibus possessorio agebatur super decimis veteribus & noualibus, dum congrua corã illis petebatur portio, per modũ prouisionis pendente processu eam adiudicare, licet de iure non detur eis potestas, sed incidenter dicebant habere cognitionem, per l. quotiens. C. de iudi. & c. tuam. de ordi. cognit vt interim aleretur sacerdos processu durante. sed hoc vsurpauerunt teste Aufrer. in decisio 149.

Iudices seculares de congrua portione cognoscunt.

60 Quomodo cognosci debeat de hac portione? Respon. ordine iuris seruato, & non summariè: nec habet locũ in ea cle. dispendiosam. de iudi. quia non agitur de beneficio. si tamen agatur de alimentis vicarij, quod congruam sustentationem vocant, tunc summariè tractari deberet causa, sicut alimentorum. l. penulti. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Bonifa. Vital. in d. cle. 1. in fi. de iure patro. vt scripsi in tracta de senten. prouis. artic. 1. in glo. *alimens*. in Constitu. reg. Et quid operentur ista verba, summariè & de plano, & in quibus causis sit procedendum summariè, scripsi in arti. 9. glos. 1. in tracta. de senten. executor. in eisdem ordina. Regiis.

Quomodo cognosci debeat de portione congrua.

Octauò

Quomodo portio congrua sit assignanda.

61 Octauò, quomodo assignari hæc congrua portio debeat? Respond. si de iure loquamur, debet congrua portio assignari ante quam recipiatur presentatus à patrono, vt superius dictu extitit. iuxta cle.1.de iure patr. sed quia hoc non solet in Francia fieri, nec episcopi solent inquirere in præsentatione de hac cōgrua portione: imò solet à vicario post institutionem peti, vt iudex. ordinarius vel alius, de quibus superius. 7. q proxima scripsi, habita ratione personæ, qualitatis bonorū beneficij, & oneris, assignare illam habeat, & aliorum etiam quæ notat Hostien.in sum. de renuntiatio.§.fi. de quibus dicetur inferius. ideo videndum est quid iudex considerare in illa imponenda debeat.

Victus presbyteri prius considerandus est.

62 Et primo in ea imponenda debet iudex habere rationem ad victū curati seu vicarij.c.penult.in fi.12.q.1. ibi, primum tamen sibi, & suæ ecclesiæ deseruientibus necessaria episcopus subministret. nec curatur ordo descriptus in c.de monachis.de præb. vbi prius dicit iura episcopalia soluant, & postea congram substentationem recipiāt, teste Decio ibidem. Nempe legatis alimentis, prius decerni debent legatario alimentatam pro qualitate personæ, & quātitate patrimonij, quàm alia fieri: sic & in hac congrua portione, nisi dos fuerit legata cū alimentis. tex.singularis in l.cum vnus.§.fin. ff.de almen.& ciba.lega. quem singularem dicit Roma singul.512. dicit tex. quod legatis, & cætera Et sic licet episcopus prius ordinet vnde iura episcopalia vicarius soluere possit, & demum de hospitalitate, postremò de victu vicarij. non tamen vitiabitur illa congruæ portionis assignatio, licet ordine naturæ prius alendus sit vicarius, quàm alia facere debeat nā de eo quod superest, debet refici ecclesia & alia onera fieri: igitur prius victus consideratur.cap. de his.de eccle.ædific. nam qui altari seruit, de altari viuere debet.c cùm secundum . de præben.

Dignitas gradus scientiæ, & nobilitas considerentur.

63 Secundò in hoc victu dignitas personæ, & scientiæ gradus, ac nobilitas consideranda sunt, vt pote si vicarius fuerit doctor, licentiatus, aut baccalarius, aut nobilis, maior portio ei assignari debet quàm alteri simplici presbytero sine gradu: & iudex in huius assignatione debet rationem etiam nobilitatis habere argu.c.de multa. in fine. de præbend. Nam vsufructuarius sufficienter alere, & vestire seruos, debet secundum tamen ordinem & dignitatem, & statum mancipiorū .l. sed & si.§.1.ff. de vsufructu. & in honorariis aduocatorū ita versari iudex debet, vt pro modo litis proque aduocati facundia, & fori consuetudine, & iudicij in quo erat acturus, æstimationem adhibeat.l.1.§. in honorariis. ff.de var.cogni. glos.in cap.cùm adeo de rescript. Fely.in c. postulasti.col.7. nume. 4. versicu. fallit. secundo.de rescrip.

Mercedē quam debeat cōstituere præceptoribus tutor.

64 Mercedes etiam præceptoribus, nó quas minimas poterit, sed pro facultate patrimonij, pro dignitate natalium pupillorū tutor constituet.l.cum plures.in fi.ff de administ. tutor. Et modus dotis ex facultatibus mulieris, maritique statuendus est, quousque ratio patitur.l. quæro. ff.de iure dotium.& l.cùm post.§.gener.ibid. sic & vicarius de hac portione congrua prouidebitur, nec coguntur vesci fabis, & aliis vilibus cibariis, sicut rustici.c. non cogantur.4.distinc. glo.in l.seruis vrbanis ff.de lega.3.docto.in c.episcopus.de præb.

Sacerdos clericum habere debet.

65 Tertio in hac etiam decernenda portione considerare episcopus debet, vt tantum assignet vicario, ex quo possit, clericum habere, qui sibi deseruiet: quia non potest solus presbyter missarum solennia, vel alia diuina officia sine ministri suffragio celebrare.c.proposuit.in fi.de fil.presby.& c.vt quisque presbyter.de vit.& ho. clerico. vbi sic dicitur, vt quisque presbiter, qui plebem regit, clericum habeat, qui secum cantet. & epistolam, & lectionem legat, vt qui possit tenere scholas, & admonere suos parochianos, vt filios suos ad fidem discendam mittant ad ecclesiam: quos ipse cum omni castitate erudiat. Nec sufficit quod populus respondeat sacerdoti, sed oportet illum clericum interesse.glo.in c.sedulò.38. dist.arg. c.non liceat.92.dist. licet contrarium seruetur hodie: quia quilibet etiam laicus presbytero respondere solet: & si clericus non sit, officium diuinum non solet differri. si alij laici cantare & respondere soleant, tamen debet adesse inter illos vnus saltem clericus primæ tonsuræ. Et in Campania sacerdotes solent lectionem cantare, omisso clerico, quod facere non debent, per d.c.vt quisque quia ad hoc maximè datur clericus.

Mulieri nō licet presbytero celebranti respondere.

66 Sed ad ancillam vicarij non debet iudex habere rationem, cùm clerici mulieres habere prohibeantur, & cum illis cohabitare, per totum, in.de cohabi.cleri.& mulie. Nam mulier non potest in diuinis responsare sacerdoti in missa etiam nullo viro existente: vt probat Archid.in c.hoc quoque.de consecra.distin.1. nec inter cancellos stare.c.1. de vita & honest.cleric. hodie inuerecundè mulieres vbique esse volunt.

67 Et tam his qui habet parochialem ecclesiam, quàm altare, & simplex beneficiū, debet habere clericum, qui illum adiuuet, per prædicta: ita consuluit Panor. in consil.89. ex themate proposita in 3. q. volu.2.& in d.c.vt quisque presbyter.

98 Et licet de iure quilibet celebrans debeat habere vnum sacerdotē propinquū quando celebrat, vt si impedimentum superueniret celebranti, posset alter missam complere.c.illud.7.q.1.& c.nihil.de consecra. dist. 1.glo. in verb. ministerio.rub.de his qui in missa non complent, credo, & cæt in prag. & olim solebant habere. tamen ad istum

sacerdotem communiret nó habetur ratio quo ad portionem congruam: quia ille præsbyter non est omnino necessarius: & rari sunt qui missam non compleant, & in hoc solet deus optimus maximus cooperari, si tamẽ vicarius vno indigeret sacerdote, vel pluribus propter ecclesias accessorias, quas succursus vocant, tunc rationem illorũ habere iudex debet, & omnino numerus considerari personarum necessariarum in hac congrua portione solet. arg. tex. in l. si filiæ. ff. de legat. 3. vnde si vicarius capellas annexas, habeat, in quibus singulis dominicis & festis diebus celebrare tenetur, sicut in ecclesia principali, hoc considerandum erit. ideo non dicitur sufficiẽs beneficium, nisi sufficiat habẽti, & personis sibi necessariis. c. cùm adeo. vbi glo. de rescript. c. studeat. 50. distinct. Et sic non sufficeret hoc casu taxare pro victu vnius sacerdotis: sed oportet habere rationem ad alios duos, videlicet ad sacerdotem necessariũ, & ad capellam annexam, quam vulgus vocat, *secours*, vel, *hameau*, & ad clericum. sicut si curator constituat dotem puellæ, debet hanc statuere pro modo facultatum: & in hoc attenditur numerus liberorũ. d. l. si filiæ. de lega. 3. Iacobi. in d. l. quæro Et priuilegium datur tam scholasticis, quàm seruis & famulis illorum necessariis. auth. habito. vbi abundè scripsi. C. ne filius pro patre. facit glos. nota. in cap. cùm sicut de consecratio. eccle. vel alta.

In congrua portione numerus personarũ necessariarũ debet considerari.

69 Quartò, debet iudex in hac imponenda congrua portione considerare beneficij facultates, sicut in dotis constitutione. l. si filiæ. ibi, si facultatibus. ff. de lega. 3. & d. l. quæro. l. cum post. §. nuptiis. ff. de iur. dot. vbi dos pro modo facultatum & dignitate natalium constituitur, doct. in authẽ. res quæ. C. commu. de lega. & fideicom.

Facultates beneficii consideranda.

Non enim debet exhaurire omnes fructus beneficij vicarius, sed debet facere vt apud priorem vel patronũ remaneat in specta qualitate sua, & onere, c. quoniã. de vita & hon. cler. facit pulcher. tex. in l. ius alimentorum. ff. vbi pupil. educ. deb. vbi semper in fi. anni aliquid superesse debet, licet illi legi maledixerit Dyn. qui liberalis erat, ob id omnia expẽdere cupiebat sed Rog. illi legi benedixit, & à maledictione Dyni defendit Bart. ibi, & qui eam seruabit nunquam pauper erit. Vide in additio. ad Panor. in c. ex parte. de consuetu. ob id arbitrio episcoporum relicta est congruæ portionis taxatio, sicut de dote scribitur, à iuris interpretibus in d. authent, res quæ. C. communia de lega.

70 Quinto, debet episcopus animaduertere circa onera, in primis circa iura episcopalia vt vicarius possit ea soluere, videlicet cathedraticum, & synodaticum, & alia iura episcopo debita: de quibus in c. conquerente de offi. ordi. & si omnia onera habeat vicarius, omnium onerum ratio haberi debet: si verò partem onerum tunc habeat, tunc illius partis condemnatio fiet arg. c. tua. de dec. & c. 2. illo tit. in 6. Cardina. in d. clemen. §. sanè q. 3. de iure patrona. Inde dicit text. in c. 2. §. vbi autem. de dec in 6. ibi, prouideatur per ordinarios, & ordinetur taliter, quod eisdem rectoribus tantum de illarũ relinquatur prouentibus, quòd exinde competentem sustentationem habere, & iura episcopalia soluere valeant, aliáque onera supportare ecce ibi textum expressum.

Onera in assignatione congrua portionis consideranda.

71 Sexto, præcipuè ratio hospitalitatis haberi debet, & benefici; locus considerari, an sit frequens pauperum accessus. nam vicarius vel curatus omnes Christi pauperes recipere tenetur. c. quiescamus. 42. distinc. domus enim clericorũ omnibus communes esse debent. c. quoniam quicquid habent clerici pauperum est. 16. q. prima. & minus sufficit manenti extra vias publicas, quam habitantibus intra illas. glo. solennis in c primo. in verbo, necessitatem. 21. q. 1. Tamen magis indiget hospitalitate is qui est extra vias publicas, cum ibi nulli inueniantur, qui pauperes recipiant: vt dicit Panormitanus in d. c. de monachis. in prima glosa, dicens beneficiatos teneri ad hanc hospitalitatem, iuxta vires facultatũ: non enim tenetur omnes recipere, & post. ea ipsi mendicare: sed primò subueniẽdum est sibi. & seruitoribus suis. c. de his. de eccl. ædificand. Sed non tam lautè clerici, abundè & delicatè viuere debent, vt omnia ecclesiæ bona deglutiant. l. seruos. ff. de pignoratitia actio. aliàs non est fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: sicut esse debet, vt est in euangelio. Et alere & replere stomachum vsque ad nauseam, hoc non est viuere secundum diuum Paulum.

Hospitalitatis ratio à iudice in congrua portione assignanda haberi debet.

72 Item reparanda est prius ecclesia, quàm hospitalitas habenda. capitu. pastoralis. de his quæ fiunt à præla. si tamen tanta esset necessitas proximi, vt fame moreretur, vt in hoc pauperrimo & miserrimo tempore, tunc pauperibus subueniendum etiam per bonorum ecclesiæ venditionem esset. cap. aurum. 12. quæstio. 2. & eo casu etiam quo ad laicos eleemosyna est in præcepto. capitu. pasce fame morientem. 86. distinctione. Panormitanus in capit. nouit. col. 11. de iudic.

Reparatio ecclesiæ fieri an prius quam pauperes ali, debeant.

73 Sed sacerdotes & alij clerici, hospites, aut armigeros in suis domibus recipere non tenentur. l. prima. C. de episcopis & & cleric. capitu. 1. de immu. eccles in 6. & contra principes, qui sucs epidemicos, quos vocant *fourriers*, permittunt onerare domos clericorum hospitio, quod non debet fieri, clamat Panormita. in cap. 1. & c. cum ecclesia. de immu. eccle. & Deci. in d. capitu. de monach's. & hodie vix spiritus relinquitur sacerdotibus & clericis imò quia

Clerici armigeros recipere non tenentur.

quia deuotio est à nobis aliena, solet onerari præcipue sacerdotum terra, & plus in quibusdam locis grauari, quàm vnquam: quod fortè ex pessima presbyterorum vita, vel laicorum peruersitate contingit: sed deus sua sancta misericordia, si vita nostra in melius mutetur, hoc emendabit. Sunt tamen excommunicati, qui hoc faciunt. c. 1. & c. quoniam. de vita & hone. clerico.

Procurationem soluere debet curatus & vicarius.

74 Septimò, obseruare debet iudex in constituendo congruam portionem, vt vicarius possit soluere procurationē, & pensionem tēpore visitationis, & sedis apostolicæ legatos recipere prout de iure, tenetur. in c. cùm instantia de censib. & cathedraticū episcopo dare. c. conquerente. de offi. ordi. quod totum non potest præscribi, sed in quaotitate solutionis, sic. gl. in c. quicunque. 16. q. 7. Hodie non vidi haberi rationē ad receptionem legatorum papæ, quia rari recipiūtur, nisi suis expensis: & quia vicariis & aliis sacerdotibus sunt ditiores, ideò illis non datur victus à curatis.

Decima papalis in congrua portione ratio habeatur.

75 Octauò, ad decimam papalem haberi debet ratio. cle. 2. de deci. vt vicarius eā soluere possit: cùm hodie frequens sit non papalis decimas, sed donū, quod dicunt gratuitum, & verè dicunt esse gratuitū: quia gratis recipitur, sed inuitū dicitur, quo ad soluentes, per c. 2. & 3. de immu. eccle. in 6.

Regionis mos cō sideran dus.

76 Nonò, mos regionis obseruari & considerari debet. l. si seruus plurium §. fin. ff. de legatis. 1. vnde in regionibus, in quibus est frumenti & vini caritas, & congrua portio in pecunia assignatur, magis augeri portio debet, quam in locis vbi adest frumēti & vini abundātia, arg. l. pretia rerum. §. fi. ff. ad leg. falci. scripsi plenè in repe. l. vnicæ, in gloss. subtilitatem. C. de senten. quæ pro eo quod interest.

Ætatis ratio debet in hac portione haberi.

77 Decimò considerari ætas debet, videlicet senectus, si vicarius senex fuerit, & indigeat maiori auditorio, & sic portione, quàm iuuenis. hoc probat. l. cùm vnus. §. fi. ff. de ali. & ciba. lega. l. hæreditarū. vbi doct. ad leg. falci. Et in patrono alendo, si ad inopiam deuenerit, quod ratio ætatis haberi debeat, firmat Paul. de citad. in tracta. iuris patro. 6. parte artic. 4. quæst. 7.

Commodè, viuere & sine penuria quid sit.

78 Vndecimò, non sufficeret assignare portionem, per quā vicarius posset viuere sine penuria, si non possit cōmodè vel congruè viuere: quia sine penuria quis viuere potest pro viginti aureis, & tamē commodè non poterit, nisi habeat centum, vel aliam similem summam. hoc docet glos. singul. in clemen. vna in verbo, absque penuria. de statu monacho. in 6. sequitur Panor. in c. postulasti. de rescriptis. & capit. 1. de instit. sed illam gloss. reprobat Decius in dicto capi. de monachis. dicens ista esse synonima, & idem esse viuere sine penuria, & commode nempe qui sine penuria viuit, & commodè secundùm eum viuit, & congruenter, quam Decij opinionem nō facilè probo. nec ea esse synonima arbitror. Nam penuria dicitur inopia earum maximè rerū, quæ in penu recondi solent, quod penè minus sit, authore Festo, & penoris nomine continentur, quæ vsui & potui sunt accommoda. l. 3. in princi. de penu lega. ff. Sed congrue id quod sufficienter significat, vt superius in principio dictum extitit, commodè verò apte, vtiliter. Ideò non possunt ista sænonima dici habere minus & sufficienter: ideò gl. meliorem habuit sensum. nempe multi scholastici cū pane & aqua absque penuria viuunt, qui commode vel cōgruè nō cēsentur viuere, vt omnibus patet. Oportet igitur quòd vicarius viuat commodè: & non sufficeret si sine penuria, contra Decij sententiam facit textus in capitulo 1. de institutionibus.

Ab impositione congruæ portionis an appellari possit.

79 Vltimò, si episcopus, vel aliam modicam vel excessiuam assignauerit portionem ad superiorem appellari poterit, licet arbitrio eius relicta fuerit assignatio: quia ab eo quod iudex arbitratur, appelari potest. per c. cū venissent. vbi Panorm. col. 4. de iudi. c. 1. de dilat gloss. & doct. in c. super his. de accusa. doct. in l. si qua pœna. vbi scripsi ff. de verborum significa. quia de arbitrio boni viri intelligitur. l. continuus. §. cū ita. ff. de verborum oblig. & tenebitur tunc episcopus appellationi deferre, ac superior cognoscet. cle. 1. de iure patro. In hoc regno si per modum prouisionis solui debeat congrua portio, & assignata sit à iudice regio, fiet executio nō obstante appellatione, & sine illius præiudicio, vt scripsi in tract. de sent. præiu. in præfa. quæ si postea fuerit reprobata per superiorem, vel moderata, illud moderamen tenebitur à partibus: quamuis in rensi iudicio ecclesiastico non videam sententiam cogruæ portionis exequi post appellationem posse. Vide glo. in verbo, oneramus. in dicta clemen. 1. Alia multa iudex considerare ex suo ingenio poteri, quæ illi discutienda relinquo. & si suprà scripta cōsiderauerit, non perperam iudicabit, nec litem suam faciet. de quo in l. filius familias. ff. de. iudiciis.

Portio quanta assignanda sit.

80 Nona quæstio talis est, quanta assignari portio debeat? Respon. quidam instar trebellianicæ quartam partē dicunt esse congruam, & cuidam curato pro sua cōgrua portoine omnes à laico decimas petenti, quas infeudatas dicebant, in hoc senatu fuit quarta pars adiudicata, anno 1539. die 17. Iulij. Sed textus in capit. extirpandæ. de præben. dicit, quòd quarta quartæ. 1. decimasexta portio olim assignabatur. sed debet hodie congrua dari portio, quæ aliquando est plus, quàm quarta: aliquando minus, prout iudici videbitur, inspectis superius descriptis, & sic quanta esse debeat, dicitur iudici, ipse despice quantam imponere debeas: vt in simili inquit im-

Arest ...

i 4 perator

perator in l. prima. C. de edendo. Et non potest super hoc vera dari doctrina, qui fructus requirantur ad sustentationem beneficiati, vt inquit Iohan de selua, in tracta.de benefi.in 1.parte.q.5.nu.121. plus dicens, quòd hodie clerici non ita strictè viuere debēt, sicut olim. & dos est asignanda magis ampla beneficiatis, quàm olim, quia carior est victus, in c.episcopus.4 .distin & l.verbo victus. vbi scripsi.ff.de verb. signi. & maxima regionis situs & cōsuetudo inspici debet.l.si seruus plurium.in fine. vbi gl.ff.de leg.1.

In quibus rebus asignanda sit portio suf- ficient.

81 Decimò quæri potest, in quibus rebus hæc portio asignanda sit? Respon in fructibus & prouentibus beneficij, per tex. in c.1.de præben in 6. & clem.1.de. iure patr. quamuis Anchar.& alij dicant in d. clem.1. col.2 in prædiis asignandam esse: sed obstat text.in c. vobis.12. q.2.ibi, neccuiquā clerico pro portione sua aliquod solū ecclesiæ putetis esse deputandum, ne per incuriā & negligentiam minuatur. Sed omnem pēsionis summam ex omnibus prædiis rusticis vrbanisq; collectam, ad antistitem deferatis. ex qua tamen collectione, habeatur ratio, quid ad causas vel expensas accidentium necessitatū opus esse perspicitur. Hæ tamen opiniones sic possunt conciliari, videlicet quando nulli alij essent prouentus, quam fundi: tūc asignari fundus, vel fundi deberent: quia text.in d.clemē.1.dicit de prouentibus ecclesiæ portionem asignandam. prouentus enim nomen generale est, cōprehendens fructus & redditus, & quicquid obuenit. l.vsusfructu legato: ff.de vsu fructu. scripsi in glo. prouentus. in §. volumus.de colat. in concord. sed vbi fructus non sunt necessitas legem non habet. l.1.ff. de offi consul. & inanis est actio, quam inopia excludit debitoris. l.nam 15. ff de dolo. & quod in redditibus vel mobilibus præstari potest, in immobilibus asignari etiā poterit. l.à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudicata.

82 Si verò sint alij redditūs, sufficit si ex redditibus fundorum & possessionum portio quarta asignetur: & erit in arbitrio episcopi non existētibus prouentibus, in prædiis asignare. glo & doct. in d clem. 1. in verb. & in pœnam Et quāuis fructus liberis non debeant computari in legitimā, sed ex ipsa testatoris substantia esse debeat. l. scimus. §.repletionem. C.de inof.testa. l.iubemus. ad trebel. tamen secus est in aliis quartis. l. in si lei commissaria. ff ad trebel. & maximè in hac congrua portione, quæ in frumento, vino, & pecunia asignari potest: & tūc vicarius tenebitur suis impensis vinū vel frumētum portari facere ad suum horreum: vt docet Bart. in l.1. ff de alimentis & cibariis legat. Id ò possunt asignari tres vel quatuor modij vini pro numero personarum vel maior numerus, & idē in frumento asignabitur, & olei, & pecuniæ etiā quædam portio: quæ omnia collecta, cum oblationibus, quæ solent vicario relinqui, congruam faciant portionē, vt dicit text. in c. fi. §. vbi. in verb. eisdem rectoribus tātum de illarū prouentibus. exponit gl. illarum, decimarū parochiæ suæ. de deci. libr. 6 Et sic patet quod debet asignari portio decimæ curato seu vicario, vt viuere posit, quia dicit curatus nō accipio partes inter cæteras tribus, sed quasi leuita & sacerdos viuo de decimis, & altari seruiens: alteris oblatione sustentor, habens victum & vestitum, his contentus ero. c. clericus in fi.12.q. 1. vbi probatur quod vicario aut curato oblationes relinqui debent, & decimarū saltem pars. Et potius debet iudex inclinare ad partem cōgruam vicariorum, cùm sit fauorabilis, quam ad possessorem decimarum, cum iste laboret in agro dominico, spiritualia parochianis ministrando.

83 Vtrum sufficiat asignari in oblationibus seu in distributionibus? Respon. non, quia incertæ sunt. quippe incertum est an parochiani offerent, & an vicarius lucrabitur distributiones. Nā impeditus fortè valetudine parochianorum, vel aliâs eas lucrari non poterit, & sic viuere non posset: vnde ex his incertis asignari hæc portio nō debet, & ius de his non cōsiderat, nec computari in congrua portione solent: vt decidunt domini de Rota, deci.8 inci. quando. de præd. in no. & decis. vlt. inci. quæritur an quotidianæ. eod. titu. in antiq. Oldr. consil. 118. ex virtute. scripsi in tract. nom. q.9. nu. 39. versic.3. quæro. habetur tamen quidam respectus ad prædicta.

In oblationibus non sufficiat asignare congruam portionem.

84 Non autem debent asignari modij vini ex tali vinea, vel modij. frumēti ex tali fundo: quia si nō nascerentur, vel per vredinē, aut aliâs nihil esset in fundo, vel vinea: patronus vel alius debitor diceret se nō teneri per l. interdum. ff. de verb. obliga. l.1. in fi. de condi. & demon. & sic portio non esset congrua: ob id iudices non debent istam portionem congruam asignare super vna re, sed generaliter super fructibus beneficij per ea etiam quæ notat Decius, & ibi Mainer. in l. omnibus obligationibus. ff. de regulis iuris.

85 Vndecimò, quæ debeant isti vicario computari in congrua portione? Respō. omnia certa quæ habet ratione sui beneficij seu vicariæ: & sic omnia quæ iure suo ecclesia habet, ei computantur pro cōgrua portione. omnia verò alia quæ nō habet iure ecclesiæ sed extra, non ei cōputantur. arg. l. in quartam. ff. ad leg. fal. vbi hæres omnia quæ iure hæreditatio capit. in quartam falcidiæ imputat: alia verò quæ alio iure capit, non.

Cōputandi qui redditus sint in cōgrua portione.

86 Et ideò oblationes, cùm sint incertæ, non computantur omnino, vicario, vt prædictum extitit, nec distributiones, si quas recipit in ecclesia diuinis interessendo.

Distributiones non computantur in congrua portione.

Quia

Quia incertum est an clericus intererit, propter aduersam valetudinem interesse fortè nõ poterit, & multa alia accidere possunt, vt eas non habeat. l. naturalem. ff. de acqui. rerum dom. l. pretia. ad legem falci. Anch. in cle. vnic in repeti. col. pen. de concess. præben. refert Fely. in c. ad aures. co. pe. de rescrip. nec aliæ fundationes postea factæ in ecclesia, quia eas non capit iure suæ vicariæ. de Rota decis. 8. quando. de præb. in no. & decis. vlti. eod titu. in antiq. plenè scripsi in tract. nominatio. q. 9. nu. 93. Nam alius etiam non vicarius hoc habere posset: & ideò non computantur ei anniuersaria, ratione prædicta: & quod in his maius habeat onus, & ab ipso percipitur gratia remunerationis, ideò non debet ei computari in sua congrua portione. c. cũ in officiis de testa. vbi Anch. & alij. Nempe si quid ex his causis lucratus sit filius, quàm ex substantia patris, omnia quasi iure aduentitio eum lucrari vult imperator, in l. scimus. §. repletionem C. de inof. testa. sic & cùm vicarius aliquid habet promissis ex laicorum legato in ecclesia fundaris par alios quàm per fundatores, hoc habet præcipuum, nec debet ei computari in sua congrua portione: quod est vicariis valde gratũ, & lucrosum. Igitur debet fieri separatio illius lucri quod habet vicarius aliunde, & postea iudex videbit quantum recipit nomine suæ ecclesiæ: & tunc augebit illam portionem, & congruam assignabit. hoc elicitur ex l. 1. in princ. & §. 1. ff. de sapara. bono.

Incerta quãdo computẽtur in congruam portionem.

87 Fallit quando illa incerta reducuntur ad certam summam, vt plenè Fely. docet in c. ad aures. col. penul. de rescri. vt in ecclesia sancti Antonij Venetiis, quæ communiter percipit per quæstores annuatim quingentos aureos. Ideò si illa incerta possunt ad certum pretium locari, tũc illa possent computari quia paria sunt certũ esse per se, vel per relationem ad aliud. l. ait prætor. ff. de re iud. & ibi doct. sed non ita exactè computabuntur sicut certa.

Pensio habita ex fructu ædiculæ non computatur.

88 Ad hæc si nobilis ob sacellum vel ædiculam in ecclesia constructã det pensionem vicario, non debet computari in cõgruam portionem: quia hoc nõ habet ratione sui beneficij, sed capellæ fundatæ ibi. nam alius hoc posset habere, etiam si non esset vicarius: & quæ ab extraneo dantur, in falcidiã non imputantur l. in quartam. ff. ad leg. falcid. sic nec in hac congrua portione, etiam quia maius onus ex illa capella habet, ideo fortè est ei opus alio presbytero.

Merces ex pueris docendis habitum nõ computatur.

89 Item si causa docendi pueros vicarius habeat pensionem, non computabitur ei in congruã portionẽ: quia aliunde venit, quã ex vicaria, & nõ est beneficiũ ecclesiasticũ, teste Bal. in c. super literis. col. pen. de rescri. & quæ aliunde veniũt, & extra causam testamenti, in quartã non cõputantur. d. l. in quartam. & sicut illa quæ ex substantia defuncti quis recipit, computantur ei in legitimam. l. quoniã. & l. seq. §. imputari. C de inoff. testa. & illud quod capit extra patrimonium defuncti, nullo modo in ea legitima computantur l. scimus. §. replexionẽ. C. de inof. testa. ita & illa, quæ vicarius recipit ex beneficio suo, dùmodo certa sint, cõputari ei in congruam portionẽ debẽt. Si verò capiat aliunde, non debent computari, vt superius dictum extitit. & hoc notent vicarij perpetui: & pro me, qui pro illis laboraui, deum optimum maximum orent, & erit mihi in salarium.

Tolli an hæc portio valeat.

90 Duodecimò, an congrua portio tolli possit? Respond. non, quia non debet ligari os bouis triturantis. d. §. qui verò. c. extirpandæ. de præben. & qui spiritualia seminant, dignum est, vt metãt temporalia, c. cùm ex officij. de præscrip. & qui laborant, manducare possunt. & ecclesiasticis vtilitatibus desudantes, ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere c. ecclesiasticis. 12. q. 2.

Transactione nõ potest hæc portio.

91 Etiam per transactionem hæc cõgrua non tolletur portio, quæ cùm sic alimentorum loco, & modico contentus vicarius transigere posset, ideò non tollitur per trãsactionem, sicut nec alimenta. l. cũ hi. ff. de transactionibus. vbi plenè Iason & iutium interpretes.

Semel assignata portio an augenda sit.

92 Si tamen fuerit semel congrua portio assignata, vni non poterit peti, vt interim augeatur portio, sed imputandum est illi, cur tale beneficiũ acceptauit. gl. in c. si tibi concesso. de præd in 6. & ibi expressim Auriol. hoc firmat quando vicarius habebat certã portionem, & congruã, & sufficientẽ in se, licet isti non sit congrua, vt idẽ Aurrio. scribit in c. super eo. col. 2. ibidẽ. sicut dicit Panor. in c. ex presentiũ. col. vlt. de pigno. est imputandum illi, qui acceptauit ecclesiam tenuem, & impotenté soluere debita: nam hoc casu ex industria sua debet viuere sacerdos, per c. clericus victũ. 91. dist. Et sicut congrua portio simul assignata non potest diminui per monachos vel per alios. c. auaritiæ. de præbendis ita nec augeri: cùm contrariorum eadem sit disciplina. l. 1. ff de his qui sunt sui vel alieni iuris. & §. 1. illo titulo in institu.

93 Nisi portio fuisset destructa & extincta bello, vel alio casu, & adhuc fructus sufficientes remanerent apud rectorem, vel patronum: eo casu adhuc iterum petenda esset congrua portio, instar illius qui legitimam cõsumpsit: vt de filio prodigio est in euangelio. facit l. libertus qui operarum. ff. de operis libertorum. Bald. & Iason in l. scimus. in princip. C. de inofficioso testamento. & authentica, quod locum. de collationibus. vel nisi notorie appareret illum vicarium nunc ex illa viuere non posse, per ea quæ superius scripsi.

94 Si verò apud rectorem vel patronum nihil aut parum remaneret ex illo beneficio,

ex cuius

Parochiani quando tenentur sacerdotem alere tenentur.

ex cuius fructus petitur cõgrua portio tunc vicarius poterit agere cõtra parochianos, vt prestent ei vitæ necessaria. nam ex quo eis seruit diuina ministrando, ipsi eum alere debent: alioqui si recusent, poterit ab eis licite subtrahere diuinum seruitium, nisi ei necessaria præstent: vt docet glo. & doct. in c. omnis Christianus. de conse. distin. 1. Panor. in d. c. ex præsentium. col vlt. de pign. & tunc oblationes necessariò esse faciẽdas dicunt doct. vt scripsi in tract. de deci. q. 1. Sed in hoc casu vicario consulerem, vt authoritatem iudicis officialis episcopi expeteret, & suos conueniret corã coparochianos, potius quàm diuinum officium relinqueret, ne ei postea fraudi esse posset illa diuini officij dimissio & cessatio. c. si canonici. de offi. ordi. Etiam per compensationem tolli non potest hæc portio, ob id non fuere auditi decanus & canonici sancti Marcelli Parisien. volentes compensare expensas in parlamento factas cum congrua portione, nec potuerunt vti aliqua retentione d. portionis pro illis contra vicariũ de geneuilliers: & ita cẽsuit Senatus anno 1524. die 27. Februa. idem dixi in decimis suprà in tract. de decim. q. vltima.

Vicarius quando aliter non petit portionẽ hanc.

95 Ad hæc quando monachi, vel alij patroni suos alunt vicarios perpetuos & onera soluunt, vt facere regulariter solent Præmonstraten. tunc cessat causa & ratio congruæ portionis petendæ. si autem onera ipsi subeunt, tunc vicarius cõgruam tantùm sustentationem habebit. cle. 1. de iure patro. Guiliel. de montelaudu. in d cap. 1. col. 2. de præben. in 6 Nam si actum sit, vt patronus certos habeat redditus, & vicarius alios omnes, & tunc vicarius ad onera tenebitur, si plures erant redditus, quàm dati fuerant: teste Bonifacio, clem. 1. in princ. de iure patron argu. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. Si verò vicarius certos habet redditus, & monasterium, vel alius, reliquos: tunc ad onera tenebitur monasterium, vel ille qui redditus recipit. d. clemen. 1. §. sanè. de iure patron. & ideo portio congrua ab eo petitur qui fructus redditus, & prouentus recipit, vt superius dictum extitit.

Vicarius an cogendus sit apud patronũ viuere.

96 Non tamẽ tenetur vicarius secularis acceptare oblationem monachorum, vel aliorum victum in monasterio vicario offerentium, seu alibi, nisi per longissimuũ tempus monasterium consueuerit suum alere religiosum vicarium, tunc valebit cõsuetudo, præcipuè si in monasterio alebatur, & cum religiosis: secus si in domibus priuatorum: vt not. doct. in rub. de coha. c. cleric. & mul. vt inferius dicetur. nẽpe seorsum hæc portio dari in domo presbyterali debet, vt parochiam volentes sacramentum reciperet presto inueniant sacerdotem in domo sua.

Patronus & vicarius vbi ali debeat.

97 Et hoc probatur argumento patroni, qui dum ad paupertatem deuenit, in sua domo ali debet, non in ecclesia, vel domo presbyterali, vel abbatis: vt concludit Paul. citad. in tract. iuri. patr. q. 9 artic. 4. in 6. parte. al legat l. plenũ. §. pomis. ff de vsu & habitr. & Io. Andr. & alios in c. nobis. de iure patr. facit. l. Gaio. §. fi. de alim. & ciba. leg. l. 1. C. de lega. vbi plenè docto.

98 Et in episcopo, qui promouit aliquem ad ordines sine titulo, vt teneatur ipsi ordinato prouidere de alimentis & aliis necessariis, donec eidem prouiderit de beneficio, loquitur c. non liceat. & c. cùm secundum. de prebend ista tamen alimenta non tenetur ordinatus acceptare, si episcopus velit dare in domo episcopali: sed debet dare extrà: vt plenè concludit Inn. & alij, in c. tuis. & dicto cap. Cùm secundùm. de præben. & Perus. in c. si episcopus. illo tit. In 6. sic expressim consuluit Bertran. consil. 55. multa sunt. col 3 in 2. volu. ex nona edi. Si tamen vicarius. hoc acceptaret, tunc patronus illum honestè tractare debet in mẽsa sua, & iuxta se, & locum honorabilem in ecclesia illi assignare, & cubiculum honorabile eidem tribuere. Nempe cùm vicarius tractet corpus Christi, haberi debet in honore, teste glos. & doct. in d clem. 1. circa fi. vbi Bonifac. & Cardina. & alij, in verbo decenter tractare. ibidem.

99 Et si vicarius acceptaret victum in domo patroni, tunc nõ tenetur operari patrono, & illi operas exhibere, quia victus ei debetur ratione diuini seruitij, nõ propter operas: ergo operæ non præstãtur patrono, diuersum est, quando alicui deberentur alimenta, tunc is tenebitur operari præstanti alimenta, vt in vxore loquitur. l. sicut. vbi glos. ff. de ope. liber. sic & filius patri, vt firmat Luc. de pen. in l. 1. in fi. C. de agri. & mã. lib. 11. ne onerosus sit alimenta præstanti. c. de lapsis. in fi. 16. q. 6.

Alimenta recipiens an teneatur operari.

100 Imò fortius si tenui portio & parum sufficiens fuerit interdum assignata, & fructus beneficij multum excreuerint, poterit vicarius petere augmentum congruæ portionis, sicut de legitima, dicunt docto. per illum text. in c. cùm M. in fi. de constit. Deci. in dicto capit. de monachis. in fi. sicut dixi superius de diminutione quãdo prior non erat congrua.

Augmentum portionis quando peti possit.

101 Et si temporalia vel alij redditus beneficij non sufficerent nisi vicario, tunc præfertur vicarius, tum quod illud tẽporale prius erat patrimonium suæ ecclesiæ, & postea fuit religiosis datum, vel ab ipsis occupatũ, & sic ipse agit de dãno vitando, & monasterium de lucro captando: ideo præfertur vicarij ecclesia monasterio. l. iuris ignorantia ff. de iure & facti igno. Tum etiã quod hoc sit fauorabilius, videlicet alere plebẽ cibis spiritualibus, vt vicarius facit, & quòd bona facilè reuertãtur ad suã primã naturam. l. si vnus §. pactus. ff. de pac. hoc expressim firmat Henric. Boh: c. in c. exposuisti. in fi. de præben. quia etiam ius commune hic

Si redditus sint tantum vicario sufficientes, an patrono præferatur.

curatus

curatus habet pro se. cap.pastoralis. de his quæ fi. præla. Et charitas bene ordinata a seipso incipit.l.præses.C.de serui.& aqua.

Pater quando non se ualet filiam dotare.

102 Sicut diximus de patre, qui debitis inuolutus non potest filiam dotare: si tamen illi filiæ dotem constituat, non tenet illa dotis constitutio: vt docet Bal.in l. fi. col.3.C.de dote promis.versi.sed quid si pater. quẽ sequitur Rom in l.1. ff.solut.matri. per l. ait prætor.§.si cùm mulier.& l.fi.§ à soceto.ff. quæ in fraud.credi. Iaso.in §.fuerat.nu.116. de actio. in Instit.licet aliàs pater regulariter dotare filiam teneatur.l.qui liberos. ff. de ritu nup.quia paternum est officium illam dotare.l.fi.C.de dotis promiss.

Clausula in vnionibus scribi solita.

103 Et in donationibus temporaliũ factis monasteriis, vel aliis locis piis, ac in vnionibus, solet papa dicere, reseruata congrua portione.c.exposuisti. in fi. de præben.& id solet dicere in literis vnionum: reseruata tamen de fructibus, redditibus & prouentibus huiusmodi pro vno, vel duobus vicariis perpetuis in ecclesia, vel ecclesiis præfatis canonicè instituẽdis, congrua portione: ex quo idem vicarij possint decætero sustentari, iura episcopalia soluere, & alia sibi incumbentia onera commodè supportare: non obstantibus, & cæt. Ita vidi, & superius expresſius scripsi: & in praxi beneficia.in rescripto vnio. & isti sunt ablatiui absolutè positi, qui cõditionem importãt. l.ad emptione.ff.de pactis. vbi doct.not. & prius papa vul reseruari congruam portionem: postea reliquos fructus donat, & vnit: ob id preferri debet prima ecclesia vicarij: vt Panor.notat 3.in d.c. de monachis. probat, dicens habentes ecclesiam quo ad temporalia, non posse omnes redditus ecclesiæ cõsumere, & sibi vsurpare: sed redditus tantùm superfluos, detracta prius cõgrua portione vicario, seu rectori ibi instituendo, & pro iuribus episcopalibus solũedis. Sequitur Cardin.in d c exposuisti.3. nota de præben. vbi etiam Henric. ait, tolerabilius esse quòd canonicus, vel prior egeat, qui habet annexam curam, quàm vicarius, qui illam exercet.

Donare nõ potest episcopus vni ecclesia & auferre alteri.

104 Quia nõ poterat episcopus, vel alius, donare vnius ecclesiæ temporalia monasterio vel alteri, in præiudicium & destructionẽ primæ ecclesiæ: nec vnum altare discooperire, vt alterum cooperiretur. l. assiduis.in fi.qui potio.in pigno.habe. C. gloss. in §. fi. quomo.oport. episco iudica. collatio. 1.& cùm cura animarum debebat negligi. clemen.1.de præbend.

An vicarius propter ingratitudinem priuetur congrua portione.

105 Idem dicunt si vicarius ingratus fuerit monasterio, quia tunc congruam portionem petere non potest, instar filij, qui ingratitudinem aduersus patrem cõmisit, vt ad eo etiã alimenta non petat. l. si quis à liberis §.idẽ iudex.in gl.detulerat.ff. de libe. agnos. quia filius ingratus perdit ius filiationis. Bal.in.l.fin.C.de do.pro.Ias.in l. ius autem.ff.de iusti.& iure. & quod patronus ingratus non posſit petere vt alatur ab ecclesia, firmat Paul. Citad. in tract at.de iure patro.q. viij arti.4. in sexta parte.

106 Ego coutrarium tenerem in perpetuo vicario, quia hic portienem ratione ecclesiæ petit, quæ ingrata esse nequit.& potest quis nomine alieno petere, quod nõ suo.l. quæsitum.de in ius vocan ff. item nomine seruiti, quod illi ecclesiæ impendit, hoc petit. ideo non obstante ingratitudine ab eo cõmissa, petet illam portionem: quia postquã altari seruit, necesse est vt de altari viuat.c. cùm secundùm. de præb. item beneficium ecclesiasticum alicui collatum non potest ad eo auferri propter ingratitudinem. teste Iohan. Andr. Cardi. Panor.& Imol.in c. fi.de postula.quos refert & sequitur de Ripa in repet.l.fi.q.48.C.de reuoc. donat. & propter delictũ prælati non reuocatur donatio facta ecclesiæ.per regulam, delictum personæ.de regul. iur. in 6.Panor.in c.verum. de condi apposit.de ripa in d.l. fin.q. 52.& sic vicarius non obstante ingratitudine allegata per patronum, vel monasteriũ, poterit congruam portionem ab eis petere: alioqui esset auferre beneficium indirectè ab hoc vicario, & dei seruitium nempe hic vicarius postea, si nihil ab ecclesia consequeretur, illi nolet seruire, & sic diuinus cassaret cultus.contra c.ex parte. de consti. & ita resideo, quicquid in contrarium dicatur: quia longa est differentia inter filiũ & istum curatum, & vicarium vt rectè intuẽti patet, & est diuersa ratio in vtroque.

Beneficium nõ auferetur propter ingratitudinem.

Quis de iure communi fundatus sit in decimis.

107 Vltimò videndum est an vicarius sit fundatus de iure communi ad decimas, & alia beneficij iura, vel monasterium, vel patronus, & quis illorum? Respondeo, ille dicitur fundatus de iure communi, quãdo ius ei assentitur ad illud quod petit: ideo non tenetur probare id quod petit sibi dari, sed aduersarius qui habet ius commune contra se.capitul. ad decimas. de restitutione spoliatorum.in capitul. 1. de præscrip. ibidem. & ideò multum prodest scire quis sit fundatus de iure communi: quia is habet præsumptionem iuris, quæ alibi dicitur probatio liquida. gl.in l. si tutor.C.de peri. tut.& in l.1.C.de testa milit.Barb.consi. 50. illud afferã. col.4.vol.1. & fundatus de iure cõmuni dicitur, quãdo ius pro eo facit. Et quando hoc, fit facio casus sequentes.

Vicarius an sit de iure communi fundatus.

108 Primus est quando religiosi, vel alij percipientes ecclesiæ redditus probãt omnes illius prouentus in fundetione vel vnione sibi donatos, tunc ipsi sunt fundati de iure cõmuni in illis fructibus, adeò quod vicarius perpetuus, vel curatus petẽs fructus vel decimas tenetur brobare ad se spectare: quia pars in toto est: ideò qui illam partem petit probare habet.l. si quis cùm totũ de excep. rei iudic.ff. imò ius curæ in effectu videtur tunc erga religiosos, vt testatur Cardin. in clem.1.

clem.1.q.15.de iur. patro.& ideò dicitur de capellis monachorum,non vicariorum. gl. in cõstit. Angliæ.rub.de insti. vica. in 1. gl. nec habet tũc locum cle.1.de deci. quia ipsi nõ dicũtur vsurpare quod ad eos spectat. c.cùm in tua. de deci.vbi dicitur vnam rem non deberi diuerso iure censeri.Bohic.in c. exposuisti de præben. Fely. in c. postulasti. col.2.de rescript.

109 Secundus casus est,si monasterium,vel alius rescipiẽs fructus beneficij probet se habere certas fructus in ecclesia, tũc vicarius seu curatus in omnibus aliis de iure cõmuni fundatus est: quia omnes alij sunt isti vicario assignati à iure, & ideò non tenetur probare spectare ad eũ, per c.ad decimas. de testitu.spol.in 6.& sic loquitur c. auaritiæ. ibi, intelleximus quòd in ecclesiis vestris, de quibus certas pensiones consueuistis percipere ex præb.Et quamuis ibi esset reseruata certa religiosis portio,tamen solebant ipsi quibusdam clericis, non autem curato vel vicario , aliquam portionem da re:quam diminuebant,vt ibid. patet. ideò statui ibi , quòd illam diminuere non debeant,& non loquitur de portione vicario rum,vt docet aufrer.in decis.109. si intẽtio.

Decima in dubio curato vel vicario adiudicari debeat.

110 Tertius casus est quando patronus, vel alius recipiens fructus nihil probat , nec curatus vel vicarius , tunc in dubio decimæ curato vel vicario adiudicari debet : quia donationem fructuum esse factam oportet allegare ab eo,qui nõ est institutus,nec collationem habet, licet sit patronus:quæ donatio facti est,ergo eam probare oportet.l. in bello.§.factæ.ff de capt & e.ex transmissa.de præscr. & huic instituto in ecclesia in dubio debentur decimæ. d c. reuertimini. 16.q.1.& sic vicario c.cũ homines.& c.cũ in tua.in fi.de deci. nõ autem patrono: sed præsentatio est eis ratione patronatus, de gratia reseruata.c.3.de iu.patro. & alimenta in casu paupertatis & inopiæ. c. quicunque.17 q.4 extra igitur inopiam , nihil ab ecclesia,in qua est patronus, nisi in fundatione vel in iure expressum sit, recipere debet.Igitur in aliis extra patronatum, vicarius est de iure cõmuni fundatus:& sic patronus probare debet saltẽ præscriptionẽ.

Nouales decimæ an ad vicarium pertineant.

111 Quartus casus est,quando certa pars decimarum spectat ad monachos,vel ad alios, altera verò pars ad curatum seu vicarium: tunc decimæ nouales sepectabunt ad curatum.c.cùm contingat de deci. dixi in tract. meo de decimis.in illa quæstione, an subla tis decimis noualia debeantur. quæst. 14. Contrarium est si vicarius decẽ , vel viginti sextaria frumenti, seu decem modios vini reciperet. tunc enim noualia ad clericos percipientes integras decimas pertinebũt nec istius partis consideratio habebitur, vt vicarius quicquam ex noualibus habere debeat:vt not.in c. quoniam.c. ex parte.3. & cap.cùm in tua.de decimis:& c.cognoui mus.12.q.2.& Guiliel.de monteland.in defen. monacho.posito in fine Benedictinæ: quia rei limitatæ nihil accrescit.l. in agris. ff.de acquir. rerum domi. quod est verum, quando illi, qui percipiebant decimas,erãt viri ecclesiastici: secus si laici, quia hi noua lia nõ hebebunt,licet veteres decimas perciperent.c.tua.1.in fi.de deci.scripsi in tractatu de deci.abundantius,ibi videre licet.

Vicarius rector, & curatus.

112 Non refragatur ꝙ vicario sit facienda assignatio congruæ portionis , ergo non est de iure communi fundatus. Respond. tum demum faciendam esse assignationẽ, quãdo de donatione & subiectione , vt superius dixi,cõstat:aliàs nõ , vt exponit Bonifa.in clem.1. in fi. de iure patr. si vocetur vicarius,siue curatus , siue rector , non est curãdum. Nam in quibusdam locis vicarius vocatur,licet curatus verè sit:in aliis rector quia regere debet per se,non per alios:vt in rub. de cleri.non resid.aliquando vicarius perpetuus.

Probare quis debeat se curatũ primitiuum.

113 Quæro, sæpius dubitatur super decimis, inter monasterium, vel collegium,& institutum in beneficio. Monasterium seu collegium dicit se curatum (vt verbis eorũ vtar) primitiuum : institutus verò contrarium, quis hoc probare habeat? Respon. regula est,quòd institutus in beneficio , & prouisus,in dubio presumitur curatus:tum quia simul atq; prouisus de beneficio est , & illud acceptauit , ius in re habet, & illud beneficium obtinere dicitur.c penul. & final. de concess.præben. in 6.Archid.in c. si gratiosæ col.1.de rescrip.in 6.ideò potest illud permutare.c ad quæstiones. & per totum de rerum permuta. & fructus beneficii ad eum spectant , & pro eius debito capi possunt. c.a.de fideiusso.d c.ad quæstiones. & per totum. quia dominus fructuum esse censetur docto.per illum tex. in capi. vno de cler.non resi.in 6. Ideò postquam ecclesia est istius prouisi,& fructus sunt eius,nõ potest dicta ecclesia esse alterius:quia vna ecclesia debet esse vnius sacerdotis. c. cùm non ignores de præbend.ideò qui dicit se curatum vltra prouisum,oportet ꝙ probet & sufficit instituto probare se prouisum ab eo qui ius prouidendi habebat, siue per electionem, siue per collationem, siue per institutionem , vel alio quouis modo prouisus fuerit: quia in istis quo ad hoc est eadem ratio, vt habetur in capit. cùm in illis. de præbendis.in 6. & patronatus non censetur curatus , sed ius patronatus tantùm habet.vt per totum titu. de iure patrona.& si ipse donauit ius quod in ecclesia habet , illud tantùm ius dedisse censetur. c pastoralis.de do. non curam , quam non habebat: quia nemo plus iuris transfert,quã habeat. reg.iur.l. traditio.ff de acqui.rer.doomi.

Probari quomodo possit vicarium non esse curatum.

114 Quomodo probare poterit monasterium illum institutum esse vicarium , & non curatum? Respon.ex fundatione,si data fuerit

capella

capella monasterio, vel collegio, seu altare monasterio: tunc & cura data censetur c. al taria. vbi do. t. 1. q. 3. ca. cum & plantare. §. in ecclesiis. de priuileg.

115 Secundo, si in prouisione nominetur vicarius, vt patet in toto tit. de off. vicar. quia vbi in priorata seculari curato est vicarius perpetuus, tunc prior censetur curam habere. c. de re in agro. §. cæterum. de statu monachor. & de rota. decis. 2. incip. nota quod vbi de offic. vicar. in antiq.

116 Tertiò, si probetur per tempus immemoriale quòd hic vicarius recognouit ipsos religiosos, vel alios, venientes ad suam parochiam tanquam curatos, & ibi celebrauerunt tanquam curati, & hora qua solet vicarius celebrare, & sic quod exercuerint curam, ex illo exercitio probabitur eos esse curatos, vt doct. in c. extirpaud c. de præben. firmant.

117 Quarto, quando esset ecclesia vnita, & fructus omnes dati, & vniri ecclesiæ cathedrali, monasterio, seu præbendæ, vel collegio, tunc cura spectat ad monasteriū in vnione, vel ad habentem præbendam, vel ad collegiu c. ex, quilsti vbi gl & doct. de præbend. & si qui instituitur habet tantum curam exercitium, & loco vicarij est: vt etiam probat Cæsar Lambert. in tract. iuris patr. art. 12 qō. princip. 2 partis. 2. libr. allegat extrauag exec b is i fi. verf. quantum. in extrauag. Ioh xx. 22 Si vero institutus det aliquos fructus monasterio, vel alteri, tunc dicitur is, qui dat partem curam habere animarum primitiuam, vt tenent Panorm. & alij in d. c. exposuisti. & docto. in cle. vnica. de offic. vicar. Fely. in cap. postulasti. col. 2. de rescriptis.

118 Quintò, quando probaretur quod istud beneficium dependet ab alio, quod fuit fundatum ex causa, vt in ca. ad audientiam. de eccle. ædific. tunc probaretur alterum esse vicarium: vt concludit Card. consil. 30. in hac. Imol. in cle. vna. col. 3. de of. vicar.

119 Sexto, quando probaretur quod monasterium haberet iurisdictionē in vicarium perpetuum, tunc iurisdictionē habens præsumitur habere curam primitiuam, etiam si sacramentorum administrationem non habeat: quia sufficit quod aliquam habeat curam, etiam in iurisdictione administranda. c. dudum. de elec. do. in ca. de inulta. de præb. vide glo. in verb. vicarios. verf. quantum. in d. extrauagan. execrabilis. Iohā. 22. rub. de præb. aliis etiam modis probari poterit, quos nunc omitto, vt breui finem imponam.

120 Sic dicimus in episcopo, vt fundatus de iure communi censeatur in collationibus, & prouisionibus ecclesiarum suæ diœcesis. c. omnes basilicæ. 16. q. 7. quod non potest tolli etiam ex dispositione testantium. c. sic quidam. & c. nouerint. 10. q. 1. vnde non valet dispositio testatoris in fundatione ecclesiæ adiecta. vt hæres conferat, & episcopus ni n habeat, ni a ; apa hoc tuetur appro. batum. nno. in ca. in l ateranensi. de præb. Bart in l quotien . . h. de aunun. tut. ff. Panor. i c. requisiti. de test. col. pen & in cap. cum venerabilis in 2. not. ibidem. est etiam fundatus in institutione & destitutione, per tex. in cap. cum ex iniuncto. de hæret. c. a. de capel. monach Deci. consil. 121 in ca. fa.

121 Et in subiectione. c cum venerabilis. de except. vbi iuris interpretes volunt omnes clericos, & canonicos, ac religiosos esse subiectos episcopo, nisi probent se exemptos: & qui hoc dicit, probare debet. l. ei qui dicit. de prob. ff.

122 Idem in iurisdictione spiritualium causarum, vt iuri dictionem spiritualem habeat in tota diœcesi. cap. cum episcopus. de off. ordi. in 6. c. 1. illo tit.

123 Et regulariter in omnibus spiritualibus fundatus de iure communi in epi copatu suo censetur: secus in temporalibus. text. in d. c. cum venerabilis. in fi. de except. cap con tuetudin. de relig domib. Item regula cum am liationibus, & limitationibus scribit Felyn. in d cap. cum venerabilis. col 10. nu. 32. nisi in ecclesia constet gratia. Deci. & alij in ca. significauerunt de except.

124 Idem in imperatore & rege Franciæ, vt de iure communi fundatam habeant intentionem in iurisdictione omnium rerum in tantum in toto imperio, & regno: quod probatur in l. 1. ff. de const. principu. & in §. sed & quod principi. de iure natu. in insti. vbi populus transtulit in imperatorem omne imperium, & potestatem, non vero omniū rerum. imo quando populus transtulit iurisdictionem in imperatorem, retinuit omnium rerum suarum dominium: alioqui frustra essent omnes leges de acquisitione rerum latæ, si imperator omnia bona haberet. Sic iurisdictionem de iure communi habent: & qui negaret, non esse sub ii orum iurisdictione, probare haberet. Nam postquam ipse iurisdictionem habet in suo imperio, & in toto regno rex Franciæ, ergo qui partē vult eximere ab illorum, probare hoc, debet, per d. l. si quis cum totum. ff. de except. rei iudic & d. c cum episcopus. de offic. ordi. in 6. Ioh de Pla. in l. vna. C de conducto. & procura. lib 11.

125 Sed quo ad dominium rerum, non dicitur princeps, etiam imperator, de iure communi fundatus in suo imperio. quod probatur: quia postquam deus creauit hominem, & res ad illius vtilitatem, Genes. 1. & seq. deditque ei deus omnia bona, dicens: Quicquid calcauerit pes tuus, id tuum erit. Deut. 11. c. & Iosue 1. & 14. c. homines igitur occuparunt possessiones, & effecti sunt illarum domini. Gene. 13. & cum illæ possessiones non essent aliquo onere affectæ, à deo liberæ sic sunt translatæ in occupantes ex dei opt. maxi. prouisione.

Imperator, & principes, in quibus fundata sint de iure com mune.

Dominium rerum non habet princeps.

K Item

126 Item probatur Genes.47.c.vbi Pharao propter famem durissimam in Aegypto orta in subegit omnem Aegypti terram, præter terram sacerdotum, emendo illam, & postea colonis ad sensum quintæ partis tradidit.ibidem.Si ergo illam non emisset,non fuissent illæ terræ censuales:quia nullus cēsus erat à datore deo optimo impositus. vel si rex fuisset dominus illius terræ,illam proculdubio non emisset, vt pote suā : quia rei suæ emptio consistere nequit. Heriet. 10.c.l.rei suæ.ff.de contr.empt.

Omnis res præsumitur libera, & allodialis, et franca nisi probetur cōtrariū.

127 Et per hoc patet,quod omnis res præsumitur libera & allodialis & franca,nisi rex probet esse emptam,vel alio modo factam censualem : vt in Aegypto, vel acquisitam. l.altius.C.de seruit.& aqua.& Iohan. Andr. in c.si.de iudi.& Hosti.in c.nimis. de iureiu.Bal.in c.significauit,de rescri.c.1. de vassal.qui contra const.Lotha.& c.a.si de feud. fuer.controuer .inter domi. & agnat.vassal. c.1.de conten.inter mascul. & fœmi.Alber. Brunus,consi.1.col.1.in materia feudorum. & Barba consil.5.illud. col.4. in 1. volu.Benedic.in repe.c.Raynutius.in verb . & vxorem nu.309.de test.

Dominum, totius mundi est imperator.quō intelligatur.

128 Non refragatur quòd imperator sit dominus mundi. l. deprecatio. ff.ad le.Rhod. de iact.Verum est quod dominatur in mundo per iurisdictionem, & præeminentiam: sed non est dominus rerum mundi.ideo dicit mundi dominus,non rerum, nec bonorum.l.bene à Zenone.C.de quadr. præscri. & hodie sceptrum dominantium planctus est.Ezech.19.c.in fi.

129 Et postquam semel princeps subiecerit terras,& censuales reddidit, & colonis dedit,potest dici cuius & ipsi sunt, & omnia bona eorum esse cognoscant,scilicet censi. ti.l.a . C. in quibus caus.colo.libro.11.antea verò non.

Intellectus ad rub.C.sine censu.

130 Nec obstat rub.C.sine censu, vel reliq. fund.comp.non posse. Respondeo verū esse, quando fundus semel fuerit censualis, non potest sine censu comparari : sed quòd omnes fundi sint censuales,hoc non est verum.quod etiam probat l.1. & sequen. ac.l. vlt.illo titu.Igitur omnes fundi sunt liberi ab initio, si non fuerint seruitute ab initio affecti. & qui dicit seruos esse vel censuales,hoc probare habet etiam si nomine principis petat.

Sine domino quod esse nō potest, quomodo intelligatur.

131 Nec obest illud vulgare, quòd non potest quis esse sine domino, vulgo, *lon ne peult estre sans seigneur* . verum est quo ad iurisdictionem,& protectionē:sed quo ad solutionem census, sic. per authorita.Genes. 37.de Pharaone.& alibi Dauid dicit:cælum cæli domino terram autem dedit filiis hominum. Non autem vni filio vel imperatori, vel regi,sed omnibus filiis. & ab illius summi domini dono liberæ tenentur terræ,& possessiones : alioqui sequeretur, quòd qui non haberet terras,ex quibus soluere teneretur,esset sine domino:& tamen dicimus, quod *nul ne peult estre sans seigneur*. & ideo concludunt doct.in cap. cum non liceat de præscrip.quod non potest quis præscribere, quod non sit saltem subditus papæ.Et Galli abutuntur,dicentes quod omnia mouentur de feudo,vel emphiteosi regis sīā cis,vtor verbis Guido. papæ in singu.577. vtrum quis possit tenere rem francam.

Nō potest quis cogi recognoscere terram.

132 Et ideo non possunt cogi domini possessionum recognoscere terras, pro quibus nihil vnquam soluerunt:vt firmat Iacobi. in tract. de feud.in verbo,dictisq; vassalli.2. col.2.vers.subsequenter. Et patria Occitana habet super hoc priuilegium,insequens ius commune videlicet, ne teneantur census soluere ex possessionibus liberis: sed rex exigere potest ab eis collectas,pro modo possessionum, quas tallias dicunt. & egoipse vidi alias eorum priuilegium, alioqui duplici onere grauarentur,& censuum, & collectarum , quod ius non permittit.c. bona fides.de deposi.c.at si clerici . in fin.de iudic. Boer.in §.pen.de consuet. feud.in con suet.Bitur.Sic debet intelligi, dum dicit regem de iure fundatum, videlicet quo ad iurisdictionem, & quo ad omnes regni sui vassalos : quia omnes, vel alius dominus non habet feudum in regno , nisi à rege:sed si negaretur feudum esse,oportet quod rex probet,propter illam præsumptionem iuris, quod omnis res præsumitur libera:& si rex petat censum, oportet quod probet terram censualem, & illi censum fuisse impositum,per supradicta.

Priuilegium linguæ Occitanæ quo ad terras.

Ius regis quale sit.

133 Nec me mouet, quod scribitur primo Reg.c. 8 vbi ius regis computatur: & inter iura illius dicit, agros quoq; vestros,& vineas,& olіueta tollet, & dabit seruis.Responde,deus in odium illorum petebant regem,& abiiciebant deum regē,dixit eis, quod rex, qui regnaturus erat super eos, ista facitt de facto:non tamen deus regibus hoc concessit , quia dicit , agros vestros.& sic sunt agri subditorum , non regum:sed hoc de facto tollunt reges. Etiam loquitur de tyranno,qui non erat à Deo electus.nam tyrannus hoc facit,sed non electus à Deo, quod probat ibi rex.regis vestri , quem elegistis.alioqui si regis ius esset accipere possessiones subditorum sine causa malè fecisset Naboth , recusans vineam dare Achab regi Israel.nempe illa vinea erat vicina.& prope domum Achab regis,volebat ei Achab dare meliorem vineam pro ea:aut si commodius ei fuisset, argenti pretium, quantum digna esset:& tamen deus grauarè tulit:vt patet tertio Regum,cap.21.& sequenti.

Subditorū res quando princeps capere possit.

134 Sed hoc ius regis est instante necessitate,vel publica vtilitate, vt rem subditi tunc possit accipere l. item si verberatum.ff de rei vendicatio.las.plenè in l.barbarius.ff de offic.prætor.& Decius in c. ecclesia s[illegible] tæ Mariæ.

Mariæ de constitutionib. & hoc, dato prætio pro rei æstimatione. l. 2. C. de ser. qui pro præmi. liber. accep. & glos. vlt. in l. si locus. ff. quemadmodum seruitus amit. dicit hæc non seruari à tyrannis, vel de facto: seruari tamen debet, & aliter imperator vel res, sine nominis mutatione, non potest rem vicini, vel subditi accipere sine consensu domini, vt de Naboth apparet, & probat l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. alioqui audient quid dicit dominus Achab, tertio Regum. c. 21. Vel erat ius regis regnaturi super Iudæis, non super Christianis, quia illi erãt duræ ceruicis, Christiani, non ita, & hoc probatur ibi dum scribitur contestare eos, & prædic eis ius regis, qui regnaturus est su[illegible]er eos, ergo quia erit regnaturus super ali[illegible], non hoc faciet.

135 Nec obest illa iactabunda lex, bene à Zenone C. de quadrienn. præscript. vbi omnia dicit esse principis: sed si videatur §. primus, vbi hæc sunt verba. Quæ enim differentia introducitur, cum omnia principis intelligantur, siue ex sua substantia, siue ex fiscali fuerit aliquid alienatum. Et sic bene dicit illa lex, omnia intelligi principis, quæ procedunt ex eorum priuata substantia, id est, illius patrimonio, & fiscalia. sed non dicit res priuatorum esse principis: sed tantùm bona patrimonialia sua, & fiscalia: alioqui si Iustinianus hoc diceret, falsum diceret, & contra ius diuinum loqueretur: cui non esset credendum. sed posset dici de illo, non posse statuere cõtra ius diuinum. Nam si omnia essent principis, de quo facerent homines eleemosynam, cũc nil haberent, nisi de bonis principis? & si furtum comitterent. species enim furti est de alieno largiri. & beneficij debitorem sibi acquirere. l. si pignore. §. 1. ff de fur. & omnes essent pauperes: & tamen in euangelio loquitur diuitibus. Et frustratoriæ essent ferrè omnes leges, volẽtes actiones rei vendicationis, & alia dari dominis, cùm nullus inueniretur rei dominus, nisi princeps. Solus ergo princes pro omnibus rebus rei vendicatione ageret: quæ omnia quàm sint ridicula, inuenta que à ridiculis hominibus, nemo sanæ mentis inficiari potest, vt consuluit Bertrand. cons. 1. in 3. vol. ex antiq. editio. & Ezechie. 46. scribitur: Non accipier princeps de hæreditate populi per violentiam: & de possessione eorum. abundè docet Lucas de pen. in l fi. C. de loca præd. ciui. lib. 11. ergo bona sunt populi, non principis omnia. Alia ferè vsque ad nauseã adducere hic possem. sed cum ista sint tam clara, & notoria, illa missa nunc faciam: orans iudices, & alios lectores, vt hæc boni consulant, & seruent, & conscientiis suis prouidebunt: quas debemus tanquam sarra tecta custodire, vt animam possit vnusquisq; deo reddere immaculatam, quod facit Deus: Cui de omnibus hactenus mihi elargitis, gratias ago, & agam immensas per secula, Amen.

[illegible]ctus ad [illegible]a Zeno-

Spes mea Christus.

TRACTATVS NOMINATIONVM IN FORENSI IVDICIO FREQVENS VALDEQVE VTILIS.

Authore Do. Petro Rebuffo, de Montepessulano, Iurium Doctore, ac Comite,
nunc demum ab ipso recognitus & auctus.

Quæ hoc Tractatu continetur, pagina ab hinc quarta indicabis.

DVRARE ET MORI,



NON PERIRE.

LVGDVNI.
Ad Salamandræ, apud Claudium Sennetonium.

M. D. LXIIII.

SACRATISSIMO PATRI, ATQVE singulari virtutis excellentia prædito, Do. Martino à sancto Andræa, Carcasso-nen. episcopo, Petrus Rebuffus, S.

MERCVRIVS Trimegistus, Rex maximus in Aegypto, philosophusque doctissimus, & sacerdotali honore insignitus fuit, vigilantissimè præsul, ob quas animi dotes, post mortem Aegyptij eum inter numina retulerunt, religiosissimeque coluerunt, primumque anni mensem ei sacrarunt, ac urbem in Aegypto clarissimam ab eius nomine Hermopolim (hoc est, urbem Mercurij) nuncuparunt, Trimegistumque (latinis ter maximum) vocauerunt, quòd Alexandro, Pompeióque, & aliis multis postea seculis diuo Carolo Francorum Regi attributum fuisse, memoriæ proditum est. Hæc ad amussim perpendens, tibi illum Trimegistum alioqui magnificum virum comparare, cum multis nominibus eum superes, non audeo. Ille enim rex maximus in Aegypto, tu verò regnum in deo obtines, te & alios melioribus atque adeò institutis Christianis regis. Ille philosophus, tu & philosophus, & omnibus aliarum disciplinarum numeris absolutissimus, addam & humanus: & ut omittam incredibilem sacrorum literarum eruditionem, utriusque iuris etiam (ut ex interpretationibus tuis Tholosanis declarasti) egregiè peritus es. Prætereo philoxeniam, quam præcipuam, ut ambabus manibus, ac obuiis ulnis egenis porrigat, hactenus excoluisti. Ille insuper sacerdotali honore decoratus fuit, tu verò honori sacerdotali (qui per se bene magnus est) dignitatis culmen adiunxisti, in eaque ita te gessisti, ut populum tibi commissum, & religionum amatorem, & pauperum tutorem feceris nusquam ab oculis tui conspectu (ne unguem quidem latum) discedere voluisti. Cum apud aulicos inter primos agere posses, auium & canum oblectamenta aspernatus es. Adhæc dictum Cyri maioris Persarum regis semper præ te tulisti, inquientis neminem debere suscipere principatum, nisi melior esset his quibus imperaturus esset. Censebat enim hoc esse principis unicum munus, aliis prospicere, & publicis consulere commodis. Hoc autem præstare nemo potest, nisi qui sapientia, vigilantia: animique integritate cæteris antecellit. Id verò non præstat natiuitas (licèt eam à nobili Tholosano præside, Boiboriis instar semper iudicante, probatissimæ fidei, Catoneque sapientiore, inter eruditos optimo, & inter optimos eruditissimo, genuina probitate prædito, atque ut paucis absoluam, omni virtutum genere instructissimo, traxeris) sed institutio optima, & rerum usus, quibus à teneris dotatus fuisti. Quæ cum ita sint, talem patronum (si non graueris mihi deligere, honori & commodo forè arbitrabor. Non tamen ut Athenienses in clericum Samium poëtam munificentiam expectem, quia Pastus semiobolo contentus essem. Igitur hunc pusillum mei ingenij laborem, Tractatum nominationum tibi dedico, quem si (ut pro tua humanitate soles omnia) benigne susceperis, in lucem fœlix tutusque ab omni liuidorum calumnia prodibit, commodum (ut reor) publicæ utilitati allaturus. Vale pater patriæ, & nos in ære tuo adscribe. Lutetiæ, decimo Cal. Iunij, Anno trigesimo sexto post sesquimillesimum.

QVESTIONVM PRINCIPALIVM in hoc tractu contentarum Index.

TRACTA-

Quæstionis primæ Epitome.

Prima quæstio.

MATERIAM nominationum in forensi iudicio indies vsu venire mente mea reuoluens, à nostrisque doctoribus neglectam, vel parum tractatam, quæstiones aliquas à me frequentius petitas, in vnum cōgere conatus sum. Imprimis sciendum est, quæ fuerit causa efficiens, formalis &, finalis, in his nominationibus. Respon. vniuersitates causam esse efficientem fortè non malè quis dicere potest. Nempe ab illis fiunt, & conceduntur nominationes. & causa materialis est studium quinque annorum, vel trium in nobilibus, ac gradus acceptus. §. præterea. de colla. in concord. Formalis est data forma. in dicto §. præterea. & §. statuimus. 1. & §. teneantur. de collat. in concorda finalis causa est beneficiorum prouisio, quæ illis nominatis fit ob suos gradus & nominationes, vel fieri debet. & rationes inferius subiicio, quæst. 1. is iactis meteriam aperiamus olim ignotam. nunc verò facilem, & omnibus obuiam.

2 Nunc videamus, Quot modis accipiatur nominatio. Respon. multis. Primò dicitur nominatio, quando exprimitur nomē & cognomen alicuius, vel aliud æquipollens. l. 1. & seq. ff. de liber. & posth. & l. certū. ff. si cert. pet. & sic accipitur in Concord. in rub. *Nominatio quot modis accipiatur.*

in rub. de regia facultate primum mensem graduatis debitum nominandi, & text. in c. mu'ti. §. si quis autem. & §. seq. 2. qua st. 1. & regula cancel. Iulij secundi in 4. parte. & in l. 1. §. 1. ff. de magistra. coueniendis. l. 1. §. cùm quis. de qua st. l. libertus. §. in quaestionibus. & §. nominati. ad municipa. authen. hoc amplius C. de fideicomm. & testator hæredem sibi nominare debet. l. iubemus. C. de testa.

Pelicato per no-minationem pro betur.

3 Aliquando quis nominat extraneum filium suum, & illa nominatio non probat illum esse filium nominantis. l. non nudis. & l. non epistolis. C. de proba. glo. in c. Michaël. de filiis presby. & c. per tuas de prob. c. illud. de præsumpt. not in c. transmissæ. & c. per tuas. qui filij sint legit. Iaf. in l. neq; professio. C. de testa quia illa verba censentur prolata propter aliud, ideo non probant. l. ex his. C. de testa. milit. plenè Iacob. de sancto Geor. in l. quidem ff. de proba. Ideo si presbyter vel alius nominet aliquã suam commatrem, non propterea probat hoc esse ca. per tuas. de probatio. quia hoc sæpius faciunt in côiugibus, vt peccatum eorum cooperiatur. Innocen. verbis vtor, Panor. & aliorum in c. ex parte. in fi. de resti. spolia. Deci. consi. 462. visa col. 2.

Nominatio pra-sumptionem in ducit.

4 Nec talis nominatio quo ad præiudiciũ tertij inducit etiam præsumptionem. Iaf. consi. 81. factum sic se h[a]bet. col. 1. in 1. vol. & consi. 102. ser. benedictus. colum. 1. in 3. vol. ideo dicitur 1. Ioan. 3. c. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, &c.

5 Primò fallit, quando ex antico sic nominatus esset. c. cùm causam. & ibi gl. & doct. de proba. Barba consi. 6. sapientet. in 2. volu. & Deci. consi. 35. ad iustificationem. Hippo. in rub. C. de prob. fol. 24. col. 3. cum seq. quia non præsumitur quòd tandiu fuisset sic nominatus, nisi filius esset nominantis.

6 Secundò, fallit quo ad legitimationem. authen. si quis liberos. C. de naturalib. liberis. Alber. in l. non idcirco. C. de iur. & fact. igno. Alexan. consi. 150. in causa. in 5. volu. Benedict. in repe. c. Raynutius, in verbo, & vxorem nu. 204. de test. vbi intelligit per nominationem naturalem patris tantum legitimum hæredem nominantis fieri, quãdo mulier, quæ pepererat filium, erat digna tali viro, de quo filium susceperat: alioqui cõtrà, vt si mulier esset meretrix, & vilis conditionis, pater erat diues & nobilis. Ang. in §. sed & ali[u]d. per illum text. in authen. quib. mod. natu effici. le[gi]t. col. 6. Alium casum tradit. Bart. in l. 1. §. idem per cõtrariũ. ff. de liber. a[g]nosc[en]d. Hoc tamen non seruaretur in fore[n]si iudicio, si aliter non probaretur matrimoni[u]m, vt [i]psi in praxi be[n]eficiali in [r]e[g]. [de] [i]pto [l]egi[ti]mationis.

7 Tertiò, lim[it]a fauore [li]ber[t]at[i]s, vtpote si dominus seru[um] [su]um f[...]ter nomi[n]at e[ss]e [su]um filium su[u]m, [hi]nc e[f]ficietur liber. §. fin.

institu. de adop. & in al[ij]s casibus traditis per Feli. & Dec. in cap. per tuas. vbi nominatio probat in casibus ibidem traditis de probatio.

8 Item ex ista nomin[at]ione nascitur præsumptio, quæ transfert onus probandi in aduersarium glo. in c. Michael de filiis presbyterorum. Calca. consi. 16. visis. nu. 21.

9 Idem si Papa aut episcopus nominaret aliquem archidiaconum, decanum, vel alio beneficij nomine propter hoc non probare tur talis dignitatis aut tituli collatio, nec per talem nominationem censetur dignitas, aut beneficium illi sic nominato acquiri, nec aliquid iuris eidem tribuitur. tex. solennis in clem. vlti. de sentẽ. excom. Roma. cõsi. 18. admittimus. col. 1. Lappus allegat. 7. disceptat. quia in beneficiis requiritur canonica institutio. c. 1. de regu. iur. in 6. quæ per hanc nominationem non fit, nec collatio, nec alia prouisio, vt patet, ergo, &c. quia illa nominatio est prolata propter aliud, tum quia super hoc narrato non [f]undatur intentio disponẽtis, tum etiam quia tales collationes sunt faciendæ idoneis, qui ob hanc nominationem nõ ce[n]sentur, nec voluntas Papæ per hoc di[...] Bonifac. in d. clemen vlti. [...] exprimeret se velle conferre, vt ibidem [...] Feli. in c nõnul li. col. 17. & [...] si aliquando, de sententen. excom. [...] l. quidam. col. 2. ff. de probatio.

De nominatione Papa, vel episcoporũ an ius tribuat.

10 Fallit, quando collitigans nominaret eũ, cum quo litigat sub nomine dignitatis, vel beneficij super quo litigat, vel ad illum sic scriberet, vt archidiacono tali, vel canonico, tunc illi sic nominatio vid[e]tur ius suum renuntiare text. solennis. in c. ex ore. de his quæ fiunt à maiore parte cap. & ibi Panor. in 4. nota. & in c. cùm ad nostram. de elect. in 1. not. D. Boër. in additio. ad Dyn. in regul. 1. de regul. iur. in 6 circa fin. Ideò solet in processu apponi cõtra talem assertentem se decanum, vel vt asseritur. & ista est notab. practica, qua vtuntur cauti aduocati, vt indies video.

Quando quis iuri suo vide tur renũtiare nominando.

11 Et ideo dicit Speculator in titulo de libelli concept. §. fina. versicu. item cautus sit actor. vt se nominet rectorem talis curæ, vel dominiũ talis rei, & tunc reus potest petere vt detrahatur illa qualitas, & ponatur rector, vt asserit, vel potest petere, quòd illa nominatio non afferat sibi præiudicium, quod iudex facilè sibi concedere potest quod bene nota in forensi iudicio.

Nota practicam.

12 Intellige verum quando sponte nominaret, & eidem reuerentiam tanquam decano, vel tali N. exhiberet. secus si coactè hoc faceret. quæ enim m[et]us [ca]u[s]a gesta sunt, rata non habet præt[o]r per to um t[i]t. ff. quod met. cau[s]. & [...] in d[...] reta. si tenet Domi. consi. 15. reu[...] 2 [...]bio.

13 Secundò, inte[llige] [...] p[e]r tal[e]m nominationem non acqui[r]atur ius nominato

fi[n]e

Sine canonica institutione nũquã acquiritur ius parti per alterius nominationem.

sine alia canonica institutione. d. regula. 1. & per Ioh. de Selua. in tracta. de benefi in 3. parte. q. 10. per c. dilecto. de præbend. nam quandocunque quis priuatur beneficio, tamen colliganti non acquiritur, nisi per collationem aut aliam canonicam institutionem. c. olim. in fin. de rescrip. Domi. cõsi. 38. pro clariori. col. 2. dixi plenius in praxi beneficiali.

Cõfessio aduersarij titulum aduersario non debet.

14 Itẽ ex nec cõfessione aduersarij acquiritur ius mihi. quia non dependet à parte da re titulum in beneficio gloss. in rubr. de pacific. possess. in verbo triennio. tamen dubia probatio facta super titulo, potest suppleri & coadiuuari, per concessionem aduersarij. gl. sing. in c. pen. in verbo, si non appareat, de rescript. in 6. quam sing. notat Barb. in c. tuæ. col. 10. vt lite non contest. & consi. 45. col. 4. in 1. volu. nu. 9. & consil. 62. col. 9 ibidem. & consil. 8. col. 11. in 2. vol. & consi. 70. col. 2. ibidem. ac consil. 10. col. 2. in 3. volu. ac consi. 40. col. 13. & col. 17. in eodem volu. & consi. 26. col. 7. in 4. volu. & Feli. in c. olim. col. pen. & seq. de rescrip. plenè tradit Aufrer. in decisio. capel. Tholosa. q. 473. vtrum in causa, &c. vbi dat aliam limitationem.

15 Præterea si quis deposuerit contra decanum, instante procuratore fiscali, non ob hoc videtur renuntiare iuri, quia hoc tendit ad fidem faciendam, non ad renunciandum per tex. in argumentum in l. Gaius. ff. de pig. actio. & confessio illius qui dicit se renunciasse, non prodest alteri parti. Et sic malè iudicatum fuisse per iudicem, qui nõ viso titulo vnius partis possessionem adiudicauerat alteri parti, dicenti se non habere ius in beneficio. asserit Boer. in quæst. 89. moto & pendente. in decisio. Burdegalen.

Nominatio an probet excõmunicationem.

16 Secundò accipitur nominatio pro quadam publicatione, vt quando excommunicatus nominatur in ecclesia per presbyterum parochialem, & tũc nominatio etiam in Palo ecclesiæ facta non probat, si de grani ageretur præiudicio, vt pote si ageretur de amittendo beneficium. glo. in c. 1. in verbo, nomen. de excep. in 6. glos. in c. licet in fine. de senten. excom. eod. lib. gl. in verbo, denuntiata. de excom. non vitand. in prag. dictum est in interpre. c. postulastis. nu. 76. in 2. notab. de cler. excom. ministran. hic non repeto.

17 Tertiò, accipitur nominatio quãdo quis conuenitur actione reali, & is nominauerit actorem suum, à quo rem habuit, vt causam defenderet, & vt practici dicunt, garẽtiret. l. 2. C. vbi in rem actio. l. authore, de euict. Bar. in l. officium. ff. de rei vend. Soci. plenè. in c. fi. §. quòd si super, vt lit. nõ cõte. de qua scripsi in tra. de dilatio. arti. 2. glo. 2. in 1. tomo commenta. in consti. reg. galic.

Possidens rem furtiuam, illũ à quo habuit.

18 Item qui possidet rem furtiuam, vt furti suspicionem vitet, nominare eum à quo rẽ habuit, tenetur. l. ciuile, & l. inciuilem. C. de furt. Bart. in l. fi. col. 2. ff. de quæstio. & qui falsa instrumẽta habet apud se, præsumitur falsarius, nisi nominet à quo habuerit. l. maiorẽ. C. ad leg. Cor. de fal. Alexã. consi. 265. ponderatis. in 6. vol. Hippo. cõsil. 52. misericordia. nume. 33. cum sequen. Idem si libri Lutheri, vel alij libri hæreticorum reperiantur apud aliquẽ. nam ille præsumitur hæreticus. Arch. in c. fi. 24. q. 2. per illum text. Roma. sing. 322. eo. ipso, vbi corrupté allegat. vide.

nominare debet.

Hæreticus præsumitur hic apud quem libri hæreticorũ reperiuntur.

19 Alia est nominatio, quæ fit in officiis secularibus, vt pote quãdo agitur de eligendo consules in Montepessulano, vel capitularios Tholosanos, seu iuratos Burdegalæ, de quibus in c. fi. de procura. Idem quando ageretur de eligendis scabinis in Francia, de quibus in c. 1. de immunita. eccle. in 6. Aut si agatur de eligendo ad aliud officium, tunc si extrancus fuerit ad cõsilium, & nominauerit aliquem valde idoneum, ac cõsulibus suaserit, vt illum nominatum per eum eligant, tunc illa nominatio nil iuris tribuit, & sic non grauat. quenquam. l. 1. §. solent. & ibi Bart. ff. quando appellã. sit. ideo non est necesse ab ea appellare. l. nominationes. C. de appella. can. ei qui. §. nominationes. 2. q. 6.

Nominatio in officiis secularibus an ius tribuat.

20 Quædam est alia nominatio, quæ fit post deliberationem, vt in rectore eligendo, vel in scabinis, seu aliis, & tunc tribuit ius licet non perfectum, si à superiore debeat confirmari, vt in rectore Montispesulani, & Valentiæ: & dicitur quædam electio. §. postea, in authen. vt iudices sine quoquo suffrag. col. 2. l. nominationum. C. de decur. lib. 10. & rub. de pericul. nomina. eod. lib. l. 1. C. de tuto. vel cura. illustrium. Et ab ista nominatione poterit appellari, si iure non fiat: vt si nominatus rector sit de facultate artium, & debeat esse de facultate canonica, vel theologiæ. l. vna. & ibi Bart. & Rebuff. C. de portio. ad munera nomi. lib. 10. vel si fiat ab inimico l. vna. C. si propter inimicitias facta sit creatio. lib. 10. & sic nominatus vel alius tenetur intra decem dies appellare. l. si ad scribatum. C. de appella. & l. hi qui ad ciuilia. ibidem. vel si aliquis scabinus, aut consul, sine confirmatione gubernatoris, aut locum tenentis, & procuratoris regij administrauerit. nam electio gentibus regis præsentibus, Bailliuis, aut aliis magistratibus solet præsentari, quam solẽt confirmare. tex. in authen. de defenso. ciui. in princ. colla. 3. & ibi no.

Quando iure electionis eligendo possit appellari.

21 Nominatio illa est, quæ tribuit ius perfectum sine confirmatione, vt in rectoris nominatione, quæ in hac Parisiensi vniuersitate fit, & alibi in Francia, vbi non eget confirmatione, tunc nominatio facta à facultate, facit electionem & confirmationẽ, sicut in decreto decurionum. Bart. in l. 1. §. solent. ff. quando appellan. sit. Feli. in c. eam te. col. 3. versi. 4. extende. de rescrip.

Est &

De nominatione facienda per senatores.

22 Est & alia nominatio, quando vacat officium consiliarii, aut præsidentis, tunc consilia in ad vnum congregati, nominare vnũ regi idoneum ad illud officium vacans debent, vt habetur in ordina. Reg. rub. *des elections & nominations.* arti. 3. & seq. Et sic fui nominatus per egregium hunc Parisi. senatum, & Rhothomagen. anno 536. die 23. Nouemb. etiam per metuendissimum senatum Tholos. anno. 1541. die 27. August. quibus quantum debeam, exprimere non possum, sed chartis commẽdare intendo, beneficium mihi per eos factum, & gratias immensas verbis, si facto nõ potero agere: cũ me tantorum consortio dignum iudicauerint.

No. consuetudinem parlamentorum quod ad præsides.

23 Et ex consuetudine parlamentorũ quando vacat officium secundi præsidentis, tertius nominatur, & ascendit ad officium secundi, & quartus ad officium tertii. primus verò præses & quartus liberè per regẽ creantur. in aliis tamen etiam potest rex dispensare, sed non inuenitur in Parisi. senatu dispensatum. Idem, si vacet officium locũ tenentis, iudicis, aduocati regii, aut procuratoris. nam solet à curiis denominari, vt ordina. regiis cautum tit. artic 3. in rub. *des offices de iudicature.* licet multoties pecunia nominet virum. contra tex. in authen. vt iudices sine quoquo suffragio. collat. 2. & etiam contra ordinationes regias.

Iurare eligentes debent & nominantes.

24 Et in nominatione requiritur quòd nominantes iurent, vt in dictis ordinationibus dicitur, & etiam de iure vbicunque relinquitur conscientiæ alicuius, tunc oportet quòd is iuret, quòd conscientia sua ita dictat, vel quòd iustè & rectè aget. argu. tex. in l. hac edictali. §. in illud. C. de secund. nup. Lucas de Penna. in l. 1. C. de nauic. lib. 11. Alex. Ias. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. noui. nuncia. Præposi. in rub. de appella. col. 15. Alexand. consi. 118. visis verbis in 2. volu. & consi. 45. in 6. vol. Bolog. consi. 47. nobiles. col. 2 Ias. in l. admonendi. in lectura. nu. 11. ff. de iureiur. & in 9 sed iste. num. 21. institu. de actio. & in l. apertissimi. in fi. C. de iudic. Hippoly. in l. 1. §. præterea. nu. 111. ff de quæst.

¹ Arestum. Doctores iurare debent, & quilibet in suo ordine eligere.

25 Sic iurare debent volentes eligere prælatum, quòd vtiliorem eligent, vt habetur in Pragma. sanct. in c. 1. de electio. idem in doctoribus regentibus, vt debeãt iurare quãdo eligere volũt aliquem in locum de mortui sic fuit pronunciatum in hoc venerabili senatu arestum. Vnde electio non spectat ad theologos, quando aliquis eligitur ad officium regentiæ iuris ciuilis, vel canonici, nec ad doctores facultatis decretorum spectat electio theologorum, vel medicorum. qua cũm iurare habeant, quòd eligent magis idoneum, & doctum, ac auditoribus & scholasticis magis vtilem, non possent doctores medici iurare, quòd vnus est magis idoneus, doctus, & vtilis in alia facultate, & sic vera electio est, vt illi de facultate tantum eligant. quod hodie etiam Tholosæ seruatur dictante senatusconsulto, quia multi sciebant abusus per alias facultates in his electionibus.

Nominatio ad beneficia vacãtia, an tribuat ius.

26 Alia est nominatio ad beneficia, & quædam respicit beneficia vacantia, altera vacatura prima potest dici consultoria, seu tractatoria, vt quando canonici inuicem consulunt, & nominant aliquos ante scrutinium, & tractant an talem N. bonum sit eligere, & postea proponunt in collegio. ex illa nominatione nullum ius nominato acquiritur. c. quod sicut in prin. de elec. glos. in §. volens. in verbo, nominationes. de colla. in pragma. quia exprimitur consensus de futuro. & sicut per hæc verba, de nomino te in mulierem, non contrahitur matrimonium, sic nec per hãc nominationem in beneficiis sic factam. glo. in c. quanto. 63. distinct. & in c. constitutis. in 2. de appellat. Bald. in ca. illud. per illum tex de præsump.

27 Aliquando quis nominatur in scrutinio, & exprimitur consensus de præsenti, & postea publicatur. talis nominatio tunc à maiori parte capituli facta valet, & ex ea acquiritur ius nominato, & dicitur electio. tex. in cap cum olim. de re iudica. glo. in dicto. cap. quanto. & in cap. contra. 16. quæst. 7. Bald. in rub. de postul. præla. in fi. Panor. Imol. & alii in d. c. sicut. Et hoc intellige, quando publicato scrutinio potest sequi electio, alioqui non. glos. & docto. in c. publicato. de elect. ca. perpetuo. illo titu. in 6. & c. penul. ibidem. Innoc. in c. bonæ. in 1. de postul. præla.

28 Item fit nominatio Papæ de pluribus inhabilibus, vel habilibus, vt vnum eligat, seu assumat, de qua est text. in c. 1. distin. 85. Archid. in c. nulla. de electio. in 6. & c. quanto. col. 263. distinc. vbi dicit, quando sunt duo vel tres excellentiores in ecclesia, nominãtur omnes Papæ, vt vni prouideat. d c. 1. & ex tali nominatione ius acquiritur 16. q. vlti. c. contra. videlicet vt ea pendente non procedatur ad electionem.

Nominatio postulatio & electio differunt.

29 Et differt à postulatione in qua vnus tantum postulatur, & plures nominantur. & potest fieri nominatio alternatiuè, licet postulatio non Ioan. Andr. & Imol. in dicto cap bonæ. in fi. de postulat. prælat. Domi. & Perus. in c. 1. de elect. in 6. Et in his primò nominatus censetur dignior. cap. quorundam. de elect. lib. 6. Felin in c. cùm dilecta. num. 5. de rescri. & maior. l. 1. ff. de albo scriben. ac magis dilectus Bal. in rub. C. si quis omissa cau. testa. col. vlti. Deci. in c. Nicolao. de appella.

30 Et ex hac sola nominatione, si non fuerit perfecta, non priuantur nominantes potestate nominandi, etiam si nominauerint indignum, quod secus est in eligentibus. c. cùm in cunctis. §. fin. de elect. c. perpetuò. illo titu.

illo titu.in 6.& dixi in repet. c. postulastis. in 4. notab. de cleri. excommu. ministran. Aequiparantur tamen postulationi, quia ante præsentationem poterit variare, post non.c.bonæ.in 2.de elect.Calderi.in consil. §.an nominantes.rub.de elect.Bato.in l.absenti.ff.de dona.Ioh.de Selua.in tract.de beneficio.in 3.parte.quæst.1.

31 Hodie quædã nominatio fit à rege Franciæ in prælaturis. nã vacantibus archiepiscopatibus vel abbatiis, & prioratibus, in quibus seruatur forma c. quia propter. de elect.tunc enim Rex nominare debet papæ vnum grauem magistrum, seu licentiatum in theologia, aut iurium doctorem, seu in altero, vel licentiatum in famosa vniuersitate creatum, & in 27.suæ ætatis anno ad minus cõstitutũ, intra sex menses à die vacationis ecclesiarum computandos. Quòd si minus idoneũ nominauerit, adhuc intra tres menses à die recusationis computandos, poterit alterũ nominare. vt habetur in cõcord. in tit.de regia.ad prælatur.nomina.faciẽd. §.1.&seq.vbi scripsi quomodo intelligatur. facit tex.in c.cùm longè & cap. Adrianus. 63.dist.

Doctores ad episcopatus debẽt nominari.

32 Et quòd doctor.ad episcopatum nominari debeat, & eligi, probatur in summa. 80. dist.vbi sic dicitur, Doctorem autem episcopum oportet esse, ne inferiorum culpæ in eum refundantur, qui docendi officiũ accepit, quod exequi nescit. De Rota decis.5.incip.papa Innocẽtius. de priuileg. in antiq. Iohan.Lupus in repeti.cap.per vestras.col. 4.& seq.de dona.inter virum & vxor. Hodie multi sunt doctores in adulatione, luxu, & venatione.

33 Erat & alia nominatio quæ concessa fuit regi Franciæ ab Inno.6.vt posset nominare ad præbendas in triginta, tam metropolitanis, quàm cathedralibus & collegiatis ecclesiis sui regni, vt citat glo.in §.placuit. in verbo, facultates. de colla. in prag. quæ non est sortita effectum.

34 Alia est nominatio, quam rex facit pro iucundo aduentu in ecclesiis, quas reges fundauerũt, & hic nominatus est aliis præferẽdus, interdum rex nominat veteranum quendam, quem vocant oblatum, & hæc etiam in monasteriis suæ fundationis. vt fuit litigatum in parlamẽto, anno 1539.die 12.Aug. & in vigil.nostræ Dominæ.& hoc declaro in praxi beneñ.inter rescripta mixta.titulo de oblatio.

35 De alia nominatione idem per Stepha. Maleret in tract.de elect.limita.8.fo.36. interdum fit nominatio ad beneficia vacatura à papa, & per viam mandati de prouidendo, & de ea loquitur c.mandatum. de rescript. & c.mandatum.de præb.in 6.dico suprà de mand.apostol.& 10 forma mandat.

36 Aliæ sunt nominationes quæ conceduntur ab vniuersitatibus regni graduatis, & debito modo qualificatis, vt eisdem prouideatur.& de his erit sermo noster.& loquitur tit.de coll.in concorda.Et super his affixi conclusionem, regem Franciæ non posse nominationes concedere: verum est, intellige non posse concedere nominationes, quæ ab vniuersitatibus conceduntur graduatis tantum, quia tantum data est potestas vniuersitatibus, vt patet in concord. in rub.de coll.§.præterea.ibi, per vniuersitates nominatis.& §.volumus autem quòd nominati literas nominationis ab vniuersitatibus in quibus studuerint, obtinentes, &c.& §. monemus.ibidem postea posui. Imò regẽ posse nominare, eo iure vtimur, videlicet ad episcopatus, archiepiscopatus, & alias dignitates, de quibus supra dictum extitit, & hoc etiã fuerat concessum Carolo regi Frãciæ, vt patet in c.Adrianus.& ca.seq. 63. distinct.& etiam fuerat eidem data potestas eligendi pontificem, & ordinandi Apostolicam sedem, vt ibi dicitur. Sed isti priuilegio olim pronuntiârunt, vt patet in c.sacrorum.63.distinct.sex tempora scripsi in concord.de elect.deroga.in princ.

Conclusio Regẽ Frãciæ nõ posse nominationes concedere.

Quædam sunt aliæ nominationes, per quas rex suos nominat consiliarios Parisi. ad primum beneficium, quas dicunt quidã vtiles & bonas, si per eas nemini fieret præiudicium, & rex suis conferret beneficia, quæ iure regali cõfert, & ouem vnicam nominatis addictam per vniuersitates non auferret.de his ego fusius scribam in praxi beneficia.nunc huic primæ quæstioni finem imponens.

Quæstionis secundæ Epitomæ.

1 *Vniuersitatum nominationes quo tempore inuentæ.*

Concilium Basiliense procurante Eugenio 4. congregatum.

2 *Concordata inter Regem Franciæ & papam quando facta.*

Quæstio secunda.

1 SECVNDO principaliter quæritur, quo tempore fuerunt istæ vniuersitatum nominationes inuentæ? Respond. quòd anno 1438. regnantibus Eugenio 4. pontifice maximo, & Carolo 7. rege Franciæ, vt licet videre in procœmio Prag. sanct. Pluribus tamen placet nominationes ligasse à Pascha anni 1439. quia vsque ad illud tempus fuerunt toleratæ gratiæ expectatiuæ. glo. in §. insuper. in verbo vacatura.& tex.in §. illi verò. versic. datum, &c.de coll.in pragma. nam procurante.Eugenio concilium generale Basiliæ fuit congregatum, quod permulta & animæ & corpori salubria statuta fecit quæ Eugenius ad Carolum, tum Franciæ regem

Quo tẽpore nominationes fuerint introductæ.

per oratores misit, rogauitque regem prædictum, vt eadem reciperet, & perpetuò in suo obseruari regno non grauaretur. quibus auditis oratoribus, rex conciliũ apud Bituriges in sacro Sacello congregauit, statutáque per concilium Basilien. ecclesia Gallicana cum aliquibus modificationibus approbauit, quas licet videre in pragma. & per Gagui. lib. 10. fol. 226. & seq. in vita Caroli septimi. versic. apud Basileam. Et sic nominationes ab ecclesia Gallicana fuerunt, inuentæ in hoc regno, mediante tamen concilio Basilien.

2 Demum pontifex summus Leo decimus cum Christianissimo Francisco rege Franciæ bononiæ, anno 1516. Caled. Iannuarij Pragmaticam sanctionem aboleuit, eócordatáq; fecit, in quibus nominationes vniuersitatibus regni Franciæ, Delphinatus, & Comitatus Dien. ac Valentinen. reseruauit. vt licet videre in cócordat. & scripsi in præfatione ad rubri. de colla. in eisdem.

Cócordata quædã fuerũt facta. Fuerunt tamen alia cócordata inter Sixtum tertium olim pontificem maximum, & Ludouicum 11. Franciæ rum regem, quæ nó fuere sortita effectum, vt est text. in extrauagan. 1. de maiorita. & obedien. in communibus. & citat Gagui. in vita Ludouici vndecimi. lib. 10. versic. fama ante hos dies ferebatur, &c. glos. in §. non volumus. in verbo quatuor de colla. in pragma. Sequitur Benedict. in repeti. c. Raynutius. in verbo, si absque. in 2. de fideicommis. substit. nume. 44. de testa. & patet in concord. rub. de cóstitu. §. vnde.

Quæstionis tertiæ Epitome.

1 *Nominationes vniuersitatum ad quid introducta.*

Ecclesia indiget viris literatis, & non asinis, aut porcis.

Tertia questio.

1 TERTIO principaliter quæritur quare nominationes inuentæ sint, & in hoc regno introductæ? Respon. Primò, vt prouideatur ecclesiis Franciæ de viris literatis, quibus & aliæ quam maximè indigent. cap. cum ex eo. de elect. in 6. vbi dicit Ioan. And. in nouel. in princ. quòd ecclesia indiget viris literatis, & non porcis, vel asinis deferratis: quod fuit originale dictum Ioan. Mona. ibi, & in c. sicut. nume. 10. de verb. signi. eod. lib. & vtrobique latus D. Probus apud eundem io. Monach. Secundò, vt post studium perfectum (quod est post quinquennium, vt habetur in proœmio ff.) studentes aliquo munere donentur, in compensationem tam laboris quàm bonorum in studio expensorum. no. in authen. habita. per illum text. C. ne filius pro patre. vbi plenè scripsi. Tertiò vt pauperibus scholaribus, qui nullum aut minus sufficiens beneficium habent, prouideatur. §. quod si quis. de colla. in pragm. Quartò, vt vniuersitates regni tueantur, & foueantur. §. item placuit. de colla. ibidem. Quintò, ne prætextu beneficiorum habendorum galli homines cogantur deserere studium, & circa alia inuigilare, vt in proœmio concordat. ib., simul ad ea accedebat deformitas, vt literarum studiosi & disciplinis liberalibus incumbentes, aut sacerdotia adipisci nequirent, aut qui adipisci cuperent, literarum studium abiicere, aut certè deponere cogerentur, passimque per vrbes errabũdi vagari, vt id periculum imminere videretur ne literarum tandem amor & scientia per incuriam exolescerent, & ibi traduntur aliæ rationes. vide ibi, & in c. pe. de magistris. & quæ scripsi in præfactionibus ad rub. de colla. in concord.

Tertia principalis quæstio quare nominationes inuenta sunt

Quæstionis quartæ Epitome.

1 *Nominatus quid sit.*
2 *Ius est nomen generale.*
3 *Ius nominato acquiritur per nominationes & illarum insinuationem.*
4 *Nominationes gratiæ probent.*
5 *Clausula decreti afficit.*
Ius quæritur ad rem quãdo beneficiũ afficitur
6 *Præsentatione etiam a laico patrono facta ius ad rem quæritur.*
7 *Ius ad rem datur ex literis gratiæ.*
Gratia appellatione quid veniat.
8 *Ex contractu etiam conditionali acquiritur nobis ius, quod ad heredem transmittitur.*
9 *Augmentum a sufficienti partium enumeratione valet.*
Ius rei, in re, & ad rem quid.
10 *Nominatus & mandatarius habent ius petendi beneficia eisdem debita.*
Ius nullum spirituale ex literis ad beneficia quæritur.
11 *Iuri ad rem facile derogatur.*

Quarta quæstio.

QVARTO, principaliter quæritur quid sit nominatio? Respon. quantum attinet ad materiam præsentem, est ius quoddam nominato legitimè qualificato beneficia certo tempore eidem præstituto vacantia petendi & acceptandi competens. *Quid sit nominatio.*

1 Primò, dico ius. quod est nomen generale, teste Christo. Porco in §. 1. institu. de vsu fructu, vt comprehendat omnes nominatos legitimè qualificatos, habentes ius petẽdi, & acceptandi beneficia certo tempore vacantia, vt infra declarabitur, licet glo. in §. *Reprehẽdit gl. pragmaticæ.*

volens

volens, in verbo nominationes, in fi. & in §. quòd si quis cuiuscunq; in verbo irritũ. de colla. in prag. tenuerit per nominationes, non acquiri ius in re, nec ad rem instar gratiarũ, expectatiuarũ, sed consequitur tantũ quoddam ius præparatorium ad beneficiũ cadens in turno obtinendo, sicut præsentatus. & illam glos. sequitur Ioan. de Selua. in tract. de benefic. 3. parte. quæst. 56.

3 Ego verò teneo ius nominato acquiri per nominationes, & illarum insinuationem. Quod sic probatur, primò per c. vlt. de concess. præb. lib. 6. vbi ex reseruationibus & aliis gratiis acquiritur ius ad rem impetranti illas.

4 Sic ex istis nominationibus, quæ sunt gratiæ, vt etiam vult glossa in §. item quod ad dictas, in verbo nominare de colla. in prag. & in verbo poterunt. ibidem.

Nominationes gratias probāt.

5 Secundò, sic suadetur facta iure insinuatione per nominatum, beneficium vacans tempore eis statuto est illis affectum per illã clausulam decreti oppositã in §. si quis verò. de colla. in concord. nam clausula decreti afficit. c. tibi qui. de rescri. in 6. c. i. de concess. præb. co. lib. & c. si solt. ibidem. glo. in §. & similiter in verbo cēsea tur. de colla. in prag. & quãdo afficitur beneficiũ, dicitur ius quæri ad rem. c. si postquam. de præb. in 6. ergo per nominationes ius quæretur.

6 Tertiò, per præsentationem etiam à laico factã patrono quæritur ius ad rem. c. dilectus. de off. leg. vbi Bal. dicit quæri potius ius ad factum. c. cum autē. & c. pastoralis. de iure patr. gl. & docto. in cle. auditor. de rescrip. adeo quòd præsentatus à patrono, si non fuerit variatum, potest petere confirmationē & institutionē: & si episcopus eum idoneum non admittat, potest ad interesse agere. glo. & doct. in d. c. dilectus. Panor. & alij in c. cũ Bertholdus. per illum tex. de re iudi. de Ripa. in rub. de iud. nu. 70. cum seq. Bal. in marg. in verb. patronatus. quæst. 2. Roch. Curtius. in tra. de iure patr. in verb. ius. q. 4. Idē fortè erit in nominato, vt possit beneficium certo tempore vacans petere sibi conferri, alioqui nō posset, nisi haberet ius aliquod ad petendũm.

Hoc verum esse, Io. de Selua. declarat in trac. de benefi. in 3. parte. quæst. 11. in 25. qualitate, quando præsentatio fuisset superiori facta, aliàs non, quod sequitur Gomes. in regul. de non tollendo ius quæsitum. q. 1. vbi ponit decem modos, quibus ius ad rem quæritur.

Gratiæ appellatione quod veniat.

7 Quartò probatur, ex literis gratiæ datur ius ad rem. c. quamuis. 1. & ibi gl. de rescrip. lib. 6. c. in nostra. illo tit. in decreta. Sed appellatione gratiæ venit gratia siue per Roma. pontificem concessa, siue per aliũ gloss. in cle. gratiæ. de rescrip. nec quo ad hoc video differentiam inter mandata & nominationes. ergo idem ius erit. l. illud. ff. ad legē Aquil. Et expresse in mãdato de prouidendo tradit Bonif. in cle. 1. in princ. de elect. & pro hoc est text. formalis in extra. vna. versic. nos. ibi, ius ad rem expectãtibus. de offic. deleg. in cõmunibus. vbi expressè papa dicat expectantes habere ius ad rem, cuius dicto est standum, nisi quis vellet insanire. & ibi est etiam gl. Et Imol. in c. literis. in 1. glo. de rescrip. dicit quòd non semper quæritur ius ad rem affectiuũ beneficij, licet interdũ tale ius acquiratur, vt quando in literis est apposita clausula decreti, vel interuenit aliud simile, habens afficere beneficium, sed per concordata sunt affecta beneficia nominatis, ergo per nominationes ius ad rem acquiritur.

8 Quintò, ex contractu etiam conditionali acquiritur nobis ius, quod ad hæredem etiam transmittitur. §. ex conditionali. insti. de verb. oblig. Io. and. de Ana. consil. 19. visis instrumentis facit text. in l. interdum. ff. de verb. obli. fortius in nominationibus ius acquireretur. Licet quidam dicant nominationes esse gratiam conditionalem, quod non est verum, vt probatur in cle. vnic. & ibi per glo. & doct. de offic. deleg. & in c. si. vbi Feli. de præsumpt. & alibi declaraui.

9 Sextò, bonum est argumentũ à sufficienti partium enumeratione. §. omnium. instit. de actio. sed per nominationes non acquiritur ius in re, ergo ad rem, alioqui nullũ. & si nullum ius ex illis acquireretur, non possent nominati vigore illarũ beneficia petere, & consequi, licet contrarium dicatur in concorda. in rub. de colla. vide Bal. in l. sciendum. in prin. ff. qui satisda. cogan. ponentē ius rei, in re, & ad rem. Ius rei dicit directũ dominium, vtile, & quasi dominium, quod ventilatur in publiciana. Ius in re vocat ius hypothecæ, iura seruitutum: vnde vsusfructus formalis, cùm sit seruitus, dicitur ius in re, non rei. Ius ad rem traditur in dicta l. sciendum. §. diuersa. hæc ille. De iure in re, & ad rem vide glo. in c. eum qui de præb. in 6. & gl. in c. si. de conces. præb. eo. lib. & Decium consil. 147. col. 2. Card. consil. 6. versus vbi non dicitur ius quæsitum in re, per quæcunque actum citra collationem, electionem vel aliam prouisionem, cum effectu factam, nec sufficeret acceptatio cũ re- 18 quisitione, secundum eos, vide ibidem. & sic patet nominatum, vel mandatariũ habere ius petendi beneficia eisdem debita, per cle. auditor, de rescript. & sic ius quoddam ad rem petendam, id est, ad beneficium eisdem debitum petendum, & consequendũ: non tamē dico illos habere ius spirituale, vt quidã falso asserunt me dixisse: quia nullus ius spirituale, ex literis ad beneficia quæritur. vt vult gl. in verb. renũciantes. c. ad audientiã. 2. de rescript. vbi Panor. & Fel. alij autē asserunt nominationes non tribuere ius ad rem, sed ius implorandi, cùm vacat beneficium, officiũ superioris. sed vellem ab illis scire, vnde prouenit illud ius, nisi à nomi-

Ius rei in re, & ad rem.

nationibus & in quo differt à iure petendi beneficia, de quo superius scripsi, & superior debet implorari, debebat dicere quis saltē ius implorandi collatoris officiū & superioris. per §. si quis verò. de coll. in concordia, sed cū ista sit in verbis disputatio, cō mitto iam facio. tamen vide Felinum in c. cum Bertholdus. col. 1. de re iudicata.

11 Vltimò, facit tex. in c. dudum. in versic. nos igitur. de præb. in 6. vbi priuilegio generali de conferendis beneficiis derogatur per specialem gratiam alteri factā, quia in primo priuilegio agebatur de iure ad rē; cui facilimè derogatur. Panor. & alij in c. si de rescrip. ca. veniens. & ibi nota. de præscrip. Decius dicto cōsil. 147. & pro tenui col. 2. & postquam ex priuilegio acquiritur ius ad rē, ergo & per nominationem, sicut ex aliis gratiis, post nominationem & acceptationē ius ad rē acquiretur. cogita & concorda opiniones ex his quæ Card. tradit. & alij in c. mandatū. de rescript. & in cle. vltima. Ioan. Imol. in c. dilectus. in 2. de præb. & nominatio alio modo diffinitur in aliis materiis, prout subiecta materia patitur, sed nō prosequor nisi nominationes vniuersitatum. Et reliqua diffinitionis verba satis per se facilia sunt & in sequentibus declarabuntur, eas igitur non hic prosequar amplius.

Quæstionis quintæ Epitome.

1 *Nominationes vniuersitatum quibus concedantur.*

Lex loquens de viro non cōprehēdit mulieres.

2 *Tempus competens quod dicatur quantum ad nominationes.*

3 *Studuisse in vtroque iure quis an debeat, vel in altero tantùm sufficiat.*

4 *Theologi ante sex annos nominationes iure quòd dicuntur possunt, quomodo intelligendum.*

Baccalaureis antè quinquennium iure dantur.

6 *Studens in vno iure an possit variare, & ad alterum ire.*

Illusio & variatio prohibita.

Testator in dubio videtur grauare hæredem minus quàm possit.

7 *Medicina parū cum legibus commune habet.*

Iurisconsultus cū omnibus scientiis participat.

8 *Studens in vtroque iure in quo debeat promoueri vniuersitatis est electio.*

Debitoris est electio in alternatiuis.

9 *Studens in altero iure tantum, & in vtroque promotus an vtroque gradu gaudebit, vel altero tantum.*

10 *Priuilegiis doctorum non debet gaudere promotus doctoribus corruptis.*

11 *Officium emens priuilegio officij gaudere non debet.*

12 *Studens in vtroque iure per quinquennium, & in vtroque promotus, an suo gradu gaudere possit vtroque.*

Vtile per inutile non debet vitiari, maximè in separabilibus.

13 *Vitiare non solent ea quæ superabundant.*

14 *In similia & canonicum ius sunt connexa, vt vnum sine altero vix intelligi queat.*

Leges sacros canones non dedignantur imitari; nec canones dedignantur sacra sancta adducere.

15 *Leges Parisius publicè posse legi.*

Intellectus cap. super specula de priuileg. à nu. 17. 18. 19. 30. cum seq. vsque ad fi. quæst.

16 *Lex quando dicatur canonizata.*

17 *Lex semel canonizata licet per Imperatorem tollatur, adhuc tamen in foro canonico seruabitur.*

Priuilegia regni in ordinationibus regiis incorporata ius effecta lex regia intelliguntur si per Regem sunt incorporata.

Per mysterium aliquod omnia videntur permissa per quæ peruenitur ad aliud.

19 *Superfluum aliquid non dicitur, licet bis repetatur, quando materia conuenit duobus aliis.*

20 *Legis vna pars vel constitutionis debet intelligi & interpretari secundum aliam præcedentem vel sequentem.*

21 *Præcedentium quadruplex virtus.*

22 *Lex noua ad interpretationem antiquæ referatur.*

23 *Clausula adiecta in lege interpretatiua videtur repetita in lege interpretante, ac si essent duæ constitutiones.*

Legis vna clausula declarat aliam ambiguam.

24 *Ratio legem mutat, restringit, & ampliat.*

Opposita iuxta se posita magis elucescunt.

26 *Galli legibus non vtuntur.*

27 *Cap. super specula de priuileg. tantum loquitur de personis ecclesiasticis, nec in laicis locum hab.*

28 *Comparatiuum naturam positiui sapere debet Studio Theologiæ non est ita fauendum, vt legum studio destruatur.*

29 *Geminata verba quid operentur.*

30 *Parisius, quare exprimatur in cap. super specula de priuileg.*

Persona quādo exprimitur ratione frequentioris vsus, non per hoc videntur excludi aliæ personæ.

31 *Idem, si aliarum rerum fiat mentio ratione frequentioris vsus, obseruabitur.*

Quasi neglecta videntur quæ maximè digna sunt, nisi specialiter exprimantur.

32 *Parisiensis ciuitatis laus.*

33 *Dictionis quisquam vis.*

34 *Verbum præsumat quid denotet.*

35 *Dispensare ad audiendas vel legendas leges Parisius, quis possit, & nu. seq. vsque ad fi.*

Inferior legem superioris non tollit. 43.

36 *Episcopus dispensat in casibus à iure expressis*

37 *Episcopus canones seruare tenetur. 39.*

38 *Qui de vno dicit, de alio negat.*

40 *Inducta ad communem vtilitatem perpetuò remanere debent. 41.*

41 *Concessa omnia videntur, nisi sint prohibita.*

42 *Episcopus pōt dispensare in omnibus nisi à iure prohibeatur, nisi immutaret statum ecclesiæ.*

44 *Papa cū sacerdotibus dispēsat, vt leges audiant.*

45 *Mutanda non sunt quæ semper certam interpretationem habuerunt, nisi ex causa, vel nisi errore inducta essent.*

Nouit

Nouitates pariunt discordias.
Nouitates inducens reprehendendus est.
46 *Vtilitates vt Parisiis leges legantur.*
Studium extra patriam non potest continuari sine magnis sumptibus.
47 *Ciuitas nobilitatur, & locupletatur per leges.*
Lex in dubio intelligenda, vt nemini obliget.
Sensus delicti exclusiuus recipiendus.

Quinta quæstio.

Quinta principalis quæstio quibus concedantur nominationes.

QVINTO, principaliter quæritur, quibus concedi possint nominationes? Respon. graduatis, & debitè qualificatis, qui per tempus competens in vniuersitate famosa studuerint. §. præterea. de colla. in concord. viris & non mulieribus. §. præfatique ordinarij. vbi scripsi. illo. titu, dum lex loquitur de viro, non comprehendit mulieres. l. 1. & ibi not. ff. de legib. l. scripturas C. de potiores in pigno habeant. Decius in l. 2 ff. de reg. iur. scripsi in l. 1. ff. de verb. signifi.

2 Primò quæro, quod dicatur tempus competens? Respon. decennium in magistris, seu licentiatis, vel baccalaureis formatis in theologia. Septenniū verò in doctoribus seu licentiatis in iure canonico, vel ciuili, aut medicina. Quinquenniū in magistris seu licentiatis in artibus cum rigore examinis à logicalibus inclusiuè, aut in altiori facultate. Sexennium in baccalaureis simplicibus in theologia. In iure verò ciuili aut canonico, seu medecina, quinquennium, quo tēpore censetur peritus. §. discipuli. in prooemio ff. ex quo publica lætitia, patruus meus Rebuff. in l. vnic. C. publicæ lætitiæ. lib. 12.

Tempus competens quod dicatur.

3 Secundo quæro, quispiam studuit tres annos in iure ciuili, & duos in iure canonico, postea promotus est in altero. quæro an valeat? videtur quòd non, quia tēpus quinquennij requiritur in altero, vt suprà dictū est, ergo nō sufficiet quinquennium, sed requireretur decennium in vtroque cōtrariū arbitror verius: quia in vtroque studendo satis in altero iure videtur studuisse, quia vtrunque faciens, bene alterum censetur facere. l. si quis ita stipulatus fuerit decem. ff. de verb. obl. Bart. & Soci. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. de rebus dub. & laudandum est eius propositum, dicit in simili tex. in l. 1. C. de repud. Item hoc probatur per text. formalem in §. videlicet. de colla. in pragma. ibi, vel in vtroque vel in altero iuriū baccalaureis, qui per trienniū si nobiles ex vtroque parente, & ex antiquo genere: aliàs autem per quinquenniū cōsimiliter in aliqua vniuersitate priuilegiata ad minus suū studium fecerint. Postquā ergo ibidem est statutum, & nō inuenitur correctū per concordat. ergo illi text. cur stari prohibebitur? vt dicit text. in l. præcipimus. C. de appella. hoc etiam probatur in concorda. §. tempus autem cōpetens. ibi, à logicalibus inclusiuè, aut in altiori facultate, vbi magistro artium computatur tempus quo studuit in altiori facultate, vtpote in medecina, vel in iure canonico, seu in theologia. sic ergo cōiungetur tempus, quo quis studuit in iure ciuili, & canonico, quæ iura adeo fraternizant, vt dicam infra, vt in vno non possit quis esse perfectus sine altero.

An debeat in vtroque iure studuisse vel in altero tantum.

4 Ergo ex hoc infero conclusionem hāc, videlicet, theologi etiam ante sex annos nominationes obtinere iure valent, quod est intelligendū quando studuerunt in theologia, & iure canonico, postea perfecto quinquennio sumpserunt gradū baccalaureatus in iure pontificio, poterunt vigore illius gradus in quinquennio nominationes impetrare. nā tempus quo studuerit theologiā, cōputabitur sibi, & coniungetur cū tempore quo studuit in iure pontificio, & sic iure obtinebit nominationes ante sex annos. & ista est notabilis cautela pro theologis, vt celerius assumant nominationes, quòd studeant ius canonicum, & in eo sumant gradum, tamen non præferentur aliis in theologia graduatis, vt dico infra. Nec refragatur tex. concordat. vbi sexennium requiritur etiam in baccalaureo simplici in theologia, quia hoc intelligendum est quando in theologia vellet sumere gradum, secus sibi in iure pontificio, vt dixi.

Cōclusio Theologi ante sex annos nominationes iure obtinere possunt.

5 Sustinui etiam aliam conclusionem, videlicet baccalaureos non nobiles, etiam antequam quinquennium in iure canonico studuerint, nominationes rectè impetrāt. quod est intelligendum vt prædixi, quādo studuerat antea in iure ciuili, quòd potest sumere nominationes etiā antequam studeat per quinquenniū in iure canonico, quia illud tempus computabitur, quo studuit ius ciuile, & vtrunque coniungetur ad faciendum quinquennium.

Conclusio Baccalaureis ante quinquenniū nominationes iure dantur.

6 Nec obstāt quod postquam cepit in vno iure studere, nō potest variare, quia illusio, & variatio est prohibita. c. 1. vtia de renūc. & vix longissima vita hominis sufficit ad vnam scientiā acquirendā. Bal. consi. 412. verba testamētu. vol. 2. quia vita breuis, ars verò longa. vt habetur in prin. Aphorismorum. Respō. quòd nō posset variare in præiudiciū alterius, sed quādo nullus haberet præiudiciū principaliter, posset, vt in casu in quo cōsuluit Bal. consilio 412. vol 2. vbi concluditur, quod si testator reliquerit libros legales alicui, si fuerit idoneus ad leges, si in medicina, libros medecinæ, si prius elegerit studiū medecinæ, & illius adeptus libris velit variare, & accedere ad studium legale, non poterit petere libros legales, quia hæres grauaretur duplici onere, & testator in dubio videtur grauare hæredem

Studēs in vno an possit variare.

minus quam possit.l.vnum ex familia.§.si rem tuam.ff.de lega.2.Electione etiam per legatarium facta non licet variare. l.serui electione.ff.de leg.1. Sed quādo nullus haberet præiudicium, posset. & ita intelligo conclusionem.

Medicina parū cōmune habet cum iurisconsulto, licet iurisconsultum cū omnibus participet.

7 Item etiam dictū Bald. intelligitur quando ad diuersa volebat accedere, vt de medicina ad leges, quæ nihil aut parum cōmune habent inter se, licet bonus iurisconsultus communicet cum omnibus scientiis, & cum omnibus participet, & leges & canones inuicem communicant sibi actiones & passiones, sicut vir & vxor, vt infrà subius dicā. Et sic etiam nō obstat, qui ad vtrunque festinat, neutrum bene peragit. l.fin. C. de assess. hoc verum quando sunt diuersa, secus si omnino fraternisent. vt ius canonicum & ciuile, & ius canonicum cū theologia. quia ius canonicū est practica theologiæ & dirigit animas deo, sicut theologia. gl. in c. cùm contingat. de iureiurand.

qui in vtroque studuit, in vtro debeat promoueri.

8 Tertiò, quæro postquam tempus coniungitur quo studuit in vtroque iure, vellem scire in quo iure, vel in qua facultate possit promoueri? Respō. esse in electione vniuersitatis admittere illum in facultate, vel in iure, in quo est magis idoneus, & benemeritus, quia in alternatiuis est electio debitoris. l.3.ff.de eo quod cert.loco.c.plerunque, de iur.dot. & vniuersitas debet conferre gradum benemerentibus.cle.2.de magist. Alex. in addi. ad Bart. in l.1.C. de digni. lib. 12. & scholaris debet se præsentare in iure illo, vel facultate, in qua plus præstat, arg.l.quæritur.ff.de statu ho. Si in neutro præstat, tūc qualitas personæ est inspicienda, iuxta l.plenum.§.equitij.ff.de vsu & habit. nam si habeat beneficia, vel vult sacerdos fieri, sumat gradum in iure canonico conueniente sacerdotibus, si verò vult ducere vxorem, tūc sumat in iure Cæsareo, in his tamen libera facultas datur præsētato ob pecunias quas offert, vt sumat gradum in quo iure vult. & nobilior est facultas canonica, quàm ciuilis: promoueatur ergo in nobilioris, si bonum sibi videatur.

De eo qui studuit in altero, & promotus est in vtroque.

9 Quartò, quæro quid si studuit in altero tantum per quinquenniū. & promotus est in vtroque, & sic sumpsit nominationes, an valeat vterque gradus, an neuter? Resp. ille gradus in quo studuit, valebit alter non, per nota. per Barb. & alios in cap. clerici. de iud. & per Anch. in c.1.col.2.de paroch. vbi dicunt quòd ille qui satis mediocriter studuit in vna facultate, & sumpsit gradum in altera sibi incognita, vt hodie fit causa honoris vt sunt legistæ, qui doctorantur in canonibus, licet prorsus ignorent canones, & rubricas, tamen non debent hoc præferri doctoribus solis iuris canonici. Sic nec talis promotus in vtroque præferri debet, si solùm studuerat in iure ciuili, baccalaureo iuris canonici, qui bene studuit in illo.

10 Imò promotus corruptis doctoribus ad doctoratū, nō debet priuilegiis doctorum gaudere. l.1.C. de Athletis. lib.10. & ibi glo.

Promotus ad doctoratum corruptis doctoribus non debet gaudere priuilegiis doctorum.

11 Sicut emens officium priuilegio officij gaudere non debet. text. sing. in l. vniuersi. C. de legatio. lib.10. secundum docto. ibi, & Ioan. de pla. in l. eam. de excusa. mu. ciuili. eo. lib.10. & in l.1. de princ. agen. in reb. lib. 12. & l. vna. de perfectissima digni. ibidem. quod est notādū cōtra emptores officiorū.

12 Quintò, quæro: quidam studuit in vtroque iure per quinquēnium, & effectus est baccalaureus in vtroque an illi prosit gradus? videtur quòd non, quia in altero tantū requiruntur quinque anni, ergo in vtroque requirētur decem. d.§. præterea. nam quod noluit, potuit, videlicet adipisci in altero tantum: & quod voluit, adimplere nequiuis, videlicet in vtroque iure nequiuit adipisci gradum, probatur in l. multum. C. si quis alteri vel sibi. c. cū super. de offi. delegati. Item facit clemen. generalem. de ætate & qualita. vbi in subdiacono requiruntur decem & octo anni, in diacono viginti, in sacerdote viginti quinque. & si quis habeat tempus ad assumendum vnum gradum, videlicet diaconatus, vtpote habet viginti annos, non censetur tamen ob id habere tempus sufficiens ad vtrunque gradū, videlicet & diaconatū, & præsbyteratum: sic qui studuit quinquennium, licet in vno possit promoueri, non tamen in vtroque. Contrarium est verius, quia vtile per inutile non debet vitiari. regul. vtile. de regu. iur. in 6. l. certi condictio. §. quoniam. ff. si certum petatur. & ibi amplè Barto. maximè in inseparabilibus. glos. in l. pecuniæ. ff. de vsuris. vt est hic.

De eo qui studuit in vtroque & sumpsit gradus in vtroque.

13 Item quæ superabundant, non solent vitiare. l. testamentum. C. de testamen. Licet ergo vnus gradus superabundet, tamen nō debet vitiare alterum.

14 . Adde quòd ius canonicum & ciuile sunt adeò connexa, vt vnum sine altero vix intelligi possit. vnde dicit Bald. in proœmio decreta. quod iuris canonici sanctitas iuris ciuilis sublimitate decoratur: & iuris ciuilis maiestas canonum authoritate firmatur: & qui non sapit in vtroque, non habet tantam dulcedinem. Ideo laudandus est is, qui in vtroque studuit, potius quam vitiandus, nam vnum propter aliud coruscat, & magis timetur. Barb. in rub. col.1. de testa. & sicut ex medicina & philosophia fit perfectus medicus, ita & sciens ius canonicum & ciuile efficitur perfectus iurisconsultus: & nisi quis sciat canones cum legibus, non potest practicam iudiciorum cognoscere. Bal. in c. cū causam. col. 2. de proba. facit dictum Roma. singul. 654. habens funem. *Io te dico, que legista senza capitulo vale poco, male canonista senza lege, vale nyente.* Hinc videmus quod leges non dedignantur sacros canones imitari. c. clerici. de iudi.

Ius canonicum & ciuile sunt connexa.

iud. & canones non dedignantur iura ciuilia adducere. cap. 1. & per totum de causa poss. & statuta sacrorum canonum, principum constitutionibus adiuuantur. c. 1. de operis nouis nun. & in quibus casibus papa allegat leges, cumulat Rauen. in alpha. in verbo lex, in a. Imò audacter dico, quòd ius pontificum perfectè non potest intelligi sine legibus, cùm sit medulla legum, & ius canonicum est practica iuris ciuilis, teste Barb. in c. conquestus. col. 3. de foro compe tenti. Et Cicero libr. 3. de Oratore dicit, nudos ad gerendam rempublicam eos venire, qui solum legalem habent scientiam, nisi ius pontificium nouerint, quod est coniunctum. imò tantùm distant sacri canones à legibus, quantum distat perpetuum à corruptibili, & tantò altiores sunt canones legibus, quanto cœli gubernacula distant à mortalibus. teste bald. in consil. 464. quædam scriptura. in fi. vol. 4. licet ignari quidam hodie hanc sacratissimam contemnant scientiam.

Conclusio. leges Parisiis posse legi publicè.

15 Ideò sustinui conclusionem ciuibus Parisien. gratissimam hanc, videlicet, Leges Parisiis publicè legi iure non prohibetur. & ideò c. super specula. de priuil. hactenus nõ speculato, nouus dabitur intellectus.

Leges quando dicuntur canonizatæ.

16 Prima conclusio potest intelligi, quòd canonizatæ (eas nostri vocant) non prohibentur Parisiis legi, alioqui decretum non posset legi. & dicuntur canonizatæ, quando per aliquem papam sunt approbatæ, & in canonibus insertæ & incorporatæ. sed si Gratianus ex capite suo hoc fecerit, nõ diceretur ob hoc canonizata. glo. sing. in c. in primis. in verb. capitali. 2. q. 1.

17 Vnde quando lex est semel canonizata, licet postea tollatur per imperatorem, tamen adhuc in foro canonico seruabitur, vt tenet Gerad. de petra sanct. sing. 28. facit glo. in l. vna, in verbo anniuersariæ. C. de colla. donario. lib. 10. Imò imperator illam legẽ canonizatã non poterit reuocare, sicut nec papa priuilegia regni in ordinationibus regiis incorporata, & descripta, quia lex regni est effecta Benedict. in repe. c. Raynutius. in verb. si absque. in 2. de substi. fideicom. num. 42 de testa. Quod est intelligendum quãdo essent incorporata per regem. secus si per aliũ sine volũtate regis, vt suprà dixi. Panor. in c. super. co. 2. not. 1. de appel. Vnde inferri potest, & hoc videtur mirabile, quod etiam leges ff. orum, aut codicis, non est legi prohibitum Parisiis, & hoc intelligendo, vt dixi, vel de his legibus ex quibus decretales sunt elicitæ, vt pote, si quis vellet legere & interpretari legem, nulli. C. de iudi, antequã interpretaretur. c. primùm. de causa posses. dicerem hoc posse, vt melius intelligantur sacri canones. & ita not. doct. in c. non magnopere. ne cleri. vel monach. & dict. c. t. alioqui non bene possent intelligi iura canonica: ideò quando permittitur aliquid, quid, omnia videntur permissa per quæ peruenitur ad illud. l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procura. Sed per leges peruenitur ad intellectũ canonũ. ergo leges permittũtur legi ad intellectum canonu, ex quibus dicit glos. in c. episcopus. 37. dist. episcopum. possit audire leges, vt sacros canones melius intelligat. & sic permittitur etiamnum publicè legi titul. de verbo. signifi. ff. & C. & de regul. iur. & ego ipse publicè legi, anno 1535. & seq. partem aliquam scolasticis nostris. titu. de verbo. signifi. ff. super quo multa scripsi, vt aliquãdo videre licebit, & demum perfeci illum interpretando reuerendissimis Cardina. Vindomien. & Lotorig. cũ quibusdã aliis libris, quod illis fœliciter, & ex animi mei sententia successit, mihi verò minimè hactenus.

Nouus intellectus ad capitulum super specula.

18 Pro intellectu c. super specula. de priuile. præmittendum est quod disposuit Alexander tertius in concilio Turonen. in c. non magnopere. ne clerici vel monac. vbi prohibetur cuilibet post votum religionis, & post professionem factam ad physicam, legesve mundanas audiendas exire. si verò exierint, & ad claustrum suũ intra duorum mensium spatium non redierint, sicut excommunicati ab omnibus euitentur, & in nulla causa (si patrocinium præstare voluerint) audiãtur. reuersi autem in choro, capitulo, mensa, & cæteris, vltimi fratrum existant, & (nisi fortè ex misericordia sedis apostolicæ) totius spẽ promotionis amittant. Ratio assignatur ibi, ne occasione scientiæ, spirituales viri mundanis rursus actionibus inuoluantur. Superuenit Honorius tertius, qui edidit decretalẽ super specula. ne cleri. vel monachi. & decret. super specula. de magistr. & c. super specula. de priuile. in prima citauit concilium Turo. contra regulares, & voluit quod ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, sic dicens, quia nõnulli ex talibus, videlicet regularibus propter quorundam opiniones diuersas excusationes aliqui sumebant, ideò statuit vt studium theologiæ ampliæ tur. d. c. non magnopere extendi ad archidiaconos, decanos, plebanos, præpositos, cantores, & alios personatus habentes, nec nõ presbyteros. Verùmenimuerò quia Parisiis quidam ex prædictis docebant leges, & audiebant, ideò idem Hono. tertius edidit decretalẽ super specula. de priuilegiis in hæc verba, super specula. & infrà. Sanè licet sancta ecclesia legũ secularium non respuat famulatum, quæ æquitatis & iustitiæ vestigia imitantur, quia tamen in Francia & nonnullis prouinciis laici Romanorum imperatorum legibus non vtuntur, & rarò occurrunt ecclesiasticæ causæ tales, quæ non possint statutis canonicis expediri, vt plenius sacræ paginæ insistatur, & J. firmiter interdicimus, & districtiùs inhibemus, ne Parisiis, vel in ciuitatibus

Textus c. super specula de priuilegiis.

l 4 proxi

proximis quisquam docere, vel audire ius ciuile praesumat: & qui contra fecerit, non solum à causarum patrociniis interim excludatur, verum etiam per episcopum loci excommunicationis vinculo innodetur. Haec ergo verba dic. super specu. de priuil. Primò sciendum est quòd haec constitutio super specula. de priuil. est pars decreta. super specu. ne cleri. vel mona. & sic vna constitutio ab vno eodé. nque[?] edita, tamen duae partes fuerunt factae per conditionem, eo quia duobus titulis conueniebant. primò conueniebat rubri. ne cleri. vel mona. quia interdicitur ne monachi, sacerdotes & religiosi leges audiant seculares, ne immisceant se negotiis secularibus. Item quia conueniebat etiam rubri. de priuil. eo quia datur speciale priuilegium theologiae, vt amplius nec religiosus, vel secularis sacerdos, vel quibus alius dignitate vel sacerdotio cura praeditus: leges doceat, vel audiat.

Aliquid non dicitur superfluum licet bis repetatur ad verbum.

19 Et sic non dicitur illud superfluū, licet bis repetatur, etiam ad verbum, quando materia conuenit duobus titulis, & in duobus titulis lex fuerit sita. gl. & ibi patruus meus Rebuf. & alij in l. mulieres. C. de digni. lib. 12. & in l. mulieres. de incol. lib. 10. idē probatur in l. si quis in conscribēdo. C. de episcop. & cleri. & in l. si quis. de pactis.

20 Secundò, praemittendum est quòd vna pars legis vel cōstitutionis debet intelligi & interpretari secundum aliam partē praecedentem, vel sequentem. l. haeredes palam. §. sed si notam. ff. de testa. l. si seruus plurium. §. fi. de lega. 1. ergo haec decretalis super specula, intelligetur secundum praecedentē partem decretalis super specula. ne clerici vel monac. & ad illas personas tantum ibi expressas referetur.

Quadruplex virtus praecedētium.

21 Nam praecedentium quadruplex est virtus scilicet declarandi. d. l. si seruus plurium. Secundò supplendi. l. item. §. idem Iulia. ff. de pact. Tertiò ampliandi. l. regula. §. fin. ff. de iure & facti ignoran. Quartò praecedentia habent potestatē restringendi. l. si cum fundum. ff. de verbo. significa. Bald. consi. 357. not. pro duce, &c. in 5. volu. ergo illa praecedens pars c. super specula. ne cle. vel mona. restringet hanc decretalem ad personas ibidem expressas quia à primordio tituli posterior formatur euentus. l. 1. C. de impo. lucra. descrip. lib. 10.

Lex noua ad interpretationem antiqua refertur.

22 Item constitutio noua ad interpretationē antiquae facta habet locum in eisdem casibus, in quibus lex interpretata, & non in aliis text. in authen. de filiis ante dota. instru. natis coll. 3. circa fi. ibi, cum omnibus manifestū, oportere ea, quae adiecta sunt per impetrationem in illis valere, in quibus & interpretatis legibus sit locus. & ibi Bart. not. quòd omnia quae habent locum in lege interpretata, intelliguntur repetita in lege interpretante. gl. in c. is. qui contra. & in c. procurator. de elect. in 6. igitur personae positae in c. non magnopere. & in ca. super specula. ne cleri. vel mona. censebuntur esse repetitae in c. super specula. de priui. & illae tantum personae erunt prohibitae iura ciuilia interpretari, vel audire Parisiis,

Clausula adiecta in lege interpretata, videtur repetita in l. interpretante.

25 non aliae. Nam clausula adiecta in lege interpretata, videtur repetita in lege interpretante. Bart. in l. nihil per illum text. ff. de cōiun. cum emanci. libe. etiam si essent diuersae cōstitutiones. Bart. in l. praetor. §. eritque haec differentia. ff. vi bono. raptorū. & vna clausula legis declarat aliam ambiguam. l. verum. & ibi Bald. & Ang. ff. de petitio. haeredita. Soci. in l. viti. in fine. ff. de reb. dub. imò praecedens clausula est maioris potentiae ad determinationem sequētium quàm sequens ad determinationem praecedentiū Barto. in l. quisquis ff. de lega. 3. facit. l. filiū ff. quando dies lega. ced. ergo clausula posita in capitu. super ne cleri. efficatius transibit ad illud capit. quàm si in hoc ca. fuisset clausula apposita, quamuis dicta in praecedentibus nō censeantur repetitá in sequétibus ex interuallo, tamen ex illis sumitur declaratio sequentium. Inol. in l. si quis eū aliter. ff. de verbo. obliga. refert. Soci. in d. l. fina. Barba. consi. 4. scribitur. colū. 5. in fine. volum. 1. & consil. sequen. columna 2. igitur in hoc tantum cap. repetet personas in alia parte expressis. & sic Parisiis tantum prohibentur audiri & legi iura ciuilia à religiosis, & aliis in dicto capitu. super specula. ne clerici. expressis, & non aliis, per praedicta.

Ratio legis limitat et restringit.

24 Tertiò praemittendū est, quod ratio legis limitat, restringit, vel ampliat dictum praecedens ad eum casum tantum ad quem extenditur ratio legis l. si is qui, animo. & ibi Albert. & alij. ff. de acquirend. possess. l. 1. de autho. tuto. l. 1. C. quae sit longa consuetudo. Ias. in consi. 2. colum. 8. versic. 7. praedicta. in 2. volu. sed in c. non magnopere. ne clerici vel monac. assignatur ratio, ne spirituales viri occasione scientiae mundanis actionibus inuoluantur. Igitur ratio loquitur tantum de viris spiritualibus, & sic de religiosis, & aliis viris ecclesiasticis, & non de laicis, qui non sunt spirituales viri. ergo ad laicos non extendetur prohibitio, vt censeātur prohibiti audire vel legere leges Parisiis. nam in dicto c. super specula. ne clerici. assignatur alia ratio, quia nonnulli ex talibus propter quorundam opiniones diuersas excusationis aliquid assumebant. & ideò quia cupit studiū theologiae ampliari, extēdit disposita in dicto c. non magnopere. ad sacerdotes, & alios clericos, dignitates vel personatus habentes verumtamen quia Parisiis (quo ex omnibus mundi partibus homines confluunt) hoc nōn seruabatur, igitur fecit constitutionem specialem. c. super specula. de priuilegiis, ne quisquam Parisiis docere leges, vel audire praesumat, eadē ratione motus, vt scilicet theolog. ae

logiæ studio plenius insistatur. & sic istos tantum expressos noluit hic Parisijs prohiberi posse iura ciuilia, vel audire, nec amplia retur propter communem prohibitionem legum, studium theologiæ: quia laici non audiunt, nec docent theologiam, ergo constitutio generaliter prohibens ne audiantur leges, videtur referri ad illos, qui non poterant, & tamen volebant, quia nituntur in ve nerum scientia plerique de clero, imò pu tarem theologiam melius fulgere, si hic leges iuxta præstarentur, quàm nunc: quia quam libet facultas, velles suam præcipuam esse, & sic quilibet legeret studiosius. Mater theologia semper excelleret, quia opposita iuxta se posita magis elucescunt. l. i. ff. de lega. 3. & c. Vbi dicitur Philosophi.

25 His præmissis probatur c. super specula. de priuileg. nullis debere tantum de sacerdotibus, & alijs expressis suprà in capit. super specula. ne cleri vel monachi. Primò, dum dicitur in d. c. super specula. de priuilegijs, sanè licet sancta ecclesia legum secularium non respuat famulatum, quæ æquitatis & iustitiæ vestigia imitantur, tamen in suprà expressis personis prohibet, alioqui si generaliter prohiberet Parisijs, & in locis circumuicinis leges interpretari, respueret legum famulatum, & esset sibi contrarius, quia dicit se nolle respuere, quam si arguit, postquam ecclesia non respuit leges seculares, ergo nec nos debemus respuere, tamen vt studium theologiæ magis vigeat, Parisijs maximè, interdicimus ne aliquis ibidem ex prædictis suprà docere, vel audire iura ciuilia præsumat, & sic in his respuimus legum famulatum, nó in alijs, alioqui papa reprobaret leges, quas in adiutorium inducit. c. i. de noui operis nuntiatio. & in alijs infinitis locis.

26 Secunda ratio text. est, quia tam in Francia, & nonnullis prouincijs laici Romanorum imperatorum legibus non vtuntur: ideo & fortius sacerdotes, & alij viri spirituales non debent vti, & sic nec legere, nec audire. & ita concludit hæc ratio. cum ab ecclesiasticis viris non sit secularium literarum quærenda peritia, cap. legimus. 37. distinc. alioqui ratio non concluderet. nã Pictauis & Aureliæ non vtuntur legibus Romanorum, ergo ibidem non deberent legi leges secundum illam rationem, nec in tota Francia, cùm non vtantur legibus, nisi tanquam rationabilibus. Ias. in l. illã. C. de collat. dixi in ii. not. num. 14. repe. l. vnicæ. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. ideo intelligi debet vt dixi.

27 Tertia ratio posita in d. c. super specula. de priuileg. est, quia raró occurrunt ecclesiasticæ causæ tales, quæ non possint statutis canonicis expediri. Igitur ecclesiasticæ personæ cùm raro habeant alias causas, quàm ecclesiasticas, non debent legibus insistere. hoc vult dicere, vt referat causas ecclesiasticas ad personas easdem, alioqui verò cùm habeant alias causas, quàm ecclesiasticas, & quæ non possent expediri per ius canonicum, debent leges audire publicè Parisijs audire, & docere, vt causæ ipsorum decidi possint, alioqui si papa voluisset generaliter prohibere hic Parisijs iura ciuilia interpretari, dixisset, quia occurrunt raro causæ, non dixisset ecclesiasticæ, quare voluit eum intelligere de personis ecclesiasticis, alias quomodo potuissent aliæ causæ contractuum, tutelarum, legatorum, & aliæ infinitæ decidi per ius canonicum, certè esset tollere iustitiam, & æquitatem in causis non ecclesiasticis. Igitur non sic debet intelligi, sed tantum, vt dixi, in illis personis quæ habent raro alias causas, quàm ecclesiasticas, & de his quæ raro eueniunt, non sic lex si ex his. & l. nam ad ea. & l. iura. ff. de legib. Imò ego legi in quibusdã decretalibus antiquis ista verba, occurrunt raro ecclesiasticæ causæ talium, quæ non possunt canonicis statutis expediri. Et sic clarius esset exprimere, quód intelligatur tantum de talibus in dicto cap. super specula. ne cleri vel mona. expressis, quia ibi etiam dicit, quia nonnulli ex talibus.

28 Quarta ratio traditur ibi, & vt plenius sacræ theologiæ studio insistatur, debet intelligi quàm legibus. Igitur si leges nullo modo Parisijs legerentur, non insisteretur plenius theologiæ, sed in totum. & malè esset facta cõparatio de verbo plenius, cũ comparatiuum debeat sapere naturã positiui. l. iubere. & ibi not. ff. de iurisdictio. omnium iudi. Item hæc ratio refertur ad aliam rationem positã in d. c. super. ne cleri. vbi dicit velle studium theologiæ ampliare, & tamẽ non extendit nisi ad sacerdotes, & ibi nominatos ergo nec hic: quia non debemus ita fauere studio theologiæ, vt studium legum destruamus, argumen. c. ex tenore. de foro compet.

Non est ita fauendum studio theologiæ, vt legum studium destruatur.

Geminata verba quid operentur.

29 Quinta ratio potest sumi in secunda parte, ibi, firmiter interdicimus, & districtius inhibemus. nam hic prohibet geminatè, quod simpliciter prohibuerat. Et verba geminata multum operantur. l. Balista. ff. ad Trebel. & Cor. sct. in suo tractatu de geminatis, inserto in tracta. de potestate regia, ideò denotans hic papa quod aliàs prohibuerat sacerdotibus & alijs nominatis, ibi, audire iura ciuilia: tamen cõtrarium fiebat Parisijs maximè: ideo statuit ne quisquam audire vel docere Parisijs, vbi maximè contrarium fiebat, præsumat.

Parisijs quo in textu nominatur.

30 Nec obstat quód ibi nominat Paris. ergo non debent ibidem leges interpretari seculares respond. per rationes suprà expressas restringi debet ad illas personas, & ideo expressit Parisijs ratione frequẽtioris vsus, quia frequentius sacerdotes legebant leges Parisijs quam alibi. ideo Paris. expressit, licet idem seruari debeat Aureliæ, Tholosæ, & alibi.

& alibi. Et regula est, quòd quando persona exprimitur ratione frequentioris vsus, quia hoc frequentius accidit in ea, non tamen per hoc videtur excludere alias personas. glo. in clem. 1. in verbo præsidentes. de rescrip. & l. vna in verbo sponsam. C. de rapto. virg. vbi dicit mulierem puniendam esse si rapiat virum, etsi text. non loquatur nisi de viris, quia in eis frequentius accidit, quàm sapiant mulieres, quàm contra.

31 Vnde si dominus feudi fecerit pactum cum colono, quòd haberet quartã partem vini de vitibus per eum plantandis in fundo, si plantet alias arbores, debet habere ex illis quartam: quia de vitibus fuit expressum propter frequentiam. Istud not. Ioan. And. in addit. ad Specul. in titu. de loca. §. 1. refert Corset. in singu. Incip. frequentia. vbi addit alia iura. vltra eum addo text. iuncta glo. in l. 2. in verbo filio. ff. de vulga. & l. in facto. ff. de conditioni. & demonstra. l. 3. de public. in rem actiõ. Barba. in ca. abbatem. not. 1. de rescrip. & in rub. de rebus eccles. non alienan. columna 42. nume. 172. & seq. Ias. consilio 149. in ista columna vltima, volu. 4. Item quandò in lege vel constitutione est expressus locus propter frequentiam, tunc non excluditur alius locus. text. in l. 1. C. de Nili aggeri. non rumpend. & ibi dicit gloss. idem in aggeribus aliorũ fluminum. melior text. in authen. cassa. C. de sacrosanct. eccle. vbi dicitur, cassa & irrita esse, & denunciari per totam Italiam præcipit statuta contra libertatem ecclesiæ. & ibi dicit gloss. Italiam ideò dixit, quia ibi maximè fiebant. si tamen alibi fiant, idem ius & æquitas est. ecce ergo licet ibi nominetur Italia: tamen idem erit in aliis locis. facit gloss. in procemio decretal. in verb. Bononiæ. quæ dicit, & si text. dicat Bononiæ propter frequentiam studij, tamen illa constitutio ad omnes vniuersitates extendetur. Ias. consi. 166. punctus in fin. volu. 4. Sic. & licet hic nominet Parisiis, tamen etiam habebit locum alibi, vt sacerdotes & alij expressi non possint audire nec legere iura ciuilia Parisiis, nec alibi per supradicta, nec voluit plus Parisien. ligare quàm alios. item quæ maximè digna sunt, nisi specialiter exprimatur, videntur quasi neglecta. l. item apud. §. hoc edictum. ff. de iniur.

Ciuitatis Parisiensis, egregia collaudatio.

32 Sed Parisiorum ciuitas est maximè digna, vtpote mũdi totius præcipua, tam in scientia quàm in aliis bonis, ergo fuit bonũ exprimere eam, sicut facit papa cum intendit cardinales cõprehendere, eos specialiter nominat, propter eorum amplam dignitatem & prærogatiuam, capit. 1. de schismat. in 6. & capit. 1. & cap. fœlicis. de pœnis. in 6. Barba. consil. 23. scripsit. columna. 8. in 1. volu. sicut etiam dicitur in Euangelio, Dicite discipulis eius, & Petro. Item in textu prohibet etiam in ciuitatibus & locis vicinis iura humana legi, non quòd velit in aliis locis sacerdotes & alios iura humana docere posse, sed ne fiat fraus per istos religiosos, vt legant in ciuitatibus proximis & sic fieret fraus, vt notat in c. si ciuitas. de sen. excom. in 6. alioqui mirandum esset de summo pontifice, cur prohiberet leges interpretari Parisi. & tamen Romæ, vbi maximè debet theologia vigere, dicit velle habere stud. um generale iuris diuini, & humani, canonici videlicet, & ciuilis. cap. 2. de priuil. in 6. & hoc statuit, quia de diuersis mundi partibus multi cõfluunt ad sedem Apostolicam, sic multo maiores nunc ad ciuitatem Parisi. ergo ibidem debet esse studium generale, & vtrunque ius legi, vt sit more fructuosa habitantibus, nec quod papa in sua ciuitate admitti, debet in alia reprobare.

De dictione quisquam.

33 Nec refragatur text. ibi, dũ dicit, nec quisquam, qui videtur tàm laicos quàm clericos comprehendere. Respon. quod tantum videtur comprehendere illos, de quibus in prima parte locutus est. sed in c. super. ne cleric. locutus est de religiosis, & sacerdotibus, & aliis ibi scriptis, ergo de illis intelligitur text. etiam si vsus sit verbo quisquã, text. in c. sententiam. ne cleri. vbi in princi. dicit de cleri. in fine verò suggerit, ne quisquam, &c. & tamen vult intelligere de clericis. sic & in hoc text. & ille text. bene facit. & in c. dura. §. fi. de crimi. falsi.

De verbo præsumat.

34 Item text. vtitur verbo præsumat, quod debet intelligi propria authoritate, ergo non excludit habitam licentiam à superiore. Ita loquitur text. in c. decernimus. de iudiciis. & ibi glos. text. in c. fi. 9. q. 3. ibi, non simpliciter dictũ est, nihil agat, sed cũ determinatione, nil præsumptiuè assumat absq; episcoporum consilio. & facit c. primum. & c. monasteria. de vita & honest. cleri. c. precariæ. 1. ibi, sine licentia & regio consensu facere præsumat. 10. q. 2. quando quis facit authoritate superioris, non dicitur præsumere. c. fi. de elect. c. cum laici. de iure patro. c. omnis. de pœniten. & remiss. Barb. consil. 29. illud. col. 8. volumi. 3. & consil. 123 scripsit. num. 17. inter consi. Alexand. in 4. volumine. Feli. in c. Iudæi. in fi. de testi. ergo tex. locum non habebit.

Quis poterit dispensare ad audiendas vel legendas leges Parisiis.

35 Quæret, quis cuius authoritas requiratur? Videtur quòd papæ: quia eius est soluere, cuius est ligare. l. si puellæ. ff. de sponsal. Secundò, inferior non potest tollere legem superioris. clemen. ne Romani. de elect. c. 1. & 3. 10. distinctione. Tertiò, constitutio. cap. non magnopere. ne cleric. vel monach. est conciliaris, & contra constitutionem concilij non dispensat inferior à papa. glos. in cap cùm dilectus. in verbo in ætate. de elect. quam sequitur Feli. & alij in dicto cap. at si clerici. §. fi. col. 2. de iudi. & in c. nonnulli. col. 3. de rescriptis. etiam legatus. glossa pen. in c. dilectus. in 1. de præb. Panor. in c. dilecto. ibidem. Ias. consilio 98.

sitio 98.col.2.vol.4.

36 Quartò, in casibus à iure expresſis est permissum episcopis dispensare, ergo in aliis est prohibitum, argu.l.1.ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.& insti.illo titul.in prin. & pro hoc est text. formalis in c. dilectus. de tempo.ordinan.

37 Quintò, episcopus tenetur canones seruare.c.ego N de iureiur.& 4.dist.c.fi. in fi.& c hac consona.25.q.1.& sic non debet facere cōtra canones, nisi expresſè sibi concedatur. sed in hoc casu hoc non conceditur. ergo non poterit.

38 Sextò, qui de vno exprimit, de alio negat. capit.qualis.25.distin.c.nónne.de præsum. l.eùm prætor.ff.de iudic.sed dispensatio in aliquibus casibus exprimitur, vt posſit fieri ab episcopo, ergo in aliis non expresſis negatur, quod ab eo posſit fieri.

39 Septimò, episcopus vel alius inferior non potest facere contra canones, nisi sibi expresſè concedatur.not.in cap.vno, de natis ex libero ventre.c.dudùm in 2.de elect.

Quæ ad communem vtilitatem inducta sunt, perpetuò remanere debent.

40 Octauò, quæ ad communem vtilitatem inducta sunt, perpetuò remanere debent.c. 1.2.& seq.25.q.1.& secundum illā episcopi & inferiores iudicare debent. cap. in istis. 4.distinct.Sed non legere leges Parisiis, inductum est ob vtilitatem theologiæ, ergo istud debet perpetuò remanere,& sic episcopus non poterit dare licentiā legendi iura ciuilia ibidem.

41 In contrarium videtur illa regula generalis ex capit.nam concupiscentiam. extra de constit. vbi omnia videntur concessa, nisi sint prohibita. l. necnon.§. quod eis. ff. ex quib.causis maio.sed non inuenitur à iure prohibitum quin episcopus Parisiensis det licentiam legendi iura ciuilia, ergo erit eidem permissum.facit.c.milites.23.q.5.

Secundò, trāslato sacerdotio in episcopos, necesse fuit vt fieret legis translatio, capit. translato.de constitu.

Tertiò facit dictum apostoli, in cuius locum sunt episcopi instituti, dicentis: omnia mihi licent.c.aliud.11.q.1.& primæ ad Corinth.6.c. ergo omnia licent. episcopis. & sic licebit episcopo Parisiensi dare facultatem legendi iura ciuilia hic Parisiis.

Episcopus potest dispensare, nisi à iure prohibeatur.

42 Quartò, quando conditor canonis specialiter sibi nō retinuit, eo ipso videtur facultatem aliis dedisse. tex. formalis in c.nuper.de sentent.excommu.& ibi gloss. dicit episcopos posse dispensare, vbi specialiter dispensatio non est prohibita. text. in cap. cùm apud.de desponsat.c.sunt nonnulli.16. q.1.c.at si clerici.§. de adulteriis. de iudi. c.miror.50.distinctio.& ista est communis opinio, quàm notant doct. in capitu. dilectus.de tempo. ordi. & cap.excommunicamus.1.§.sanè de hæreti. vbi dicitur ꝙ episcopus potest dispensare vbicunq; non prohibetur.nisi immutaret vniuersum statum ecclesiæ, vt ibidem dicitur. ergo in hoc casu poterit cum tex.videatur eidem permittere tum quando dicit præsumat, tū etiam quia text. pœnam excommunicationis eidem cōmittit. ergo & absolutionem concedere videtur, vt infrà dico, & scripsi in §.1. de colla.in concord.

43 Quintò, probatur hoc c.super specula. vbi episcopo Parisien. relinquit pœnæ impositionem. ibi per episcopum loci excommunicationis vinculo innodetur, ergo & absolutionem.& intelligo episcopū posse innodare clericos sacerdotes legētes iura ciuilia hic ante duos mēses, quia posteà sunt à iure excommunicati.c.super.ne cleri. vel monachi. & hoc probatur in hoc c.dum dicitur, interim innodetur:& sic ante duos menses. Nec obstat primum quòd eius est soluere, cuius est ligare: quia hoc est verum regulariter, attamen, vt dixi, quando specialiter papa sibi non reseruat, aliis concedere videtur.d.cap.nuper. Nec obest quòd non posſit tollere legem superioris, quia inferior dispensando non videtur eam tollere. argu.capit.excommunicamus.1.§. sanè. de hæret.& sic solutum est quintum, quòd canones seruare teneatur. quia ex causa dispensare, & etiam modificare potest.d.clemen.ne Romani. Nec refragatur ꝙ contra constitutionem concilij non potest episcopus dispensare. fac esse, & sic non poterit dispēsare quòd religiosus audiat leges, vel doceat, quia hoc prohibetur in dicto cap. non magnopere, sed quia aliæ constitutiones non sunt conciliares, ideò poterit dispensare. Nec me mouet aliud ꝙ in aliquibus tātum casibus sit episcopis permissum, dispensare, quia imò dispensare in omnibus, nisi à iure prohibeatur, potest: vt prædixi. Nec debet quis conturbari propter octauū, quòd ea quæ inducta sunt ad vtilitatem, debent perpetuò remanere, quia hoc est verum, nisi episcopus viderit maiorem vtilitatem, quia tunc poterit dispēsare.tex. singu.in l.si hominem.ff.mand. & ibi multa addidi.

Papa cum sacerdotibus dispensat, vt leges audiant.

44 De consuetudine tamen aditur curia Romana, vt dispenset tam cum sacerdotibus, quàm cum religiosis. Archid. in c. non dicatis.12.q.1.Perusi.in c.2.ne cleri.vel monachi.& est tutius tenere stylum & consuetudinem curiæ Romanæ, licet di stricto iure præcedens opinio posſit quo ad intellectū. c.super specula.sustineri,& disputando tamen communis opinio est, vt papa tantum hoc posſit, nihil tamen dicunt de dispensatione, vt Parisi.legantur leges. nam hoc potest episcopus facere, vt dictum extitit.

Nouitates pariūt discordias, & reprehendendus est qui nouitates inducit

45 Instituit D.Floretus, in vtroque iure florēs. & de l.minime mutanda sunt quæ semper certam interpretationem habuerunt. Item in rebus nouis constituendis euidens vtilitas esse debet.l.penultima. ff. de constitutionibus principium. Adde etiam quòd nouitates pariūt discordias.c.cùm consuetudinis,

dinis de consuetu. & reprehendendus est qui nouitates inducit. c. si. 11. distinct. & sic is no uus intellectus non est sequendus secundū eum nouitates reprobante. Respon. non es se mutanda nisi ex causa, nam statuta ab apostolis ex causa mutata fuerunt. c. cor episcopi. 78. dist. & ibi Arebi. c. non debet. de consangui. Vel non mutanda sunt, quæ habuerunt interpretationem veram, non errore inductam, secus si illa interpretatio fuerit erronea, vt hic Albert. in d. l. minimè. per quod non ratione. ff. de legib. sed intel lectus doctorū fuit erroneus vt quilibet do ctus videre poterit. ergo mutari debet secundum præcedentem intellect.

Vtilitates vipa vifis leges inter pretentur. 46 Præterea euidēs est vtilitas, vt hic Parisiis legantur leges primò vt iustitia seruetur, & æquitas augeatur, vt patet in hoc tex. & tolle leges imperatorum in ciuitate Par. si. quas deus per imperatores & rectores sæ culi distribuit humano generi, & nemo au debit dicere, hæc villa est mea. Si autem vt teneantur ista ab hominibus, regū iura fe cerunt, vultis vt pretereamus leges, vt gaudeatis. c. quo iure. 8. dist vbi sunt hæc verba August. & c. fin. 10. distinc. Vestram flagitamus clementiam, vt sicut hactenus Romana lex viguit absque diuersis procellis, & quæ pro nullius persona hominis reminiscitur esse corrupta, ita & nūc suum robur, propriúmq; vigorem obtineat. & sic non debent prohiberi legi, nisi certis personis. Item euidens erit vtilitas ex studio legum, tam in vniuerso quā in particulari. In vniuerso, quia per leges quæ legentur hic, totus mundus illuminabitur. authen. habita. C. ne filius pro patre. Et hæc ciuitas replebitur sapientibus & doctissimis iurisconsultis. Etiam in particulari erit vtilitas, quia quilibet poterit audire illos legentes leges, tam procuratores, sollicitatores, quàm alij quod non facerent, si non hic legerentur, imò erit amissio temporis valde homininibus damnosa. Hosti. in summa de seruis. §. si. versi. quid si magister. Panor. & alij in c. si. de iudic. Proh dolor, quot euasissent in magnos iuriscōsultos, si hic leges interpretatæ fuissent, qui fuerunt desides, nihil audientes, sed toti voluptatibus addicti fuerunt, quas substulisset sciētia legalis. c. nun quam. de consecra. dist 5. & minoribus expensis fierent doctiores ciues hic, quā n alibi, quia studium nō potest continuari extra vrbem magnis sine sumptibus. l. si. C. de alimen. pupillo præstan. & ibi Bal. ad quos ciues quidam non sunt pares extra ciuitatem, & tamen in dicta ciuitate essent, & etiā quia alibi extra parentes scholastica ferula liberati, voluptates, & hæreses potius sequūtur, & malos mores, quā studia, quod non facerent, si hic leges interpretarentur.

C[illegible] tas nobilitatur & locupletatur per leges. 47 Item ciuitas per leges efficerentur locupletior, & nobilior. l. quis tam inueniri. vbi gl. & doct. C. de decur. lib. 10. & alia multa.

commoda inter priuilegia scholariū inseruit. Præterea dixi publicè in conclusione, quia leges apud vrbes regias publicè legi debent. §. hæc autē tria. in proœ. ff. & c. tuæ. de cleri non residen. Vide Archi. in c. saluator. 1. q. 3. vbi quærit si monachus clam audiat leges, & alij prohibiti, an sit excommunicatus, & concludit ꝙ sic, quia istæ scientiæ religiosis non congruunt. Item in dubio decretalis, vel lex debet intelligi, vt minus obliget, quàm magis. capit. ex parte. 1. de verbo. signi. Geor. Nathan. post Ancha. in §. fi. colum. 3. ele. sæpe. illo tit. Neuisa. in silua nuptia. fol. 25. col. 4. in magno volu. Sed minus obligabit intelligendo tantum de religiosis, & supra nominatis, ergo iste intellectus debet recipi. Item sensum delicti exclusiuum recipere debemus, sicut est iste. Barba. consil. 12. colum. 2. in 2. volumi. & sic intellectus tādiu sepultus ad dictum capit. super Specul. de priuilegiis excitatus est. Cogita, lector doctissime, quia ista sunt valde subtilia, & nōdum per doct. adducta. *Sensum delicti exclusiuum recipere debemus.* Laus deo optimo maximo.

Quæstionis sextæ Epitome.

1 *Nominationes à quibus dentur.*

Præscriptio contra priuilegium consistens in voluntate priuilegiati non currit, licet non fuerit eo vsus dum tamen alij sint vsi.

2 *Nominationes quare potius ab vniuersitatibus quàm aliis dentur.*

3 *Literati non præsumuntur vitiis dediti, licet paupertate opprimantur.*

Ratio omnium quæ a maioribus constituta sunt reddi non potest.

4 *Nominationes quæ vniuersitates concedant.*

5 *Vniuersitas Cadomensis in Normania concedit nominationes.*

Accessorium naturam sequitur principalis Regnum est quid vniuersale.

6 *Vniuersitates extra regnum an nominationes concedant.*

Priuilegium personale personam non egreditur.

7 *Nominationes ad beneficia extra regnū sita nō dantur. & nu. 8. 9.*

Limitata causa limitatum parit effectum.

9 *Vniuersitas Franciæ nominat ad beneficia sita per totam Franciam, & Delphinatum: & cōtra vniuersitas Delphinatus ad beneficia sita per totam Franciam.*

10 *Argumentum de persona ad locum, & contra valet.*

11 *Vniuersitas de nouo erecta an nominationes concedere posset.*

12 *Facultates nominationes dare non possunt, nec tempus studii.*

13 *Vniuersitas sine rectore est acephala.*

14 *Vniuersitas non habens omnes facultates, nominationes concedit.*

15 *Vniuersitas non nominat in illa facultate sibi non concessa.*

Quæstio vi. principalis.

A quibus dētur nominationes.

1 SEXTO, principaliter quæritur, à quibus concedi possint nominationes? Respond. quòd de quibus loquimur, ab vniuersitatibus regni, delphinatus, & comitatus Dien. ac Valen. vt patet in rub. de electio. in principio. & in §. præfati. 1. de collatio. ibidem. & in vers. beneficia verò. & alibi, per totum titulum.

Nec curret præscriptio contra vniuersitatem, licet non sit solida concedere, quia contra priuilegium consistens in voluntate priuilegiati, nō currit præscriptio, si non fuerit vsus priuilegio, dum tamen alij sint vsi. vt nor. in cap. vt priuilegia. de priuileg. Calder. consil. primo. rubr. de præscriptio. hodie ex regis præcepto concordatum in delphinatu seruatur.

Quare ab vniuersitatibus dantur.

2 Quæret quis, quare potius ab vniuersitatibus quàm ab aliis dētur? Respon. quia cum vniuersitates habeant graduatos ab eisdem notos, vtpote quia eos approbarūt ad gradum. l. nemini. C. de aduocat. diuerso. iudicio. l. magistros. & ibi Bar. & patruus meus Rebuffus. C. de profes. & medicis. lib. 10. conueniētius ergo fuit, vt ipsi doctores eos ad beneficia approbent, quos dignos ad honores iudicarunt, nec est verisimile, quòd ind[...] tam vniuersitatum doctores excellentes nominent, & hoc ex reuerentia studiorum. l. quicquid. C. de aduocat. diuerso. iudicum.

Viri literis prædicti non præsumuntur vitiis dati licet paupertate opprimantur.

Nec has passiones affectionis tantas, nec alias præsumuntur habere viri literis prædicti, sicut ignati. c. fin. de præsump. licet multa sub amica eorum paupertate patiantur, & Gens ignara boni nescit succurrere doctis. Item sicut vniuersitatis causa expēsum est, vt quis studeret, & postea efficeretur graduatus: ita vniuersitas gratia compēsationis studij debet esse, videlicet concedendo nominationes. arg. §. fi. in procemio instit. & sic placuit conditori, vt in simili dicitur in §. furtiuæ. instit. de vsu capio. & non omnium quæ à maioribus nostris constituta sunt ratio reddi potest. l. non omnium. ff. de legib. vel etiam concessum est vniuersitatibus, vt nominationes cōcedant, ne res diuerso iure cēseatur. l. eum qui. ff. de vsuc. sed diuerso iure censeretur, si vniuersitas concederet gradus, & alius nominationes, ergo vniuersitatibus concessum est nominare. postquam ad gradus admittere poterant. Ex his elige cui dicas. tu mihi sola places, vel inuenias meliorem rationē, & ego facilè illi acquiescam.

4 Primo, quæro quæ vniuersitates? Resp. vniuersitates regni Franciæ, delphinatus, & comitatus Dien. vt suprà dictum est. quod probatur in §. 1. de regia ad præl. nomina. facien. in concord. & in rub. de pœna temerè venientium contra concordat. & alibi, sæpe per concordat.

Vniuersitas Cadomensis nominationes concedit.

5 Hoc tamen anno 1534. in magno consilio fuit pronuntiatum arrestum, per quod conceditur vniuersitati Cadomensi in Normania nominare, & nominationes cōcedere, licet Concordata de ea non loquerentur: tamen quando prouincia, vel villa adiicitur regno vel comitatui accessoriè, ita quòd fit vnum regnum, debet regi secūdum regulam regni cui accedit, & eisdem legibus & priuilegiis est gubernāda, quibus regnum. Bart. in l. si conuenerit. in 2. §. si nuda. ff. de pig. act. per illum tex. Panor. in c. quia monasteriū. de relig. domi. Curt. cons. 57. Item quia regnum est quid vniuersale, ergo omnes accessiones sibi contingentes sequentur regni naturam. l. peculium in princi. ff. de leg. 2. Et beneficium concessum regno, tanquam principali, trahitur ad eius augmentum. c. quia circa. de priuileg. facit l. fi. C. de alluuio. multa tradit Alber. Brunus in tract. de augmento. in 9. concl. princ. in princ. Et bonum esset, quòd vniuersitates prouinciæ etiam concedere possent nominationes, & his iuribus in Cōcordatis expressis vterentur, ac his prærogatiuis gauderent, dum tamen electiones secūdum iuris dispositionem retinerent.

Vniuersitates extra regnum an possint nominationes da[...]

6 Secūdò, an vniuersitates extra regnum, vt auinionen. Aquen. Dolana, Italiæ, Britan. vel Angliæ, possint nominationes concedere suis graduatis? Resp. cùm sit tantùm hoc priuilegium nominandi concessum vniuersitatibus suprādictis, non extendetur ad alias, sicut priuilegium personale. regula priuilegium. de reg. iur. lib. 6. Et sic affixi conclusiones, Nominationes vniuersitates concedere prohibētur. Item, Vniuersitates extra regnum, vel etiā vniuersitates regni prohibentur concedere incapacibus, vel ad beneficia extra regnum. argu. l. fi. ff. de iuris. om. iud. quia limitatum est priuilegium, cui nil debet addi. arg. l. in agris. ff. de acqu. rer. dom. Item si vniuersitas esset suspēsa, iuxta §. monemus. de colla. in concord. Posui aliam conclusionem, videlicet concedere posse, etiam iuris est explorati, intellige vt suprà.

Conclusio.

Nominationes ad beneficia extra regnū non dantur.

7 Tertiò, dubitatur an vniuersitates regni possint concedere nominationes ad beneficia sita extra regnum? Respon. non, tum quia extra territorium illarum præceptum non habent, nec authoritatem. arg. l. fin. ff. de iurisdic. om. iud. c. fi. de consti. lib. 6. not. in l. 1. C. de summ. trin. & territorium quo ad hoc est illis datum: ergo non possunt, tum etiam quia eisdem non est concessum, nisi limitatè, vt habetur in procemio concord. ergo illi priuilegio limitato nil addi debet. l. in agris. ff. de acq. rer. dom.

8 Facit quod not. Anchar. & Perus. in c. fin.

tn notab.

notab 1. de verbor. signific. vbi dicit quòd episcopus non potest concedere indulgentiam subditis porrigentibus manus adiutrices operi, in alterius diœcesi construendo ex quo concernit opus faciendum extra diœcesim, licet eius effectus deriuetur in subditos.

9 Sic deberdici in nominationibus, vt nó possint concedi ad beneficia extra regnum si a. etiam si illorum perueniret collatio iure deuoluto ad episcopum, vel archiepiscopum in regno existentem, etsi D. Chassa. in catal. considera. 32. partis 10. reliquerit cogitandum, quia prima causa inspicitur per cle. 1. de suplé. neglig. præla. poterit tamen vniuersitas Franciæ nominare ad beneficia sita per totam Franciam, & in Delphinatu. & vniuersitates Delphinatu nominare ad beneficia Fráciæ à còtrario, & ita seruatur,

10 Item quia bonum est argumentum de personis ad locum, & ecótra. l. 2. ff. ne quis eum qui in ius voca. est, vi eximat. Ias. in l. vinum not. primo. in fin. si certum peta. Sicut ergo exteris nó possunt nominationes cócedi, ita nec ad beneficia exterorum, & sic extra regnum.

Bonum est argu de personis ad locum.

11 Quartò, quæro quid sit erigeretur vniuersitas de nouo in regno Franciæ, ad nominationes cócedere posset? Videtur quòd sic, quia vniuersitatibus regni hoc est concessum, & ipsa est de regno, ergo eidé videtur concessum. Item quando eriguntur vniuersitates, conceduntur eis priuilegia talia, qualia competunt aliis vniuersitatibus regni Franciæ, & quòd in omnibus, & per omnia gaudeant priuilegiis aliarum vniuersitatum, sic ergo priuilegiis aliarū gaudere poterūt, per l. 2. §. furiosi ff. de iure codicil. nota. doct. in l. 1. ff de leg. 1. ergo, & nominationes concedere possent, & huic opinioni starem, si sic esset constructa, & à papa, & à rege vniuersitas erecta, vt dixi, secus si terra de nouo acquisita, quia tunc extésio à papa requireretur, vt eadem iura obseruentur ibi, quæ in regno. & ita fuit nuper factū. vide Curtium Senio. consi. 57. Item si cócessum fuerit priuilegium, quòd in regno Franciæ non soluatur pedagium, & contingat comitatum accedere regno, quòd tale priuilegium competet etiam comitatui regno adiuncto. Alber. brunus in trac. de augmento, in 9. conculusio. prin. per ea quæ tradit Bartol. in l. si conuenerit. §. si nuda ff. de pig. act. & in l. senatorum. C. de dignita. lib. 12. Sic, & illa vniuersitas addita aliis nominationes concedere posset, & priuilegia aliarum haberet, tū quia esset regni vniuersitas, de quibus loquitur concordatum, & vniuersitatibus regni concessum est vt nominationes dent. vide tamen quæ tradunt doctores in cle. fi. de rescript. & quæ superius dixi.

De vniuersitate de nouo erecta.

12 Quintò, quæro an facultates possint nominationes concedere? Respondeo non, etiam si omnes essent congregatæ sine rectore. dict. §. præfati. ibi, per vniuersitates nominatis. sequitur glo. in prag. sanct. rub. de colla. §. ita tamé, in verbo vniuersitatibus. vbi dicit quòd facultates post denegationem factum ab vniuersitate, non poterunt dare nominationes, quia nó videtur vniuersitas, etsi omnes facultates essent congregatæ, ac omnes consiliarij vniuersitatis, nisi rector adsit.

Facultates non dant nominationes nec iurisdi.

13 Nec tunc sine rectore esset formosa, sed Acephala, quia caput est de esse corporis. c. nulla ratione. 93. dist. Bald. in authen. habita. col. 10. nu. 42. C. ne filius pro patre. Dec & alij in c. ex litteris. no:. vlt. de constit. imò caput est principale membrum corporis. l. cùm in diuersis ff. de religio. & sumpti. funer. ideo caput debet in nominationibus adesse. Idem puto in tempore studij, vt etiā vniuersitas debeat attestari, nec sufficeret q rector, & facultas atestaretur, quia non est vniuersitas, à qua debent certificatoriæ literæ emanare. d. §. præfati. ideo bonū esset, quòd vniuersitates, quæ huic habent stilum & Tholosan. & Cadurcen hoc corrigerent, & ponerent, rector vniuersitas, & facultas, & hoc fuit factum Biturigibus me instigãte, & ibi regéte. vide quæ dico intrà quæstio. 11. & quæ dixi in §. præfatique gra duati in gl. manu. scribæ. de colla. in Cócor. vbi dixi apud Parisios non seruari, nec in hoc concordata recepta.

Acephala est vniuersitas sine rectore.

14 Sextò quæro, aliqua vniuersitas non habet omnes facultates, vt hæc. Parisiens. & Aureliana, an possint nominationes concedere? Videtur quod non, quia non videtur vniuersitas. Contrarium est verum, cùm doctores, & scholares faciant vniuersitaté, vt habetur in proœmio decret. & in proœmio 6. alioqui vniuersitates Parisié. & Aurelianen. nó possent has nominationes concedere, cùm non habeāt omnes facultates, quod contrarium obseruatur nec requirit cócordatum, quod vniuersitas omnes habeat facultates, ideo nec ego requitam: & non minus dicitur vniuersitas, etiā si omnes facultates non sint concessæ ibidem.

De vniuersitate qua non habet omnes facultates.

15 Septimò, an vniuersitas possit nominare graduatum in illa facultate, quam non habet, vt baccalaureum in iure ciuili hæc vniuersitas Parisiensis? Respon. non, quia non potest attestari illum studuisse in iure ciuili in hac vniuersitate, cùm non ibidem legatur. Ité esset extra suam iurisdictioné, quod est reprobatum in c. fi. de const. in 6. Item quia nó potest nominare graduatum alterius vniuersitatis, ne causæ continentia diuidatur, contra legem nulli. C. de iudi. gl. in §. ité quod ad dictas. in verbo, suorum. de colla in prag. & dicam infrà & in hac vniuersitate nullus sumit gradū in iure ciuili, ergo baccalaureum, vel alium in iure ciuili graduatum non potest nominare, nisi illi conferret gradum in iure canonico.

Vniuersitas nō nominat in ea facultate nō concessa.

Vide

Vide tamen quæ dixi suprà in 5.q.

Quæstionis septimæ Epitome.

1 *Nominationes quo tempore concedantur.*
2 *Quadragesima triplex.*
3 *Nominationes an concedantur diebus festis.*
Iurisdictionis voluntariæ quæ sunt, possunt diebus festis exerceri.
4 *Nominationes an in ecclesia concedantur.*
Argumentum de tempore ad locum valet.
5 *Consuetudo seruanda.*
6 *Nominationes in quo loco dentur.*
Vniuersitatum statuta seruanda.
7 *Vniuersitates an compellantur dare nominationes.*
Verbum potest, liberam concedi facultatem, & non necessitatem.
8 *Nominationes dicuntur gratiæ.13.*
Liberalis in necessitatibus nemo.
9 *Dispensatio precibus petitur.*
Prælatus denegans dispensationem iusta causa existente peccat.
10 *Vniuersitas parisiensis nominationes denegare non debet, etiam legistis.*
Argumentum à contrario sensu validum.
11 *Iudex suum denegans officium dicitur inferre iniuriam parti, si tamen iuste petatur: & potest appellari à tali denegatione.*
12 *Vniuersitates nemini claudunt gremium.*
Intellectus cap. precariæ.10.q.2.

Quæstio vij principalis.

Quo tempore dentur nominationes.

1 SEPTIMO principaliter quæro quo tempore concedantur nominationes? Resp. (quia vulgata est, paucis finietur. l.1. ff. pro dote) de consuetudine nominationes conceduntur tantùm tempore quadragesimæ. glo. in §. statuit in verbo quadragesimæ. de collatio. in prag. vbi dicit esse triplicem quadragesimam, & has bene sciunt Cordigeri, & Cartusienses.

Triplex quadragesima.

2 Quadragesima propriè illa dicitur, quæ est ante pascha, de qua C. de feriis. l. quadraginta & c. quadragesima. de consecra. dist.5. Extra tamen cósuetudinem non video quòd sit prohibitum vniuersitatibus eas cócedere etiam extra quadragesimam instar aliorum rescriptorũ, quæ omni tempore concedi possunt, vt not. in rub. de rescriptis.

Diebus festis an distribuantur nominationes.

3 Primo quæro, an diebus festis quadragesimæ concedi possint? videtur quòd non, quia omnis iudiciorũ strepitus in illos dies cessare debet. l. fi. de fereiis. c. 1. illo tit. Contrarium arbitrinr verius. quia ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, possunt etiam diebus festis exerceri. l. actus publi. C. de fereis. Specu eod. tit. §. sequitur. vers. quid si in feriis. Angel. in disputat. inci. duo. col.2. sicut sunt nominationes, ideo etiam diebus dominicis vidi in aliquibus vniuersitatibus eas concedi. Quippe etiam festis quædam exercere diebus, Fas & iura sinũt, dicit Virg. in Gerg.

In ecclesia concedi possunt nominationes.

4 Secundò quæro, an in ecclesia concedi possint? Respon. cùm sit bonum argumentum de tempore ad locum. gl. in cle. ad nostrum. in verbo regularem. de censib. sicut possunt diebus feriatis cócedi, vt supra conclusum fuit, ita, & in loco sacro, videlicet in ecclesia. Ias. & alii in l. vinum. ff. si cer. pe. Tutius tamen est, quòd diebus profestis, & extra ecclesiam concedantur.

5 Tertiò quæro, Parisien. vniuersitas erat consueta concedere nominationes in ecclesia sancti Maturini, alibi tamen concedit: an valeant? videtur quòd non, quia cōsuetudo est seruanda. l. de quibus. ff. de legib. Contrarium sentio, quia cócordatum non astringit, nisi vt concedantur ab vniuersitatibus regni, vt suprà probaui: ergo in quocunq; loco fuerint concessæ, non vitia-

In quo loco dētur.

6 buntur, dum tamē sint vniuersitates regni quæ concedant. Nec obstat, quòd in vno loco erant solitæ concedi, quia hoc non astringit in futurũ, nisi fortè statutum esset in illa vniuersitate, videlicet vt congregationes alibi non fiãt, quã apud prædicatores, vel in ecclesia S. Ioãnis, vt est apud Bituriges, tunc quia venirēt contra statutã, alibi faciendo congregationem, fortè non valerent: quia dicit concordatum statuta vniuersitatum esset seruanda, in §. monemus de col in concord.

Vniuersitates dare nominationes, an debeant.

7 Quartò quæro. an vniuersitates possint compelli, dare nominationes? Respō. non, vt habetur in prag. sanct. §. item quod ad dictas de colla. in verbo poterũt. quia verbum potest, liberam tribuit facultatē, non necessitatem. l. sæpe audiui Cæsarem nostrum dicentem, hac rescriptione, eum qui prouinciæ præest, adire potes, non imponi necessitatē proconsuli, &c. ff. de offic. præsi. Bart & alii in l. Gallus. in princ. ff. de liber. & posthu. c. faciat. 22. q. 2.

Gratia quādo dicatur.

8 Præterea nominationes dicuntur gratiæ, vt sæpius dicit glos. & maximè in verb. nominare. d. §. item quod ad dictas Et illa dicitur gratia quæ gratis datur c. gratia. & ibi Archid. 1 q. 1 nec propriè dicitur gratia, si necessitati occurrat. Ancha. consil. 295. pro clariori euidentia col. pen. & in necessitatibus nemo liberalis existit. l. rem legatam. ff. de adimen. leg. nec de suo cogitur quis beneficium facere. c. precariæ. 1. 10. q. 2. Malè tamen facerēt vniuersitates si eas denegarent graduatis benemeritis. c. vt constitueretur. & ibi gl. 50. dist. instar.

9 Dispensationis, quæ licet non possit peti nisi precibus. arg. c. quãto. 2. q. 5. tamen peccat prælatus eam denegans causa vtilitatis existente, vel necessitatis, seu alia iusta causa. ca. alligant. 26. quæst. 7. Feder consil. 47.

super eod ideo affixi conclusionem hanc, 10 videlicet, Parisiē. vniuersitas nominationes denegare non debet, etiam legum studiosis, cùm leges ibidem publicè legi, iure nō prohibeatur, vt supra dixi, quæst. 5. imò posset implorari officium iudicis contra vniuersitates nominationes denegātes. arg. gl. in rubr. ff. de interrog. actio. ponderatur tex. in d. §. monemus. de collat. ibi, non habeāt aliquos nominare, nisi eos qui secundum præfata tempora studuerint. ergo si studuerint per præfata tempora, habēt eos nominare. & hoc sumēdo argumentum à contrario sensu, quod est validum in iure, l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd.

Conclusio. Paris. vniuersitas nominationes denegare non debet.

11 Et si iudex denegaret suum officium, diceretur inferre iniuriam pati. si iustè petatur. l. 1. §. permittitur. & ibi Bar. ff. de aqua quotid. & æstiua. & potest ab illa denegatione appellari. l. 1. C. si sæpius in integrum restit. postu. not. in l. 1. ff. de iurisd. omnium iud. l. non quicquid de iud. Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium. de damno infect. Feli. in cap. super his. col. 4. cum seq. de accusa. Ias in ... de actio. in princ. nu. 66. col. 9. ideo potest haberi recursus ad superiorem. per ca. nullus. & ibi Panor. de iure patro. Archid. in c. primates. in fi. 71. distinct. Panor. in ca. tuæ, de cleri. non resid & con 44. & consi. 84. in 2. volu & ita appellauit facultas decretorum Paris. à denegatione facta per vniuersitatem. & fuit, prolatum arestum in hoc venerabili senatu hoc anno 1535. ante Pascha, in mense Martio pro d. facultate, quo dictum fuit, quòd vniuersitas teneretur nominare, & recipere graduatos in facultate decretorum, licet aliquibus de vniuersitate diutum visum fuerit exercentibus materiam Rub de lege. fusia, &c.

Iudex denegans suum officium dicitur inferre iniuriã parti.

Arestum facultatis decretorum Paris.

12 Hodie non opportet ista inquirere, quia sicut ecclesia nemini claudit gremium, ita nec vniuersitas afferenti pecunias, nisi per inuidiam quandoque contrarium fiat, vt dixi. nec obstat c. precariæ. ... q. 2. vbi nemo cogitur de suo facere beneficium, quod intelligitur ibi glo. non procedere, quando alicuius ... prodest, & sibi non nocet, vt in hoc casu per l. in summa. ff. de damno infe.

Vniuersitates nemini claudũt gremium.

13 Nec refragatur, quòd nominationes dicantur gratiæ, & gratia dicitur quæ gratis datur ... gratia. & ibi Arch. 1. q. 1. Anch. con. 95. dicit quòd & si gratis non datur, non minus dicetur gratia, eo quòd dari gratis debet.

Nec obest, quòd nemo dicatur liberalis in necessitatibus l. rem legatam. ff. de adimen. leg. quia ibi ... resp. on. vel possum dicere, quòd saltem est liberalitas in cui confertur ... glo. in capitu relatum de præbend. & ca. quam ... illo tit. in 6. de hac q. hactenus.

Quæstionis sextæ Epitome.

1 Nominationes diriguntur collatoribus ordinariis, & patronis ecclesiasticis. & 5.
Collatores qui propriè dicantur.
Contrariorum eadem disciplina.
2 Collatores ordinarii qui dicantur.
3 Collatio beneficiorum ad quos spectare possit. & nu. 4. cum seq. vsque ad nu. 11.
6 Conferre potest non constitutus in sacris.
Intellectus clem. vt hi qui de ætat. & qualit.
Electio, nominatio collatio, præsentatio inter se differunt.
7 Collatio beneficiorum potest spectare ad capitulum, & episcopum alternis vicibus.
10 Collatio spectat ad laicum ex priuilegio apostolico.
11 Legatus an conferat graduatis: & an ipsi nominationes dirigantur. 13.
Regnicola leges regni seruare tenetur.
12 Concordatum habet vim contractus.
Legatus à latere dicitur ordinarius.
14 Nominationes an cardinalibus dirigantur.
Nota speciali qui sunt digni, si nõ exprimantur, non comprehenduntur.
15 Text. § si quis verò. de Collatio. in Concord.
16 Dispositio quantumcunque generalis, si sit odiosa, non comprehendit superlatiua, aut maiora expressis.
17 Episcopi minores ætate comprehenduntur in concordato: & eis nominationes diriguntur. 18.
Verba generalia restringuntur ratione ætatis.
18 Historia de necromantico.
Nomen qui habet, & affectum debet habere.
Intellectus l. promittendo ff. de iure dot.
19 Fœminis an dirigi possint nominationes.
Verbum quis, tam masculos quam fœminas comprehendit.
20 Nominationes an dirigantur capitulo.
21 Conferens iure deuoluto tenetur prouidere nominatis, & graduatis.
Res transit cùm suo onere. 24. 30.
22 Ius eligendi transit cum eadem qualitate.
23 Succedens in alterius locum eo iure debet vti, quo ille vti debeat.
25 Fiscus posteriori creditori succedens eo iure vtitur quo vsurus erat ille cui successit.
26 Subdelegatus eiusdem debet esse qualitatis, sicut delegatus.
27 Ponte refecto an vectigal impositum debeatur.
Res transit cum suis vitiis.
28 Superior conferens non potest aliter conferre, quàm natura beneficii requirat.
29 Licet à persona recedatur, non tamen à forma.
30 Initium spectandum.
Legatus non potest conferre beneficia extra prouinciam vacantia.
31 Collatio ad quem iure deuoluto spectat, an si conferat alteri quàm nominato, vel graduato, puniatur.
Declaratio § fin. de collationib. in concordat.
Actus omnis regulariter de primo intelligitur.
Pœna restringenda.
32 Clausulam ... omnia præcedentia refertur.

Indefin

Indefinita æquipollet vniuersali.
Extensio in pœnalibus licita, quando aliàs dispositio redderetur illusoria.
Inhabiles admittuntur deficientibus idoneis.
33 *Papa in beneficiis plenam habet potestatem.*
34 *Patronis laicis an dirigantur nominationes. & nu. 14. 37. cum seq.*
35 *Patronus ecclesiasticus, vel laicus quis dicatur.*
36 *Verba generalia non comprehendunt laicum nisi exprimatur.*
37 *Papa potest quoad suum forum tollere ordinem iudiciarium.*
39 *Præcedentia declarant sequentia, & contra.*
40 *Legatus non potest conferre beneficium spectans ad præsentationem patroni laici.*
41 *Nominationes an possint dirigi prelato habenti priuilegium, ne alius sua beneficia conferat.*
42 *Nominationes an possint dirigi commendatariis.*
43 *Nominati an teneatur conferre existens, in possessione de facto.*
44 *Coadiutori an nominationes dirigantur.*
Alienatio necessaria, & voluntaria differunt, per diuinum miraculum.
45 *Perpetuum quod possit dici, licet possit tolli per diuinum miraculum.*
Coadiutore à quibus.
46 *Vicario an possint dirigi nominationes.*
47 *Vicarius quando possit episcopo beneficia conferre.*
48 *Visitatori an dirigantur nominationes.*
49 *Capitulum sede vacante confert nominatis.*
50 *Capitulum potest commendare beneficia.*
51 *Nominationes directæ capitulo an comprehendant singulos canonicos. 52. 53. 54.*
54 *Nominationes quomodo dirigi debeant. 55.*
55 *Nominationes an sufficiat dirigere capitulo non exprimendo caput.*
Prælatus non comprehenditur sub capitulo.
56 *Rector an comprehendatur vniuersitatis appellatione.*
57 *Nominationes quando collatio spectat ad episcopum cum consensu, & consilio capituli, cui dirigantur.*

Quæstio. viij. principalis.

1 OCTAVO, principaliter quæro, quibus dirigi possint nominationes? Respond. collatoribus ordinariis, & patronis ecclesiasticis. §. præterea. & alibi sæpe. in illo tit. de coll. in concord. & intellige collatores illos, qui quoquo modo iure possunt conferre beneficia, siue per electionem, extra tamen confirmationem: siue prouisionem, siue alio modo: vt not. in c. cùm in illis. §. 1. de præbend. in 6. Et sic generaliter illis possunt dirigi nominationes, sicut mãdata apostolica not in c. mandatum. de rescri & habita notitia istius articuli quibus dirigi possint, intelligitur alius, quibus dirigi non possint, vt not. in l. 1. de his qui sunt sui vel alie iuris.

Quibus dirigãtur nominationes.

2 Primò, quæro qui dicantur collatores ordinarij? Resp. omnes clerici, qui à papa, vel lege, seu consuetudine habent potestatem conferendi beneficia ecclesiastica. arg. ca. à iudicibus. 2. q. 6. no in c. fi. de of. leg. libr. 6. & in c. ordinarij. de offi. ordi. eo libr. & ca. si soli. de concess præb. ibidem. cle. 1. vt lite pend. & ibi Cardi. q. 14 & sic in d. §. præfatique ordinarij. & §. præterea. dicuntur ordinarii nedum episcopi etiam, sed alij, tam superiores quàm inferiores, ad quos beneficiorum collatio, seu alia prouisio spectat, etsi non habeant iurisdictionem, per glo. in d. cle. 1. vt lite pend. Dec in c. post cessioné. in 1. not de proba. Card. in cle. 1. §. ad hæc. & cle. 2. de statu monacho. & dixi in §. 1. in gl ordin. de coll. supra.

Qui sunt collatores ordinarij

3 Notandum est, quòd infrà scriptis personis potest collatio beneficiorum, seu præbendarum spectare. Primò ad episcopum, & capitulum simul de iure communi c. postulastis. de concess. præb Feder. consil. 1. & aliàs amplè consului. non hic repeto.

Ad quos spectare possit collatio beneficiorum.

4 Secũdò ad solum episcopum, vel solum capitulum de consuetudine. c. cùm ecclesia vlterana de elect. & ibi gl & doct.

5 Tertiò, ad vnum canonicum ratione suæ hebdomadæ. c. mandatum. de præb in 6. vide Rotam decis. 49. nota in diœcesi de concess. præbend. in antiq. qui vice capituli confert. Feli. in c. eam te. col. 9. ver. mandatum factum de rescrip. & ca. causam. col. 11. ibidem.

6 Vnde consului canonicum etiam nõ constitutum in sacris conferre posse per hebdomadas, sicut alij, nec obstat clemen. vt hi qui de ætate, & qualita. quia ibi priuatur tantùm suffragio, & sic electione, non autẽ nominatione, vel collatione, seu præsentatione, cùm inter ista sit longa differentia ca. cùm in illis §. 1. de præb in 6. & quia cle est pœnalis & sic non extendenda. l. interpretatione ff. de pœn. is

Non constitutus in sacris an possit conferre.

7 Quartò potest spectare ad capitulum, & episcopum alternis vicibus clem. plures. de iur. patr. c. cùm in illis §. fi. de præben. in 6. & si vnus impediatur cõferre ratione mandati, vel nominationum in suo turno, an poterit postea conferre liberè, tradit glo. in §. item quòd omnia, in verbo faciendæ. in fin. de colla. in prag Ioh. And. & alij in cap. cùm in illis. de præb. in 6. Rota. decis. 21. nota quòd vbi ex statuto. de præben. in antiq. Ioh. de Ana. cons. 41 stante. dico in tit. de mand. Aposto. in verb. quinquaginta. in Concord.

8 Quintò, pertinet collatio siue institutio facta præsentatione. c. 1. per totũ tit. de inst.

9 Sextò, potest competere ad aliquẽ cleri

cum authoritate Apostolica.c.cùm aliquibus de rescrip.lib.6.c. is cui. de præb. ibid.

10 Septimo spectat collatio ad laicū ex privilegio Apostolico.c.dilectus.in 3.de præb. Et tunc laicus non potest dare duas præbendas, vel duo beneficia incompatibilia vni sine papæ dispensatione. Collecta in c. dudum. 2.col.vlti de electio. Et his fermè omnibus,dempti, laicis possunt nominationes dirigi, vt infrà latiùs deducetur Rota decis.21. de præben. nota, quòd vbi ex statuto in antiq quando collatores sunt ordinarij,vt hic dicitur.

11 Secundò, quæro an comprehendatur legatus à latere? videtur quod non, cum authoritate Apostolica procedat gl. & doct. in c.si abbatem.de elect.in 6.Sed Rom.pontifex non comprehenditur, ergo non ipse.

Legatus conferre debet graduatis.

Resp.legato non habēti episcopatum,vel abbatiam, seu alias collationes in regno, non possunt dirigi nominationes, vt habeat prouidere, sed licet illi non sint directæ, tenetur tamen qualificatis prouidere, iuxta statuta in concordatis: tum quòd solus papa voluit vt ipse, & successores iure præuentionis liberè conferre possent,vt patet in §.declarantes.de mand apostolicis in Concord.ergo alij non habent potestatem illam tum etiam quia papa hanc facultatem præuentionis non concessit: & si concessisset, regnicolæ non pateretur legatum alteri quàm nominato conferre:quia regnicola leges regni seruare debet,& semper recipitur in Francia cum mondificationibus regni,& restriction.bus, & non alias, vt patet in sua receptione.

12 Item concordatum fuit inter papam, & regem, quòd cōcordatum habet vim contractus,vt suprà in prin.d.xl & contractus ligat etiam legatum, & principem. c. 1. de probat.& ibi plura addidi.

13 Præterea §.si quis verò cuiuscunque status.de colla in Concord. videtur legatum à latere subijcere his legibus regni, & ita tenetur. Consequens est etiam quòd d. §. si quis verò. exprimit cardinales debere conferre nominatis,ergo & is ipse, cùm sit cardinalis,& etiam quia d. §.si quis, exprimit eliud verbum , vel alterius cuiuslibet dignitatis Item dicitur ordinarius in c.a.de offi. legat.lib 6. tamen eius potestas est extraordinariè inuenta, vt tenet glos. in cle. fin. de offic.ordi.gl.in §. visum. in verbo, legatorum.in fin.de colla.in prag. Et sic ei non diriguntur nominationes ratione suæ legationis,sed si habet episcopatum, vel archiepiscopatum , ratione illorum possunt eidem dirigi, & etiam tanquam legatus tenetur graduatis,& legitimè qualificatis beneficia eis præstituta conferre.

14 Tertiò, quæro an comprehendantur cardinales?videtur quod non , nempe qui sunt speciali nota digni, si non exprimātur, non comprehenduntur.l.item apud.§. hoc edictum.ff.de iniur.text.in c.2. de offic. de leg. in 6.vide Feli.in c.cum in iure.de of.de leg. c.quod super.de fide instr.

Cardinalibus diriguntur nominationes.

15 Tamen in d.§.si quis vero, exprimuntur, cuius verba infrà, si quis vero cuiuscunque status,etiā si cardinalatus, patriarchalis, aut pontificalis, vel alterius cuiuslibet dignitatis contra prædictum ordinem , & qualificationes superius ordinatas, de dignitatibus personatibus, administrationibus,vel officiis, seu quibusuis aliis beneficiis ecclesiasticis huiusmodi, aliter quàm modo prædicto disposuerit, dispositiones ipsæ sint ipso iure nullæ,collationésque , & prouisiones, ac dispositiones illorum ad immediatum superiorem deuoluantur,qui eisdem personis modo præmisso qualificatis prouidere teneatur,&c.

Text.concord. in §.si quis vero.

16 Alioquì non comprehendentur cardinales,nisi exprimantur, vt pulchrè consuluit Petrus Anch.cons. 295.ſ ro clariori vbi dicit , quòd dispositio quantumcunque generalis si sit odiosa, non comprehendit superlatiua, vel maxima , aut maiora expressis.capitulo sedes.de rescri.alioqui frustrà essent ibi expresi. Item exprimuntur. in cap.vno.§.omnem de schisma. in 6. Sic consuluit Barb.consilio 23.scripsit propheta.colum.8.in 3. quæst.volu.1. ac in c.in nostra. numero 6. & seq. de rescri. & Roma. consil. 498. in casu quo. col. 1.& sic cardinalibus possunt dirigi nominationes , si collationes in regno habeant, & ipsi tenentur nominatis sic prouidere, & graduatis . prout statutum est eod. titulo. in concor.etiam si haberent indultum, quod non potest tollere iura regni, vt dico in d. §.si quis verò.

17 Quarto,an comprehendantur episcopi ætate minores? videtur quod non , quia per verba generalia cuiuscunque sexus conditionis ve sit , nō comprehenditur minor, nisi exprimatur text.iuncta gloss in l. promittendo.ff.de iure dot.sequitur. Alexand. & Ias.in l. 1.§.nunciato.colum.5. ff.de operis noui nunciat. vbi dicunt, quod verba generalia restringuntur ratione ætatis, quia defectus iuris naturalis nūquam censetur sublatus, etiam si lex loquatur cum termino vniuersali,& geminatione verborum. Ias.in l. secunda.§.prætor ait ff. qui satisdat cogan. Facit l.emptor.§.finali. de pact. Contrarium teneo , quia tertia pars beneficiorum est affecta nominatis, & graduatis.§. præfati.in 1. de collat. in concor. Ideo siue collatores sint minores, siue maiores,tertia pars beneficiorum remanet affecta,ad quemcunque veniat collatio. arg. l.venditor.ff de iud.Item hic ligantur episcopi, & postquam minor habet illam dignitatem, ergo debet in hac constitutione comprehendi.nam ligantur collatores ordinarii,ergo quicunque sint, siue maiores, siue minores , imo potius debēt hi astringi,quàm

Minores episcopi comprehenduntur in concordatis.

gi, qui in maiores ex mente concordatorũ, vt conferrant graduatis & nominatis.

18 Alioqui eum nil sciant, aut scire præsumantur. l. fina ff. de iur. & fact. ignoran. suis similibus ignaris & ineuntibus omnia beneficia conferent, etiam si haberent pra ceptores doctos. Memini me legisse, quòd quidam Necromaticus habebat discipulum, mobilem qui sibi maria & montes promi t re solebat: quem volens tentare præceptor. Necromaticus, per artem fecit, vt discipulus videretur electus in imperatorem. Magister id temporis rogabat eum, vt sib d ret bona iamiam toties promissa. at ille discipulus suo præceptori non erubuit dicere, nescio quisnam es tunc magister, ego sum ille, inquit, qui tibi omnia dedi, & etia n tollã & sunt hodie multi discipuli suis preceptoribus ingrati, vt omnibus est notum. Præterea qui habet nomen, & effectum d. b t habere. l. à nullo. C. de ferijs. sed minor scopulas habet epi coparum, ergo comprehendetur. insuper minor ætate rastus cum d spensatione episcopus poterit beneficia conferre, vt not. in c. cùm nobis olim de electio & plenè Ioan. de Selua in tracta de benefi io, in 2. parte. qua st. 4 ergo & ei dirigi poterunt nominationes, a loqui episcopi (vt ita loquar) cum suis nuncijs essent melioris conditionis, quàm sapientes contra cap. cum qui de præb. n. in 6. de quibus dicitur ecclesiæ. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Psalm. 44. quòd di tum exponit beatus Augu. in c. fin. 48, dist. li. inquiens. Patres missi sunt Apostoli, pro Apostolici, filij nati sunt, & constitu ti episcopi, & c. pro hoc bene facit text in l. 3. iuncto. §. pupillus. ff. de nego. gest. vbi dictum generaliter loquens comprehendit pupillum. Nec obstat glo. in d. l. promittendo. quia potest intelligi, quando materia non caderet in minorem, vt pote in delicto tunc minor non comprehenderetur, alioqui sic, text. in extrauag. ad reprimendum. in verbo cuiuscunque status, dignitatis, vel conditionis vbi dicit minorem comprehendi, dum tamen sit in tali ætate in quam delictum cadere possit. c. de delictis puero. c. fin. de reb. eccles non alienand. lib. 6. extra. cum detestabile. de simon. in comi manib Corne. consi. 152. licet in hac. colũ. 4. volum. 1.

19 Quinto, quæro an comprehendatur fœmina habens collationem beneficiorum? vi detur quod non, quia hoc expressisset concordatum, si voluisset. c. ad audientiam. de deci. & potius faceret se sarracenam quàm vt voluntati suæ non obtemperaret. pulcher text. in c. tua nos. de iureiuran. Tamen contrarium credo, per illa verba in dicto § si quis vero in verbo cuiuscunque status. & ibi cuiuslibet dignitatis, siue sit masculus siue fœmina. exponit glo. in d extrauag. ad reprimendum. in verbo conditionis. Barba consi. 23 sapientissimus. col. 4. in 2. vol. Facit etiam verbum quicquod comprehend t, tam masculos quam fœminas. l. si quis id quod ff de iurisdict. omn. iudi. l. 1. de verb. signi. & ibi plenè dixi. cap. si quis suadente. 17 q. 4. & dixi in tract. de pacifi possess in princip. Ideo quando abbatissa confert beneficia, ex priuilegio, eidem poterunt nominationes dirigi & quod abbatissa conferat beneficia est text in cap dẽ lecta. de maior. & de obedien & in cap. dilecto. de testib. tener in proprijs terminis Cardina in c. cum dilectus. a. q. col. 5. de consuetu. doct. in cap si de concess. præben Maleret in tract de electi n s. limita fol. 21 col. 3. Roch de Curte in tract. de iure patro q. 1. in verbo competens. vbi pulchrè concludit etiam meretrici posse competere iuspatronatus rationibus, multis, quas ibi videte licet.

Hodie in Francia quædam matres istorum. episcopulorum, & abbatum, regunt, & recipiunt reddittus episcopatuum, & abbatiarum, & inter claustra religiosorum re sident, & mala quæ non aud o exprimere ibidem committuntur, quibus Deus opti. maxi prouidere velit oramus, de i stabilitate prælatorum regni. & et tunc pessimo tegimine al bi abundè tractabo.

20 Sexto, an capitulo dirigi possint nominationes? & breui respon. quod sic, quando collatio beneficiorum ad illud spectat, quia & mandatum pot st dirigi c ram re. de rescript. c. si capitulo de conces. præbend. in 6. dixi in §. præ fatique ordinarij. in glos. qui. cunque. de colla.

21 Septimo, quæro an comprehendantur is qui confert iure deuoluto text. in dicto §. si quis vero. hoc exprimit, ibi prouisiones ac dispositiones illorum ad immediatum superiorem deuoluantur, qui eisdem personis modo præmisso qualificatis prouidere teneantur: & si contra venerit, ad alium superiorem deuoluatur prouisio, & præsentatio huiusmodi gradatim, donec ad sedem apostolicam fiat deuolutio, &c. Ecce ergo quomodo superior iure deuoluto tenetur eisdem conferre personis, quibus tenebatur inferior ante deuolutionem. igitur si beneficium erat conferendum regulari b. s per primum conferentem, religiosis conferri debebit per secundum ad quem est facta deuolutio, si nominatis conferre d bebat primus, & secundus tenebitur eisdem prouidere, alioqui non valebit collatio in contrarium facta. text. elegans in clem. vna. de supplen. negli. præla. glo. in §. si quis. in verbo similiter. de colla. in prag. quia res transit cum suo onere. l. alienatio. ff de contrahen. empt. c. si quis lai cus. & ibi glos 16. q. 1. tum quia subrogatum debet sapere naturam eius in cuius locum subrogatur. l. si eum §. qui iniuriarum. 22. ff. si quis cautio. tũ quia ius eligẽdi transit

m 4 cum

Nota de necromantico.

Fœmina an nominationes dirigi possint.

Capitulo an nominationes dirigantur.

Iure deuoluto conferens nominatis & graduatis tenetur prouidere.

cum eadem qualitate. Romanus sing 478. pone quod arbitrium, quod facit pro consulibus Montipessulani, qui intra certum tempus habent eligere doctorem licentia, tum, aut nobilem in primum consulem: vt si intra id temporis non elegerint, deuoluatur collatio ad proximum superiorem. id est ad gubernatorem, qui debebit eligere eosdem, quos consules tenebantur, videlicet doctorem, aut nobilem, licet grauare hoc faciant.

Ro. per consulibus Montispessulani.

23 Item qui in alterius locum succedunt, eo debent iure vti, quo ille vti debeat. Regula, is qui de reg. iur in 6. vt pote si monachi de gremio eligere debebant, & non eligant, ad superiorem fieri deuolutio cum eadem qualitate Ioan. Andr. in mercuria. in regula contra eum. de reg. iur. in 6. Alber. in l. in contrahenda. ff. illo titu. Roma. in repet. l. si verò. §. de viro. fallen. 20. ff. soluto matrimon.

24 Facit quòd si alicui est relicta res cũ hoc onere, vt nõ possit eam alienare, ille potea ad quem transiuit per ius accrescendi, etiã non poterit eam alienare l. vna. §. sin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. Ias. in repet. l. re coniun ti. col. 2. nu. 3. ff. de laga. 3.

Ro. transit cũ suo onere.

25 Item si posteriori creditori fiscus successerit, eo iure vtetur quo is vsurus erat, cui successit. l. non intelligitur. §. si posteriori. ff. de iure fisci. facit lex prima. §. is etiam. vt legato, seu fideicom. nom. cauea. Praeterea si quis habeat expedire actum cum consilio alicuius, & ille delegauerit actum, delegatus tenebitur requirere consilium, sicut primus tenebatur. text. in c. cùm in veteri. notab. 3. de elect. Panor. idem dicit in iudice, ibi, quem sequitur Feli in c. cùm dilecta. col. 12. ampl. lia. 7. de rescrip. vbi iudex ecclesiasticus supplens negligentiam iudicis secularis. debet procedere summariè, sicut se-

26 cularis tenebatur. Adhæc subdelegatus eiusdem debet esse qualitatis, sicut delegatus. cap. statutum. §. in nullo. de rescrip. in sexto. & eadem tempora concedi debent sub delegato, quæ delegato vel ordinario, qui delegauit. l. si iudex, cui certa. ff. de iud.

27 Consequens est, quòd si nobilis colligat pedagium supra pontem, & eo destructo alius reficiatur, idem vectigal poterit exigi, cum pons censeatur esse constructus cum eadem qualitate, sicut primus erat Bald. in l. si plures. col. 4. ver. vidi dubitari. C. de conditio. insert. & in l. 3. de priuileg. fisc. Ma lerer. in tract. de elect. fo. 47. in 5. quæst. Vlterius res transit cum sua causa, suisque vitiis l. Pompo. §. cum quis. & ibi Ioan. Crotus plenè in 1. notab. ff. de acquiren. possess.

Refecto ponte vectigal impositum debetur.

28 Non absimile est, quod si patronus propter negligentiam perdat potestatẽ præsentãdi, tamen superior conferens non potest aliter conferre, quã natura beneficij requirat, vt pote si sacerdos debeat præsentari per patronũ, episcopus sacerdoti conferre debebit. Ioan. de Selua in tract. de benefi. in 3. parte. q. 49. & Boer. in addi. ad Mendag. in tract. de elect. c. 1. in F. primæ partis.

29 Et idem si patronus tenebatur præsentare aliquem de familia fundatoris. Postremo si testator dederit formam distribuẽdi bona sua ad causas pias, & executore negligente deuolutio fuerit facta ad episcopum, is debebit exequi secundum formam à testatore traditam, quia licet sit à persona recessum, non tamen à forma. ita expressè tenet Bal. in l. si puella. C. si mancipium ita fuerit alie. vt manu. Barb. in ca. venerabili. col. 3. de offi deleg. & in cap. possessiones. col. 2. de rebus eccle. non alienan. Corser. in singu. incip. consilium. & sic episcopus, vel archiepiscopus etiam iure deuoluto beneficia conferens, tenetur conferre iuxta concordata. faciunt multa alia quæ hic possem congerere, quæ adduxit Felin c. 1. versi. declar. nu. 9. de rescrip.

30 Fallit quando ille, à quo deuoluitur, tenebatur, aliàs non, ideo, si ab episcopo extra regnum sit deuoluta potestas ad archiepiscopum regni, non tenebitur conferre graduato vel qualificato: quia cum beneficium extra regnum non habeat onus nominationum, nec archiepiscopus in illis habebit aliquod onus, quia res transit cum suo onere, quando habet: alioqui sine. l. alienatio. ff. de contrahend. emptio. Initium enim est spectandum. glo in ca. dudum. 1. de electio. & postquam primus conferens non est grauatus, nec secundus. probatur. in §. si quis vero. de collat. in concor. facit quod legatus non potest conferre beneficia extra prouinciam vacantia, etiam deuoluta ad prælatũ suæ prouinciæ. glos. in §. visum, in verbo, legatorum de collatio. in pragma. & latius Brunel. in tract. de dignita. legat. in 19. conclus. in 2. declarat.

31 Octauo, quæro an is ad quem collatio iure deuoluto spectat, alteri quàm nominato vel graduato conferat, puniri debeat pœnis contentis in d. §. fina. de colla. in concord. vbi suspenditur à collatione beneficiorum per octo menses? & videtur quod non, quia d. §. loquitur de collatoribus ordinariis, & sic videtur intelligendus de his qui primo loco conferunt cum omnis actus debeat regulariter intelligi de primo l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sing. c. non potest de præb. in 6. & vtrobiq; dixi. & quia pœnæ sunt restringendæ l. cum quidam ff de libe. & posth. l. at si quis. §. diuus Marcus. ibi, pœnam tamen in eum statutam non es-

Declaratio §. f. de collat. in concorda.

32 se. ff. de religio & sumpt. funer. In contrarium videtur d. §. fi. qui omnes collatores astringit ad candem pœnam. etiam in §. si quis verò, præcipitur vt sic conferant, & cum ista qualitate. Ideo clausula i fine posita ad omnia referetur. l. tal. scriptura. §. fin. ff. de leg. 1. dixi in repe. l. vnic in glo. & non ex qui busdam. C. de sententiis quæ pro eo quod

interest

intereſt. Nec obſtat ſi dicatur quòd eſt ſecũdus collator, quia eidem conferre debet ſicut primus, vt ſupra dixi. ideo cùm ſit collator eadem pœna aſtringetur, cùm tex. nõ loquatur de primo, nec de ſecundo potius quàm de alio, ideo omnes comprehẽdentur quia indefinita æquipollet vniuerſali. ca. vt circa. de elec. in 6. Item quia diſpoſitio §. fin. redderetur fruſtratoria, ſi non comprehẽderentur illi qui iure deuolut conferunt, & nunquã conferrent graduatis, ergo pœna ad illos extenditur, quia etiã in pœnalibus licita eſt extenſio, quando diſpoſitio legis vel ſtatuti poſſet reddi illuſoria l. 1. §. pecuniam. & l. ſeq. ff. de calumnia. ſequitur Iaſ. in d. l. cùm quidam. in fin. huic tamen opinioni contradicit dictus. §. fin. ibi, quibus graduati & nominati debitè, &c. cui ſtandum eſt. poſſet tamen alterã opinio ſubſtineri, quando nullus eſſet nominatus, vel graduatis, vel ſi non inſinuaſſet, tunc collator alteri conferendo non puniretur, per ea quæ notat Bonifacius in d. c. le vna in fin. princi. vbi dicit, quando non inuenitur aliquis idoneus ad regimen. eccleſiarum vacantiũ, tũc recipitur alius, vt poteſt ſi religioſus ſancti Benedicti debet eligi, & nullus inuenitur idoneus ibi, tunc ex alio monaſterio aſſumi debet alius, arg. cap ſi. pro defectu. de elect. & no. in c. cùm ſingula. in fi. de præb. in 6. Nam deficientibus idoneis. inhabiles admittuntur. l. vt gradatim. §. 1. ff. de muneribus & honorib. & hoc procedit tam in primo collatore quàm in eo qui iure deuoluto confert. c. graue. de præb. & ibi notatur.

33 Secundò, fallit in Papa is ſibi retinuit in §. declarantes. de mandat apoſtoli. in concord & quia plenã in beneficiis habet poteſtatem cap. 2. de præb. in 6. & ſi Papa nollet conferre qualificato, poſſet quis impetrare tacita qualificatione. glo in §. quòd ſi quis, in verbo pontificem. de colla. in prag. ſequitur. Ioan. de Serua in tract. de benefi. in 3. parte. q. 50. in fi. Illud tamen eſt ſuperuacaneum, quia non ſolet Papa recuſare collationes idoneis peritiſque, cùm ſit liberalis. c. ſi. de rescrip.

34 Nonò, dubitatur an nominationes poſſint dirigi patronis laicis? videtur quòd ſic, per d. §. ſi quis verò. vbi vult omnes teneri cuiuſcunque ſtatus aut dignitatis ſint, ſed iſta verba comprehenduntur tam laicos quàm clericos. glo. in l. promittendo. ff. de iure dot. quàm ad hoc not Barb. conſil 23. ſapientiſsimus. columna quarta, in 2. volum. & conſi. 21. clementiſsimum. columna 4. in 4 volu. & conſi. 41. immortalem Deum. col 2 eodem volu. gloſ. in verbo conditionis in extrauagan. ad reprimendum. quomodo in læſæ maieſt. crimine proceda. Item ponderatur verbum cuiuſlibet dignitatis, in d. §. ſi quis verò poſitum. quòd exponit glo. d. in clem. 1. in verbo. quibuſcunque. de iud. vbi exponit cuiuſcunque dignitatis

Patroni laici an poſſint dirigi nominationes.

eccleſiaſticæ, videlicet vel mundanæ, etiam ſi imperiali, vel regali præfulgeat dignitate ecce ergo & illuſtres & non illuſtres clericos, & laicos comprehendi ſub hoc verbo cuiuſcunque dignitatis, & illam gloſ. ſingu. not Barb. conſi. 1. colum. 22. in 1. volu & d. conſi. 23. col. 4. in 2. volu & conſi. 87. illud: columna 5. & conſi. ſeq in 3. vol. ac conſil. 41. illud. col. 2. in 4. vol. & conſi. 18. colum. penul. in eodem volu. Curtius in tracta. de feud. in 4. parte. in fi. Hippoly conſil 80. qui cuncta. nu. 17. & ſeq & conſi. 84. nume. 29. facit text. in l. 1. § 1 ff. vt lega. vel fideicomm. nom caue l raptores. in fin. C. de epiſco. & cleri. Tertiò facit cle. dudum. verſic. huiuſmodi. ibi, quibuſcunque & quomodocunque. de ſepul. Quartò, facit text. in §. fin in authent. 4 de hære. & falcid collat. 1. vbi ſic dicit, hæc omnia obtinere ſancimus, in omni perſona, & poſtea declarat, ſiue priuata, ſiue militari, ſiue ſacerdotali, ſiue imperiali, ſiue alterius cuiuſlibet cõmunem namque in omnibus hominibus hanc legem imponimus, quem tex ad hoc ponderat. Barb. conſi. 88. illud referam. col. 5. in 3. volu Quintò, facit glo ſingu. in cle. 1 de re iud. vbi dicit quòd hæc dictio quæcunque, includit ſpirituales, vel quaſi criminales, ciuiles. & mixtas. ſequitur Barba conſi. 21. clementiſsimum. col. penul in 4 volu. & conſi. 41. immortalem colũ. 2. volu eodem. Sexto, ſuccedit cle. 1. ibi, cuiuſcunque ordinis & conditionis exiſtant de ſenten. excomu. ſequitur Barba conſi. 47 clementiſsimum. colũ 3 in 4. vol c. ne a. iqui. de priuile. in. 6. In cõtrariũ me inclinant ſequentia, primo quia in d. § ſi quis vero & §. præterea. exprimuntur patroni eccleſiaſtici, ergo patronos laicos non videtur comprehendere, ſed excludere argu. c. qualis 25. diſtin. l. cum prætor. ff de iud. ne laici à fundatione eccleſiarum retrahantur. c. decernimus. 16 q. 7.

Quis dicatur patronus eccleſiaſticus, vel laicus.

35 Et dicitur patronus eccleſiaſticus quando ius patronatus ſpectat ad eccleſiam ſeu ad perſonam eccleſiaſticam intuitu eccleſiæ, not. in c. dilectus de offi. leg. ſiue io ſpectet ad laicum, ſiue ad perſonam eccleſiaſticam ratione perſonæ. vt pote quia clericus ſuccesſit patri, vel conſanguineo, dicetur patronus laicus, vt not. in c. 1. & c. ex inſinuatione. & c. dilectus. de iure patron. & c. 1. de rebus. in 6. I. no. in c. dilectus. 3. col. 2. de præbend. & ſi patronus laicus donauerit iuſpatronatus eccleſiæ, efficitur eccleſiaſticum teſte Deci conſi. 542. præſuppoſita. nume. 8. per no. in c. vno. de iure patro. lib 6.

36 Secundo probatur, verba generalia non comprehendunt patronum laicum, niſi exprimatur. ca. 2 ibi, quacunque authoritate munitus ſit. de præbend. in 6. licet gloſſ. ibi contrarium teneat, quàm communiter reprobant doct. ibidem, & Lapus allegat. 96. beneficia Fel. in c. in noſtra. correla 18. de reſcrip. & in tract. quando literæ apoſtolicæ,

licæ. Roch. in tract. de iure patro. in verbo, competens alicui. q. 24.

37 Tertio, Papa potest ritum iudiciarium & ordinem quo ad suum forum tollere. glo in cle. dispendiosam, in verbo, vsuris. de iud. ergo etiam poterit grauare patronos suos, videlicet ecclesiasticos. non laicos: & quia ista non fuit intentio, Papæ nec regis, cum tantum voluerint grauare patronos ecclesiasticos, ideo illos expresserũt, aliás expressissent laicos. c. ad audientiam, de decimis.

38 Quartò, reseruatio facta generaliter per Papam de beneficiis, non trahitur ad beneficia iurispatronatus laicorum. c. 2. de præbend. in 6. Roch. in d. tract. de iur. patr. in verbo competens.

39 Quinto, præcedentia declarant sequentia, & contra. l. hæredes palàm. §. sed & si notan. ff. de testa. sed in præcedentibus §. & in sequen. in d. titu. de colla. fit mensio de patronis ecclesiasticis tantum, ergo non comprehenduntur patroni laici.

40 Sexto, legatus non potest conferre beneficium spectãs ad præsentationem patroni laici. c. cum dilectus. & ibi plenè notat. de iur. patron. multò minus vniuersitates hæc grauare beneficia poterunt, nec nominationes ad dictos patronos laicos dirigere. hoc enim esset falcem in alienam messem apponere, contra. c. nouit. de iud. & istud est verius. Fallit quando patronus donasset ius patronatus ecclesiæ, tunc naturam aliarum rerum ecclesiæ assumeret. tex. in c. dilectus in 3. & ibi not. Panor. de præbend. & eo casu diceretur patronus ecclesiasticus, non laicus. c. vno. de iure patro. in 6. Item non possunt dirigi clerico habenti collationem cum laico, vt plenè declaratur infrà. q. 15. ver. tertio non, &c.

41 Decimo, quæro, an prælato habenti priuilegium ne quis possit conferre sua beneficia. possint dirigi nominationes? videtur quòd non quia frustra dirigerentur. si beneficia nominatis non teneretur conferre. Contrarium est verius, quia & si priuilegium hoc à Papa concessum fuerit post concordata, debet tamen restringi & modificari secundum concordata, videlicet, vt nullus possit conferre beneficia, quorum collatio libera est. secus ergo in beneficiis iam affectis graduatis, & nominatis. & ita recipitur hoc priuilegium in parlamentis Franciæ, saluis qualificationibus & regni restrictionibus, ac modificationibus concordatorum, vt vidi recipi quædam à senatu isto, quod facit contra cardinales Franciæ talia habentes indulta, vt nominatis & graduatis iuxta concordata prouidere habeant, vt superius dictum extitit.

prælato habenti priui. ne alius sua beneficia cõferat. nominationes an dirigi possint.

42 Vndecimò, quæro, an illis qui habent ecclesiam in commendam, possint nominationes dirigi? Respon. cum habeant canonicum titulum. ca. dudum. in 2. de electio. possunt illis dirigi nominationes, sicut habentibus titulum, maximè in hoc regno, in quo omnes commendæ dantur ad vitam, vt dico in tract. de pacif. possess. ins. amplia. & hæc commenda cum libera potestate maximè solet fieri cardinalibus, secundum Panor. in c. cùm nobis olim. no. vlti. de elect. ideo dicebat Alcia. in l. pactum curatoris. C. de pac. quòd potest cardinalis dissipare fructus beneficij dati in commendam, sed hoc reprobaui in interpre. c. postulastis. de cleri. excommuni. minist. & nouissimè D. Probus apud Io. Mo. in c. nemo. de elect. in 6. & hodie multi habent beneficia ad commendam tantum, non vt ecclesiæ seruiant.

Commendatarijs an possint dirigi nominationes.

43 Duodecimò, quæro, nominationes directæ sunt episcopo Magalonen. eo mortuo aliquis possidet episcopatum de facto, alter verus episcopus non est in possessione. an ille, qui est in possessione, teneatur conferre beneficia qualificatis? videtur quòd non, quia non est collator ordinarius. de quo in §. præfatique ordinarij. de colla. Contrariũ dicerem, quia hic non debet esse melioris conditionis quàm verus collator. c. qui cum. de præbend. in 6. l. Seruius. ff quod vi aut clam. Item si imponatur onus episcopo Bononien. & aliquis sit in possessione episcopatus de facto, is idem tenetur ad onus. Paul. in propriis terminis, in l. inter quos. §. si dominus. ff. de damno infecto. vbi plus dicit, quòd si committatur causa episcopo Parisien. videtur commissa illi, qui est in possessione. Allegat Ant. de But. in c. per venerabilem. in 6. no. per illum text. qui filij sint legi. vide in decisio. Rota. 7. duobus, &c. in rub. de iud. Et an prælatus, qui iurauit soluere nomine prælaturæ, teneatur facta renuntiatione episcopatus. tradit Bal. in c. venerabilem. col. penul. de electio.

Quid est in possessione an teneatur conferre nominatis.

44 Decimotertio quæro an coadiutori possint dirigi nominationes, & is nominatoprouidere teneatur? Respon. aliquando datur coadiutor dementi, furioso, aut alij in totum impedito, & tunc cum ipse coadiutor possit conferre beneficium propter diuturnam vacationem, quia nescitur quando recipiscet episcopus, vel morietur. l. ambiguitatem. C. de vsufruct. argu. l. inter bonorum. ff. de administratio. tutor. & tunc possent dirigi episcopo & suo coadiutori. nam licet coadiutor non possit alienare. c. 1. in fi. de cleri. ægro. lib. 6. tamen cum collatio beneficiorum sit alienatio necessaria, poterit per hunc coadiutorem fieri, quia voluntaria tantum prohibetur, inter. quas mul tum refert. l. alienationes. ff. familiæ hercis. l. 1. de fundo dotal. non alienan. Oldrad. consi. 44. quæritur si episcopus. glos. in §. ordinariis. in verbo iurisdictio de colla in prag. Aliquando coadiutor datur suspecto de dilapidatione, vt in c. venerabili. de offic. deleg. vel leproso. c. tua de cleric. ægro. vel datur alteri impedito exercere officium propter

Coadiutori an nominationes possint dirigi.

propter infirmitatem aut senectutem.c.ex parte. de cleri.ægro. & debet esse perpetuū
45 impedimentum c.1.de cleri.ægro.lib.6.Et dicitur perpetuum,licet tolli possit per diuinum miraculum. c.fraternitatis. de frigi. & maleficia. & tunc si coadiutor datus est ad spiritualia & temporalia, videtur habere generalem & liberam potestatem. c.1.in 7.q.1.& c.quamuis sit triste.& c.petisti. ibidem c. grandi. de supplen.negli.prælat.in 6.& hoc casu non confert beneficia, sed episcopus confert cum consensu coadiutoris.argu.c.ecclesiæ.§.fi.de supplen. negli. prælat. in 6. Archi. & Philip.in d.c.1.sicut nec curator adulti nuptias contrahit. argu. l.in copulandis.C de nup. & aduerte quòd ex causis supradictis datur episcopis inuitiis, & aliis superioribus à solo Papa. d.c. vnico de cleri.ægro.in 6. inferioribus vero datur coadiutor ab eo, qui habet potestatem instituendi, & destituendi.c. 1.& 3.de cleric.ægrot. episcopus tamen vel archiepiscopus potest cum consensu capituli assumere sibi coadiutorem,vel cum assensu maioris partis, non capitulo inuito.d. c.vno. de cleri. ægro. lib. 6.vbi vide. & licet his coadiutoribus non essent directæ nominationes,tamen ipsi tenerentur prouidere iuxta mentem concordatorum. Primò,quid sit coadiutor. secundò vnde dicatur. tertiò quis detur.quartò cui detur.quintò qualis detur.sextò per quē.septimò, quod sit eius officium octauò quæ potestas. nonò an expiret potestas coadiutoris mortuo illo cui datus fuit.decimo an detur inuito. vndecimo cuius expensis alatur. duodecimo an plures vni, vel vnus pluribus dari possit. has quæstiones vide lucidè tractatas per Card.in d.c.fi.de cleri.ægro. vbi etiam Ioā. Andr.& alij tractant.vide ibi,si lubet.

Quid potest dici perpetuum, quod potest tolli per diuinū miraculum.

De coadiutore vide hic multa notabilia.

46 Decimoquarto quæro, præsuli ab hostibus vel schismaticis capto, vel exuli,datur vicarius à Papa in temporalibus & spiritualibus vsquedum durat impedimentum. c.si episcopus. de supplend. negli.prælat.lib.6. cle.1.de foro competen.nonne huic vicario generali possint dirigi nominationes? Respon.sic copulatiuè,videlicet episcopo Aurelianensi,& eius vicario.& is etiam tenetur nominatis prouidere. & graduatis, sicut episcopus si esset, tum quia tertia pars est affecta,vt dixi supra: cum etiā quia collator est,& quia omnem curā debet gerere quam ageret prælatus,si præsens esset.c.1.& c.quamuis.7.q.1.sic consuluit Oldra consil. 208.quoniam ex tempore.col.2.dicens posse beneficia conferre,quando esset à Papa constitutus.secus si ab alio.per c.ecclesiæ.§. fin.de supplen.negli. præla.lib 6.quia procurator Cæsaris potest hæreditatem adire, quod non potest alterius procurator.l.1.§. vlt.ff.de offi.procu.Cæsar.l.per procuratorem.de acquir.hæred.& sic iste vicarius tenebitur etiam secūdum formā concordatorum prouidere,licet eidem non essent directæ nominationes, sed episcopo tantum, dummodo insinuatio eidem facta fuerit, instar eius qui successit in episcopatu,qui etiam tenetur prouidere nominatis, cum sit episcopus, & episcopo fuerunt directæ nominationes. quæ dignitas transit in successorem.c.quoniam abbas.de offi. deleg.& non moritur.c.si gratiosæ.de rescri.lib.6.

Vicario an nominationes dirigi possint.

47 Et hic vicarius bene potest conferre beneficia etiam episcopo. secus in vicario ab episcopo constituto, quia cum iure episcopi conferat,non posset eidem episcopo conferre.c.per vestras.de iure patro.inter enim institutum & instituentem debet esse discrepantia. c.fin. de insti.Soci.in l.1. §.si autem.ff.ad Treb.sic consuluit de Ripa,cons. 23. Iulius col.2.lib. 2.respod.sed substitutus à vicario habente potestatem substituēdi potest vicario conferre,quia substitutus capit potestatem ab episcopo, non à vicario. c.non indiscretè.de procurat.vbi glos. dicit, quod substitutus censetur esse à domino datus.text. in c.1. de offi.vica.in 6.& ibi docto. Auriol.in addi.ad de monte lauduno,in c.super eo.de præbend.in 6. docto. in cle.religiosus. post glos.ibi,de procura. dixi in glo conferre. in §.præfatique ordinarij.de collat.vide ibi.& pleniùs quàm alius istam vicariorum episcoporum materiam tractaui in praxi beneficia. titu. de vica.archiep.episc.

Vicarius quādo episcopo beneficia conferre possit.

48 Decimoquintò dubitatur, quia ecclesiæ cathedrali vacanti datur quandoque procurator cum libera potestate administrandi in spiritualibus & temporalibus, & hic solet à Papa dari, & dicitur visitator. c.is cui.de elect.lib.6. Alexan.per illum text.in c.obitum.n.61.dist.& is potest conferre beneficia spectantia ad collationem episcopi,secundum Perus. & alios ibi,an huic possint dirigi nominationes? Et breui respond. quòd sic,quia omnibus collatoribus ecclesiasticis possunt dirigi, sicut est hic.not.Panor.in c.cum nobis. vlti. not.de elect.& is visitator & administrator tenebitur conferre secundum qualificationes prædictas, etiam si nominationes essent directæ episcopo suo prædecessori.& ita seruatur.

Visitatori an dirigantur nominationes.

49 Aduertendum est,quod licet capitulum vacante sede non possit beneficia conferre. c.illa ne sede vacan.quia in fructibus computatur collatio. glo.in c.cum olim.de maior.qui debent reseruari futuro successori. c.quia sæpe.de elect.in 6.& cle. penul.illo titu.nec potest recipere resignationem alicuius beneficij animo permutandi, quia recipere resignationem, gratiosum est,& episcopale. c admonet.de renun.c. quæsitum.de rerum perm.& ea quæ sunt gratiæ & dispensationis, non deuoluuntur ad capitulum.Inno.& Bal.& c.cum olim.de maior.facit quod notat Panor in cap.verum. colum. 2. de foro competen. Nec poterit capitulum

Capitulum vacante sede non confert nominatis.

capitulum sede vacante recipere professiones. vt doct. scribunt in cap. licet. & ca. porrectum. de regula. tamen ne diutina vacatio contingat, poterit facere administratorem seu vicarium, qui poterit prouidere de beneficiis, quorum collatio est necessaria. Panorm. in d. cap. cùm nobis olim. col. tertia. qui tenebatur prouidere iuxta qualificationes positas in concordat. videlicet nominatis, vel graduatis simplicibus, prout est ibi expressum. Ioan. Andr. in c. si vno. ne sede vacan. lib. 6. Et isti administratori poterit fieri insinuatio, vt infrà dicam,

50 & quando ecclesia patitur defectum ministrorum, vel alia subest causa rationabilis poterit etiam capitulum beneficia dare in commendam. Card. in d. c. illa. in fi. hoc plenè tracto in praxi benefic. faciendo regulã cum limita. in titu. de ublatio. Hoc simpliciter tenet Præpos. in c. presbyteri. in fi. 24. distinct. Imò etiam sine alia causa poterit capitulum sede vacante beneficia vacantia commẽdare, & œconomum ponere, donec per superiorem fuerit prouisum, quod est sing. secundum Panorm. & Perus. in c. bonæ. de appellat. & miror quod non seruetur. Et an taciturnitas beneficij faciat collationem huius visitatoris nullam sicut legati, dicitur in c. fi. de offic. leg. lib. 6. quòd non tenet Auriol. in addit. ad Guliel. de monte land. in d. c. is cui. vide ibidem. & archiepiscopus an possit dare hunc visitatorem, quod sic, cum causæ cognitione, & vocatis quorum interest. in c. fi. de supplen. negligen. præla. in 6.

Capitulum cõmendari beneficia potest.

51 Decimosextò quæro, an nominationes directæ capitulo, comprehendant singulares canonicos? Et in hac quæstione facias casus sequen.

Nominationes directæ capitulo an comprehendant singulos canonicos.

Primus est, quòd nominationes directæ capitulo, non comprehendunt singulares canonicos, nisi vice capituli conferrent. per tex. elegantem. in c. cùm in illis. §. fin. & c. fina. de præben lib. 6. quia aliud est capitulum, aliud singuli. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. vbi libertus vniuersitatis potest vocare in ius sine venia singulos de vniuersitate, licet non vniuersos. & actor vniuersitatis, non dicitur actor singulorum. l. 2. ff. quod cuiusq; vniuersita. nec procurator vniuersitatis dicitur procurator singulorum, nec vnius facultatis solius dicetur procurator, per supradicta, quia etiam quod vniuersitati debetur non debetur singulis. l. sicut ibidem.

52 Secundus casus est quando nominationes diriguntur capitulo singulisque canonicis cum clausula coniunctim vel diuisim, tunc comprehenduntur singuli canonici, qui conferunt vice capituli per menses vel heddomadas, per d. c. fina. Idem si non conferant. vice capituli, sed vt antiquior canonicus ex fundatione beneficij collationem habet, tunc etiam adstringitur, quia ratione canonicatus de capitulo est. Panor. in c. pro illorum. de præbend. in glo. vlti. per cap. eam te de resc. in 6. ibi, de capitulo ipso esses, &c.

53 Tertius casus, quando collatio spectat ad canonicum iure speciali, ratione fortè dignitatis, aut alia, non vice capituli, tunc nominationes capitulo etiam cum clausula coniunctim vel diuisim directæ, non adstringunt illum singularem canonicum. glo. & doct. in d. c. fi. Dom. de Rot. decis. 49. nota in diœcesi, de conces. præb. in antiq. & deci. 10. sub rub. de conces. præben. in antiquior. quia non intendit Papa grauare alteram dignitatem extra capitulum, per ca. cũ in illis. §. si verò. illo titu. lib. 6. Ideo est necesse quod nominationes expressè illi dignitati dirigantur, vel mandatum glo. in titu. de colla. in §. statuit. in verbo spectat. Nam habentes dignitatem in ecclesia de iure non sunt de capitulo, nisi aliàs sint canonici. soli enim canonici faciunt capitulum, & vnum corpus cum episcopo. c. nouit. & c. quanto. de his quæ fiunt à præla. Panor. in 3. nota. c. auditis. de elect. & in d. c. dilecti. not. primo. de maiori. Dec. in c. eam te. 2. no. de rescript. nam ratione illius dignitatis non est de capitulo, sed ratione canonicatus, vt dicit Panor. in c. auditis. de elect. glo. in §. 1. in verbo collegium. de elect. in prag. quare so-

54 lent dirigi nominationes decano & capitulo, singulisque canonicis, & personis ecclesiæ, ac dignitatibus, vt vidi fieri ideo si alicubi reperiantur habentes dignitatem sine canonicatu habere vocem in capitulo, illud est iure speciali quare si nominationes dirigantur capitulo, etiam communiter vel diuisim, non comprehenditur iste habens dignitatem. glo. in d. §. statuit, quia episcopus potest esse vt canonicus in capitulo, & tunc antiquior canonicus cum præcedit, quia non censetur ibi tanquam episcopus. glo. in c. à collatione. de appellationi. in 6. igitur insinuatio (vt infrà dicam) facta capitulo non ligat istum episcopum canonicum, nisi fiat illi sub episcopatus qualitate, & singulariter. Domi. Blas. Auriol. in repet. cap. eam te. nume. 545. cum sequen. de rescrip.

Not. bene quomodo debeant dirigi nominationes.

35 Vltimò, quæro an sufficiat dirigere nominationes capitulo, non exprimendo caput? Respondeo non, sed sic debent dirigi, decano & capitulo c. cùm inter. de consue. in suprascriptione, ibi, decano & capitulo, vel præposito & capitulo c. bone. in 2. ibi præposito & capitulo. de postulat. prælat. vel Archidiacono & capitulo. c. cùm nobis olim. ibi, Archidiacono & capitulo Capuano. de elect. Et hoc verum est, quando istæ personæ sunt capituli caput. c. eam te. & c. ex parte decani. de rescrip. vbi Anto. Panor. & alij notant, quòd appellatione capituli non potest comprehendi caput principale ipsius, nisi specialiter nominetur per

An sufficiat dirigere nominationes capitulo non exprimendo caput.

c. post

c.post electionem. de concessio.prebend. vbi probatur contra, vide ibi Imol. & in rub.de his quæ fiunt à prælat.sine consensu capituli. facit.c.inter corporalia.ibi,decano & capitulo Audegauen. de transla. episcopi.c.constitutus.de rescript.cap. proposuit.in suprascriptione. de concess.præb. cap. dilectus.3. de præbend.cap. fin.§.1.de rebus eccle.non alienand.in 6. Ideo si quis impetret beneficium ad collationem capituli spectans, non comprehendetur, si spectet ad prælatum, quia prælatus non comprehenditur sub capitulo. vt notat.in cap. si.de simo.cap.post. electionem.de concessio.præbend.hoc pulchrè prosequitur. Collecta.in cap.ecclesia.columna sexta.versicu. quid si quis impetret. de sortileg.tamen si sit expressus episcopus & capitulum, valebit rescriptum, vel mandatum, quia caput & membra sunt expressa. cap.nouit.de his quæ fiunt à præla.& sic putarē valere mandatum & nominationes, si dirigantur capitulo, vel episcopo & capitulo, seu abbati & capitulo, licet non exprimatur aliis, quia non possunt esse duo capita in vna ecclesia, ergo sufficit exprimere episcopum & capitulum, & ista ratio scripta est in antiq. in d cap.post electionem.facit c.dilectus.2. de præbend.Imol.in procœmio decre.Greg. colum.2.& ibi plenè Feli.sed beneficia quæ decanus confert ratione suæ dignitatis, vel altera, quæ est caput capituli, nisi conferat coniunctim cum capitulo, non comprehenduntur, secus si caput exprimeretur, vt decanó & capitulo Pictauen.communiter & diuisim, &c.

56 Et sicut appellatione capituli non venit prælatus.per iura prædicta, ita appellatione vniuersitatis non venit rector, nec appellatione ancianorum venit vexiliter iustitiæ, qui est caput ipsorum, & ista est communis doctrina secundum Bárb. in 1.nota. in d cap.ex parte. vbi limitat in fauorabilibus appellatione capituli & largè, prælatum venire, per glos.singu.in clemen.vt hi qui.in verbo, in eisdem.de æta.& qualita. facit.c.cum consuetudinis ibi, capitulo Parisien.& cap.cum venerabilis. ibi, conuentui Corbiensis monasterij de consuet.cap. ecclesia vestra.ibi, Rothomagensi capitulo. & cap. Cumana ibi, Cumanensi capitulo. &c. vt præteritæ.& c.cum inter vniuersas. de elect.vbi in suprascriptionibus patet, & per Panor. & Feli.in procœmio decreta.& per Barba.in tract.de præstan.Cardina.in q. 7.partis.1.col.2.& in cap.1.col.10. de iudic. & clemen.2 col.31.de elect.c. dilectus.in 2. de præbend. Etiam dicerem in receptione facti sufficere exprimere capitulum, licet caput non exprimatur, per text.in d.capitu. post electionem vbi est casus expressus. Et sic patet quibus dirigi possint nominationes, quia collatoribus ordinariis habentibus collationem trium beneficiorum ad minimum aliis verò collatoribus non habentibus collationem trium beneficiorum nō dirigentur.d.§.prælatique ordinarii.nec patronis laicis, vt dictum extitit.

Rector an vniuersitatis appellatione comprehendatur.

57 Postremò quæro, si collatio spectet ad episcopum cum consilio & consensu capituli, an nominationes dirigi debeant, tam capitulo, quàm episcopo? respond. episcopo tantum esse nominationes, vel mandatum dirigendum.per text.in cap.vno.§.1.ne sede vacante. in 6.nam quando collatio spectat ad vnum cum consilio. & assensu alterius, ad illum solum spectat collatio, & non ad consentientem. per illum text.vbi hoc etiam docet Dom. & Perus. & in cap. cùm in illis.in si.de prabend. in 6.gloss.in verbo decem.in fi.§.non tamen.de collat.in Pragm.nam aliud est conferre, aliud consentire.l.aliud.ff.de regulis iuris.Ioh. Andr. in cap.à collatione.de appellatio. plenè Felin.in cap.eam te.col.13. versicu.si papa.ibi, præterea.de rescript.plus dicens non videri collationem spectare communiter cum illo, qui habet consentire, sed est propria episcopi, vt consului. Item nominationes diriguntur collatoribus, & patronis ecclesiasticis, & hi grauari tantum possunt.§. præfati.1.de colla.in concord.& quamuis vt grauentur consentientes non sint collatores, tamen diriguntur eis mandata, & nominationes alia in sequentibus dicentur. de his hactenus.

Quæstionis nonæ Epitomæ.

1 *Exprimenda in nominationibus.*

2 *Beneficia per nominatos possessa sunt in nominationibus exprimenda & nume.3.*

Pluralis locutio duorum numero, & non minore contenta est: nisi identitas rationis aliud inducat.3.

3 *Constitutio loquens in plurali an habeat etiā locum in singulari.*

4 *Nominati an teneantur exprimere dignitates.& nu.5.*

5 *Beneficij nomine continetur præbenda, & quodcunque aliud beneficium: non tamen hospitale.nume.9.*

Distributiones quotidianæ non veniunt nomine beneficij.

Procurator constitutus ad acceptandum beneficia etiam curata, acceptauit & dignitates.

Expressio generis tantum valet in suo genere, quantum speciei in sua speice.19.

7 *Error in nominationibus an eas vitiet.*

8 *Vicaria an sit exprimenda in nominationibus & an hospitalia.nu.9.*

10 *Nominatus an teneatur exprimere in sua nominatione leprosariam vel eleemosynariam.*

11 *Possidere & tenere quid significent.*

Possidens beneficium de facto, illud in nominationibus debet exprimere.

12 *Mentio de possessis non pacifice an in nominationibus facienda sit. & nu. 13.*

Verba cum effectu intelligenda.

13 *Indefinita aequipollet universali.*

14 *Beneficia de novo collata necdum possessa in nominationibus an exprimenda.*

Qualitas iuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi.

15 *Mentio in nominationibus an sit facienda de beneficio unito.*

16 *Negans se possidere quis probare debeat.*

17 *Spoliatus an teneatur illud beneficium quo fuit spoliatus, in nominationibus exprimere. & nu. 18.*

18 *Actionem ad rem qui habet, rem ipsam habere videtur.*

Delinquendi materia auferri debet.

19 *Beneficia in genere an sufficiat exprimere in nominationibus.*

20 *Beneficium quod quis desiit dolo possidere, teneatur exprimere in nominationibus.*

21 *Beneficium de novo possessum in nominationibus exprimendum.*

22 *Possidens unam rem beneficij, an beneficium dicatur possidere.*

23 *Numerus beneficiorum est exprimendus in nominationibus, etiam si extra regnum sint. & nu. 24.*

25 *Beneficia etiam extra regnum possessa, in nominationibus exprimenda.*

26 *Nominatus an teneatur exprimere beneficia quae habet in commendam.*

Commenda est titulus canonicus.

27 *Beneficia quae quis habet ad nutum superioris, an vere sint exprimenda in nominationibus.*

28 *Intellectus cap. postulasti de rescript.*

29 *Expellantur medici valoris an teneatur quis exprimere in nominationibus.*

30 *Tantum beneficium quod habebat tempore impetrationis nominationum non succurritur, licet illud postea resignaverit.*

Vitiosum semel, tractu temporis non convalescit.

31 *Vacationis tempus quando attendatur in nominationibus: & quando tempus datae nominationum. 44.*

32 *Verus valor beneficiorum in nominationibus debet exprimi & quare.*

Praesagus puniendus.

Ignorantia in facto alieno est probabilis.

33 *Forma & substantia debet ad unguem servari.*

34 *Nominationes in quibus verus valor non est expressus, an iure subsistant.*

35 *Valor beneficiorum in impetrationibus quare exprimendus.*

36 *Gallorum stylus quoad expressionem valoris beneficij.*

37 *Bursales constitutiones Galli reprobant.*

38 *Valor verus beneficiorum dicitur deductis oneribus & impensis.*

Habere proprie dicitur quis, quod ad eum pervenit deductis oneribus.

39 *Pensio an exprimenda in nominationibus.*

Pensio non venit appellatione beneficij & est quid temporale.

Constitutio debet ex limite rationis ampliari.

40 *Valor temporis vacationis non attenditur.*

41 *Nominationes dantur habenti beneficia usque ad ducentos aureos.*

42 *Distributiones quotidianae an computantur in valore beneficiorum.*

43 *Decima papalis non solvitur ex distributionibus.*

44 *Verus valor quando non est expressus an nominationes valeant.*

Gratia per vacationem & realem provisionem fortitur effectum.

Tempus examinis conditionis attenditur in conditionibus.

45 *Modica omissio in nominationibus facta non viciat.*

46 *Beneficium quantum valeant in lite exprimendum est.*

47 *Nominandi an valorem quem expressit, probare teneatur.*

Creditor probare tenetur pecuniam numeratam, quando debitor negat.

48 *Valor maior expressus an vitiet nominationem.*

49 *Qualitas beneficiorum in nominationibus exprimenda.*

50 *Beneficium obtentum quod sit curatum exprimi debet.*

51 *Nisi cura accessorie annexa sit.*

52 *Mentio beneficij curati in specie, non in genere fieri debet.*

Generalitas obscuritatem parit.

53 *Beneficium quando dicatur curatum.*

54 *Qualitates notabiles beneficio de facto inhaerentes debent in nominationibus exprimi.*

55 *Dioecesis in qua situm est beneficium, an sit exprimenda: vel dioecesis originis.*

56 *Extero in regno non debet provideri.*

57 *Oriundis facilius providetur quam exteris.*

58 *Consueta debent exprimi.*

Mentio in rescriptis ad beneficia non debet fieri nisi de his qualitatibus quae a iure reperiuntur expressae.

59 *Exprimenda etiam, si collatio non redderetur difficilior.*

Minor an possit acceptare beneficia curata si

60 *sit idoneus tempore vacationis.*

61 *Nominationes sunt gratiae quasi expectativae.*

62 *Secularis ad regularia an possit nominare.*

63 *Potestas nominandi censetur ordinaria.*

64 *Expectans apostolicus praefertur nominato etiam antiquiori.*

65 *Intellectus l. fin. C. de testa. milit.*

66 *Dispensatus ad beneficium curatum tenetur promoveri.*

67 *Gradus, ante primam tonsuram habitus an prosit.*

Et quid in nominationibus.

Quaestio

Questio ix. principalis.

Quæ sint in nominationibus exprimenda. 1 NONO principaliter quæritur, quæ sint in nominationibus exprimenda? Respond. sex, quæ inferius annumerantur. primò beneficia per nominatos possessa. §. volumus. rub. de con. supra. Ratio est, vt vniuersitates instruantur, an impetrantes nominationes habeant duas præbendas in ecclesia cathedrali, collegiata, aut metropolitana, seu dignitatem cum præbenda, aut beneficia alia vsque ad ducentos florenos auri de camera. nam his casibus non debet vniuersitates nominationes istis concedere, nec collatores eisdem prouidere. ordina. regiis Ludoui. 12 primò publicatis ita cautum est, articulo. 7. quæ est in aliis ordinationibus in rubr. *des graduez.* simples, articulo quinto. & probatur in ca. ad aures. & cap. si proponente. de rescript. vbi quis tenetur in impetrationibus apostolicis exprimere beneficia, quæ habet, etiam si vnū minimum haberet, dicto cap. si proponente. & cap. si motu. de præbend. lib. 6. & cap. non potest ibidem. nam. hoc non est tacendum, quòd posset mouere concedentem ad non concedendum, vel is ipse concedere nollet, si sciret. c. super literis. & cap. postulasti. & ibi plenè doct. de rescript. De hac expressione in impetrationibus Apostolicis facienda, multa tradit Felin. in c. in nostra. de rescrip. quæ reassumit de Selua, in tracta. de beneficio. in 3. parte. q. 11. & sequen. dico in forma mandati Aposto. in glos. pro expressis. vbi trado triginta quæ debent exprimi in impetrationibus, & in mandatis Apostolicis. ibi plenè licet videre.

Beneficia in nominationibus exprimedebent. 2 Primò, quæro an teneatur exprimere beneficium, si habeat tantum vnum? Videtur quòd non, quia tex. in dicto §. volumus. loquitur in numero plurali, beneficia, &c. Ergo in vno nō habebit locum, quia pluralis locutio, duorum numero, & non minori contenta est, regula pluralis. de regulis iur. in 6. capitul. is cui de præbend. eod. libr. l. falsa. §. final. ff. de conditionib. & demonstrationi. Item mandatum papæ de prouidendo alicui de beneficio spectante ad collationem quorumcunque, non habet locum in beneficio spectante ad collationem vnius, puta episcopi, sed in eo quod spectat ad collationem plurium, puta episcopi cum capitulo. sic consuluit Bald. consil. 42. factum tale. in 3. volu. Item iuri exosum est habere plura beneficia. cap. quia nonnulli. de cleri. nan re sid. cap. quia in tantum. de præbē. & facilius prouidetur habenti vnum tantum, quā duo. c. is cui. de præb. lib. 6.

3 Contrarium teneo, quia quando est eadem ratio in vno, sicut in pluribus, tunc lex vel statutum loquens in pluribus, habet locum in vno, vel si loquatur in plurali, habet locū etiam in singulari, & contra. l. ait prætor. §. negotia. sic accipere debemus, siue vnum siue plura. ff. de negot gest. l. 1. §. item hoc edictum. licet singulariter scriptum sit, si tamē plures interuenerint, qui tutores non erant, tamen locum habere debere Pompon. scribit, quod falso tuto. l. singularia. ibi, quòd in duabus personis recipitur, hoc & in eadem persona recipiendum. est. ff. si cert peta. facit l. hæredes. §. cum ita ad Trebellia. l. prætor. §. homines. vi bono. rapto. Ias. in l gallus §. quid si is. in 1. lectura. ff. de liber. & posthu. plenè Felin. in c. omnes leges. 1. distinct. cap. accepta. de appella. Item facit quòd si papa mandat prouideri de beneficio in ecclesia Parisien. si pro aliis non scripserit, non habebit locum mādatum, etiam si pro vno tantum scripserit, text. & ibi Bald & Imo. in capitu. mandatum. de rescript. Archid. & Domi. in cap. quamuis. 1. de præben. lib 6. dico in forma mandati Apostolici in glos. si pro alio. facit text iuncta. glos. in ca. quia propter. de electio. Et sic satis per supradicta respondetur ad contraria, quòd regulariter pluralis locutio non verificatur in vno, per iura adducta pro prima parte, nisi identitas effectus, & rationis aliud inducat, & sic intelliguntur iura nouissimè allegata. Ita concludit Ias. in d l. gallus. §. quid si is. colum. a. ff. de lib. & posthu. Deci consil. 471. ioridican. colum. vlti. & consi. 484. æquitati. Nec obstat verbum beneficia in d. §. volumus, positum. quia potest referri ad plures nominatos, videlicet quòd quilibet nominatus teneatur in suis nominationibus beneficium quod habet, vel beneficia, si habeat plura, exprimere. & hoc innuit verbū nominati, & verbū per eos, & verbū teneatur posita in d. §. volumus. & sic singula singulis referemus, vt testatur glos. faciendū esse, in c. si quis pecunia. 79. dist. & c. cum singula. de præb lib. 6 glo. in l. qui futurū. ff. de pact. vel expone, vt infra dicetur.

Constitutio loquens in plurali an habeat etiā locum in singulari.

4 Secundò quæro, quid si nominatus obtinuerit dignitatē, vel personatū officiū seu administrationē, an teneatur illa exprimere, vel vnū illorū? Videtur quòd non, quia tantum exprimit text. beneficia, ergo nō intelligetur de dignitate, vel præbenda. arg. cap. nonne. de præsump. quia tex expressisset si voluisset, vt expressit in §. præfati. in 1. de colla. Item quod non dicit concordatum, nec nostrum est dicere. l. si seruum. §. prætor. ff. de acquir. hæred. *An nominati teneantur exprimere dignitatem.*

5 Respon. verius esse beneficia in d. §. volu. mus largè accipi, vt cōprehendat omnia supradicta. & quodlibet aliud beneficium, sicut dicit gl. in regula, beneficiū de reg. iur lib. 6. gl. & doct. in c. si gratiosè. & c. si propter. de rescript. eo. lib & c. vno. de rer. permu. eo. lib. gl. in c. postulastis. de rescrip. tex. & ibi doct. in cle. vna de renuntia. etiā comprehend *Beneficij nomine continetur præbenda, & quodcunque aliud beneficiū.*

præhendere poteſt altaria. Barba. in cle. gratiæ. col. penul. de reſcrip. quando eſſent ſpiritualizata, vt noſtri dicunt ſecus ſi tantum ſonarent in vim legati pij, diſtributiones temen quotidiana appellatione beneficiorum eccleſiaſticorum nõ comprehenduntur Domi. conſil. 85. ſuper 1. dubio col. 3 glo. in extraua. execrabilis. in prin. in verbo beneficiorum. de præben. in extra. Iohan. 22. Et quis de iure in mandatis apoſtolicis, & in aliis impetrationibus tenetur exprimere dignitates. c. ad aures. de reſcrip. Sic & in nominationibus, & nomine beneficij etiam continetur præbenda, per text. in cap. ſi quis dator. ibi, eccleſiaſtica beneficia, quæ quidam præbendas vocant. 1. q. 3. cap. pro illorum. de præben. cap. tua. de verb. ſignif. & deciſio Rotæ. vij. habens gratiam. de conceſ. præbend. in nouis. plene Domi. in cap. alienationes. col. 2. in 12. q. 2. 1. & etiam appellatione beneficij venit dignitas. gloſ. in cle. auditor in verbo beneficio. de reſcrip. & Barb. plene. in d. clem. gratiæ. ibidem. Fel. & Deci. in dicto c. poſtulaſti. Ideo vicarius generalis, cui eſt data poteſtas conferendi beneficia, poteſt conferre etiam dignitates. de Rota deci. vij. nota vtrum vicarius. de offic. vicar. in antiq. Fel. in c. cauſam. col. 10. nu. 52. ver. ſimiliter. de reſcrip. glo. & docto. in c. dudum. de præben. in 6.

Procurator conſtitutus ad acceptandum beneficia, etiã curata, acceptabit & dignitates.

6 Et procurator conſtitutus ad acceptandum beneficia, poterit acceptare curata, & non curata, etiam dignitates. Imol. in c. accedens. col. 3. de præb. quia talis conſtitutio tam quam fauorabilis eſt ita intelligenda, ſecundum eũ. Ideo ſufficit nominato conſtituere procuratorẽ ad acceptandũ beneficia, licet alia nõ exprimat, quod not. Fel. in c. poſtulaſti. col. 16. ver. facit etiam. de reſcript. Nec obſtat. quòd text. non exprimat in ſpecie. nã eſto ita ſit, tamen in genere ſic, cum appellatione beneficij veniat (vt dixi) omne beneficiũ. ideo tantum expreſſit genus. nã tãtũ valet expreſsio generis in ſuo genere, quantum ſpeciei in ſua ſpecie. l. ſi duo. ff. de adm. tut. aliòqui dixiſſent conditores qui omnia iura in ſcrinio pectoris habent. l. omnium. C. de teſta. c. 1. de conſtitut. lib. 6. & non vſi fuiſſent verbo generali beneficia, niſi ſciuiſſent omnia illa ſub illo verbo includi per adeptionẽ tamẽ ſecũdi beneficij factam per iſtum procuratorem non vacabit primum. de Rota deciſ. 17. habens gratiam. de reſcrip. in no.

Error in nominationibus an eas vitiet.

7 Quæro, quid ſi nominatus errauerit in ſui beneficij expreſsione, vt pote habebat beneficium ſancti Pancratij, dixit ſe habere beneficium ſancti Pancratij, an vitientur nominationes? Breui reſpondeo quòd non, quia error in ſyllaba non nocet. l. qui habebat. ff de manumiſ. teſt. nec error. in litera c. ex parte. & ibi Panor. & alij de fide inſtru. dummodo ſenſus non mutetur. c. inter dilectos. de fide inſtr. & idem dicerem in literis tonſuræ, & aliis per prædicta. Tutius tamen eſt, quòd reficiatur litera, & ſic vitabis proceſſus, ſed ſi refectæ non fuerint, non nocebunt. Si tamen erraret in nomine ſancti, non etiam vitiarentur nominationes, per glo. in c. quamuis. in verbo non extendit. de præbend. in 6. Cardi. in c. cum ſecundum illo titu. Fel. in c. ſignificauit. col. 2. de reſcr.

Vicaria an ſit exprimenda.

8 Tertiò, an comprehendatur vicaria perpetua, ad hoc vt nominatus teneatur exprimere eam in nominationibus, ſi eam poſsidet? Breui reſpon. quòd ſic, quia continetur appellatione beneficij, vt nota. ſuprà. & Feli. & alij in cap. poſtulaſti & Nicol. Milis in reperto. in verbo beneficium §. ſexto. Dominic. & Philip. Peruſ. in cap. ſi. de offic. vicarij. lib. ſexto. vbi dicit quòd poteſtas conferendi beneficia data vicario generali, comprehendit dignitates, & alia quæcunque beneficia, quum materia non ſit ambitioſa. & quæ dicuntur in beneficio curato, habent locum etiam in vicaria perpetua. tex. in cle. vna. de offic. vicar. late Panor. in cap. extirpandæ in repetitio. §. qui verò. de præbend. & ibi dixi hoc anno interpretatione illius §.

Hoſpitalia an ſint exprimenda in nominationibus.

9 Quarto, quæro an nominatus in ſua nominatione teneatur exprimere hoſpitale quod habet? Videturque quod non, quia hoſpitalia non veniunt appellatione beneficiorum. cle. 2. de præb. contrarium cõcludit gl. in §. item quod vniuerſitates. in verbo, beneficiorum, de coll. in pragma. dicens quod ſi nominatus exprimeret hoſpitale, non ſic de leui obtineret nominationes, vel fortè non obtineret, vt pote, ſi valeat ducentos aureos. & hoc tenet Brunell. conclu. 19 tractatu. de dignita. l. 4. decla. vbi dicit impetrantem beneficium à papa, vel à legato, teneri facere mẽtionem de hoſpitali, quia de omni eo, quod poſſet mouere papã ad denegandum vel concedendũ gratiã, faciendam eſt mentio in literis gratiæ. Sic concludit Nicol. de milis, in verbo beneficium. §. 9. vide glo. in clem. diſpendioſam. in verbo beneficiis. de iudic. vbi dicit, quòd licet appellatione beneficij non veniat hoſpitale, tamen quando parificantur eccleſiæ & hoſpitalia, quod. in beneficiis ſtatuitur, habet locum & in hoſpitalibus. probat. tex. iuncta glo. in verbo beneficium. in cle. vna. de rerum permut. vbi glo. extendit tex. loquentem in beneficiis ad hoſpitalia quæ conceduntur in titulum. & ibi ſequitur Card. q. 6. vide Fel. in c. de quarta. col. 3. & ſequen.. de præſcrip. multa tradentem de hoſpitalibus. facit tex. iuncta doctrina docto. ibi in c. 1. de eo qui mittitur in poſſeſ. vbi extendunt illum tex. loquentem in beneficio, ad hoſpitalia. & quando materia in qua profertur beneficium eſt proportionabilis ad hoſpitale, tunc comprehendetur hoſpitale, Barb. in c. ex literis. col. 3. & ſeq. de conſuetu. Fel. in c. in noſtra. in 23. correla. de reſcrip.

&

& in hanc opinionem facilè descenderem, quando daretur in titulum & esset ecclesiasticum, non temporale, quia beneficia ecclesiastica tantum sunt exprimenda in nominationibus, vt patet in dicto. §. volumus Multa hic possem effundere de hospitalibus, quæ licet videre per doctores suprà allegatos. & egoipse multa congessi in d. clemen. 2. de præb.

Leprosaria an sit exprimenda. 10 Quintò, quæro an leprosariam vel eleemosynariam teneatur nominatus exprimere? Breui per supradicta conclude quòd nó quando non erat beneficium ecclesiasticū, alioqui contra. cle. quia contingit. de religio. domi. vide quæ plenè dico infrà. q. 15. nu. 15.

Possidere & tenere quid significent. 11 Sextò, quæro si nominatus possideat beneficia, de facto sine titulo, an teneatur exprimere in nominationibus? Videtur quòd non, quia videtur cessare ratio text. ergo & dispositio l. quod dictum. ff. de pact. Item iste qui de facto tenet, non dicitur propriè possidere: quia verbum possidere ad ius refertur, tenere ad nudum factum. leg. possessio. ff. de acquirend. possessio. l. stipulatio ista. §. hæc quoque. de verb. obliga. Petrus Ferra. in pract. in prima forma libel. verbo 3. an dictus Ioan. &c. Alexand. consil. 55. in fi. in 6. volu 11. §. quod ait. ff. quorum legat. allego text. vltra eos. in l. 2. ibi possessores non conuenit appellari, qui ita tenent. C. de præscrip. triginta ann. & l. pe. §. 1. ibi, tenuerit ibidé. vide glo. in l. in rebus. C. de iure dotium nisi addatur quòd de iure tenere possit. glo. in c. gratia. de rescrip. in 6. Cōtrariū arbitror verius in odium violenti. c. cum qui. & ibi glos. de præbenb. lib. 6. Felin. post Ioan. And & alios in cap. in nostra. versicu. spoliatus, de rescript. P rouinciale omnium ecclesia. fol. 55. quia non interest vtrum iure legitimo possideant, an non. tex. in l. 1. §. nō quærimus. ff. si quis omis. causa testa. Alioqui stultus & intrusus esset melioris conditionis, quàm peritus, econtra d. c. cū qui. de præbend. lib. 6. Nec obstat quod non possideat, quia largè & in odium suū dicitur possidere, nec refert iusta vel iniusta sit possessio. arg. d. c. cū qui. l. 2. ff de interdict. glo. in verbo possidebunt. de colla. in pragm. §. item quod vniuersitas. hoc etiā tenet Card. in clem. 2. quæst. 5. vt lite pend. & quod tenere aliquando accipiatur pro possidere, est text. in c si beneficia. de præbend. in 6. ibi quæ illi tenebant antea. l. cum proponas. in 2. C. de pact. Dn. Paulus Parisius in cap. causam. col. penulti. de præscript. ideo dicit solennis gloss. in §. si tres de pace tenen. & eius viola Beatus qui tenebit. hoc refert gl. in regula cancel. 15. l. fin. C. de rei vendica. vide Lucam de Penna. in 1. colum. 3. C. de deserto lib. 12. igitur si vniuersitates sciuissent hunc scelestum alios spoliantem, eidem non concessissent nominationes. ideo illa taciturnitas vitiabit eas.

12 Septimò, quæro an de his quæ non pacificè possidet. teneatur in nominationibus facere mentionem? glo. in propriis terminis in §. item quod vniuersitates. in verbo possidebunt. de colla. in pragma. tenet quod non arg. c. licet. de præb. in 6. cap. commissa de elect. eo. lib. cle. si plures. de præbend. & in extrauagan. execrabilis. §. qui vero. Ioh. 22. quia verba sunt intelligenda cum effectu. l. 1. ff. quod quisque iur. cap. relatum. de cleric. non residen.

De possessis non pacificè, an sit mentio facienda.

Ex quo infert quod nominatus non tenetur facere mentioné de beneficio, cuius recredentiā habet, & pendet adhuc lis super pleno possessório, quia per re credentiā non efficitur quis pacificus possessor, quia per primum decretum in realibus non eon sequitur missus veram possessionem sed custodiam, aut, vt alij volunt, possessionem commutabilem, quia intra annum veniénti, & cautionem præstanti de parendo iuri debet restituere fructus. præceptos. l. si quis emptionis. in fi. C de præscript. 30. vel 40. anno. cap. pastoralis § præterea de offi. ordi. c. 1. & 2. de eo qui mittitur in possessio. hæc ille. Ego contrarium teneo, quia postquam de eo, quod possidet de facto, tenetur facere mentionem, vt suprà dixi, à fortiori & de illo, quod non possidet pacificè. Item tex. tantum dicit possessa. ergo siué fuerint possessa pacificè, siue non, oportet ea exprimere. Nam si voluissent tantū beneficia pacificè possessa esse exprimēda, hoc dixissent conditores. cap. ad audientiam. de deci. & quia hoc non dixerunt non est nostrum addere, ad tex. illud verbum pacificè Imo addens peccat in sanctum spiritū. Porcus, & ibi Ias. in §. 1. instit. de patria potesta. & in l. gallus. ff. de libe. & posthumis. Item indefinita æquipollet vniuersali. c. vt circa. de electio. lib. 6 l. si pluribus ff. de lega. 2. Et sic dum dicit possessa, debet intelligi quomodocunque siue pacificè, siue non. Præterea potest ea per sententiam declarari ad se pertinere, & pacificè postea possidere incipiet, & tunc haberet vltra ducentos flore nos auri de camera, & tamen impetraret nominationes, quod est prohibitū. Insuper fieret fraus legi, quia habétes beneficia vsq; ad valorem ducentorum aureorū, facerent sibi moueri litem super illis, & postea impetrarent nominationes, & accepérant alia beneficia. quod est prohibitum. Nec minus dicuntur possessa in effectu, licet sint litigiosa. not. per Cardi. in cap. de multa. §. 1. col. 1. de præb. & sic teneo, nec iura pro glo. allegata probant suam opinionem, nisi intelligas glo. in eo cui mouetur lis super possessorio, quia licet obtinuerit recredentiam, siue vt dicunt tenutam, adhuc non dicitur in hoc regno maximè possidere simpliciter, sed sub manu regia ideo non tenetur illud quod non possidet exprimere secundum quosdā, nos autē etiam dicimus teneri exprimere per suprà allegata & quando

staret per eum qui habet tecredentiã, quominus possideret, vt pote, quia non prosequitur litem super pleno possessorio, tunc potest dici possessor. hoc expresse tenuit gl. in §. itẽ ꝙ vniuersitates. in verbo possidebunt. de colla. in prag. quia paria sunt possidere, vel stare quominus possideatur. ar. cap. commissa. de elect. in 6. & tutius est exprimere. vide Alberi. in tractat. in prima parte. quæst. 177. item quæritur, &c.

14 Octauò quæro, cuidam collatum est beneficium, cuius possessionem nondum adeptus est, vult nominationes impetrare, an teneatur exprimere illud beneficiũ? Respondeo breui, non: quia illud nõ possidet, & beneficia possessa, tãtũ debent exprimi, quamuis per solã collationem ius quæratur absenti in beneficio c. si tibi, de præb. in 6. Innoc. in c. inter cætera. de prab. glo. in §. itẽ quod vniuersitates in verbo possidebunt. de colla. in prag. nisi in fraudem hoc faceret, & tutius & æquius est, vt mentionẽ facias, ne postea processibus inuoluantis, & hoc si scieris, alioqui diuinare nõ teneris. ar. l. si putator ff. ad leg. aquil. facit ca. gratia. de rescri. in 6. nã qualitas iuncta verbo, debet intelligi secundũ tẽpus verbi l. in delictis. §. 1. ff. de noxal. actio. sed istas qualitas, videlicet possessa, est iuncta verbo exprimere, ergo oportet ꝙ sint possessa tẽpore nominationis impetratæ. Nec refragatur, quòd in beneficialibus nõ consideratur possessio. c. 1. & per totum. de eo qui mittitur in posses. sed solus titulus. c. si tibi absenti. de præb. in 6. quia respon. hoc esse verum, nisi lex figat pedem super possessione, vt in ca. si á sede. de præb. in 6. & licet in mandatis & impetrationibus de iure ad rem sit facienda mentio, vt patet per Feli. in c. in nostra. de rescrip per illũ tex. tamen secus est in nominationibus, in quibus est expressum, beneficia possessa tãtũ esse exprimẽda, & sic nõdum acceptata, nisi fraus esset, vt suprà dixi. Quicquid dicant iuniores in hoc dicentes eandem esse rationem, & quia vniuersitates potuissent à concedendo retardare, & ista potuissent allegari conditoribus, sed text. iam facto volenti possessa tantum esse exprimenda nõ est addendum, & nõ possessa, & in certis nõ est tunc opus coniecturis. l. cõtinuus. §. cum ita. in fi. ff. de verb. oblig.

Beneficia de nouo collata non possessa exprimantur.

15 Nonò quæro an tam de beneficio principali, quàm de vnito sit facienda mentio in nominationibus? Respon. nõ de beneficio vnito. ar. c. super eo. de præbend. lib. 6. Ita expressè tenet Iohan. Brunel. in tracta. de dignita. leg in concl. 19. post glo. in §. item quod vniuersitates, in verbo qualitates. de colla. in prag. vbi limitat quando vtraque ecclesia esset æquè principalis, tunc vtraque debet exprimi, argu. cle. 1. de præb. ca. 1. de consecra. eccle. vel alta. Ancha. consil. 314. pro impetrante. Itẽ nec beneficio ignoranter sibi collato. c. gratia. de rescrip. lib. 6. nam is non possidet, qui ignorat. l. 3. §.

De beneficio vnito an sit facienda mentio.

16 Neratius. ff. de acquiren. pos. vt suprà dixi. Et aduertendum, est, ꝙ si nominatus neget se possedisse, id temporis videlicet dũ nominationes impetrauit, asserẽs cõtrariũ probare debet. l. 2. ff. de proba. Tamen si probetur nominatũ alicuius anni fructus illius ecclesiæ ante recepisse, præsumitur ꝙ illo anno possederit illud beneficiũ. singu. est dictum Bald. in addit. ad Specula. in tit. de proba. versic. sed quæro qualiter. quod est notandum teste Francis. Cremen. sing. 432. si probo. nil tamen interest, siue possideat ecclesiam existentem infrà terrã, siue suprà terram. l. peregrẽ. ff. de acquir. pos. siue per se, siue per alium, quia his possidet cuius nomine possidetur. l. quod meo. ff. de acqui. posses.

Negans se possedisse quis probare debeat.

17 Decimò quæro, an spoliatus suo beneficio in nominationibus teneatur exprimere id beneficium quo fuit spoliatus? videtur quod non. per §. volumus. de colla. in concord. vbi tantum tenetur exprimere beneficia possessa, sed non possidet illud quo fuit spoliatus. c. in literis. de restit. spolia. ergo illud exprimere non tenetur. Secundò facit qui de vno dicit, de alio negat. l. cum prætor. ff. de iud. c. nonne de præsump. ca. qualis. 25. distinct. Tertio est text. in cap. si tibi concesso de præben. in 6. vbi quando quis non recipit fructus, non dicitur habere beneficium, ad hoc vt primũ dicatur vacare per adeptionem secundi c. si propter de rescrip. in 6. & hanc opinionem tenuit glo. in §. item quod vniuersitates. in verbo possidebũt. de coll. in prag. Quarto, in concord. dicitur quod beneficia possessa exprimere beneficiatus tenetur. ergo non tenetur exprimere nõ possessa, & illa quibus est spoliatus.

Spoliatus an teneatur illud beneficium exprimere quo fuit spoliatus.

18 In contrarium facit ꝙ qui habet actionẽ ad rẽ ipsam, rẽ habere videtur. l. qui actionẽ. ff. de reg. iur. Et id apud se quis habere videtur, de quo habet actionem. habetur enim quod peti potest l. id apud. ff. de ver. signi. sed illud est per fictionẽ. Secundo per spoliationem non perditur titulus, nec beneficiũ. Panor. Imol. & Felin. in c. in nostra. de rescrip. Tertio in mandatis apostolicis, & aliis literis impetrationis spoliatus suo beneficio tenetur facere mentionem sui beneficij spoliati, quando intendebat illud prosequi. doct. in d. c. in nostra. Panor. & alij in c. cũ teneamur. de præb. ergo & in his nominationibus, cũ ratio diuersitatis nõ assignetur. Quarto habẽti beneficia vsq; ad valorẽ ducentorũ aureorũ, non dantur nominationes. §. volumus eo tit in concorda. sed is qui est spoliatus, habet saltẽ titulum, ergo &c. Quinto, auferri debet materia delinquẽdi. l. conuenire. ff. de pac. dot. sed posset nominatus procurare, vt spoliaretur suo beneficio, vt postea impetraret nominationes

&vig

& vigore illarum haberet beneficia, ergo, & tamen quando ſtat per aliquẽ, quò minus poſsideat, dicitur poſsidere. c. licet canon. & c. commiſſa. de electio. lib. 6. Sexto, vbi ſpoliatus pro uno beneficio accepit ſecũdum incompatibile pacificè, dicitur primũ vacare. Inn. & ali. in c. de multa. de præbẽ. ergo ante adeptionem ſecundi illud primũ habebat? Reſpondeo, aut quæris an ſpoliatus suo beneficio teneatur in nominatio nibus exprimere beneficia, quibus, vel quo fuit ſpoliatus, & dic quòd non per ſupra dicta in 1. parte, quia non ſunt poſſeſſa, & beneficia tantum poſſeſſa quis tenetur exprimere ſecundum concordatum, à cuius verbis non eſt recedendum. l. non aliter. ff. de lega. 3. & quoquo iure poſſeſſa ſint, non quærimus dicit text. in l. 1. §. nõ quærimus. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta. vbi etiam dicitur, ut fortè quaſi prædo poſsideat, teneri, fingens ſibi aliquem titulum poſſeſsionis quocunque modo lucriſaciurus quis ſit. Si tamẽ poſtea illud recuperet, & velit nũc petere beneficium vacans in vim nominationis, hoc non poterit, per d. §. volumus. vbi dicitur ꝙ ſi nominatus obtineat beneficium, quod ad valorem ducentorum florenorum auri de camera aſcendat, tunc beneficium petere, ſeu conſequi non poteſt. Ecce ergo quòd licet impetrauerit nominationes tempore ſpoliationis, ei non proderunt, ſi tempore vacationis obtineat beneficia vſque ad prædictum valorem, etiã ſi in nominationibus illud beneficium expreſſerit. Et ſic eſt cõcludendum quòd nominationes valent, etiam ſi nõ fuerit facta mentio de beneficio, quo fuit ſpoliatus: tamen ſi illud recuperauerit poſt impetratio nem nominationum, aliud beneficium ratione illarum conſequi non poterit, ſi illud beneficium vſq; ad valorem præſtitũ aſcenderet, alioqui cõtra. per prædicta. & ſic vides opiniones conciliatas, notes perpetuò, quia etiam hoc caſu vellem exprimere ad vitandam proceſſum.

An ſufficiat ex primere beneficia in genere.

19 Vndecimò quæro, an ſufficiat in nominationibus exprimere beneficiũ in genere, vt non obſtante ꝙ alia beneficia habeat? videbitur ꝙ ſic in c. non poteſt. §. vlti. de præbe. in 6. & quia tantum valet expreſsio generalis in ſuo genere, quãtum ſpecialis in ſua ſpecie. l. ſi duo. ff. de admini. tuto. Contrarium arbitror verius quia in concordã. §. volumus. dicitur quod nominatus tenetur exprimere beneficia, quæ habet, & verum eorum valorem. quod non faceret, ſi in genere exprimeret. & hoc tenuit gl. in §. item quod vniuerſitates. in verbo, qualitates. de colla. in prag. pro hoc facit textus in cle 1. de præbend. vbi non ſufficit expreſsio iſta generalis, vt animarum cura nõ negligatur. Et quòd non ſufficiat in genere exprimere. tradit Panor. & Deci. in c. ad aures. de reſcript. & cle. vlti. de officio ordina.

Felin. in c. in noſtra. de reſcript. Nec obſtat d. c. non poteſt, prout ibi docto. declarant. Et vide ſexdecim limitationes ad illam regulam d. l. ſi duo. per Bal. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. colum. 2. ff. ſi quis cautio. imò tenetur exprimere, etiam ſi motu proprio nominationes impetrarentur, vt diſſerit glo. in d. verbo qualitates. & Brunel. in tracta. de dignita. leg. 19. cõcluſi. 4. decla. 3. non tamen ſolent vniuerſitates ſic nominationes concedere.

De eo qui dolo deſiit poſsidere.

20 Duodecimò quæro, quid ſi dolo deſiit poſsidere aliquod beneficium, an illud teneatur exprimere? videtur ꝙ nõ, quia non poſsidet, & beneficia poſſeſſa tantum quis tenetur exprimere. Reſpond imò etiam ſi dolo deſiit poſsidere, quia is pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſiit poſsidere. l. is qui. ff. de rei vendi. & l. quod ſi dolo poſſeſſoris fugerit, damnãdum eum quaſi poſsideret. ibidem regula, qui dolo. & regula, parem. ff. de regul. iur. Iaſ. & alij in §. 1. inſtitu. de actio. & pro poſſeſſore. de regul. iur. lib. 6. & diſpoſitio loquẽs de poſſeſſore, habet locũ in eo ꝙ dolo deſiit poſsidere. Bar. in l. vna. C. de aliena. iud. mut. cauſa facta. Alber. in 3. parte ſtatuto. q. 154. Iohan. Andr. in d. regula pro poſſeſſore. Et Alber. ad verbũ refert in l qui dolo. ff. de regu. iur. & non minus delinquit is, qui nõ incipit poſsidere, quã is qui deſinit. l. 1. §. ſanè. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta. Et quid ſi lata culpa deſinat quis poſsidere, an comprehendatur. vide Ioan. Fab. & Iaſ. in §. omnium. inſtitu. de actio. Tenetur tamẽ dolum probare is, qui illum allegaret. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probationibus.

Beneficium de nouo poſſeſſum an ſit exprimendum.

21 Decimotertiò quæro, an beneficiũ de nouo poſſeſſum, per ſex menſes fortè, vel per aliud modicum tẽpus, ſit in nominationibus exprimẽdum? Reſpon. quòd ſic, dummodo tempore nominationum poſsideat, ſiue poſſederit longo tempore, ſiue nõ, ſiue poſſederit per annũ, ſiue minus: tum quia in concordat. tantum requiritur, vt beneficium poſſeſſum exprimatur, nõ diſtinguẽs de tempore: tum quia ratio concordato. locum habet, ſiue poſſederit per annum, ſiue minus, vtpote, vt vniuerſitates inſtruãtur, an ille qui impetrat nominationes, habeat vſque ad ducentos florenos auri de camera: ſed ille qui de recenti poſsidet beneficiũ habet id temporis vltra ducentos aureos, ergo oportebit illud beneficiũ exprimere. Nõ obſtat quòd poſsit moleſtari intra annum ſuper poſſeſſorio, quia fac eſſe, attamen hic non conſideratur ille euẽtus. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verborum obligation. nam de iure poteſt quis in beneficio perpetuo moleſtari, regula beneficium. de regulis iuris. in 6. capitu. cura. de iure patrona. gloſſa in verbo trienio. de pacificis poſſeſsionibus in pragmaticis. Et etiam in hoc regno Franciæ quis poteſt

molestari intra triennium, ergo ante triennium beneficium possessum quis non teneretur exprimere, si cósideraretur quòd quis posset molestari. Nec refragatur glo. in verbo pacifi: è. de pacifi. posses. in prag. vbi dicit quòd multi non reputant illum beneficia pacificè posidere nisi per annum posederit sine lite: cùm intra annum possit inquietari super possessorio retinédæ in casu saisinæ, & nouitatis, & beneficiú sequestrari ex stilo Fráciæ, per iura ibi allegatá: quia ibi recitat opinionem aliquorum, quàm nó approbat. vel ibi quoad titulum de pacifi. possess. non quoad nominationes. vel dic vt statim dicetur per gloss. in c. commissa. de elect. in 6. vbi oportet quòd aliquandiú possederit anteqnam dicatur pacifiè possidere, quia hoc est verú in casu illius capit. & c. licet canon. ibidé. nam posset quis ordinari. & postea auferretur ei beneficiú & cogeretur postea mendicare. c. diaconi. in 5. 93. dist. secus est in impetratione nominationum, quia si impetrat nominationes, & in eis exprimit beneficia quæ nunc possidet, si ascendant vsque ad ducentos aureos, vniuersitas recusabit. expectet ergo an beneficium euincatur, & postea nominationes impetrabit. Si verò nó ascendat vsq; ad summam taxatam, impetrabit & obtinebit nominationes. igitur expresio in nominationibus nullius, aut parui est nocumenti, secus in promotione vel adeptione secundi beneficii.

De posidente vnam rem beneficii.

22 Decimoquartò, quid si posidat vnam rem benefic:j, an beneficium dicatur posidere? respon. non, nisi omnia bona, vel maiorem partem rarum beneficij. c. 1. de restit. spolia. libr 6. & sic spectatur possesio rerú corporalium, & non tantum spiritualium, arg. 1. q. 3. c. si quis obiecerit. cùm spiritualiá non posideantur. c. conquestus. de foro competent Card. in clem. fi. quæst. 11. vt lite pendem. Nec obstat l. & si non totam. cum l. seq. ff. si quis omis. causa testam. quia hoc habet locum quo ad illum titulum, secus quo ad concord & mediocriter etiam doctus rationem diuersitatis luculēter ex his elicie. alia nunc missa facio.

Numerum beneficiorum exprimendum est in nominationibus etiam si extra regnum sint.

23 Secundò, requiritur quòd numerus beneficiorum exprimatur, vt in d. §. volumus. ibi beneficia, alio modo pōderando quàm supra, vbi si habeat beneficiá, & sic plura, vt probatur in c. is cui. de præbend. in 6. ea debet exprimere, cu sit maior ratio in pluribus, quàm in vno. capi. quia nonnulli. de cleri. nó resident. c. quia in tantùm, de præbend. nam plura possunt ascendere vsque ad ducentos aurei florenos facilius, quam vnum.

24 Primò quæro, pone nominatum habere vnum beneficium in regno, aliud extra regnum, an teneatur vtrunque exprimere? videtur quòd non, quia postquam nó potest ad illa, quæ extra regnum, sunt, nominari, ergo nec exprimere ea tenebitur. Idē de his quæ foris sunt, quid ad vniuersitates? arg. c. gaudemus. de diuer. Cōtrarium videtur verius, per illam rationem, vt vniuersitates sciāt, an is qui vult nominari, habeat vsque ad ducentos ducatos, siue ergo habeat extra regnū, siue intra, interest vniuersitatis nó concedere nominationes illi habenti beneficium, ergo oportet illud exprimere, cum sit eadem ratio. & eadem erit iuris decisio. l. illud. ff. ad legem aquiliá. & quia concordatum nó distinguit, nec nos. l. de precio. ff. de publicia. in rem actione.

Conclusio. Beneficia etiam extra regnum possessa, in nominationibus exprimi debēt.

25 Item tex. dicit, exprimenda beneficia, ergo vbicunque sint, dum tamen possessa sint à nominationes impetrāte. quia beneficiū est, ideò posui conclusionem. Beneficia etiā extra regnum possessa. in nominationibus exprimēda sunt, & si ad beneficia extra regnum nominationes cōcedi non valeant. Nec obstant in contrarium adducta, quia non est eadem ratio concedendi nominationes, & exprimendi. nam potestas limitata data est vniuersitatibus regni, vt nominent, ergo non debet extendi ad beneficia extra regnum. l. in agris. ff. de acqui rerum dominio. Sed habēti beneneficia prohibet concordatum concedere nominationes, nisi ea exprimat. dict. §. volumus si ergo habeat extra regnum, & non exprimat, non satisfacit concordato, volenti beneficium exprimi, ergo suæ nominationes non valebunt. Nec obstat dict. cap. gaudemus. quia loquitur de his quæ sunt extra ecclesiam, & non in casu isto, & ista opinio est tutior.

An nominatus teneatur exprimere beneficia quæ habet in commendam.

26 Secundò quæro, an nominatus teneatur exprimere beneficia quæ in commendam habet? & videbatur quòd non, quia ea videtur detinere, cum sit tanquam depositarius. glossa. in c. nemo. de elect. lib. 6. Videtur contra, quia non potest negari, quin ea posideat, siue in titulū habeat, siue in cōmēdam, siue vnum in titulum, & alterum in commendam. nam commenda est titulus canonicus. cap. dudum. in 2. de electio. dixi in tractatu. de pacificis possesso. in §. extensio. nam non quærimus quo iure posideat, sed an posideat. ita dicit text. in l. 1. §. non quærimus. ff. si quis omissa causa testa. Et sic tenetur nominatur exprimere beneficia quæcunque, siue ea habeat iure nominationum, siue mandatorum, vel alio modo, cum text. generaliter loquatur in d. §. volumus. vbi plenius scripsi.

27 Tertio quæritur, quid si ad nutum abbatis monachus vnum beneficium habet, & posidet, an teneatur illud exprimere, eo quod non est perpetuum? nó videbatur, quia beneficia perpetua esse debere testatur. c. præcepta. 55. dist. Itē facit c. postulasti. de rescri. vbi fit differentia inter titulū temporalem, & perpetuū, & alia multa quæ possem allegare, quæ tamen serio omitto.

Incon

Beneficia quæ quis obtinet ad nutum superioris, an sint in nominationibus exprimenda.

In contrarium me trahit, cùm hoc possit esse perpetuum, pro perpetuo iudicabitur, argu. l. fustem. ff. de conditio. indebi. imo si abbas ex malitia remoueret monachū, is ipse posset supplicari superiori abbatis, & ipsum superior debebit tueri, iuxta ser- ui. l. 1. C. de precib. impera. offerã. Innocen. in c. insinuatæ qui cleri. vel vouentes. gl. in §. & idem ordo. in verbo perpetuis. de colla. in prag. vbi concludit, hæc manualia etiam posse permutari citat Federic. in tra- cta. de permuta. benefi. q. 16. vide quæ dixi in tractatu de pacifi. possef. in sexta limita. Item hic non exprimit perpetua, ergo etiã nõ perpetua tenetur quis exprimere, quia de beneficio quod quis obtinet in titulum, debet facere mentionem de iure. c. si propo nente de rescrip. c. si motu. de præben. in 6. nec hoc casu ius distinguit, an sit tẽpora- le, an perpetuum: nec etiam nos distingue- mus l. precio. ff. de publicia. in rem actio ne ius ergo considerat an detur in titulum vel non, sed manuale datur in titulum. cle. quia regulares, de supplen. negli. præla. cũ ibi notatis, ergo de eo debet fieri mẽtio, & ita concludit in impetrãte apostolico, Cal- deri. consi. 9. an impetrãs. & idem in nomi- nationibus puto concludendum.

28 Nec obstat primùm, quia iam est ei respõ sum, nec c. postulasti. quia ibi fit differetia inter perpetuam & temporalem vicariam, non ratione temporis, sed respetu tituli, quia in temporali non datur titulus. secus in perpetua. notatur in c. cùm ex eo. de ele- ctio. in 6. & in c. si gratiose de rescrip. eod. libr. non tamen tenetur facere mentionem de loco collegiali, vbi in singulos annos datur victus tãtum vsque ad decem annos, vel aliud tempus, non perpetuò, vel si da- rentur fructus alicuius altaris vsque ad de- cem annos. Calder. consi. 6. an si episcopus. rubri. de præben. quia non est beneficium ecclesiasticum Idem Calderin. ibidem, cõsi. 30. an si sacristæ. secus si perpetua, vt dixi. suprà quando essent (vt dicunt) spiri- tualizata.

Capellaniam dici valoris an teneatur quis exprimere.

29 Quartò quæro, quid se habeat Capella- nias pauci valoris? Respondeo, tenetur ex- primere, per c. si motu proprio. de praben. in 6. quia hic dicit beneficia, ergo intelligit quæcunque beneficia, siue maiora, siue mi- nora. Et quæ dicantur maiora vel minora, arbitrarium esse dicit Geminia. cõsil. 85. su- per primo dubio. circa finem, sequitur de Ripa in c. ad aures. col. 1. de rescrip. licet ali qui cõtra teneant. Item parum & magnum in iure differẽtiam non inducunt. l. 1. § cùm dicitur. ff. si cui plus quàm per legem falci. l. quamuis minima. vt in possessio. legat. l. si proprietarius. de dam. infecto. Et quia be- neficium etiam modici commodi requirit residentiam c. cõquerente. de cleri. non re- siden. Oldrad. consil. 140. in ecclesia. col. 1. cũ singula officia in ecclesiis assiduitatem exigant personarum. capitulo ad hæc de præbendis.

Tacenti benefi- cia quod habebat tempore impetrationis no minationũ nõ succurritur, si id postea illud resignauerit.

30 Quintò quæro, quid si impetrans nomi- nationes tempore impetrationis habebat beneficium, quod in nominationibus nõ exprerssit, postea consultus resignat id, vel per sententiam amisit illud beneficium, quod non expresserat, demum aliud vacãs beneficium acceptat vigore nominationũ, an valeat? Videturq́ sic, quia in nomina- tionibus attenditur tempus vacationis, vt in concordat. §. volumus. vbi potest proui deri ei, qui nõ habet ducentos florenos aur. in beneficiis tẽpore vacationis. ita tenet gl. in pragm. in §. q́ si quis de collat. in hac sententia permaneo nũquam, quia quod semel vitiosum est tractu, temporis nõ con ualescit. regula est iuris. Sed nominationes ab initio fuerũt nullæ propter beneficium nõ expressum, ergo illa resignatio nil facit, quo magis nominationes valeãt maximè quando est defectus in substantialibus, vt hic. Deci. in regula, quod in initio. ff. de re- gul. iur. facit c. per nostras. &c. eo tempore. de rescript. in 6. c. de despon. impube. ibi- dem. tradit Specul. in tit. de rescrip. præsen ta. §. ratione autem impetrãtis. col. 4. versic.

31 quid si impetrãs. Nec obstat quòd tempus vacationis attẽdatur in nominationibus, verum est, quãdo nominationes semel va- lent. tunc enim inspicitur tempus vacatio- nis beneficij, an nominato sit cõgruens be- neficium nécne, id temporis, scilicet vaca tionis. sed quando sunt nullæ, non conua- lescunt postea, nec inspicitur tempus vaca- tionis. facit quod si archipresbyter non va lens habere copiam episcopi, resignauit in articulo mortis in manibus presbyteri re- cipientis resignationem nomine episcopi, & canonici statim elegerũt. post duos dies vita functus est archipresbyter, demũ epi- scopus electionem canonicorum cõfirma- uit, quòd nõ valet electio de beneficio non vacante, & sic nec confirmatio. Ioh. Andr. in regula non firmatur. de regul. iur. in 6. in mercurial. & ibi Philip. Perus. Item specia- le est in c. is cui. de præben in 6. vt quis pos sit dimittere beneficium, & postea erit ido neus. secus erit in aliis casibus l. ius singula re ff. de legi. & pro hoc est textus in c. du- dum §. nos igitur de præbẽ. in 6. & Iohan. Monach. in d c. is cui. hoc expressè tradit Archid. in c. si motu. in fi. de præbend. in 6. & idem in mandatis apostolicis concludit Compostel. in capitulo in nostra. colum. 2. de rescriptis.

Verus valor in nominationibus debet exprimi.

32 Tertiò, exprimitur in nominationibus ve- rus valor beneficiorum. dicto §. volumus. Oldradus consilio 216. circa Barbatias ca- pitulo ad aures. numero 40. de rescriptis. vbi dicunt in impetrationibus apostolicis valorem beneficiorũ exprimendũ. sic ergo erit in nominationib᷑, vt hic dicitur in tex. ra tio est vt vniuersitates instruãtur an is qui velit

velit obtenire nominationes, habear vltra ducentos aureos, vel vſque ad illam ſummam, & tunc eidem denegare poterunt, & debebunt nominationes, ſi nõ exprimeretur valor verus, hoc non poſſent ſcire vniuerſitates, nec diuinare tenentur, cùm nullus hoc debeat. l. ſi putator. ff. ad legẽ Aquiliam. Imò punitur pro ſagus. l. nemo. C. de maleſi. & mathe. & cap. contra. 26. quæſt. 5. Roma. ſingu. 660. tu ſcis, &c. & hæc ignorẽtia eſt probabilis, cùm ſit in facto alieno. l. fin. ff. pro ſuo. Secundò, etiam intereſt collatoris hoc ſcire, ne etiam impetratis nominationibus habenti ſummam ducentorum florenorum auri de camera prouidat, cũ non teneatur, ſed non habenti, vt in regula cancella. 61. & dicto. §. volumus de collatio. in concorda.

33 Adhæc, quia hoc præcipitur in cõcord. vt
verus valor exprimatur, & ſic hoc exprimere videtur de forma & ſubſtantia, quæ
debet ad vnguẽ ſeruari. l. cùm hi. §. ſi prætor. ff. de tranſactio. & l. 1. & ibi docto. ff de
libe. & poſthu. alioqui nominationes ſunt
ipſo iure nullæ. Panormi. in c. vlti. col. 2. de
34 præſumpt. vbi etiam Feli. Ego verò ſuſtinui concluſionem hãc, videlicet, Nominationes, quamuis verus valor in eis non ſit expreſſus, iure ſubſiſtũt. intellige ſi eo anno quo impetraui nominationes, propter ſterilitatẽ non valuit beneficiũ niſi viginti, & ego expreſsi eſtimatonem communem, videlicet quòd valebat quinquaginta, tũc puto quòd nominationes valebunt, vt infrà dico, cùm communis valor ſit attendẽdus. l precia rerum. §. fina. ff ad legem Falcidiam, vel ſi expreſſit beneficiũ eſſe pluris, quàm eſſet, quia quod pluris eſt, vtriq; tanti eſt. text. expreſſus. in l, cùm furti. ff. de in litem iurãd. l. in eo quod plus. de regul. iur & ibi Deci. Vide tamen Feli. & alios in c. ad aures. de reſcript. & infra. q. 7.

Concluſio. Verus valor quamuis in nominationibus non exprimatur, tamẽ iure ſubſiſtunt.

35 Et hodie ſtilus curiæ Romanæ inualuit, vt in interpretationibus beneficiorũ exprimatur valor. gloſ. & docto. in cle 1. de præben. Barba. & Feli in d. c. ad aures. Et hoc vt annata ſoluatur Romano pontifici. vt patet in tub. de anna. in prag. & in concor. & ita vrbanus 6. ordinauit, vt in deciſio. Rotæ cauetur, deciſio. xx. licet impetrãs. de præbendis. in nouis. & in regula cancel. 61.

36 Galli huncverum exprimendi ſtilum non
receperunt, imò licet beneficiũ valeat mille
aureis, non exprimunt valere, niſi 24. ducatos, ſic, cuius fructus, &c. 24. ducatorum
auri de camera ſecundum æſ. co. an. valorẽ
37 non accedunt. Dicunt enim burſales conſtitutiones in regno extirpandas. hæc tamẽ
nõ eſt burſalis quo ad nominationes. quia
ob hoc non dantur annata papæ, nec vniuerſitati, ergo verus valor eſt exprimendus
38 in eiſdem. Idem ſeruatur etiam in Francia
in vnionibus, vt verus valor tam beneficij vniti quàm vniẽdi exprimatur: de quo

Stillus gallorũ quoad expreſſionem valoris beneficij.

Burſales cõſtitutiones galli reprobant.

in regula cancel. 21. quod eſt notandum ſecundum Felin. in c. ad aures. colum. vlti. de reſcrip. Et per hoc dixi quod ſi quis habeat beneficium ducentorum florenorum auri & vltra, deductis tamẽ oneribus & impenſis, non ramanent habenti niſi centũ quòd ille poterit nominationes impetrare, quia verus valor eſt ei ad cẽtum, & ille eſt exprimẽdus ſecundũ concordata. Et hoc videtur concludere Bart. in eo qui impetrauit à papa. in l. quotiens. ff. ad legem Falci. Bal. in l. 3. col. 2. C. de ſtu lti. & litium expen. Feli. in d. c. ad aures. col. pen. conclu. 12. Iaſ. & ali; in l. nõ amplius. col. 2. ff. de lega. 1. & in l. illud. in princ. C. de colla. l. cùm quædam. §. fin. ff. de iuriſdict. omn. iudi. Deci. conſi. 59. ſtatutum. Feli. in c. ad noſtram. 1. poſt gl. ibi col. 2. de iureiurando. quia peruenire & habere propriè dicitur, quòd deductis oneribus ad aliquem peruenit. l. veniſſe. ff. de verbo. ſignifi. vbi ſcripſi. l. cogi. §. 1. ff ad Trebel. intellige tamen vt dico infrà eo. in 5. q vt hic intelligamus de alio onere, videlicet neceſſario quàm ibi. Item bona dicũtur æra alieno deducto. l. ſubſignatũ. §. 1. ff. de verborum ſignificatio. ſic & verus valor deductis neceſſariis oneribus dicitur. vide Callado. deciſio. 19. de præbend.

39 Primò, quæro an de penſione teneatur facere nominatus mẽtionem? Videtur quòd non, quia nõ venit appellatione beneficij. c. quamuis. 1. de prabed. in 6. c. ad audientiam in 2. de reſcrip. Itẽ penſio eſt quid mere temporale, quæ nõ poteſt permutariũ beneficio. c. vno. de rer. permu. lib. 6. & ibi not. docto. & dixi in tract. de pacifi. poſſeſ. in 18. amplia. Reſpon. quòd ſi data eſt in titulum tenetur eam nominatus exprimere, alioqui non. Ioan. Andre. & alij in cap. poſtulaſti. & c. ad audientiam. 2. de reſcript. Do. in c. ſi pauper. de præben. lib. 6. gloſ. in clemen. 2. in verbo quodcũque. de vita & honeſta. cleri. vbi concludunt in impetrationibus apoſtolicis exprimendã. idem ergo & in nominationibus dicetur. Et hodie quælibet penſio ſuccedit loco beneficij. quia ad vitam recipientis frequentius datur, ideò tenetur habẽs eam facere mentionem, etiam in mandatis apoſtolicis. glo. in regula cancella. 61. in fine. Ioan. Brunel. in tract. de gignita. leg. conclu. 16. declara. 4. & iſtud eſt æquitatis plenum, inſpiciendo mentem concordatorum, in quibus pauperibus volunt cõditores ſcholaribus prouideri, & non habentibus ad ducentos florenos beneficia. Et parum refert an habeãt in beneficiis, aut in penſionibus perpetuis. conſtitutio enim ex limite rationis debet ampliari, vel reſtringi. l. cùm pater. §. dulciſſimis. ff. de legatis ſecundò. Lanfrancus in tractatu: de interpretatione ſtatutorum, in interpretatione extenſiua in ſecunda concluſione. & ibi dixi in additionibus ad eum. gloſſ. in. §. item quod vniuerſitates. in verbo benefi

Penſio exprimenda eſt.

bobeneficiorum. de collationibus. in pragmaticis. dicit hoc esse æquum, licet pensiones non dicantur beneficia ecclesiastica, quę qualificatus tenetur in nominationibus exprimere: ideo dicerem ante factum supradicta procedere. vide in deci. capellæ Thol. q. 472. & Rotam decisio. 1. rubri. de præben. vbi dicit titulum super aliquibus bonis datum nō debere exprimi, quia non est beneficium ecclesiasticum.

Valor tēporis caritatis nō inspicitur.

40 Secundò quæro, beneficiū valuit hoc anno propter caritatem frumēti ducentis aureis, vel plus, aliis tamen annis nō tanti valuit, quæritur quid debeam exprimere? Respōd. quod communiter valet, exprimendum est per text. in §. fin. ibi, secundū communem æstimationem. de manda. apostolic. in concord. facit clemen. vltim. de deci. nec inspicitur, quòd plus valuit vno anno. l. precia rerum. §. fi. ff. ad legem Falci. nota. in l. 2. C. de rescind. vendit. dixi in repeti. l. vnicæ. in gloss. subtilitatem, in probatione interesse. C. de senten. quæ pro eo quòd interest. nota in c. r. de emptio. & vendi. & in clem. si beneficium de deci. Ideò posui conclusionem.

Conclusio. Habēti beneficia vsque ad ducentos aureos dantur nominationes.

41 Etiam habenti beneficia valoris ducentorum aureorū nominationes iuste dantur, hoc casu prædicto: quia de his quæ raro veniunt, non fit regulariter lex. l. ex his. ff. de lega. vel etiam intellige, vt supra eadem quæstione, dixi nu. 35. vide ibi.

Distributiones computantur in valore.

42 Tertiò, quæro an distributiones quotidianæ sint computandæ in isto valore? Videtur quòd non, sed fructus tantùm qui sunt soliti percipi de corpore beneficij, vt tenet expressè Ancha. in clemen. 2 de deci. Et illi grossi (vt vocāt) fructus computantur, qui veniunt in portatis, vt in propriis terminis est text. in regula cancel. 60. & quia distributiones quotidianæ non percipiuntur de corpore beneficij, sed ratione personalis seruitij, ideò non computātur in valore, teste Oldrado, consilio 118 ex virtute. de Bellamera consil. 74 supposito. in 4. dubio. Rotā decisio 8. quando interpretatur. de præbendis. in nouis Ancha. in clemen. vna q. 5. de concessio præbend. Feli. Deci & alij in dicto cap. ad aures. per c. licet. de præben. vbi appellatione fructuum & redituum non veniūt distributiones quotidianæ. vide tamen text. in extraua. etim nonnullæ. t.

Decima papalis nō soluitur ex distributionibus.

43 de præben. in communibus. Ideò decima papalis non est soluēda ex illis. gloss. in extrauaganti suscepti. in verbo consueuit. de elect. in extrauag. Iohan. 22. sequitur Geminia in consil. 85. super 1. col. penul. Itē mortuaria anniuersaria & quartæ non computantur in valore, teste Oldra consi. 216. circa primum. nisi tales redditus soleant quotannis locari pro certa pecunia. Feli. & moder. in d. c. ad aures. Gomes in tract. expecta. in §. forma. in fine. Sed ista licet sint iuris, tamen nominatus tenetur exprimere verum valorem etiam consistentem in distributionibus quotidianis, vt habetur in d. §. volumus. in concord. vbi hoc præcipitur, & sic hoc casu distributiones computantur, licet regulariter contra, per supradicta. vide Iohan. Andr. in addi. ad Specu. in rub. de concessio. præbend. col. 6. versi. demum quærebatur, &c.

Quando nō est verus valor expressus.

44 Quartò quæro, quidam impetrauit nominationes, & expressit in eis certum valorem sui beneficij obtenti, tamen id temporis, non erat verus valor, tēpore tamen vacationis alterius beneficij reperitur verus valor ille expressus, an nominationes valeant? Videtur & sic, nec ob hoc vitiantur, nam gratia per vacationem, & realem prouisionem sortitur effectum. argu. l. quoties, & seq. ff. de verbo. oblig. & l. si Calendis. de te iudic. item dicitur habere conditionem, argu. l. vnum ex familia. ff. de legat. 2. circa princip. & l. cùm ita. de optio. lega. l. 3. qui & à quib. manu. liber. & in conditionibus tempus extantis conditionis attenditur, l. eas. ff. de conditioni. & demonstrationi. l. si deportati. de legat. 3. & per ista sic cōsuluit Oldra. consi. 168. ad primam quæstionem. Sequitur Barba. in d. cap. ad aures. num. 48. Tamen contrarium tenet Bald. ibi, quòd inspiciatur valor temporis impetrationis. qualitas enim iuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi. l. in dilectis. §. 1. ff. de nox. actio. sic tenet gloss in §. item quòd vniuersitates in verbo præsentationis. de colla. in pragma. Ipseque huic sententiæ subscribo, quia non esset satisfactum text. volenti verum valorem exprimendum, nec poterat præsagire nominatus ad tēpus futurū. arg. l. si putator. ff. ad legē Aquil. Et ideò tēpus datæ nominationum quo ad hoc attendi debet, sicut in aliis rescriptis, ca. eam te. de rescript. c. si eo tempore. illo titu. in 6. Siue ergo fuerit auctus valor, siue diminutus post nominationes, nil obstabit, quia narratio est cōsideranda secundum tēpus impetrationis. Specu. in titu. de rescrip. præsentatio. §. ratione autē causæ. col. 2. versi. item quid si expressit. per text. & ibi Panor. in 3. notab. in c. quia circa. de consangui. Pitnè disputat Aucha. in cle. vna. q. 4 de concess. præbend. Nec obstant supradicta, quia loquuntur de gratia ad beneficia certi valoris, vt sit varietur valor, attendatur tamen tempus vacationis, sed hic loquitur de eo, qui expressit nō verum valorem beneficij quod obtinebat. quod secus est, quia tempus impetrationis debet inspici, teste Pau. in d. c. quia circa. Idem cōcludit Bal. consi. 491. Petrus de Fessa in 1. vol. in impetrante beneficium, ac si familiaris papæ esset, tamē tempore impetrationis non erat, sed tempore vacationis, secùs, vt beneficium isti nō debeatur. vide ibi multa allegata per quæ hic magnos possem reddere com-

Modica omissio in nominationibus facta est non vitiat.

45 mētarios: sed ibi licet videre. Imò si beneficium valeret decē, & ego solùm expressero nouem,

ro nonem, non ob hoc vitiantur nominationes in modico.arg.l.scio.ff. de restitu.in integr. & ita in gratia in forma pauperum concludit de Bella mera, in decisio. 601.in causa. & istud est æquum, maximè quando dolo non est factum.

Exprimendum est quantum in loco valeat beneficium.

46 Quintò quæro, scholaris habet beneficiū in Hispania, quod est redditus ducētorum ducatorum ibi, attamen vt pecunia deferatur huc, diminuuntur viginti aurei, an debeat exprimi, quòd valeat tantum cētum octoginta, an ducenta? Respondeo, debet exprimere verum valorem, videlicet quantum valet in illo loco vbi est. dicto §. volumus. Ancha. in clemen. vna. q. 6. de concess. præb. Et quòd debeat considerari locus in quo est beneficium, facit l. vinum. in fi. ff. si cert. peta. & l. vlti. de tritica. Et ita expressè consuluit Oldra. d. consi. 168. & ratio traditur ibi, quia actus cuius expeditio in certū locū cōfertur, in illo loco censetur celebratus. l. hæres §. vlti. ff. de iudic. l. contraxisse. de actio. & obliga. & quia in beneficio residere quis tenetur c. 1. & per totum. de clericis non residen. ideò valor illius loci in quo morari debet, inspicietur. quod est notandum, quia quotidie contingit. Et quid si plus valebat aureus in loco beneficij, quam in vniuersitate in qua impetrauit nominationes. vide Iohan. Andre. in addi. ad specu. in rubr. de concess. præb. col. penul. versi. ad aliam quæstionem. & docto. in l. cùm quid. ff. si certum petatur.

Nominatus an valorem quē expressit probare teneatur.

47 Sexto quæro an nominatus teneatur probare illum valorem quem expressit verū, si ab alio opponatur, non esse verum valorem? Videtur q̄ sic, quia impetrans omnia in supplicatione expressa probare tenetur. nec opponenti incumbit onus probandi. c. quia circa. & ibi Panor. in a. notab. de cōsangui. & affini. Feli. in c. constitutus. col. 1. de rescri. dicenti enim incumbit onus probandi. l. ei. ff. de proba. Contrarium teneo quia sufficit q̄ nominatus dicat beneficiū esse valoris centum aureorum, & non pluris, iuxta glo. in l. cum de lege. ff. de probat. quam sequitur Iason in l. fi. §. licentia. col. 1. C. de iure deliberan. Curtius consilio 27. col 8. versic. sed contra, &c. Et asserens plus valere oportet quòd probet. l. quotiens §. 1. ff. de proba. plenè Felin. in c. ex literis. col. pen. & seq. de proba. & hoc de facto dicit se habuisse Barb. in d. cap. ad aures. & obtinuisse secundū consilium Bal. licet ibi Panor. & aliqui videantur tenere contra, videlicet quod quando opponitur quod impetrans expressit falsum, tunc impetrans habet probare narrata, sicut creditor, quādo debitor dicit pecuniam non fuisse numeratā, probare debet l. 4. C. de nō nume. pecu. Si vero excipitur quod tacuit verum, tunc excipiens, qui alegat dolū, illum probare tenetur in c. 1. de litis contesta. in 6. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. & an patronus teneatur probare se præsentasse intra tempus à iure statutum, tradit Curtius in tracta. de iure patro. in verbo honorificum. q. 49. allegat Felin. in c. quod ad consultationem de re iudi. Aegid de bella mera consil. 41. suppolito colum. 2.

Valor maior expressus an vitiet nominationem.

48 Septimò, nominatus dubitans ne exprimeret verum valorem, expressit maiorem valorem, quia expressit suum beneficium valere centum, & non valet nisi quinquaginta, quæritur an nominationes sint nullæ, eo quòd non expressit verum valorem, videtur quòd sic per c. cui de non sacerdotali. de præbend. lib. 6. & per d. §. volumus. de colla. in concord vbi verus valor exprimi debet. sed verus non est expressus, ergo. Imò modicum mendacium expressum denigrat totum factum, nō enim dicitur modicus defectus, qui ex falsi expressione oritur. argu. c. auxilium. §. in dilectis. ff. de minorib. Bald. in c. si proponente. col. 1. de rescrip. In contrarium me trahit, quia quod pluris est, vtique tanti est. l. cùm furti. ff. de in litem iurand. l. in eo. & ibi amplè Decius de regulis iuris. ergo censetur verus valor expressus. l. 1. §. si stipulanti. de verb oblig. vbi Bart. & docto. Item si vniuersitates sciuissent minoris esse valoris, facilius concessissent, ergo illa expressio quòd erat pluris, non debet vitiare, abundans cautela non nocet l. testamētum. C. de testa. nam notarij & alij dictantes sic debent scribere amplè, vt tollatur malignorum specifica interpretatio, quia adhuc nō possunt nimis specificare specificāda. sunt verba antho. Butriga. in c. nimis. vlt. oppo. de excess. prælato. Nec obstat d. c. cui. nam ibi non comprehenditur beneficium minoris valoris, quia erat intentio Roma. pontificis prouidendi de beneficio illius valoris tantum, ideo alius valor, etiam minor, non comprehenditur. hic vero agitur de excludendo à nominationibus illum, qui habet vltra ducentos aureos: sed quoniam expressit maiorem valorem, ob hoc nō habet, ergo non excluditur, not. Domi. & Philip. in d. c. cui de non sacerdotali. vide supra eod. versi. 3. exprimitur, &c. & Cardi. consil. 31. cum inter. Quid si taceat impetrationem nullam, vide Domi. consi. 140. casus talis.

Qualitas beneficiorum in nominationibus exprimanda.

49 Quartò, exprimitur in nominationibus qualitas beneficiorum. videlicet an sit dignitas. c. ad aures. de rescrip. Rota decis. 37 nota quòd quis non tenetur. decis. 41. nota quod vbi papa & decis. 85. dominus vrbanus. de rescript. in antiq. & ita in propriis terminis declaratur in ordina. regi. tub. *des graduez*. articu. 5. & in prag. 6. item quod vniuersitates. in verbo qualitates. licet concordatum non dicat qualitates beneficiorum exprimendas, attamen iuxta ordinationes regias & iura, exprimendas quidam putant.

50 Item oportet exprimere an beneficiū obtentum

tentum sit curatum per cap. cùm in illis. de præbend. in 6. & cle. 1. & ibi nota. illo tit. & gl. in regula cancell. 63. alioqui gratiæ sunt nullæ. Rota decis. 20. licet impetrans. de præbend. in nouis. Nicol. Melius in reper. in verb. gratia. q. 5. & licet iure cautum nō esset, styllus tamen hoc vult. Imol. & Felin. in ca. in nostra, in fin. de rescri. de Selua in tract. de beneficio. in 3. parte q. 11. in 23. qualitate. Ratio, est quia sicut hæ qualitates possunt mouere papam ad non cōcedendū. c. quamuis. & in c. is cui. de præbē. in 6. ita etiam vniuersitates ad non cōcedendum nominationes, vel collatores possunt moueri ad non conferendum beneficium isti nominato, sed alteri nullum habenti beneficium, vt habetur in d. regu. cancella. 15. vbi ponit has prærogatiuas. Limita nisi illud beneficium haberet curam de iure annexam, vt archidiaconatus. Fel. in ca. in nostra. correla. 4. de rescr. & decis. Rotæ 37. de rescri. inci. nota quòd quis. in antiq.

51 Secundò fallit, nisi cura accessoriè annexa sit, quia tūc non reputatur beneficium. c. super eo. de præbend. in 6. & ibi dicit Domi. ad iudicandum curatum non attenditur illud quod ex accidenti competit, sed eius natura consideratur. Oldra. conf. 102. factū tale per text. in l. si quis nec causam. ff. de rebus credit.

52 Tertiò, intellige præmissa, quod talis mētio fiat in specie, non in genere cle. si. de offi. ordina. Panor. & alij per illum text. in d. c. ad aures. ideo non sufficeret si diceretur, cur animarū non negligatur. cle. 1. de præbend. quia generalitas obscuritatem parit. l. ita si dei. ff. de iut. fisci. & propter generalitatem, & verborum inuolucrum effugitur mens deliberata pōtificis. Bal. in ca. cùm dilectus. de rescri. vt dixi suprà eodem.

53 Item dicitur curatum beneficiū, siue habeat curam fori contensio, vt archidiaconi & alij inferiores prælati. c. 1. de offi. archi. siue fori pœnitentialis, vt curati not. Inno. & Panor. in c. dudum. in 2. not. 9. de elect. & c. de multa. in vlt. col. de præb. & glos. in extrauag. execrabilis. in verbo curam animarum. in extra. Ioh. 22. Propriè tamen, & stricte cura animarum est in foro pœnitētiali, & nulli conuenit, nisi sacerdoti. Inno. & Anto. in c. cùm satis. de offic. Archidia. Card. conf. 48. at dubia. & vtra sit dignior, disputat Card. & Imo. in d. cle. 1. vbi licet videre. vide glo. in verbo impendant. in clem. du-

Quando dicatur beneficium curatum.

54 dum. de sepul. Item aliæ qualitates beneficij notabiles beneficio de facto inhærentes debent exprimi, secundum glo. in d. §. Item quod vniuersitates. in verbo qualitates de colla. in prag. Quod est notādum, & prædicta procedebant tēpore prag. sanct. sed quia conditores remouerunt verbum, qualitates, noluerunt esse exprimendas, quia duntaxat rationem habueruot ad verum valorem beneficiorū: & non ad qualitates, vt patet in d. §. volumus. & sic sufficit exprimere beneficium, & eius verum valorem, licet non exprimatur qualitas. Vbi dicit alioqui nominationis literæ nullæ sunt, ergo si exprimam beneficia, & eorum verum valorem, non sunt nullæ nominationes, sumendo argumentum à contrario, quod est validum l. 1. ff. de offic. eius. c. cùm apostolica. de his quæ fiunt à prælato. non obstant verba prag. quia sunt correcta per tex. in §. volumus nouissimū. nec refragatur ordinatio regia. quia fuit facta ēa causa declarandi prag. vt patet in ordi. rub. *des gradues & simples.* arti. 5. & in modum prouisionis, donec aliter fuerit declaratum. vt ibidem art. vlt. dicitur, ergo est declaratū in d. §. volumus. igitur non potest allegari ordinatio. & faciunt quæ dixi in seq. requisito. Nec est verisimile, quòd si rex voluisset cum papa exprimendam qualitatem, quod non expressisset, sicut expressit in ordinat. ideo dicerem nominationes valere etiam si qualitas non sit expressa, ante factum tamē consulerem exprimendam, ad vitandos processus.

55 Quintò, non esset incōueniens exprimete diœcesim illius, cui nominationes conceduntur, vt vniuersitates instruantur, an eidē concedere possint, vt pote si Germanus homo, Hispanus, vel alius exterus velit in regno suscipere nominationes, non potest ei vniuersitas concedere, cùm non possint beneficia in hoc regno habere sine literis naturalitatis à rege concessis. gl. in verbo exterorum, in proœmio prag. Benedi. in repe. c. Raynutius. in verbo, & vxorem. nu. 144. de testam. & d. Bonaud. in par. egyrico post tract. de terra rubea, contra rebelles regum. & ita disponitur in stilo parlamenti. rub. de præbend. ordina. 3. nec sufficeret exprimere diœcesim, in qua habet domicilium, vel beneficium: sed oportet exprimere diœcesim originis, licet contra teneant do. de Rota decis. 76. si aliquis est oriundus. de rescrip. in antiq.

Diœcesis an sit exprimenda.

Extero non debet in regno prouideri.

56 Alioqui vniuersitas in his exteris non esset certa, cùm eisdem concederet nominationes, & hic exterus licet habeat domicilū in regno, tamen non desinit esse exterus, quia etiam bona acquiruntur regi. teste Bened. vbi suprà, quāuis quo ad ordines conferendos episcopus domicilij dicatur illius superios. c. cùm nullus de temp. or. in 6. sed non quo ad nominationes concedendas vt dixi. Ideo tegniscola, licet non exprimeret diœcesim originis, si exprimeret diœcesim domicilij non malè faceret. sic est intelligēda d. decis. Rotæ. 76. secus in extero, & nominato in regno. & sic intelligatur hæc opinio, vt dixi in glos. pro expresis. versic. 21. in forma mandati. in concord.

57 Imo etiam de iure faciliùs prouidetur oriundis, quàm exteris. l. in ecclesiis. C. de episcopis, & cleric. c. neminem. 70. dist. gl.

in c.si proponente.de reseri. quam sing. dicit Corset.in sing.incipiente subreptio.Roma.in repet.l. si verò. §. de viro. fallen.,14. col.14.ff.solut.matri.Barb. in c. eam te nu. 28.de rese.& eon.26.scripsit.cnl.5.in 1. vol. ae cons.57.præclare.en.vol.& eons. 30. bene in si vol.3.Et ita disponitur in reg. cancel.19.videlieet vt oriundus non oriundo præferatur. Nõtamen ob nõ expressam diœcesim vitiarentur nnminationes impetratæ per regnicolam,quia text concordati non adstringit nos eam exprimere, iden non debemus dicere vltra quàm concordatum nos astringat,nec iustiores lege nos oportet esse.

Consueta exprimantur.

58 Sextò exprimantur alia, quæ consueuerunt exprimi per vniuersitates, vel ea quæ statuta vniuersitatũ cogũt exprimere. nam §.monemus.de coll.in concor. dicit, quòd vniuersitates nõ debẽt nominare nisi illos, qui promoti fuerunt secundũ statuta vniuersitatũ.si ergo in statutis vniuersitatis aliquid erat exprimẽdũ in nominationibus, dico illud non esse omittendum, vt statuta seruentur.alioqui non valeret gradus, nec nominationes,nõ seruata statutis, per d.§. monemus.Alia verò non sunt exprimenda, quia in rescriptis ad beneficia non debet fieri mẽtio nisi de his qualitatibus, quæ à iuse expressæ reperiuntur, vt de eis fiat mentio.gl.in ele.si dignitatẽ.de præb. quòd gratia sit nulla est pœna,& vbi ius non imponit pœnam, eam imponere non debemus gl.in c.si.de iure pat.no.in reg.in pœnis. de reg.iur.in 6.& sic consuluit Cal.cons.10.in rescriptis.sub tit.de reset.& cons.1.col.2.de filiis presby.Item non debemus requirere plusquam requirant verba legis, vel statuti.l.Gallus.§.videndum.ibi, nihil enim addidit quo significaret tẽpus. ff. de liber.& verba legis,vel statuti non requirunt certum tempus,nec nos requirere debemus. & sic non debemus esse iustiorer lege, sed in concordatis expressa tenere debemus,& vltra non adiicere.

59 Notandum est tamen, quòd ea quæ hic reperiuntur esse exprimẽda, necessario exprimi debent,etiã si essent talia,quibus superior non redderetur facilior, vel difficilior ad concedendum,vel denegandum.per tex.in c.si motu.ibi, quantumcunque modicum.de præb.in 6. & l. prospexit. ff. quia & à quibus. vbi lex licet dura sit, seruanda est:ita Dom.in c.dudum.col. peo. de præb. in 6° Fel.in c.postulasti. col.4. vers.declara. & in c.in nostra corrolario.3. &20.de reser. dixi in gl.pro expressis.

Exprimẽda etiã si collator non redderetur difficilior.

60 Quæro,quidã minor 25. annis obtinuit nominationes ad beneficia etiam curata, ad quæ ratione ætatis erat inhabilis, & antequam vacaret beneficium, reperitur in ætate legitima ad curatum, an illi vigore nominationum possit prouideri? videtur quòd non.ca.si eo tempore.de reseri. lib.6. vbi si mãdetur prouideri de beneficio cum cura, vel sine,si ille impetrans erat minor, & sic inhabilis ad curarum tempore impetrationis,non tamen eidem debebitur curatum ratione illius subreptionis,sic non per nominationes videtur.

Minor an possit acceptare beneficia curata sit sit idoneus tempore vacationis.

61 Secũdò,nominationes sunt gratiæ quasi expectatiuæ.gl.in §.itẽ quod vniuersitates. in verbo gradus.de colla.in prag.Et sic.per eas spectant quidam tandiu,vt sine beneficiis moriantur. ergo debet secundum ius expectatiuam interpretari.c.causam.de rescri.sicut aliæ gratiæ interpretantur.

62 Tertiò,facit gl.in §.illi verb.de colla.in prag.in verbo religiosis.vbi gl.tenet regulari non deberi beneficium regulare. si tempore nominationis erat secularis,licet tempore vocationis sit regularis, si dixerit in nominationibus,ad secularia,& regularia. idem tenet Brunel.in trac.de dignit.leg.conclu.19.declaratio 6.quæ clausula hodie nõ apponitur per vniuersitates,cùm sit per cõcordata prohibitum ad regularia secularem nominari, etiam prætextu dispensationis apostolicæ,& contra.§.volumus.eod. tit. in concord.contrarium tenet d. Auriolus ille miles Tholosanus in repet. cap. eam de re-
63 scrip. tum quia potestis nominandi data vniuersitati censetur esse data à lege,cùm sit perpetua, & ideo dicitur ordinaria, & non delegata, secundum eum per glos. in cap.si contra de offi. deleg. glos. in l. & quia.ff.de iurisdict.omnium iudicum. text. iuncta glo.in l.2.C.de offic.eius qui vicem alterius gerit.ideo non cadit in nominationum literas surreptio, secundum eum. per glos.in c.refragabili.§.cæterum.de offic.ordina.in verbo super.hoc,nisi in his quæ posui suprà.

Potestas nominandi ordinaria.

64 Secundò,is nominatus non dicitur impetrans apostolicus,ergo surreptio in eum non cadit.vt not.in c. si. de offic. leg. lib.6. & cle.vlt.de offic.ordin.vbi glo.& in §. nõ tamen.in verbo effectum. de coll. in prag. Rota decis.6.nota,quod vbi aliquis ex rescript.de præbend.in antiq.vbi ex priuilegio Papæ potest quis ad vacatura nominare,& ille nominatus per tale priuilegiũ nõ præfertur impetranti apostolico. alioqui si primo impetraret nominationes, præferretur secundo impetranti etiam à Papa.c. tibi qui.de rescri.in 6.quod non videtur verum, vt in rubr.de mand.apost.dicitur,videlicet, quòd apostolicus impetrans nominato etiã antiquiori præfertur.

Præterea in nominationibus debent exprimi illa quæ suprà in proxima quæstione dixi,ad alia exprimenda non astringit.§. volumus.& §.statuimus.de coll.in concor. ergo ad alia nõ erit surreptio, licet dicatur in nominatione ad beneficia curata, & nõ curata.si Papa voluisset aliud exprimi, dixisset

xisset. Item mens Papæ fuit viris literarum studiosis, & disciplinis liberalibus incumbentibus prouidendi, vt attestatur in proœmio concord. sed iuuenes student ante 25. annos, nam postea non præsumitur, quòd bene adiscāt. l. t. & ibi Bart. C. qui ætat. lib. 10. ergo illis potest prouideri de nominationibus etiam ad curata, dummodo fuerint ætatis perfectæ, quādo beneficium vacabit. nā cogitauit Papa, quòd simul atque quis est nominatus non adipiscitur beneficium, sed oportet, quòd expectet se esse antiquiorem: ergo bene cogitauit, quod illa impetratio nominationum fieret ante 25. annos, & sic antequā essent ad curata habiles: alioqui sequereturquod iuuenes studiosi haberent suas nominationes ferme elusorias, quia tantum ad simplicia beneficia, & sic grauarentur multis expensis, vt aliàs impetrarent ad curata post ætatem perfectam, quod non fuit mens Papæ vt interim senes qui non ita benè adiscunt sicut ipsi iuuenes, eos præcederent, etiam 10 data antiquiores, & sic beneficiis principum, & suis nominationibus deciperentur in curatis: quod non est dicendum: vt not. imperator in l. 1. C. de his qui veniam ætatis impetrauo. Item facit c. ei cui de præb. lib. 6. vbi attenditur tempus vacationis. sic & in nominationibus. §. si quis verò ex dictis. ibi, tempore vacationis. eo tit.

65 Præterea facit l. fi. C. de testam. mil. vbi si princeps pupillum creet tribunum, nō ob hoc poterit testari, sed expectabitur ætas sic quando nominationes cōceduntur graduatis minoribus 25. annis, non poterit eis durante minori ætate prouideri de beneficiis curatis, sed post legitimam ætatem sic nam suspenditur prouisio in curatis vsque ad legitimam ætatē, sicut dicimus in minore ordinato ad presbyteratū, vt non possit celebrare ante legitimā ætatē 25. annorum, post sic, etiā sine alia ordinatione. cle. fi. de ætate, & qualit. sic in nominatis. & ita tenet in propriis terminis Auriol. in d. repet. c. eam te. nu. 218. cum seq. vsque ad 352. de rescrip. vbi multa alia fundamenta adducit. illa videto. non addo alia nunc, sed quādo operæpretium fuerit: amplius discutiam.

66 Vltimò, pone quòd minor est dispensatus ad obtinendum beneficiū curatum intra quod tempus teneatur promoueri? Respon. quòd in 18. anno ad subdiaconatū, in 20. ad diaconatum, in 25. ad. presbyteratus ordinem. per cle. fin. de æta. & qualitat. ita concludit Petrus Ancha. cons. 293. vltra. & cons. 104. ista. nisi in dispēsatione esset adiecta clausula, quòd ad nullos ex sacris ordinibus teneatur promoueri ante 25. annos. ita concludit Io. de Ayma dicens, se habuisse ter de facto. in rubr. de electio. regia ad prælaturas nomina. in verbo scientia, in concor. quia dispensatus de non præmouendo ad sacerdotium, non cēsetur dispensatus, vt non teneatur promoueri ad ordinem subdiaconatus. c. c. cū in ex eo. de electio. in 6. scripsi in praxi benefic. in dispensa. de non promo.

Dispensatus ad beneficium curatum tenetur promoueri.

67 Postremò, quidam fuit promotus in magistrum artium, vel fuit effectus baccalarius, sed non habebat tonsuram id temporis quæro an valeat gradus? Respon. ex supradictis sic, cùm inspiciatur tempus vacationis, vt dixi suprà per c. ei cui. de præb. in 6. Quid si nominationes impetrauerit ante tonsurā, an valeāt? cogita. vide Imol. & alios in c. 2. de institutio. & Perus. in c. si eo tempore. de rescri. in 6. Feder. cons. 290. quia in præsenti. col. 5. versic. videatis, &c. Feli. & alios in ca. cùm adeo. de rescri. Paul. Paris. cons. 125. in 4. volu.

Gradus ante primam tonsuram habitus, an prosit.

Quæstionis decimæ Epitome.

1 *Requisita in nominationibus*
2 *Gradus qualis requiratur in nominationibus.*
3 *Gradus debet esse habitus in vniuersitate famosa, vel priuilegiata: & non sub bulla. & numero 4.*
5 *Graduatus extra regnum, an beneficia in vim gradus obtinere possit. cum nume. seq. vsque ad nu. 20.*
Dispositio genenaraliter loquens generaliter debet intelligi.
6 *Actus factus in vno loco habet vires etiam extra illum locum, in quo est factus.*
7 *Priuilegio specialiter concesso alicui vniuersitati aliæ non vtentur.*
8 *Argumentum de personis ad locum valet, & contrà.*
9 *Consequens cui prohibetur, & antecedens ad illud.*
10 *Res vna non debet diuersiriè censeri.*
11 *Priuilegia concordatorum ad quid concessa. & nu. 12. 13. 14. & 18.*
15 *Attestatio gradus debet assumi in vniuersitate regni, instar nobilitatis.*
17 *Consuetudo loci celebrati contractus inspicienda.*
19 *Priuilegia concordatorum, dantur graduatis in vniuersitatibus regni.*
20 *Scriptura in nominationibus requiritur.*
21 *Scriptura in gratia apostolica non requiritur.*
22 *Collatio conseruatur sine literis nominationum.*
23 *Nominationes cui conceduntur, debet esse actu residens in vniuersitate, in qua eas sumit. Scholares absentes à studio vltra sex menses non gaudent priuilegio scholarium, quandiu sunt absentes.*
24 *Literæ gradus, & nominationis manu scribæ vniuersitatis signari debent.*
Instrumentum sine signo notarii nō probat.
25 *Locum tenens scribæ, an possit nominationes signare, cum nu. seq. vsque ad nu. 31.*
26 *Substitutus non potest interuenire quando aliquid debet fieri per propriam manum.*
27 *Iurari per alium non potest quando requiritur*

o 2

tur quòd propria manu alicuius fiat.
Actus quando requirit propriam personam, non potest illa persona delegare aliam.
28 *Facere propriè dicitur, qui per alium facit.*
29 *Compaternitas etiam per procuratorem contrahitur.*
30 *Actus quando possit per alium fieri.*
Actus non seruata forma valet, quando imminet necessitas.
31 *Subscribens pro alio debet protestari se nomine illius facere. & quare.*
32 *Nominationes in quo loco debeant signari.*
33 *Signum duorum, an requiratur, quādo sunt duo scribæ. & nu. 34.*
34 *Consuetudo vt duo notarii conficiant instrumentum, valet.*
35 *Notarius quo signo vti debeat.*
36 *Nominationes per signa incognita non debent signari.*
37 *Nominationes debent sigillari sigillo vniuersitatis.*
38 *Instrumentum sigillatum sigillo regio sine notarii subscriptione non habet executionem paratam.*
39 *Literis episcoporum an, & quando credatur requisita in sigillo.*
40 *Sigillum multiplex.*
41 *Sigillum quid debeat continere. & nu. 42.*
43 *Nominationes debent sigillari sigillo ad eas destinato.*
Vtendum est re ad vsum eius destinata.
44 *Voluntas datur intelligi ex natura actus.*
45 *Nominationes sigillatæ sigillo facultatis non valent.*
Nominū diuersitas rerū inducit diuersitatem.
Forma omissa reddit actum nullum.
46 *Nominationes sigillatæ sigillo priuato rectoris non valent.*
47 *Annus in nominationibus apponendus. & quare.*
48 *Dies & mensis in nominationibus debent apponi.*
49 *Item & alia quæ adhibentur in instrumentis publicis.*
50 *Quatuor requisita in instrumentis.*

Quęstio x. principalis.

Requisita in nominationibus.

1 DECIMO, principaliter quæro, quæ in nominationibus requirantur? Resp. primò, requiritur gradus. §. præfati. que ordinarij. & §. præterea. & per totum. de colla. in concord. Et sic scholaris quantocū que tempore studuerit, est incapax nominationum, nisi habeat gradum. §. teneantur. de coll. ibidem hoc tenet glo. in §. insuper. in verb. graduatis. de coll. in prag. & in hoc conuenit omnis prope turba regnicolarum.

2 Primò quæro, qualis gradus requiratur? Resp. gradus doctoratus, licentiæ, vel baccalaureatus in theologia, in iure canonico, vel ciuili. In medecina requiritur gradus doctoratus, vel licentiæ, in artibus verò magisterium. d. §. præterea de colla. in concor. Et in his quæ iuris sunt positiui, licitū est dicere quod nota glos. in §. furtiuæ. insti. de vsuc. sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. & inter istos graduatos quidam dicuntur graduatus simplex, alius graduatus nominatus, de quibus infrà dicetur.

3 Itē requiritur quòd gradus sit habitus in vniuersitate famosa. §. præfati. & §. præterea. de colla. in concord. vel quòd in aliqua vniuersitate priuilegiata gradum adeptus fuerit. §. statuimus ibidem in concor. & in ordinat. reg. rub. *des gradu & simples* art. 9. ibi, *& qu'ilz ont estudie en vniuersite priuilegee*, &c.

Gradus debet sumi in vniuersitate famosa, & non sub bulla. Cōtra doctores bullatos.

4 Ex quo infertur quòd graduatus sub bulla non potest obtinere nominationes, nec beneficia virtute gradus, quia bullati doctores in hoc regno non sunt habendi pro doctoribus, nec priuilegiis aliorum doctorum gaudēt. tāquam per saltum promoti. l. nemo. C. de aduoc. diuer. iudi. Guido Papæ. q. 388. in decis. Delphina. Roma. in rep. l. si verò. §. de viro. col. 9 fallen. ead. ff. solut. matrim. Ias. in l. si quis maior. in fin. C. de transact. & Thom. Parpaliæ in repet. l. placet. col. 20. C. de sacrosan. eccles. Dec. post alios in c. cleric. de iudic. nec sunt maioris momenti quàm bulla. gl. in regula cancel. Iulij secundi, in 6. parte. & asini, qui non possunt sumere gradum ratione ignorātiæ in vniuersitatibus famosis, recipiunt à comitibus palatinis.

In Hispania etiam nullus debet sumere gradum, nisi ab vniuersitatibus, aliâs non reputabitur graduatus, nisi fuerit examinatus in dictis vniuersitatibus, & remissus postea ad commissarium, & hoc cōcessit Alex. Papa, anno 1496. Calend. Augusti, pontificatus sui, anno primo, vt in constitutionibus Hispan. est videre.

Graduatus in vniuersitate extra regnum, an beneficia iure gradus obtinere possit.

5 Quæro, quidā Gallus sumpsit gradum in Italia, quem insinuat eum tempore studij episcopo Aurelianensi, vacat beneficium in mensibus graduatorum quod episcopus gratificādo confert isti promoto in Italia: graduatus in vniuersitate Franciæ, qui etiā insinuauerat, illud requirit. & acceptari eum debeatur? videtur quòd graduato in Italia, possit conferri beneficium in mensibus graduatorum vacans. per §. statuimus. de colla. in concord. vbi collator in mensibus deputatis graduatis potest gratificare vnum ex his, quem voluerit, ergo istum graduatum in Italia. & aliâs extra regnum: nam dispositio generaliter loquens, generaliter debet intelligi. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præst. Sed cōcordatū generaliter loqtur de graduatis, ergo vbicūq; sint promoti, non refert, dū tamē modo in vniuersitate famosa, & priuilegiata, vt in d. tit. de coll. in concordat.

cordat. sed vniuersitates extra regnum sunt famosæ, & priuilegiatæ, ergo ibi graduatus priuilegio sui gradus frui debet. Item ratio & mens concordatorum conuenit isti graduato extra regnum, videlicet vt prouideatur peritis, sed hic istam qualitatem habet, ergo non erit reiiciendus, argument. notat in auth. habita. C. ne filius pro patre. vbi aliqui doctores dicunt priuilegia scholariũ concedi tantùm studentibus alibi quàm in patria. ibi dixi in priuilegiis scholarium, an sit verum.

6 Præterea actus iure factus in vno loco, habet vires etiam extra illum locum in quo est factus. vnde si notarius creatus in ciuitate, fecerit instrumẽtum extra, valebit Bar. & Bald. in l. nec ei. §. satisdatio. q. 5. ff. de adop. Bar. & alij in l. 1. C. de summa tri. sic & gradus assumptus in Italia habebit vires etiam in Francia sicut legitimatus Romæ, vbiq; est legitimatus, & hoc tenet gl. in regu. cancella. Iulij secundi. in 3. parte. & hoc in propriis terminis tradit Ioan. Dayma, doctor Tholosanus. in rub. de elec. in verb. in vniuersitate famosa. vbi hoc expressè firmat. Mihi tamen videtur contraria opinio verior, quia graduatis tantùm in vniuersitatibus regni concessit priuilegia nominandi & gradũ dandi quoad beneficia habenda in vim illorum. probatur in proœ. concorda. & in §. monemus. ibi, vniuersitates regni, ergo aliàs extra regnum exclusit, argu. ex. nonne. de præsumptio. Hoc etiam probatur in ordin. regiis. rubr. *des graduez simples*, artic. 1. vbi sic dicitur, *Item enseignons aux vniuersitez de nostredit royaume, & Daulphine.* & postea semper ad easdẽ vniuersitates se refert, maximè artic. 5. ibi, *esdites vniuersitez*, &c. & in §. præfati. ibi, huiusmodi graduatis, &c.

7 Secundò, quando priuilegia sunt specialiter concessa alicui vniuersitati vltra alias; tunc aliæ non vtentur illo priuilegio. not. in l. 1. ff. de leg. 1. sed specialiter vniuersitatibus regni est concessum, vt possint regnicolas ad gradus promouere quo ad beneficia habenda in regno, ergo hoc priuilegio nõ vtentur aliæ vniuersitates extra regnũ: quæ non habent hoc concordatum, nec priuilegium.

8 Tertiò bonum est argumentum de persona ad locũ, & econtrario. l. 1. & 2. ff. ne quis eum qui in ius voc. est, vi eximat. Ias. & recentiores in l. vinum. ff. si cert. pet. Claud. cantiun. in topica iuris. fol. 68. sed personæ exteræ non possunt etiam in vniuersitatibus regni sumere gradum ad habendum beneficia in vim illius in regño, ergo etiam regnicolæ non poterunt gradum sumere extra regnum quo ad hoc priuilegium regni.

9 Quartò, cui prohibetur consequens, videlicet nominare, & antecedens ad illud, videlicet gradum dare. l. illud. ff. de acquir. hæred. cum similibus allegatis. in l. 1. per Claud. seyce. ff. de inst. & iur. Sed prohibetur vniuersitatibus extra regnũ dare nominationes regnicolis, saltẽ non est cõcessum illis, ergo nec poterunt concedere gradum quo ad beneficia regni.

10 Quintò, vna res non debet diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. ff. de vsucapio. nec duplici iure. c. cognouimus. 12. q. 2. sed vniuersitates extra regnum non possunt concedere nominationes, etiam regnicolis. §. monemus. de collat. in concorda. ergo nec etiam gradus quo ad beneficia habenda in vim illius.

11 Sextò, hæc priuilegia data in concordatis sunt eo concessa, ne res numeraria Galliæ exhauriretur, vt patet in primis literis regiis, positis in princi. conc. Franciscus, &c. vers. ideóque. Sed respublica Frãciæ nummis exhauriretur, si quilibet scholasticus Gallus studeret extra regnum, & ibi sumere gradum: posset ergo, &c.

12 Septimò, Papa in suis primis literis ad concordata, dicit fecisse concordata pro communi, & publica vtilitate regni. Communis, & publica vtilitas regni est, ne regni Franciæ scholastici extra regnum promoueantur, tum vt sciamus, an per saltum promoti sint, quod solent facere vniuersitates Italiæ: tum etiã propter collatores, vt sciãt, an tales promoti sint literis præditi, & moribus, ac sint tales, quibus possint collatores sacerdotia committere: ad hæc etiam, vt vniuersitates habeant commoda illius gradus, vt sequitur.

13 Octauo, vult Papa (vt dicit) ingẽti hominum regni dispendio obuiare, versicu. postremo. sed ingens dispendium est vniuersitatibus regni, & quodãmodo vilipendium, quòd homines Galli relictis tam famosis & excellentissimis Franciæ vniuersitatibus, alibi sumant gradum; ergo non debet permitti saltem quo ad priuilegia concordatorum.

14 Nonò, prohibetur ibi, ne per vrbes errabundè vagentur scholastici Galliæ, si concederentur hæc priuilegia promotis extra regnum, scholastici regni vagarentur, & præberetur istis materia vagationis, quæ summopere à iure improbatur. ca. quia in tantum. de præbend.

15 Decimò, sicut attestatio nobilitatis debet fieri à iudicibus regni. §. cùm verò. de coll. in concord. dico infrà q. 12. nu. 17. ita & attestatio gradus, & ipse gradus debet assumi in vniuersitate regni.

16 Vndecimò, quædam requiruntur in literis gradus in Francia per concordata, & ordina. regias, quæ non requiruntur in Italia, de quibus infrà dicetur in eadem quæstione, & seq. & illa requisita non seruarent vniuersitates Italiæ: quia non solent aliquẽ facere baccalaureum, sed licentiatum, & doctorem. ergo is sic promotus, in hoc regno per saltum promotus censetur.

17 Duodecimò, instrumentũ sigillatim sigillo regio factum in Mõtepessulano, non habebit executionem hic, quamuis sit consuetudo vt habeat, tamen in hoc inspiciemus celebrati contractus loci consuetudinem. Bal. in l. vnã. in fi. C. de confes. Ias. in l. pen. in fi. prin. ff. de iurisdic. om. iud. Sic iste graduatus in Italia, vbi non sunt hæc priuilegia concordatorum, non habebit ea in hoc regno ratione sui gradus.

18 Vltimò, hæc priuilegia dantur vt studia, & regni vniuersitates foueantur, & augeãtur. §. itẽ placuit. de collationibus in prag. vbi sic dicitur. Item placuit ipsi congregationi, vt tanto magis studia, & vniuersitates regni, & Delphinatus cum scientiarum augmento faueantur, quòd suppositis vniuersitatum prædictarum conferantur duæ partes præbendarum, &c, ergo suppositis, & graduatis in aliis vniuersitatibus non debentur beneficia in vim gradus, argumento à contrario sensu, sed concordata successerunt in locum pragmaticæ, ergo in eisdẽ terminis debent intelligi in his, in quibus non est immutatum per ea.

19 Non refragantur supra in contrarium adducta.

Primum, quòd generaliter dantur priuilegia graduatis, in vniuersitatibus famosis. Respondeo dari priuilegia non simpliciter graduatis in vniuersitatibus, sed graduatis in vniuersitatibus regni, probat d. §. monemus. & ordinationes regiæ suprà allegatæ. ideo non loquitur generaliter. & si loqueretur generaliter, tamen deberet intelligi secundũ præfactionem, in qua tantum loquitur de graduatis in regno. & quia est regni, & localis, ideo ad alios non extenditur. Non obstat secundum quòd sit eadem ratio in promotis extra regnũ, quia sunt literis prædiri, sicut in regno promotis. Respondeo, etsi haberet locũ vna ratio, tamen aliæ (quas suprà dixi) refragantur. ideo nõ habebit locum. argu. §. affinitatis. instit. de nupt. Minus obest, quòd dispositio ritè facta in vno loco, vbiq; sortitur forum. Respondeo hoc esse verum, vt sit doctor vbique, non tamẽ habebit priuilegia illorum qui promoti fuerint in Gallia, sed iuris cõmunis priuilegia habere poterit. de quibus in authen. habita. C. ne filius pro patre. Vide q. seq. 12. Et quamuis D. Dayma hoc tenuerit quia erat in vniuersitatibus extra regnum promotus, hoc fecit vt suam defenderet promotionem, ideo ei non puto credendum, cùm causam suam ageret. Ex his concludo episcopum non posse gratificare promotum extra regnum, nec ei esse conferenda beneficia in vim gradus

20 Secundò, in nominationibus requiritur scriptura. §. præfati. ibi, per literas patentes. & §. voluimus. ibi, in nominationũ literis. de collatio. in concord. alioqui quomodo posset dare literas duplicatas collatoribus nominatus, si eas non haberet? Certè non posset, quia non dat, qui non habet. l. traditio. ff. de acq. rerum dom. dicit Bar. in l. si vniuersæ. C. de leg. et si ad hoc adstringantur in §. teneantur, de coll. in concord. ibi, literas duplicatas date, &c. Licet regulariter ad validitatem actus non requiratur scriptura. l. pactum quod bona fide. ff. de pact. quod fallit quando ex lege, vel statuto requireretur scriptura, vt in emphyteosi. l. 1. C. de iure emphyt. & aliis casibus traditis per glo. meliorem iuris, in c. 1. de censib. lib. 6. & Bar. in verbo scriptura de substantia. & in hoc regno Franciæ propter cõcorda. mandata etiam requirunt scripturam, vt patet in rub. de mand. apostoli. vbi dixi in §. 1. in Concord.

Scriptura in nominationibus requiritur.

21 Licet de iure in gratia apostolica non requiratur scriptura, quia statim habet effectum dispositionis. c. inquisitionis. 25. q. 2. l. cõtrahitur. ff. de pign, & in gratia apostolica, quòd scriptura requiratur, hoc expressè tenet Archid. & alij in procemio 6. lib. circa fi. Bal. in l. si qua. col. 2. C. de epis. & cler. doc. in rub. de constit.

Scriptura in gratia apostolica nõ requiritur.

22 Quæro, quidam nominatus acceptauit beneficium quod sibi ratione suæ nominationis per episcopum fuit collatum, perdidit suas nominationes, quæro an possit beneficium cum sola collatione retinere? tradit Anto. in c. in nostra. in prin. de rescri. & ibi Felin. in vers. spoliatus. in fin. vbi dicunt quòd sic, quia collatio conseruatur sine literis nominationum. per c. cum olim. in t. de priuileg. gl. in c. sanè. de renune.

23 Tertiò, requiritur quod is cui cõceduntur, sit actu residens in vniuersitate, in qua vult sumere nominationes, vt habetur in ordin. reg. rub. *des priuileges des escholiers*, artic. 5. & etiam in alia ordinatione dicitur quòd scholares nõn gaudent priuilegiis, si sint vltra sex menses absentes à studio, quãdiu sunt absentes: quod fusius tractaui in priuilegiis schola. sufficit tamen quòd fuerit residens tempore, quo eidem conceduntur, & sic per procuratorem eas non posset impetrare obstãtibus illis ordinationibus, licet de iure secus. gl. in c. nonnulli. §. fi. de rescri. & si doctores eas concedere velint nil obest. adeo ꝙ nominationes non essent ob hoc nullæ: quia iure hoc non est cautum, nec per concordata.

24 Quintò requiritur quòd illæ literæ tam gradus, quàm nominationis sint manu scribæ vniuersitatis (quem secretarium vniuersitatis, in Montepessulano vocant) signatæ. d. §. præfati. que graduati. ibi, manu scribæ. l. diuus. 2. ibi, literas inclusas atque obsignatas. ff. de custo. reorum. nam sicut acta iudicis non faciunt fidem, si non habeant iudicis signum. Dynus in l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fisci. sic nec instrumentum sine signo notarij probat. l. finali. §. nec caldis. C. de assess. Bartolus in l. ad testium

Litera gradus & nominationum manu scribæ vniuersitatis signari debent.

teſtium.§.ſi quis.ex teſtibus.ff de teſta. Guido Papæ in ſtatu.ſi quis per literas.in verbo propria manu.in fi.Feli.in ca. ſcriptura.col.4.de fide inſtru.hoc tamen dicunt docto.de conſuetudine eſſe, vt ſignum ſit de ſubſtantia in inſtrumēto. Panor.& Deci.in c.1.de fide inſtru.Bar.in l.ſi quis ex argētariis.§.ſi initium.ff.de eden.Corne.conſ.22.licet.3.volum.& conſ.70.duo. colum. 1.in 4.volu.& conſ.118.placet.col.2.ibidem.

Locum tenens ſcriba an poſsit nominationes ſignare.

25 Quid ſi ſcriba vel ſecretario vniuerſitatis abſente,literæ gradus & nominationis fuerint ſignatæ per locum tenentem, ſeu per ſubſtitutum ſcribæ,quæro an valeant? Videtur quòd non,quia tex. dicit in dicto § præf[illegible].manu ſcribæ.ergo non manu alterius:quia qui de vno dicit, de alio negat ca.nónne.de præſump.l. cùm prætor.ff. de iudi.

26 Item quando aliquid debet fieri per propriam manum,ſubſtitutus non poteſt interuenire.text.notab.quem ibi pōderant Bart. & patruus meus Iaco.Rebuffus.& alij in l. penul.C.de erogat.militaris anno.lib. 12.c. periculoſæ.de pœniten.diſt.1.cap.1. de verbo.ſignif.lib.6.glo.ſing.in verbo publicæ. in cle.1.de vita.& honeſta.cleri.c.licet.&ibi docto.de deci.

Item facit tex.in l.ſingulos.ff.de teſt. vbi dicit ſingulos teſtes,qui in teſtamento adhibentur,proprio chirographo annotare cōuenit.dicit gl.ergo vnus pro alio non ſubſcribit.c.quicũque.in prin. de hæret. lib.6. & ibi gl.in verbo propriis manibus.

27 Præterea quando iuramentum requirit quòd propria manu alicuius fiat, non poteſt iurari per alium.c.licet ex quadam.ibi, proprio iuramento.de teſti.& ibi plenè Feli.col.2.& c.1.de iureiur.lib.6.cle.1.illo titu. quia importat propriam induſtriā. Barba. conſ.76.ſapienter.col.3.& conſ.88.ſapienter.col.6.in 4.vol.vbi cōcludit de teſtamento,quòd non poſsit ſignari per alium, etiā nomine illius perſonæ, quæ ſignare debebant.Imò quādo actus requirit propriam perſonam,non poteſt illa perſona delegare aliam.Aret.in l.1.§.1.&ibi Iaſ.& alij.ff.de acquiren.poſſeſ.Item quando lex vel ſtatutū mandat,vt certi notarii, vel hominis, ſubſcriptio apponatur, tunc eſt de forma.l.1. C.de conueniend.fiſci debitor. lib. 18. Roma.conſi.203.quoad primum.& omiſsio illius formæ vitiaret actum.l.1.ff. de liber. & poſthu.

28 Veritas in contrarium ſe habet.nam qui per alium facit,perinde eſt ac ſi ipſe faceret. regula,qui per alium.de regu.iur. lib. 6. & propriè dicitur facere,qui facit per alium. text.ſing.& ibi multa addidi in l. certè.§.1. ff. de preca. cui nouum dedi intellectum. vide tamen Bart.in l.ſed ſi vnius.§. ſeruus. ff.de iniur.& Dynum in d. regula,qui per alium. Aliàsqui ſequeretur, quòd ſcriba, ſeu ſecretario abſente, vel valetudine impedito,non poſſent concedi nominationes, quod eſſet irrationabile. nam quando notarius non poteſt proter ſuam infirmitatem ſignare protocollum,committit alteri notario.l.quædam.§.is autem.ff.de eden. Bal. in c.2.col.3. de fide inſtru. Sic dicemus in nominationibus,vt ſcriba cuidam committere poſsit.

Cōpaternitas etiam per procuratorem contrahitur.

29 Non obſtant quæ ſupra diximus, quia in concordato non apponitur verbum propria manu ſcribæ,ideo poterit ſignari per alium, etiam ſi diceretur propria manu, quod ſic probatur. Propriis manibus debet leuari infans in baptiſmo.c. ad limina. 30.q.1. Et tamen compaternitas contrahitur per procuratorem ſecundum communem opinionem poſitam in c. veniens. de cognatio.ſpiritua. Felin. in c.licet.col.3. de teſt.facit c.ſi quis ſuadente.17.quæſt.4. iuncto c.mulieres.de ſenten. excom. Panor. in c.fin.de iuramen.calum. hoc tenet Albert. in tracta.de forma & ſolen. actus.rub. ex quibus conſiſtant forma & ſolennitas. fo. 47.col.3.vbi dicit non importari perſonalitatem, vel induſtriam, quando dicitur tantum,manibus, vel manu ſcribæ, vt in concorda.ergo per ſubſtitutum poterit fieri.vt plenè tradit Barba.in cap.1. nu. 25.& ſeq.de libel.obla.

Actus quando per alium poſsit fieri.

30 Item etiam ſi in concordato eſſet propria manu,adhuc poſſet fieri per alium, per regulam quam tradit Card.in cle.1. de iureiuran.vbi dicit, quando actus non eſt præiudicialis,vel non eſt electa induſtria perſonæ,poteſt fieri per alium,licet dicatur propriis manibus.Bald. in l. vna. §. ne autem. C.de caduc.tollend.probatur per Felin. in cap. licet ex quadam. col. 2. & ſequen. de teſta. Item valet actus non ſeruata forma, quando imminet neceſsitas.Alexan. & Soc. in l.1.ff.de libe.& poſthu. Bald. in propriis terminis in rub.C. de fide inſtru. col. 8.nume.23.

Præterea ſtatuto Delphinali cauetur, quòd propria manu debent ſubſignari literæ à iudice,tamen valebunt ſi fuerint ſignatæ à locum tenente,ſecundum Guido.in ſtatuto. ſi quis. in verbo propria manu ſignatas. verſ.ſed quid ſi dictæ.

Notu qui ſubſcribit pro alio.

31 Oportebit tamen quòd ille qui ſic ſubſcribit,proteſtetur ſe facere nomine ſcribæ. Bar.in l.ad teſtium.§. ſi ab ipſo. ff. de teſta. vbi dicit teſtem ſignantem anulo alterius, debere proteſtari. Ratio eſt,quia ſi vteretur ſigno alterius tanquam proprio, incideret in falſum.l.eos.& l.lege Cornelia.ff. de fal. §. item lex. Cornelia. inſtitut. de publi. iudi. moder. in §. poſſunt. inſtitut. de teſtament.

Quo in loco debeant nominationes ſignari & alia ſcriptura.

32 Primò,quæro in qua parte debent ſignari?Reſpon. in fi. arg. l. hac conſultiſsima. ibi,finem autem teſtamenti ſubſcriptiones. C.de teſta.l.ſubſignatū.ff.de verb.ſing.Specul.in titu.de inſtru.editio.in fi.nam ſcriba

O 4 ſubſcri

ſubſcribere debent nomen ſuum & cognomen in nominationibus, vt in alijs inſtrumentis ibidem dicitur, & Guido Papæ in dict. verbo propria manu. in princ. Specu. in §. vt autē. verſicu. notarius rubr. de ſenten. in 2. parte. Paul. in l. cùm antiquitas in fi. C. de teſta. Bar. in l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium circa. fi. ff. de edend. licet Bald. in l. non enim aliter. ff. de adoptio. dicat nō eſſe determinatum locum à iure, in quo debeat apponi ſignum notarij. plus dicit in l. ad teſtium. §. ſi quis ex teſtibus. ff. de teſta. non eſſe curandum an ſignum notarij apponatur in principio, vel in fine inſtrumenti, tamen ſubſcriptio in fine debet poni, & etiam ex conſuetudine ſignum: & ille locus eſt magis conueniens. Bauer. in §. poſſunt. colum. 3. & ſeq. inſtitu. de teſta. & ſic de conſuetudine ſeruatur, ita quòd ſi contra fieret non valeret inſtrumentum, nec nominationes, quia minimè mutanda ſunt, quæ ſemper certam interpretationem habuerunt. l. minimè. ff. de legib.

Signum duorum an requiratur.

33 Secundò quæro, quid ſi fuerint duo ſcribæ, an vterque debeat ſubſignare? Videtur q ſic, quia cùm duo notarij recipiunt vnū inſtrumentum, nō ſufficit q vnus illorum ſignet, ſed requiritur vtriuſq; ſignum, niſi inſtante neceſsitate. Alber. per illum text. in l. 1. ff. de offic. conſul. Guid. Papæ deciſ. 122. Et quilibet in ſua ſubſcriptione debet facere mentionem alterius Rebuff. in l. nulli. in fine. C. de numerarijs & actuar.
34 lib. 12. quod non ſeruatur. & tali conſuetudo vt inſtrumentum non proſit, niſi ſint duo notarij, valet, vt not. Deciſ. in cap. 2. nu. 6. de proba. & quando conficiunt varia inſtrumenta, neutri creditur, quia ſibi inuicem derogant. l. ſcripturæ. C. de fide inſtru. ſic conſuluit Bal. conſi. 392. in primis. ver. vltimus Si tamen tempore peſtis, vel alterius neceſsitatis non reperiretur niſi vnus, ille ſolus poſſet conficere inſtrumentum adhibitis duobus teſtibus, & valebit, non obſtante conſuetudine contraria. Ang. per illum tex. in §. quod authem. in authen. de non alienand. rebus eccle. colla. 2. allegat l. fi. C. de teſta. Idem arbitror in nominationibus, quia § præfacti. 2. dicit manu ſcribæ ergo ſufficiet vnus, & ita ſeruat vniuerſitas Tholoſana, quia quilibet cenſetur eſſe datus in ſolidum, ideo valet ſine ſubſcriptione duorum. ſecus ſi eſſent duo collegæ electi. patruus meus in d. l. nulli. Bal. in l. iuriſiurandi. col. 2. C. de teſtib. Si tamen ex conſuetudine vel ſtatuto requiritur ſignū ſcribæ & B. delli generalis in nominationibus, vt apud Bituriges, tunc nōn valebunt niſi ſignum vtriuſque interuenerit, ita tenet Guido ind. q. 122. an inſtrumentum. Sed hoc eſt plus, quàm ſit à concordatis expreſſum, requirere, & ex cauſa valet: vt quandoque in vniuerſitate Bituricen. dum ibi profiterer, dixi.

Conſuetudo vt duo notarij cōficiant inſtrumentum, valet.

Notarius quo ſigno vti debeat.

35 Tertiò quæro, quo ſigno debeat ſcriba ſeu notarius vt in nominationibus? Reſpon. ſigno conſueto, aliàs ſi mutauerit ſignum ſuum, falſi tenetur. Bald. & alij in 1. conſtitu. C. & in l. comparationes. col. vlt. C. de fide inſtru. & ca. ſignificauit. de appella. & ibi Peruſ. & alij. Lanfranc. in c. quoniam contra. in verbo inſtrumētorum. col. 2. de proba. per l. fin. C. de acceſſorib. & §. item lex Cornelia. inſti. de publi. iudi. Feli. in c. 1. de fide inſtru. Ratio eſt, vt poſtmodum ex iſtis inſtrumentis ad alia fiat facilior comparatio. §. oportet. in authen. de inſtru. cautel. & fide. colla. 6. gl. in d. §. item lex cornelia. quod rectè fieri nō poſſet, ſi diuerſis vteretur ſignis notarius. gl. in §. ſed ſi inſtrumenta. in verbo adijciatur. d. authen. de inſtru. cautel. & fide. Bauer. in d. §. poſſunt. notab. 2. inſti. de teſta.

Nominationes per ſigna incognita nō ſignētur.

36 Ideo vitiarentur nominationes ſi ſcriba vniuerſitatis eas ſignaret per duas literas, vt P. R. volens dicere Petrus Rebuffus, vel per duas ſyllabas incognitas, vel per literas, aut notas. quia tales notæ nec literæ ſunt, dicit text. in l. ſed cùm patronus. §. fin. ff. de bono. poſſeſ. & ibi gloſ. & hoc, intellige quando ſcriptura de ſubſtātia erat, vel de forma, alioqui quando eſſent tales literæ. licet non probent, tamen non vitiāt: ſed perinde eſt ac ſi ſcriptura earum rerum non eſſet facta. argu. l. 1. ff. de iniuſto rupt. l. ſed ſi pupillus. §. proſcribere. de inſtitor. actio. Baldus & Imol. in l. quoties. §. 1. ff. de hæred. inſti. Alber. Brunus in tracta. de forma & ſolennitas, verſicu. 44. ibi quædā verò ſunt, &c.

Sigillo vniuerſitatis ſigillari debent nominationes.

37 Quintò, requiritur quòd ſigillo vniuerſitatis ſint ſigillatæ. d. § præfati. ibi, ſigillo vniuerſitatis, &c. nec valerēt, niſi eſſent munitæ ſigno ſcribæ, & ſubſcriptione, ac ſigillo vniuerſitatis. Spec. in titu. de inſtru. editi. §. inſtrumentum ergo publicum. ver. itē quòd non eſt ſignatum. & verſ. item quod non eſt ſigillatum. vbi ſigillum & ſubſcriptionem requiri dicit. idem tenet Guido Papæ. quæſt. 175. literæ. & 481. literis. in ſuis deciſ. Bar. in l. ſi procuratorem. ff. de procurato. Docto. cap. 2. de fide inſtru. Panor. & alij in c. poſt ceſsionem. de probat.

38 Item inſtrumentum ſigillatum ſigillo regio, ſine notarij vel notariorum ſubſcriptione non habet executionem paratam, niſi cōſuetudo aliud habeat, vt dico in tracta. meo de literis obligatorijs regio ſigillo vel alio authen. ſignatis. arc. 1. & ſeq. in 1. tomo conſtitu. regia. vide text. in l. fi. §. ſinantem hi. C. de bonis authoritate iud. poſ.

Literis epiſcoporum an ſine q̄uo de credatur.

39 Facit quòd nec creditur literis epiſcoporum ſigillatis ſine teſtibus & ſubſcriptione notarij, circa prouiſiones factas de beneficijs ad eorum collationem ſpectantibus in præiudicium apoſtolicorum impetrantiū. Rota deciſ. 17. not. quòd non creditur. de probatio.

probatio.in antiq.Panor.& alii in d. c.post cessionem.facit text. in c.cùm à nobis. ibi, nec scriptum eorum, nisi testium adminiculo fulciatur.de testi. Quid in aliis casibus,tradunt doct.in d.c.post cessionē. Cal. consi.vlti.rub.de fide instru.& Bal.in consi. 319 super 1.& cōs.seq. in 3. vol. quia impetrãtes Apostolici sunt ordinariis exosi.ideo ordinarij faciūt vti solēt antidatis,& sigillũ eorum apponunt ad libitũ,teste Bonifa. in cle.vlt.col.fi.de senten.excō.scripsi in præfa.ad rub.de collatio.in concord.Et in hoc sigillo requiritur actus, aptitudo, voluntas,& character. Bald. in ca.2. col.3. de fide instrumen.

Quæ in sigillo requirantur.

40 Primò quero, Quotuplex est sigillum? Respondeo multiplex. quoddam est sigillum authoritatis, vt sigillum Papæ, regis, episcoporum & dominorum temporaliũ. c.nobilissimus 96.dist. & ibi notat. & cle. vna.in fine.de iureiurand. Aliud est solennitatis,vt sigillum testium in testamentis. § possunt instit.de testa.& quod ius ciuile annulum vocat, ius canonicum sigillum appellat,teste Innocen.& Imol. in ca. 2. de fide instrumen. Est tamen text.egregius loquens de sigillo. in l. videamus. §. qui vinum.ff. loca. & in l. æquissimum. §. sed si ædium,de vsufru.& l.exteræ.§. Item prohibentur.de leg.1. Aliud est sigillum testimoniale.vt l.si qua per calumniã. C. de episco. & cleri.l.Caius.ff.de pign.actio.vt est istud quod in nominationibus apponitur, ideo in eis solet apponi,in quorum fidem & testimonium,&c. Aliud est ratificatiuum.l. 2 C.de rebus alienis non alienand. & ibi Bald & in margarita in verbo sigillum q. 2 Aliud ponitur in signum consensus.c.1, de procura.vt quando agitur de præiudicio sigillantis Bald.in d.c.2. col.3. Aliud sigillum datur in signum confirmationis.c. inter dilectos.§.1.de fide instru. Imol. in c. 2.colum.penul.de fide instrum. Alia sigilla scripsi in tracta.de literis obliga. in glo. 6. in ordi.reg.in 1.tomo.

Multiplex est sigillum.

41 Secundò quæro, quid debeat continere sigillum. Respon.debet cōtinere quandam impressionem.l.1.vers. si autem fortus. ibi sigillo impresso.C.de communi seruo manu.& ibi Bal.not.illum tex facit l.decernimus C.de aquæ duct.lib 11 §.si pecunia.l.1. ff depo.c.inter dilectos.de fide instru.c præsentata.de test.glo.in c.nobilissimus. 96.di stin.in qua impressione debet esse imago principis,seu rectoris,vel arma regis, aut sigillãtis,vel eius imago,seu alicuius sancti, sicut in moneta.l.fin.C.de veter. numisma. potest.lib 11 Bal consi. 376. casus talis est, domini de lascalla.in 3.volu.

Sigillum quid debeat continere.

Item debet continere characteres seu literas circum,vt sigillũ vniuersitatis, vel sigillum regis,vel alias literas aptas & conuenientes sigillo. tex. in c. significauit de appel.& ibi docto.c.inter dilectos.de fide instrum. Et sigilla debent apparere orbita, & characteres.vt sit forma.gl. in d.c. inter. in verbo dimidia.& nomē sigillantis. d. l. decernimus.C.de aquæ ductu. lib. 11. ideo si quis vellet sigillare cum re nō habente characteres,vel literas legibiles, puta cum corrigia,non posset.§. possunt.ibi Io Fab. insti.de test.l.ad testium § signum. ff. illo. tit.

42 Ex quo infertur,quòd defectus formæ impressionis seu characteris impedit rei essentiam,vt non valeat actus factus sine illis,imo defectus vitiat, vtpote si figura, seu imago,amplius non appareat, vel character sigilli.d.c.inter dilectos.vbi si sigillũ frangitur pro ea parte,vt non dignoscatur imago,vel tantum atteratur,vel cassetur, vt non cognoscantur literæ,nec cuius sit sigillum,non facit fidem,& verè non est sigillum,propter formæ omissionem. Spec. in tit.de instru.editio. §. instrumentum. vers. item quod imago.& in titulo de procu. §. ratione autem formæ. vers. item quod non sunt sigillo, &c. Guido Papæ in statuto si quis per literas. in verbo, propria manu. vers. sed quid si in,&c.Sequitur Alber.Brunus in tract.de forma & solennitate actus. rub.ex quibus consistant forma & solennitas.ver. 48. dicens quando actus requirit sigillationem,tunc sigillũ est de forma. Bal. in l.si duos.si quis iorauerit. ff. de iureiur. ideo cũ hic sigillum in literis nominationũ & gradus requiratur,non valebunt tales literæ non sigillatæ, nec literæ attestatoriæ temporis studij,vt infrà dicetur.

43 Tertiò quæro, an sufficiat quocunque sigillo vniuersitatis sigillare nominationes? Respon.non,sed oportet quod sigillo distinato ad nominationes sigilletur si aliquid sit, & non valeret si esset sigillũ destinatum ad nominationes & gradus, & alio diuerso sigillo sigillarentur,per d.c. significauit. ibi, sigillũ capituli ad citationes iãiũ de appel. quod est notandũ,quia vtẽdũ est qualibet re ad eius vsum destinata.c. ad nostrã & c. suggestũ.de appel. Bal & Perus.in d.c. significauit. Et per hoc dix,quod si nominationes cō sueuerant sigillari magno sigillo,& rector apposuit paruum sigillũ,quod non valent per suprà adducta,nã sigillum ad vnum actum deputatum,nō facit in alio actu fidem, per d.c.significauit.nã limitata causa limitatũ producit effectũ.l.in agris.ff.de acquil. rerũ do. Aret.in d.c.post cessionem.& Dec.in d. c. significauit. Imo nominationes redderentur suspectæ,si figura apposita in sigillo esset valde difformis sigillanti, vt puta si episcopus, doctor, vel vniuersitas haberet sigillum,in quo esset impressa figura hominis armati. idem si capitaneus vel miles haberet sigillum in quo est impressa imago doctoris,aut episcopi, nam illud sigillum debet esse,vt in notionem sigillantem deducat.l.stigmata C.de Fabricẽ l.b.11.hoc tenent expressè Porcus & Bautr. in d.§. possunt.

Sigillend nominationes destinato sigilletur.

possunt. institu. de testa. quia nomen rei cō ueniens est debet §. est & aliud. institu. de donatio. sic & sigillum.

Si tamen vniuersitas promiscuè vteretur magno & paruo ad nominationes, tunc essent validæ, & sic possent saluari contra opponentem non esse rectè sigillatas, secundum docto. in d. c. inter dilectos. In Montepessulano sigillantur magno sigillo cum retro impressione minoris: quod si non fiat non valent, quia ita est solitum fieri, argu. l. certi condictio. § si nummos. ff. si cert. petat. & ibi Iason multa ad hanc rem facientia adducit. Et idem fieri consuetum in vniuersitate Parisi.

44 Ideo in nominationibus solet apponi, in quorum omnium fidem & testimonium, sigillum nostrum consuetum apponi iussimus, &c. Nam in literis debet exprimi ad quid sigillum apponatur. Et si non exprimatur, videtur apponi ad id, quod natura causæ desiderat, quia ex natura actus datur intelligi voluntas. l. si stipulatus. ff. de vsur. Bal. in c. 2. col. 3. de fide instrumen.

45 Quartò, quæritur, an valeant nominationes, si sigillo tantum facultatis legalis, vel canonicæ, seu theologiæ sigillentur? Clarum est quòd non, quia tex. dicit sigillo vniuersitatis, & facultas non est vniuersitas. nam diuersitas nominum inducit diuersitatem rerum. l. si idem. C. de codicil. etiamsi sigillarentur sigillis omnium facultatū, & omitteretur sigillum vniuersitatis: quia forma omissa redderet actum nullū. l. 1. ff. de libe. & posth. Et ista opponi possunt contra nominationes, nec possunt euitari, si probentur. Si tamen per inuidiam vel maliciam rector recusaret sigillare nominationes alicuius facultatis, posset instante necessitate suo vti sigillo. per l. 1. ff. de offic. consul. & c. si quis propter. de furt. & vt malitiis hominum obuietur. c. sedes. de rescrip.

Sigillo facultatis nominationes sigillata nō valent.

46 Nec etiam valerent nominationes si sigillo rectoris priuato sigillarentur, cùm nō sit sigillum vniuersitatis. ideo hæc qualitas videlicet vniuersitatis, debet interuenire per ea quæ probat Ioan. And. in c. 1. de homicid. lib. 6. in nouel. vbi dicit, si probatum fuerit aliquem occidisse hominem, qui occidens accusatus fuerat occidisse tanquam assasinus, si illa qualitas nō fuerit probata, non debet condemnari. Bar. in l. 1. per illum tex ff. ne quid in flu. publ. & Bal. in l. si quis non dicam. C. de episcop. & cler. Et quando sigillo authentico debent sigillari instrumenta, debet probari illud esse authēticum. Dec. in c. post cessionem. col. 3. de probat. Sic in nominationibus debet probari esse sigillum vniuersitatis. & hoc probabitur, si in nominationibus fuerit expressum, vt solet apponi. In quorum omnium fidem, & testimonium has nostras nominationum literas sigillo vniuersitatis communiri iussimus, &c. Posset tamen probari contrarium. sed esset difficile, & oporteret eas falsas probare, id quod est ante cogitandum.

47 Quintò, requiritur in nominationibus annus, ad hoc vt antiquior quis sit, appareat, quis debeat præferri. §. statuimus. de collatio. in concord. & inf à dicetur. & in instrumentis regulariter requiritur annus, & alia quæ tradit gl. in l. generali. C. de tabula. lib. 10. & doct. in l. si quis ex argentariis. § si initium. ff. de eden. plene Bar. in repeti. rubr. de fide instrument.

Annus in nominationibus apponi debet.

48 Sextò, dies & mensis, vt appareat, quo tempore cōcessæ sint, & an extra tēpus permissum. nam de consuetudine non cōceduntur extra tempus quadragesimæ, licet nullum tempus sit præstitutum, vt concedantur per cōcordata, vt suprà scripsi. q. 7. ideo consuetudo, quæ est optima legum interpres, erit attendēda. l. de quibus. cum l. seq. ff. de legib. ideo possunt ista opponi contra nominationes sic data sententiæ in sententiis est scribenda. c. cum ex literis. & ibi not. Imola, de restitu. in integ.

Dies & mensis in nominationibus apponi solet.

49 Alia etiam quæ adhibentur in instrumentis publicis, vtpote locus, & alia tradita per gl. in d. l. generali. C. de tabul. lib. 10. ferme solent in nominationibus interuenire, quæ magis per stylum inducuntur, vel per consuetudinem vniuersitatis, quàm scripto possint declarari.

50 Item notat Bald. in rub. C. de fide instru. col. 5. nu. 15. quod ad hoc vt notarius possit conficere instrumentum, requiruntur quatuor. Primo, facti commissio, id est, quod sit rogatus, vt in authen. de tabel. colla. 4. Secundo, rei cognitio, id est, vt qualitatem apprehendat per sensum corporis. Tertiò, requiritur iuris permissio, id est, quòd instrumentum conficiatur de permissis, non de prohibitis. l. iubemus. §. his tabellionibus. C. de sacrosan. eccle. §. scriba. de prohibita feud. aliena. per Federic. Quartò, testiū præsentia, & rogatio, quæ prosequitur Bal. in d. rubr. ibi videre licet, vt nunc claudam hanc vtilem quæstionem, & aliam prosequar.

Quatuor requisita instrumentis.

Quæstionis vndecimæ Epitome.

1 *Requisita in literis certificatoriis temporis studij.*

2 *Testes duo attestari debent de tempore studij.*

Testes deponentes de tempore studij quales esse debeant.

Acta in scholis per scholares ibidem existentes probantur.

4 *Testes & adiuncti iurare debent: aliàs non faciunt fidem.*

5 *Probari an possit contra literas studij.*

6 *Literis episcoporum, vniuersitatis & apparitoris an credatur.*

7 *Testes super tempore studij quōmodo debeant deponere.*

Testes non est necesse deponere de tempore continuo,

continuo,cum præsumatur.
8 *Tempus studii an debeat coniungi.9.*
9 *Probationes imperfectæ non coniunguntur.*
10 *Literis certificatoriis quibus stetur.*
Testes contrarii repelluntur.
Scripturæ repugnãtes & contrariæ non probãt.
Demonstratio falsa non vitiat.
11 *Vniuersitas non attestatur de tempore studii alterius ciuitatis.& nu.13 fallit.nu.15.*
Permissum censetur, quod non est prohibitum.
12 *Iudex testes alterius prouinciæ audit etiam de eo quod est in alia prouincia factum.*
13 *Suo quilibet debet esse contentus, & non aliena quærere.*
Scolastici in vniuersitatibus franciæ debent 22. solidos cum dimidio suis doctoribus.
14 *Tempus studii melius poterit probari in loco vbi scolaris studuit,quàm alibi.*
16 *Attestatio generalis de tempore studii an sufficiat.*
Testes non possunt deponere per verba iuris.
17 *Ex æquipolentibus quid fiat,non refert.*
Declarans an de nouo facere videatur.
18 *Tempus quo quis studuit extra regnum ,an possit coniungi cum eo quo studuit in regno.*
Vniuersitates omnes possunt certificare de studio sui scholaris.
19 *Tempus studii ex vniuersitate extra regnum habitum nominato prodest.*
20 *Studium medicinæ an possit coniungi cum studio legum.*
21 *Studium domi factum an computetur.*
22 *Tempus lecturæ computatur in tempore studii, vt quis possit nominationes obtinere.*
23 *Legentes studere dicuntur.*
24 *Magistro artium regenti an illud tempus computetur.*
Correlatiuorum vno prohibito alterum videtur prohibitum.
Difficultas non excusat.
25 *Matricula an attestari debeat.*
Scholaris non matriculatus non gaudet priuilegiis scholarium:sic nec miles.26.& 29.
27 *Ciuis non descriptus in libris ciuitatis non gaudet priuilegii ciuitatis.*
28 *Tabellio non descriptus in libro non potest suum officium exercere.*
29 *Idem in aduocato.*
30 *Literæ non designantes tempus an valeant.*
Actus in dubio interpretatur vt valeat.
31 *Tempus studii non valet,si dicatur ,studuit per quinque annos vel circa.*
Dictio circa est ambigua.
Tempus quinquennii expressum & completum esse debet.

Quęstio xj.principalis.

Quæ requirantur in literis certificatoriis temporis studij.

1 VNDECIMO, principaliter quæritur quæ requirantur in literis certificatoriis temporis studij? Respõ.scripturã, sigillũ, subscriptionẽ scribæ vniuersitatis,& illa sex quæ supra in proxima quæstione dixi in nominationibus requiri, vt est text.in d.§.præfactiq; graduati. & sic non valerent attestationes quando rector & facultas certificarent,quia non est vniuersitas quæ requiritur.vt supradictũ est in nominationibus.

2 Item requiritur quòd duo testes ad minimum de tempore studij attestentur vniuersitati vel facultati,quia vbi numerus testiũ non adiicitur,duo sufficiũt.l.vbi numerus. ff.de testib.c.licet ex quadam.illo titu. vbi dicitur quòd vnus non sufficit etiam si præsidiali fulgeret dignitate, quia regulariter non facit plenam fidem l.iurisiurandi. C.de testibus.& nominati & graduati teneantur plenam fidem facere de tempore studij.d.§. præfacti.ibi,fidem facere teneantur, quod non esset si per vnum tãtum probarent,nec vniuersitates certificarent quẽdam studuisse,nisi prius audirent testes, & sic vidi seruari. *Duo testes attestari de tempore studij debent.*

3 Primò,quæro quales debent esse tales testes de tempore studij deponentes? Respondeo,probatæ vitæ,& opinionis.ca. licet vniuersis cum seq.de testi.l.3.in prin.ff.eo.Ideo solent Tholosates opponere in literis certificatoriis hæc verba,pro vt nobis fides facta extitit per testes fide & testimonio dignos.licet hæc non debeant opponi, quia non statur scripturæ referẽti,nisi producatur ea,ad quã fit relatio.tex.in auth. si quis in aliquo C.de eden. ideo simpliciter vniuersitates Franciæ certificãt quem studuisse nulla habita mẽtione testiũ.& istud est tutius.Requiritur etiã ꝙ scholares pro scholaribus deponãt,non faber,vel cerdo, nam quæ in scholis agũtur, non possunt facile aliter probari,quã per scholasticos ibidem existentes,sicut nec illa,quæ fiunt in capitulo possunt probari aliter quàm per canonicos.c. veniens.2.in fi.de testi.Idẽ de his quæ domi fiunt,dicitur in l.cõsensu.§.super.C.de repu.si tamen omnes scholares causa pestis, vel belli,ab vniuersitate discessissent, poterit tempus studij probari per bidellũ,vel vicinos,qui in dies viderunt illũ scholarẽ ingrediẽtem scholas,vel per suum hospitem, in cuius domo habitabat,arg.d.l.cõsensu. §.super.& ibi addidi.vel doct.poterũt concedere literas,si notitiã habeãt scholasticorũ,& Parisiis quælibet facultas literas concedit certificatorias sui scholasticis, si sint matriculæ adscripti illius facultatis. *Probatæ vitæ debent esse testes de studij tẽpore deponẽtes.*

4 Requiritur etiam ꝙ illi testes sint iurati, nam testi non iurato non adhibetur fides. l.iurisiurandi.C.de testib.c.tuis, illo titu. etiam si fuerit religiosus obseruantiæ.c.nuper,de testib.etiã si esset sanctæ vitæ. Barb. in tract.de præstan. Card. in 2. q. 2. partis, in fine sic vidi iudicari de adiuncto, qui datur consiliario,vel alij commissario, vt iurare etiam debeat,vt fuit in senatu decisum anno 1534. die 4. Martij, per text. in l. hac edictali. *Iurare testes & adiunctus debent.* *Arrestum.*

edictali.§.his illud vbi Salice.C.de secund. nup.scripsi in trac.de adiunctio.in 2. tomo constitu.reg.

Intellige quo ad præsumptionem, quam bene faceret, sed non probationem plenam regulariter.glos.in c.cùm olim. 1. de priuileg.Ias.in repet.l.admonendi.col.70.nume. 189.ff de iureiurand. Alexand.consi.131. per ipectis.& consil.237. in 6. volu. Ideo solet apponi in literis certificatoriis, testes iuramento medio examinatos. Si ista nó opponerentur, præsumeretur falcitas coutra has literas, maximè apud Tholosates, & in Monte pessulano, vbi hoc vtútur stylo, quamuis sufficiat vniuersitatem certificare studuisse tali tempore nulla facta mentione testium, vt supra dixi. Non possum tamen probare, vt literæ certificatoriæ temporis studij concedantur ex schedula, seu quadam papiro scripta nos subsignati, &c. quia datur materia falsum fabricandi. nam vnus poterit diuersis literis illam papirum signare, vel facere signare ob his qui in doctorum præsentia iurare non audeient, vnde fit, vt is qui nunquam studuit, inueniat sæpius se studuisse tanto tempôre, quo vult ob id sæpius dixi docto. Parisi. sed non potui obtinere, hoc tamen est dignum reformatione, & non debet concedi tempus studij nisi testes à doctore recipiantur, & iurent donátque coram illo præsente scriba vniuersitatis, vel bidello facultatis, qui postea conficiet ad mandatum doctorum literas.

An possit probari contra literas temporis studij.

5 Secundò quæro, vniuersitas certificat istũ Titium studuisse per quinquennium, vt facta fides extitit eidem per testes, ego volo probare contrarium, videlicet quòd nõ studuit quinquennium, & quòd testes nõ sunt fide digni, nec omni exceptione maiores, vt testes esse debent. gl. in §. item verborum. insti.de verbo.oblig.c.1.de consanguini.& affini.an possim probare? videtur quòd sic, quia de veritate semper debet inquiri, vt fides veri constare posit.l.2.& l.non est nouum.C.de edend. Item quando lex vel statutum dicit standum esse iuramento alicuius, poterit tamen contrarium probari per legitimas probationes, text.& ibi Panor. & alij in cap.proposuisti.de proba. c. continebatur.de disponsa.impube.Bal. & Sali. in l.1. C.de reb.cred. item quando dicit standum dicto alicuius, intelligitur nisi probetur cõtrarium.glos.& doct.in l.2.§.si absens. ff.si ex noxa.cau.agatur.

Literis episcoporum vniuersitatis & apparitoris creditur.

In contrarium videtur, quia vili seruienti creditur in his, quæ eidem commissa sunt ratione officij. c.a. quoniam contra. & ibi Lanfranc.& alij.de proba. Barto.in extrauagan.ad reprimendum.in verbo per nuncium.quomo.in læsæ maiest. crim. proced. c.ad audientiam.de præscript. Fortius creditur toti vniuersitati attestanti de tempore, quia non est verisimile quod vniuersitas admitteret testes viles, & falsum deponentes. Ideo illis debet sine dubio stari.

6 Item creditur literis episcoporum sigillatis, in his quæ ad suum spectant officium c.post cessionem.de proba Item creditur literis examinatorum. c. cum secundum. & ibi Card. 21.notab.de præbend. ergo & fortius vniuersitati credetur, alioqui quotidie sic nominationes impugnarentur, & via fraudibus pateret, contra l.in fundo. ff. de rei vendi.c.sedes de rescript.nisi eas literas falsas allegaret & probaret, quod maximè vitare debet, nisi hoc facilè probare posit, quia difficile commissum esse falsum probari potest, & indigo acerrima fieri debet ad probandum illud. l.vbi.C.ad leg.Cornel.de falsis.& quando testes hoc modo allegantur in literis illæ literæ non probant, nisi testes relati producantur. authen.si quis in aliquo.C.de eden.quod maximè vitandum est.

Testes vt debeāt deponere.

7 Tertiò quæro quomodo debeant illi testes deponere? Respon.de quinquennio vel de triennio in nobilibus, & requiritur quòd sint concordes in tempore, alioqui non probant. Vnde si vnus deponeret de quinquennio, alter de quadriennio, non valeret literæ certificatoriæ nisi in quadriennio, quia in alio sunt singulares, qui non probant.c.bonæ.in 1.de elect. no. in c. licet.de proba.l.ob carmen.§. fina. de testibus.dixi plenè in tractatu meo de reprobationibus & saluationibus testium, in verbo singulares. Tamen si testes tantum deponerent de quinquennio, valeret, quia licet non sit dictum continuum, tamen præsumitur.l.si vsufructus in bienniuin.ff.de vsufruct.lega.& l.si cum hermes, vbi Bald. C. de loca.vide Alex. in l.si procuratori. in fi. ff.de verb.oblig.vbi quando fit mentio de tempore, in dubio intelligitur de cõtinuo. no.in l.eum qui calendis.ff. de verbo. obli. & sufficit quod maiori parte tempóris studuerit.vt tradit Bal.in l.mutianæ §. primo. ff.de conditio.& demon.declaro inter priuilegia scholasticorum quomodo intelligatur.

Non est necesse de tempore cõtinuo deponere.

Tempus studij an debeat coniungi.

8 Quartò quæro, pone duos deposuisse Titium studuisse per biennium, & alios duos deposuisse eundem alio triennio studuisse, an valeat ipsorum depositio? videtur quòd non, quia quinquennium requiritur, & non frustratim, sicut lupus comedit frustatim agnum.c.t.§. nos sumus 13. quæst.1. Inno.in ca.qualiter.in 2. colum. t. de accusa. Vnde dicit Bald.in l. obseruare. col. fin. C.quorum appel.non recipiuntur. quòd si statuto caueretur, quòd si quis iuerit de tali loco ad talem, pede mulcteur.& duo testes dicunt, quòd viderunt ire vsque ad dimidiam partem, alij vsque ad aliam dimidiam, hæ probationes non coniunguntur, nec perfectũm accessum probant, nisi deponant quod viderint principium & finem.

sequitur

sequitur Ias.in repet.l.admonendi. nu 251.
cum sequen.ff.de iureiur. Refert Catellia.
Cotta in 2.parte memora.inverbo,indicia.
Ias consil. 25 col.5.in 3.volu.Respon. depo-
sitionem testium valere, & coniungentur
tempora.arg.l.vnicæ. & ibi multa addidi.
C.qui numero tutela. plenè Præpo.in cap.
quorumdam.21.dist.facit quod diuersitas
simulquæ iungi potest, non facit testes sin
gulares, vtpote volo probare præscriptio-
nem decennalem,probo per duos testes de
primo quinquennio, per duos alios de se-
quenti quinquennio, optimè probo ex con
iunctione testium, ex quo resultat proba-
tio continuis temporis decennalis ex con-
iunctione testificationũ,sic in tempore stu
dij.Bald.in l.testium nume.12. C. de testib.
9 Ancha.consil.276 visa. Nec obstant suprà
in contrarium adducta. quia debent intel-
ligi in probationibus imperfectis, quæ nõ
coniunguntur. secus quando probationes
per se sufficienter sunt probatæ,& ita vnũ
quodque indicium,per se sufficienter pro-
batum potest cum altero cõiungi. Bal in l.
si quis ex argentariis.§.1.ff.de eden Barb.in
tract de præstan.Cardin.in 2 quæst.primæ
partis.col.vlt.Fel.& alij in c causam notab.
1.de offi deleg. Alexand cõsil. 3. & his col.
vlt.in 1.vol Cotta vbi suprà in verbo pro-
bationes.Hippol cons 20 degeneris num.
47.cum seq.siue longum tempus inter me-
dium fuerit,siue breue,cum text. tantũ re-
quirat quinquenniũ,&eadem ratio militat
in eo qui duos annos studuit. anno 1512.
vsque ad decimumquartũ, & postea obru-
tus negotiis intermisit studium vsque ad
annum millesimum quingentesimum vi
cesimumseptimũ,& postea studuit tres an-
nos.dico posse coniungi per supradicta, &
infrà dicetur.& probant doct. per illũ tex.
in c.fin.de succes.ab intesta. & in c. præte-
rea.de testibus.vide Collect.in c. ex parte.
de cleri.nõ residen. vbi in pœnis dicit nõ cõ
iungi, vt si religiosus audiuerit leges per
vnum mensem,& postea destiterit,demum
audiuerit per alterum mẽsem,nõ erit excõ
municatus,vt no.in c.nõ magnopere. & c.
super specula ne cleri.vel mona.quia ibi in
odiosis, secus in fauorabilibus. pro hoc est
tex.in l.Paulus.§.fin.ff de lib.caus. vbi ser-
uus,qui continuò triẽnio seruire debebat,
antequam consequeretur libertatem. si fu-
giat ante triennium completum, & postea
reuertatur & seruiat,dicitur continuò ser-
uiuisse,& obtinebit libertatem. sic scripsit
Ias.in l.si idem.nu.7.ff.de iurisd.om.iud.

Quibus certificatoriis statur.

10 Quintò quæro, quidam habet literas
certificatorias temporis studij de triennio,
quo studit Tholosæ, & de biennio quo
studuit hic Parisiis.In literis tamen gradus
dicitur quod studit per quinquenniũ in hac
nostra Parisien. vniuersitate.& tamen non
studuerat nisi per bienniũ. Quæritur qui-
bus literis stabitur? Videtur quod nullis, quia
quando testes sunt contrarii omnes repel-
luntur.l.eos.& ibi Bart.ff de fal l.qui falsa.
de testi.c.licet.de proba.& scripturæ repu-
gnantes, & contrariæ non probant.l. scri-
pturæ.C.de fide instru. Contrarium dice-
rem,standum esse videlicet literis certifica
toris temporis studii, quæ sunt factæ prin-
cipaliter ad hoc vt certificent, literæ verò
gradus vt probent gradum, ergo si inciden
ter faciant mentionem de tempore studij,
non debent derogare alteri instrumẽto su-
per tempore studij cõfecto, cùm prolatum
sit enuntiatiuè,& sic non probat. l. ex hac.
ff.de dona.cle.vna.de proba.& plenè in tit.
de subla.cle.literis.in concorda. Et istæ lite
ræ gradus debent intelligi secundum alias
literas certificatorias, videlicet quòd stu-
duit per quinquennium in nostra vniuer-
sitate,computato tẽpore quo in altera stu-
duit,& sic partem pro toto sumẽdo. Et hic
error vniuersitatis non debet nocere gra-
duato ritè qualificato.quin possit corrigi.
argu.l.1.& per totum C.de erro.aduoca &
demonstratio falsa non vitiat. l. demostra-
tio.ff.de condi. & demonst.& ibi Barto.&
Soci.& fuit hoc à me in palatio sæpe pe-
titum,& ita respondi.

Vniuersitas nõ attestatur de tẽpore studii alterius vniuersitatis.

11 Sextò quæro, pone quòd studuit trien-
nium Tholosæ. & biennium in Montepes
sulano, & nominatus sum in Montepessu
lano, an vniuersitas Mõtispessulani possit
certificare de tempore studij Tholosæ? Vi-
detur quòd sic, quia illud censetur permis-
sum,quod non est prohibitũ.l.præcipimus.
C.de appellatio.Item omnia potest vniuer
sitas,sine quibus nominationes habere non
possent.l 2.de iurisdi omnium iudic cap.
præterea de offic.delega.

12 Item iudex testes alterius prouinciæ au-
dit,etiam de eo quod est in illa prouincia
factum.l indices.C.de fide instrumen.Item
cui conceditur consequens,& antecedens,
vnde si cui concedatur aquæ haustus,vide-
tur esse concessum iter ad illum fontem vel
puteum.l. 2 §.fi.ff.de seruit rust. prædiorũ.
Panor in cap cum liberum col.2. de sepul.
l.olympico.ff. de seruit. vrbano præd.Sed
vniuersitatibus regni est concessum vt no-
minationes possint dare, ergo & tempora
studij poterunt facere, sine quibus non va-
lerent nominationes.

13 Veritas in contrarium se habet, quia vna
vniuersitas non certificat de tempore stu-
dii alterius nam confunditur ordo, quãdo
vnicuique sua iurisdictio non seruatur. c.
peruenit.11.q.1.alioqui præeminentiam &
vtilitatem vnius altera vsurparet,quod iu-
re prohibetur, quia quilibet suo debet esse
contentus,non aliena quærere.l.fi. C. vnde
vi.Nã in his vniuersitatibus Franciæ scho-
lastici debent vigintiduos solidos cum di-
midio singulis annis suis doctoribus, vnde
si quis studuerit quadrienniũ Paris & Au-
reliæ vno anno, si postea Aureliæ sumat

 gradum

gradum, vniuersitas metet, quod nõ seminauit, & exiget quinque libras cum duodecim solidis pro tempore studij, licet quatuor libræ cum decem solidis sint debitæ vniuersitati Parisi, quod non est faciendũ, imò soluens ei cui non debet, non est liberatus, maximè soluens inuito creditore.l. inuito.C.de solu.l.soluendo.ff de neg.gest. & l.verò.cum aliis.de solutio. Item quis debet habere literas certificatorias ab illa vniuersitate in qua studuit.si ergo studuit in pluribus, à qualibet debet habere literas certificatorias.d.§.præfati.2.Igitur cũ istud pro forma datum sit, debet seruari, & eius omissio vitiabit.c. cùm dilecta.de rescript.

14 Item verisimile est quòd tempus studij melius poterit probari in loco vbi scholaris studuit, quàm in alio.l.1.§.1.ff. de flumi. §.si res. & ibi Aluaro. vlti. not.de pace tenend.& eius violat.c.scriptum. ibi, per Venetias.& ibi expressè Bal.de elect.per legẽ a.&.vbi de ratiocin.

Nec obstat quòd nõ sit prohibitũ, quia imò est prohibitum in concorda. sed non iudici, ideo conceditur ei. Nec refragatur quòd omnia sunt cõcessa, sine quibus,&c. Nam vniuersitas potest certificationis literas facere de tempore, quo studuit in eadẽ vniuersitate, non in alia. Et sic illud antecedens censetur esse cõcessum qualificatiuè, & per hoc non obstant in contrarium adducta, & ita seruatur.

15 Fallit quãdo illa vniuersitas esset vacans ob bellum, vel pestem, vt fuit Papien. tunc crederem aliam vniuersitatem posse certificare etiam de illo tempore necessitate instante, quæ nõ habet legem.l.vna.ff. de offi. consul. alioqni pauper scholaris non posset obtinere nominationes, ac ex causa subueniri debet scholaribus.l. 1. ff. ex quibus caus. maior. Et bonum est quòd hoc inseratur in literis temporis studij.

Nota quando vna vniuersitas possit de tempore studij alterius attestari.

Secundò fallit, quando ab vtraque parte haberet literas studij certificatorias, tũc illa adiectio credo quod non vitiaret, siue habeat ante, siue post, per regulam, vtile.de regu.iur.in 6. Item si studuisset quinquennium Tholosæ, & apud Bituriges per annum, non vitiantur literæ, si apponat Biturigibus dummodo habeat literas certificatorias ex vtraque vniuersitate. quod est notandum.per l.testamentum. C. de testa. vbi superflua non vitiant.

16 Sextò quæro, vniuersitas exprimit nominatum studuisse per tẽpus præstitutum requisitum tam per concordata, quàm per ordinationes, an sufficiat? Videtur quòd non, quia testes non possunt deponere per verba iuris. Anchar.consil.296. visis. cum multis ibidem adductis. Contrarium dicerem, quia paria sunt dicere certum tempus, vel se referre ad certum.l.ait prætor.§.1.ff. de re iudi.ideo paria sunt dicere per quinquẽnium, vel per tempus cõpetens & præstitutum, quia concordatum dicit opus esse probare tempus studij, non dicit quinquennium, ergo. item vniuersitas non fungitur vice testium, sed superioris. nam potest esse quòd testes deposuerunt de quinquennio, & vniuersitas dicit studuisse per tẽpus requisitum, & sic non debet scholari esse frau-

Generalis attestatio, puta quod studuit tẽpus legitimum, & statutum an sufficiat.

17 di. Probatur, quia non refert quid ex æquipollentibus fiat.l. cùm seruus.ff. de verbo. oblig l.si mater.C.de institu.& substi. & in æquipollentibus idem est iudicium. l. mulier.in princi.ff.ad Trebel.c.in lus. de verb. signific.ista sunt æquipollentia per tempus requisitũ in concordatis, vel per quinquennium, ergo valebit. ita dixi in palatio, plena manu scribam, si operæprecium fuerit. Poterit vniuersitas etiam ex interuallo declarare intentionem suam, videlicet quòd sensit de quinquennio, & istud declaratum habetur ac si à principio fuisset dictũ. Pau. ibi per illum tex.in l hæredes palã. §. sed si notam.ff. de testa. vbi qui declarat nil noui dat, quod est verum, nisi ex tali obscuritate redderetur dispositio inutilis, tunc declaratio illius obscuritatis, quæ redderet dispositionem nullam, non poterit fieri, quia qui declarat, censetur denouo facere, quod non esset permissum in præiudicium tertij. glo.& doct.in d.§.sed si notam. Feli. in cap. edoceri.col.5.de rescrip. Refert Alber.Bru. in tract.de forma & solennita.actus.fo.90. colum.3.& seq. & ideo non posset colator postea in sua collatione addere ista verba tanquam graduato, per supradicta.

18 Octauò quæro, nominatus studuit Auenione, vel in Italia triennium, & Valentiæ per biennium, vult nominari Valentiæ, quæro an illud tempus, quo studuit Auenione, & sic extra regnum, ei suffragetur? Videtur quod non, quia sicut vniuersitas Auenionẽ. non potest concedere nominationes, ita nec literas temporis studij: quia prohibito vno, videtur prohibitum omne id per quod peruenitur ad illud.l. oratio.ff. de sponsa.dixi in repe.c.postulastis.in prin. de cleric.excom.minist. Contrariũ videtur. nam omnes vniuersitates tam regni quàm extra regnum possunt certificare de studio sui scholaris.l. nemini.§.1. C. de aduoc. diuerso. iudicio. Et licet plus sit concessum vniuersitatibus regni, videlicet nominare, aliis tamen non est detractum, quò minus possint de tẽpore deponere, vt in dicto §. 1.dicitur, Iurisperitos etiam doctores eorũ iubemus iuratos sub gestorũ testificatione depromere esse eum, qui postea subrogari voluerit, peritia iuris instructum. Nec obstat quòd prohibito vno,&c. quia vniuersitatibus extra regnum nõ est prohibitum nominare, nam eis nunquam fuit concessum, sed est de nouo concessum vniuersitatibus regni nominare, & ob illam concessionem non videtur prohibitum aliis vniuersitatibus nõ concedere tẽpus, quo quis

An tẽpus quo quis studuit extra regnũ possit coniungi cũ eo quo studuit in regno.

ibi

ibi studuerit, & certificare, & hoc videtur conueniens concordato, in quo sufficit certificari studuisse in vniuersitate famosa, & priuilegiata. Sic excluditur is, qui studuit domi, vel ruri, vbi nulla erat vniuersitas. c.
19 tuæ. de cleri. non residen. Et sic posui cóclusionem, quòd nominato tempus studij ex vniuersitate etiam extra regnum habitum, prodest. vide tamen quæ dixi suprà. q. 10. nume. 6. vbi dixi certificari posse quo ad priuilegia iuris, sed non quo ad priuilegia concordatorum. Si tamen in forma auth. concederetur, arbitror in practica & in forensi iudicio, etiam quo ad cócordata tempus studij prodesse posse, quia praxis supradictis subtilitates non recipit quo ad tempus studij, de gradu autem nil vidi decisum contra prædicta.

Conclusio.

20 Nonò, dubitari vidi in Mótepessulano, quidam studuit in medicina per biennium, postea conuolauit ad secunda vota, videlicet ad ius ciuile, vel contra, in quo studuit trienniú, sumpsit nominationes, an ei suffragari possunt? Breui videtur quòd sic, inspiciendo rationem concordati, quæ est vt ecclesia viros habeat literatos, & de eisdé ecclesiis prouideatur. sed hic qui studuit in medicina, est literatus, ergo eidem potuit prouideri in nominationibus.

Studiens medicinam an possit cum eo computari studio legum.

Secundò, hoc probatur in concordato. in §. tempus. vbi computatur tempus quo quis studuit in artibus à logicalibus inclusiuè, fortius cóputabitur illud tépus quod consumpsit in medicina, & vtrunque coniungetur ad quinquennium peragendum, & istud videtur æquum, licet contraria opinio posset tueri, quam probaui suprà. q. 5. Etiam concordatum vult, vt studium medicinæ possit in § præterea. de colla. in concorda. si separatim portit, ergo & cum alio coniunctum, nec est diuersa ratio, & hoc est tenendum.

21 Decimò quid si biennium domi studuetit, vbi nulla erat vniuersites, & triennium in vniuersitate, an possit nominationes habere? Respon. non, quia studens extra vniuersitatem, non gaudet priuilegiis. c. tuæ. de eleric. non resident. docto. in auth. habita. C. ne filius pro patre. & ibi dixi. item concordatum dicit in vniuersitate, ergo studédo domi, nó est studere in vniuersitate, imò non sufficeret studere in vniuersitate non famosa, vbi nullæ essent lectiones, vt in quibusdam contingit vniuersitatibus. vt dixi in dicto §. præterea. & in priuilegiis scholarium.

Studium domi factum an computetur.

22 Vndecimò quæro, studuit quis Tholosæ triennio, & postea legit biennium, an tempus quo legit, debeat eidem computari? Videtur quòd non, quia tex. dicit studuit, nó dicit legit, quod dixisset, si voluisset. c. ad audientiá. de deci. Alibi dicitur, Multo tempore disce, que postmodum doceas. c. sic viue. 16. q. 1. alioqui culpandus est, si dux esse voluit, qui tyro adhuc esse non meruerat. & docere, qui discere debebat. c. si officia. 59. distinct. ideo. dicit text. in c. qualis. 8. quæst. 1. Qualis erit ædificatio discipuli, si intelligat magistro se esse maiorem? & ibi dicit glos. quòd quidam discipuli in hoc decepti nimis festinant ad cathedram, & dum delectantur in loco gloriæ, fiunt aliis authores ruinæ. c. quoniam. 48. dist. Præterea culpa est se immiscere rei ad se non pertinenti. Regula, culpa. de regu. iur. in 6. ergo ex sua culpa non debent lucrum sentire. Et contra illos qui nimis festinant ad legendum in illa facultate, in qua non audierunt, vel parum, clamat glos. in d. cap. qualis. 8. q. 1. & ibi nota.

Tempus lectura an computetur.

Cótrarium teneo, quia concordatum cócedit illi, qui studuit quinquenniú, vt possit nominationes sumere, sed is qui legit, dicitur studere. l. vna. C. de excusa. artific. libr. 10. vbi glos. dicit, Discere si quæris, doceas, sic ipse doceris. & alibi traduntur alij versus.

Condita decrescit, vulgata scientia crescit,
Crescit & augetur, minuitur si retinetur.

Versus.

Alber. & moder. in §. nos verò in procem. ff ideo dicitur quòd Bart. legendo & docendo optimus factus est. Bald. in l. 1. col. 8. nume. 39. C. qui accu. non pos. ideo sunt qui legunt, vt discant. Panor. in cap. 1. de feriis. Et hic non est culpandus, quia omne artificiú per exercitiú recipit incrementú. l. seruis legatis. §. ornatricibus ff de leg. 3.

Item, vbi est verisimile quòd statuens in casu omisso statuisset id, quod statuit in casu expresso, si de eo cogitasset, tunc casus omissus habetur pro expresso. tex. iuris melior. in l. mulier. 1. in prin. ff. ad Trebel. & ibi moder. Aquen. glo. fi. gu. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. sed si conditores fuissent interrogati de hoc casu, sic respondissent, ergo & nos respondebimus.

23 Præterea appellatione studentiú veniút legentes, & comprehenduntur etiam propriè, quia legens intendit studio. §. illud. in procemi off. & hoc in fauorabilibus, sicut hic, & inspiciendo mentem conditorum. Anto. Panor. & alij in procemio decre. & in cap. non magnopere. ne cleri. vel monach. nam verbum studere, est indifferens ad docendum, & audiendum, seu dicendum: & determinatur & specificatur secundú materiam cui adiungitur, vt Barba. no. in addi. ad Panomimita. in procemio decreta. in verbo, studium.

Legentes dicuntur studere.

24 Duodecimò, quidam studuit in artibus per triennium cum dimidio, & effectus est magister artiú, postea rexit in artibus per bienniú, docendo pueros, an illud tempus debeat eidem cóputari? Videtur quòd sic, vt proximè dixi, quia docens gaudet eodem priuilegio quo discens.

Magistro artium regenti an illud tempus computetur.

Præterea erat pauper, qui non valebat cóuolare ad altiorem facultaté, sine libris

nam dicitur, Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi. & sine libris non poterat fieri doctior, vel in altera facultate altiori studere.l.penul.ff. ad exhib. Et ratione necessitatis hoc debet ei permitti, vt pleraque alia, quæ not. doct. in l.vna.ff.de officio consul. Gerard. singu. vlt. Respond. si docuerit à logicalibus supra, vel in altiori facultate, tum quia humi non repit, sed ascédit ad altiorem scientiã, & mens concordatorum est, vt ad altiora hos in artibus studentes pelliciat, cùm sint semper circa infima soliti residere, tunc gauderent nominationibus, & illud tẽpus cõputaretur, alioqui diceremus quòd nõ, prætextu defectus concedentis, arg. cap. cui de non sacerdotali.de prab.lib.6.& quia Roma. pontifex non erat eius intentionis. ca. cùm in illis, in princ. illo titu. Postquã ergo non intendit priuilegiũ concedere discentibus artes à logicalibus infra, ergo nec docentibus, cùm ista sint correlatiua, & vno prohibito, & alterum censetur etiam prohibitum.l.2. C. de indict. viduita. alioqui omnes sic docerent, & sub spe modici lucri non ascenderet ad altiorem facultatẽ theologiæ, vel aliam. & quia docendo etiã videntur studere, vt proximè dixi. & si studerent grammaticæ non gauderent hoc priuilegio, sic quando regunt. Non obstat ratio paupertatis, quia difficultas non excusat. l. continuus §.illud.ff. de verborum obliga. nam alternis horis docere, & aliis horis in altiori facultate discere poterit, & sic suis necessitatibus succurrere. nam quidã philosophi laborabant interdiu, noctu verò studebãt, vt postea possent viuere. Textor in sua officina testis est. Et pro hac parte interuenit arrestum ad vtilitatem magistri Michaëlis Bellenger, contra magistrum Iohannem de l'Espine, qui sic rexerat. licet vniuersitas Parisiẽ. iuncta eum isto Iohanne de l'Espine plures rationes deduxisset, tamen curia minimè habuit respectũ ad dicta per vniuersitatem. & fuerunt hæc prolata anno 1537. die 18. Maij. *Arr. stum.*

25 Vltimò requiritur, quòd certificatoriæ literæ certificent de matricula: quia scholaris non matriculatus non gaudet priuilegiis scholarium. l si duas. §.decet. ff. de excusa. tutor. l. matriculam. & ibi patruus meus Rebuff. C. de agentib. in reb. lib. 12. Bauer. in §. sed hactenus. col. 2. insti. de test. mili. glo. 2. §. item quod ad dictas. in verbo vniuersitates de colla. in prag. *Matricula an attestari debe-*

26 Sic miles non descriptus in matricula militum non gaudet priuilegiis militum. l. ex eo ff. de testa. milit. l. scrinarios. C. eod. glo. in rub. instit eod. & in l eos. C. de offic. magist. mili. sing. secundum Barba. in proœmio clemen. in verbo salutem. columna in 2 lectura.

27 Ita nec ciuis gaudet priuilegiis ciuitatis, nisi sit in libris ciuitatis descriptus, nec consul creari debet, seu scabinus, aut capitularius vel ad aliud officium ciuitatis vocari. Lucas de Penna in l. vna. C. non licere habitatoribus metroco. lib. 10. quod obseruatur Tholosæ, vt licet videre in consuetu. Tholosanis. rub. de elect. cap. Tholosæ. art. 2. & Caturci, vt vidi ibidem, dum illic doctor regens eram, & ibidem iura tam ciuilia quàm canonica profitebar.

28 Item tabellio non descriptus in aliorum libro, non potest suum officium exercere, sed loco priuatæ personæ habetur. Bald. in dicta l. ex eo. Porcus & Baue. in rubr. instit. de testa. mil.

29 Idem in aduocato disponitur in l. iubemus. C. de aduoca. diuers. iudic. quod bene seruatur in hac suprema curia. Sic non debet gaudere nominationibus, qui non est in matricula descriptus, & à die matriculæ oportet quod studuerit quinquennium. & hoc seruat egregia Mõtispessulani vniuersitas. hodie parum momenti habetur hæc matricula, adeo quòd si probetur aliquem quinquennium studuisse sine matricula, sufficit vel ante vel post, cùm in concorda to non exprimatur, sed tantum tempus studii, ergo sine ea valet studium. & sic seruat sacratissimus ille senatus.

30 Postremò quæro, quid si in literis certificatoriis dicatur quempiã studuisse quinq; annis, non exprimendo à tali tempore vsq; ad tale, an valeat? videtur quòd non, per ea quæ firmat Bart. in l. celsus. ff. de vsucapio. in fi. vbi dicit, quòd si testes deponant Titium possedisse decem annos, non probant præscriptionem, quia vnus potuit deponere de vno tempore, alter de altero, & nisi testes de eodem tempore certo & limitato deponant, dicuntur singulares. & sic non probant. capitu. licet de proba. glo. in l. ob carmem. §. fi. ff. de testi. Bald. in l. fin. 15. opp. C. de edict. diui Adria. tollend. Areti. consil. 122. in præsenti. colum. 2. Felin. in capitu. inter columna 3. de fide instrumen. Imò plus dicit Barto. & alij post eum in dicta l. Celsus. quod si testes dicant, quòd Titius possedit istis decem annis proximis, non probant, quia possent intelligi, etiam si vna die dicti temporis possedisset, ideo debent dicere, quòd possedit à decem annis citra, & per ipsum tempus. *Literæ nõ desig. nãtes tempus an valeant.*

In contrarium inclino, quòd sufficiat vniuersitatem attestari studuisse per quinquennium, tum quòd in §. præterea. de colla. in concorda. sufficit aliquẽ studuisse quinquẽnium, non dicit ante gradum vel post, vt ibi dixi. ergo sufficit quòd ante nominationes studuerit, & perfecerit illud quinquennium. Nec debemus requirere vltra, quàm concordatum requirat, & onerare graduatos, vt probent de proximo quinquẽnio, vel de remoto, cum ad id nos non adstringat concordatum, sufficit igitur nominato probare se studuisse ante

nomin

nominatione 'quinquennium', quādocunque fuerit, non requiro aliam expreſsionē extra tex. nam in dubio debemus concludere, quod actus valeat potius, quam pereat. l. quoties. ff. de reb. dub. & fauere graduatis, & intellectum fauorem regni & graduatorum recipientem recipere, vt non ſemel dixi in proœmio concorda. Nec refragantur iura ſuprà adducta, quia intelliguntur de præſcriptione probanda per teſtes, hic agitur de tempore iam probato vniuerſitati, longa eſt differentia inter probationem probandam, & probatam: nam vniuerſitati datum eſt atteſtari de ſtudio ſui ſcholaris, quod nō certificaret vniuerſitas, niſi ſic eſſet, ergo nō poteſt reprobari. arg. l. cùm precibus. C. de prob. niſi de falſo velis agere, quod eſt periculoſum. imò quando tempus eſt ſimpliciter incertum, videlicet certificamus Titiū ſtuduiſſe per 'quinquennium, & vltra, non datur tanta materia aduerſariis calumniandi tempus, nam quidam ſuapte natura maligni intendunt probare ſcholaſticum tali tempore fuiſſe in tali loco, quod potuit eſſe, quia fortè tempore vacationum fuit ad patriam cauſa quærendi pecuniæ, vt poſteà in hyeme melius ſtuderet, & ob hoc nō tollitur quinquennium, vt inter priuilegia ſcholarium, priuileg 23. plene ſcripſi in repet. authen.
31 habita. C. ne filius pro patre. Nō tamen valeret tempus ſtudij, ſi diceret ſtuduit per quinque annos ſeu circa, quia tempus debet eſſe completum. §. præterea de colla. in concorda. & tamen illa dictio circa, eſt ambigua. gloſ. & docto. in cap. continebatur. & in cap atteſtationes. de deſponſa. impuber. ſcripſi in verbo circa. in tract. de reprob. teſtium & ſalua. & ita fuit iudicatum in hoc ſenatu, nec etiam valeret, ſi diceret ſtuduiſſe per quatuor annos, & vltra, per text. in cap. literæ. de delatio. quia tempus quinquennij expreſſum & completum eſſe debet. vnde Paul. coſil. 26. certum eſt, col. 2. in 1. volum.

Non valet tempus ſtudii ſi dicatur ſtuduit per quinque annos ſeu circa

Quæſtio. duodecimæ Epitome.

1 *Requiſita in nobilibus, vt nominationes, illis conceduntur.*
2 *Nobilibus quare deferatur, vt breuiori tempore gradum conſequantur quam alij.*
3 *Cibus nobilium perdices, ruſticorum fabæ.*
4 *Nobilibus ante quinquennium fruſtra nominationes conceduntur: intellige ſi non ſunt ex vtroque parentes nobiles.*
5 *Nobilis ex vtroque parente quomodo poteſt quis dici.*
6 *Mulieres an ſint nobiles.*
7 *Nobilis ex matre an aliquis dici poſſit.*
8 *Conſuetudo an valeat vt quis ex parte matris ſit nobilis.*
9 *Beneficia villæ murata an debeantur tantum nobilibus.*
Priuilegia non ſunt extendenda, ſed ſtrictè interpretanda. 13.
Ex diuerſis non fit bona illatio.
10 *Nobiles luxurioſi & ſuperbi, &c.*
11 *Tempus in nobilibus an ſit abreuiatum in omnibus gradibus iurium.*
Qualitas in vno poſita, in alio non debet repeti.
Specialia duo non debent in eidem concurrere.
12 *Diſpoſitio ad neceſſaria conſecutiua extenditur.*
13 *Abbreuiatio temporis data nobilibus, an procedat in aliis facultatibus.*
14 *Nobilitas probanda ab eo qui dicit ſe nobilem.*
Quæſtio ſi eſt compromittenda inter conſanguineos, opportet conſtare illos eſſe conſanguineos.
Sacrilegii pœnam incurrit vſurpans honorem ſibi indebitum.
15 *Mentiens ſe clericum vel doctorem quomodo puniri debeat.*
16 *Teſtes quot requirantur ad probationem nobilitatis.*
17 *Teſtes deponentes de nobilitate, in iudicio debent deponere.*
Aliquid fieri apud acta quid proſit.
Iudicis effectus remiſſiuè.
18 *Probatio nobilitatis ſiue fiat in iudicio ſummario, ſiue plenario non refert.*
19 *Probatio nobilitatis facta extra iudicium non valet.*
Renunciatio iuris de futuro non valet facta extra iudicium.
20 *Probatio nobilitatis non requirit quòd pars fuerit vocata.*
21 *Probatio nobilitatis non fit illis diebus quibus iudicia non exercentur.*
Iudicio prohibito cenſetur prohibitum quod in eo fit.
22 *Nobilitas probatur coram iudice ordinario ſeculari, non autem coram eccleſiaſtico. 23.*
24 *Teſtamentorum inſinuationes coram iudice ſeculari fieri debent.*
25 *Epiſcopi non debent vocari domini locorum.*
26 *verbum ordinarius de quo accipiatur.*
Iudicium appellatione veniunt ſeculares.
27 *Scholaris probat nobilitatem ſuam coram quo iudice ſeculari velit, quando ſunt duo vel plures iudices ſeculares, inter quos eſt locus præuentioni.*
28 *Ordinarius cauſam probationis nobilitatis delegare poteſt.*
29 *Delegatus nihil proprium habet.*
30 *Aduocatus antiquior in Francia ſedet pro iudice ordinario.*
31 *Nobilitatis probatio non fit coram commiſſario deputato ad audiendos teſtes, & quare.*
32 *Item nec coram arbitro.*
Confeſſio facta coram arbitro cenſetur facta extra iudicium.
33 *Arbiter non dicitur ordinarius loci.*
34 *Nobilitatis probatio poteſt fieri coram patre, vel fratre ordinario loci.*

Iurisdictio voluntaria etiam inter suos exercetur.

Publicè quæ fiunt, non præsumuntur fraudulenta.

35 *Rege motu iudex probationem nobilitatis admittit.*

Officia à Rege habita sunt perpetua.

36 *Officia an Rex confirmare teneatur.*

37 *Officia emanata ab illis qui sunt de sanguine regio sunt perpetua.*

38 *Institutus ab habente potestatem à Rege institutus censetur.*

39 *Testes quomodo debeant deponere super nobilitate. & nu. 40. & 41. cum seq.*

40 *Tempus cuius initii memoria non extat, obtinet vim priuilegii.*

Vetustas vicem legis obtinet.

42 *Consuetudo vt natus ex matre nobili sit nobilis.*

Probatio quæ non necessariò concludit, non valet.

43 *Depositiones testium de nobilitate registrari per iudices, aut coram scribam debent.*

44 *Monachus tanquam nobilis nominationes impetrat. & nu. seq.*

Ius sanguinis immutabile.

45 *Religiosi possunt obtinere beneficia regularia.*

46 *Monachus quoad spiritualia nobilitatem perdit.*

Nobilitas ex nouem causatur remissiuè.

47 *Nobilis qui studuit triennio in artibus aut theologia vel medicina, ex hoc nōn consequitur nominationes.*

48 *Tempus completum esse debet in nominationibus.*

49 *Legitimatus an gaudeat prærogatiuis nobilium.*

Legitimatus non habet ius primo genituræ.

Quæstio XII. principalis.

1 DVODECIMO, principaliter quæro, quæ requirantur in nobilibus? Respon. non omnia quæ in ignobilibus, imò in multis defertur nobilibus. Primò in tēpore vt post trienniū gradum baccalaureatus iuris canonici, aut ciuilis, & nominationes assumere possint. §. præterea. §. cū verò. de colla. in concord.

2 Primò quæro quæ sit ratio, cur citeriori & breuiori tempore nobiles possint assumere prædictum gradum quàm alij? Respond. ratio vulgo iactatur, quia in nobilibus nō requiritur tanta sapientia sicut in ignobilibus, cum nolint viuere ex scientia, vt dicūt, sicut procuratores & aduocati faciūt. Barb. consil. 34. præclare col. 18. & consil. seq. sapienter. col 2. in 2. volu. dicit in nobilibus non requiri tantā scientiā, sicut in ignobilibus, quia sola gloria & nobilitas reddunt eos satis elatos. vnde dicit glo. singu. in cle. 2 in verb. excedunt de magistris. quòd nobilitas supplet defectum scientiæ. & derisiuè loquitur secundū Cardina. ibi. Ego verò rationem assignarem, quia conditores voluerunt fauere nobilibus. Et istud est priuilegium nobiliū, vltra quinquaginta sex tradita per Bonū de curtili in tractatu nobilita. in 5. parte. per totum. & hoc probatur in §. cum verò. de colla. in concord. ibi, vt nobiles gaudere possint beneficio minoris tēporis, ergo hoc datur eis in beneficium & priuilegium, hoc statuerunt conditores, vt nobiles alliciant ad studium, quod suaptè natura contemptui multi habent.

Ratio cur nobilibus defertur.

Nempe hi nobiles electi fuerūt, vt custodirent patriam, & plebem. ob id tot priuilegiis honestati sunt, vt videmus.

3 Aliam rationem assignant quidam, dicentes nobiles habere melius ingenium. ideo breui addiscere possūt, & citius quàm alij. Nam nobiles bonas escas, vtpote perdices, fasianos, & alias id genus carnes comedunt, quæ generant bonum sanguinem & intellectum, vt dicit Rasis ad Almansor. & no. Platea. in l. j. C. de erogat. milita. annn. lib. 12. Rustici verò vescuntur caseo, fabis & cepis glos. in l. seruis vrbanis. ff. de leg. 3. Ergo breuiori tempore, si velint studere, poterunt nobiles esse perfecti & docti in sciētiis, quàm alij, & etiā quia ferè semper nobiles habent præceptores, ideo breuiori tempore possunt addiscere & vti diplomate, vt de Barba. dicitur in l. cōtinuus. §. 1. ff. de verb. oblig. Sed hanc rationē vidi reprobari, tum quod filii diuitū comedūt aliquando meliores escas, quàm nobiles pauperes & habent præceptores sicut nobiles, ideo hoc priuilegiū deberet illis impartiri, si supradictam rationem sequaris: ideo tene rationem quā suprà dedi, vel meliorē assignes. Tamen requiritur quòd sit nobilis ex vtroque parente. d. §. tēpus. quod potest probari in c. venerabilis. ibi, ab vtroque parente illustrem. de præben. hic non apponitur illud verbum pragm. & ordina. videlicet ex antiquo genere. Et an in hoc text. sufficiat noua nobilitas, concludit Do. Probus quòd non. in cap. nullus. de elect. 4. in 6. in Io. Monac. addi. vbi vide fusius, tamen ego teneo contrarium in §. cum vero. in glos. ex vtroque. suprà de collatio. licet quanto plus veterascit, tanto nobilior habetur. l. tam dementis. & authen. sequen. C. de episco. audien. Bonus de curtili. in dicto tract. a nobili. in 3. parte. ideo affirmi conclusionem hanc, Nobilibus tamen ante quinquennium nominationes frustra conceduntur, intellige quando non est nobilis ex vtroque parente.

Cibus no... perdices, ... corum ver... ba.

Conclu... Nobilibu... quinquen... nominati... frustra da...

5 Quæret quis quomodo potest dici nobilis ex vtroque parente? cum nobilitas non causetur ex parte matris. l. [illegible] in 2. C. de decurio. glos. de collatio. in pragma. §. insuper

Nobi... vtroque quomod... dicatur ... prel... tur ... pragm.

insuper in verbo vtroque dicit improprié dici nobiles ex vtroque parēte, cum adhuc sequantur conditionem patris, non matris, licet ex hoc quod mater sit nobilis, magis honestetur. hæc ille. Attamen ego puto, etiā dici proprie nobiles ex vtroque parente, quando tam pater, quam mater est nobilis, per text. in d. ca. venerabilis. ibi, ab vtroque parente illustrem, de præbend. & Osee 6. capitu. Gloria eorum a partu, ab vtero, & à conceptu. Vnde dicit Bald. in d. lege fina. C. de seruis fugit. quod loquendo simpliciter & precise, non dicitur quis nobilis respectu matris, sed bene secundum quid, quia omne compositum participat de forma & materia, ideo natus ex vtroque nobili, poterit dici nobilis ex vtroque sic concludit Bonus de Curtili in d. tracta. nobilita. in 4. parte nume. 29. alioqui sequeretur, quod par essetis, qui nasceretur ex parte nobili, & (vt vulgo dicitur) ex vilana, illi qui nasceretur ex patre nobili, & ex matre etiam nobili, quod non videtur verum, nam duo vincula sunt vno fortiora. capi. vno, de treuga & pace.

Mulieres an fiant nobiles.

6 Item sequeretur quod nulla mulier esset nobilis, quod esset peccatum à mulieribus irremissibile sic tenere, sicut dicitur de peccato contra sanctum Spiritum, vt habetur in Euangelio. Et quod mulieres sint nobiles, donec nubant ignobilibus, est text. in l. fœminæ. ff. de senatorib. ibi, Parentes verò, donec plebeis nuptiis fuerint copulatæ, clarissimam dignitatem tribuunt. Ergo si fuerint copulatæ clarissimis & nobilibus, sint nobiles. facit text. in l. 1. ibi clarissimis nupseritis, claritatem generis retinetis. C. de dignitatibus, libr. 12. Postquam ergo sunt nobiles si nubant nobilibus, nobilitatem filiis suis dare possunt. facit text. sumendo ibi comparatiuè in l. 1. ibi, maior est dignitas ex sexu virili. ff. de senator. Et magis decorus redditur filius ex matris nobilitate. texte Francisco Mingonex consuetudinib. Andega. rubric. *des douaires*. articulo 300. numero 11.

Nobilis ex matre an aliquis dici possit.

7 Nec obstat, quod hactenus docto. tenuerunt nullum dici nobilem ex parte matris, verum esse dico ex sola matre, quia postquam nupsit plebeio, perdidit nobilitatem. d. l. fœminæ. quam non potest dare, cum nó habeat, quia non dat, quod non habet. l. traditio ff de acquir. rer. do. & priuatio præsupponit habitum. l. decem. ff. de verb. obli. §. seruus instit. de capit. dimi. & loquitur text. in d. l. nullus. 2. ibi, nullus solius materni sanguinis vinculis illigetur, sed quando nupsit nobili, non perdit, ergo natus ex illis dicetur etiam propriè ex vtroque parente nobilis, & ita debet intelligi. quicquid doctores hactenus tenuerint.

Consuetudo an valeat vt quis ex parte matris sit nobilis.

8 Imò non valere statutum nec consuetudinem, vt quis ex parte solius matris sit nobilis, tenet Bartol. in d. l. exemplo. C. de decurionib. libr. 10. & ibi hoc sequuntur patruus meus & de Platea. quod reprobat. Fel. nanc. super eo. col. 2. de testib. & in ca. nouit. de iudi. & ibi Deci. & in reg. fœmina ff. de reg. iur. & Benedict. in repe. c. Raynutius. in princip. de testa. Bonus de Curtili in tract. nobilita. in 4. parte. col. 6. num 28. Chassa. in catalo. gloriæ mundi. in 8. consideratione octauæ partis. Ego tamen sustineo opinionem Bart. quod non possit consuetudo facere, vt quis sit nobilis ex matre, quia ex non ente fieret, sed bene potest consuetudo facere aliquem nobilem, etiam si pater non sit nobilis si tamen mater sit nobilis: non tamen facit eum nobilem, ex matre, sed consuetudo eū facit nobilem, quod potest facere, & sic docto hactenus satis perperam intellexerunt, etiam Curtius in repet. cap fin. col. 16. versic. 7. infertur, de consuetu. vbi dicit valere consuetudinem, cum sit iuris positiui. & statutum valere firmat Deci. in ca. nouit. 6. nota. de iudi. attamen intellige vt dixi, quia si faceret nobilem ex parte matris, esse quædam contrarietas, videlicet quod ex ignobili quis esset nobilis, quod non potest esse & ita conciliabuntur iura. Notent nobiles, quia non viderunt iura sic intellecta, & hic germanus videtur intellectus. & dic quòd omnibus nobilibus nobilior est sapientia capitu. 7. Sapien.

Conciliantur opiniones a Bartolo dissidētes, nouusq. datur intellectus

Beneficia villa murata an debeātur tantū nobilibus.

9 Item quæro, an hæc temporis abbreuiatio concessa nobilibus quo ad gradum & nominationes, procedat quo ad ecclesiam villæ murata? Nam omnes qui studuerint per triennium in theologia, vel in altero iure, deficientibus graduatis sunt capaces illorum beneficiorum. §. statuimus de collat. in concordat. non exprimit de nobilibus. quid iuris? & videtur quòd tantum nobiles possint habere beneficia villarum muratarum: quia statuendo triennium videtur se ad eos retulisse, qui per triennium sunt capaces. Contrarium credo verius, & arbitror hunc text. generaliter loquentem. generaliter debere intelligi. l. 1. §. & generaliter. ff. de lega. præstandis. & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de precio. ff de publi. in rem actio. Item hæc temporis abbreuiatio fit tantum quo ad gradum & nominationes, ergo in illis tantum intelligetur. quia priuilegia non sunt extendenda, sed strictè interpretanda. Feli. & alij per illum text. in cap. causam. de rescript. ca. olim. de verbo. signifi. Bart. & alii in regula beneficium. de constitutionib. principum. Præterea à nobiles in casibus tantum à iure expressis sunt priuilegiati, vt suprà dixi. & hic non inuenitur expressus, ergo iure aliorum vtentur. nam in §. præterea, exprimit tantum in baccalaureis iuris canonici. & ciuilis, ergo ad alios casus non extendetur. Nec obstat, quòd se referat ad tempus triennij, ergo ad personas non sequitur, quia ex diuersis non fit bona illatio. l. Papinianus

exuli.ff. de minor. & separatorum, separata est ratio.l si.ff.de calumnia.

Nobiles locum tenere / superbi.

10 Imò dicebant quidam nobiles non esse capaces ecclesiarum parochialium villarum muratarum, cum sint superbi, luxuriosi, gulosi, & inimici popularium, ergo eorum rectores esse non debent Bald in l. per adoptionem.ff.de adoptio.Benedict. in repe.c. Raynutius.in princi.de rest. tamen in contrarium est text.in l.ubi, nobilis prudens, &c.C.de cōditis in publi.horreis.lib.10. vbi nobiles debent ad officia eligi.nec obstat q̄ in villis muratis debent esse periti, qui illos doceant arg.c.statutum.de rescript. in 6.Respon.nobiles etiam sunt magis capaces, quàm ruricolæ.l.scire.ff.de excusat. tut. rum.nec refragatur quod nobiles communiter non sunt docti, vt dixi suprà. Respon. quod imo sunt docti, sicut alij, ideo docti admitti debent, ignari non, & quandoque nobiles sunt alijs ignobilibus doctiores, vt vidi in multis.

Tempus an sit abbreuiatū in omnibus gradibus variū.

11 Quæro an hæc temporis abbreuiatio procedat in nobilibus quo ad alios gradus, vt in quinto anno possint gradum licentiæ, & doctoratus adipisci? Videtur q̄ non, tum quia hic non est expressum, tum etiam quia qualitas in vno posita, in alio non debet repeti.l.doli clausula.& ibi Bart.ff. de verbo. oblig.& dispensatio in vno, non extenditur ad aliud, nec priuilegium.c.1.de filiis presbi. libr.6.& quia duo specialia non debent concurrere in idem.l.1.C.de dotis promis.& hoc reperi tenere D.Probum in additio.ad Ioan.Monach.in ca.vno.de æta. & qualita. in 6.qui idem repetit in addit.ad pragma. in §.insuper.in verb. nobiles. de colla.quàuis non respondeat his, quæ hic scripsimus. Contrarium de iure videtur verius per illam regulam, quando duo se habent inuicem gradatim, ita quod vnum commensuratur alteri.tunc facta mutatione in vno, censetur etiam facta & in altero: vt pore determinatum est certum tempus ordini subdiaconatus, & aliud tempus ordini diaconatus, & certum tempus ordini presbyteratus.nūc si fiat mutatio in vno, etiam in aliis facta videtur.gl.in cle.generalem. de ætate & quali.Anto. in c.fi.de consuet.Lanfranc. in tract. de interpreta.statuto.8.conclu.interpreta. extensiue Idem ergo erit in hoc casu. nam certum tempus, videlicet quinquênium est præstitutū baccalaureis vtriusque iuris. Certum tempus, videlicet biennium post gradum est concessum licentiatis & doctoribus iurium. nunc fit mutatio temporis in nobilibus in vno gradu, videlicet in baccalaureatu, vt videlicet triennio completo possint promoueri: ergo etiam poterunt post biennium ad gradum licentiæ & doctoratus a[illegible]re per illam regulā iam di[illegible] & hoc [illegible] D Ch[illegible]la.in 17. [illegible] in fi. consueta [illegible]g gl.& docto.in l. [illegible] C.de sacrosā[illegible]t.eccle.vbi de iure antiquo licebat donare certam quantitatem laico sine insinuatione, & duplum ecclesiæ, & nunc lex noua auget donationem quæ fit laico, & statuit vsq; ad quingentos solidos posse donari sine insinuatione.sic etiā ampliabitur summa quæ donari potest ecclesiæ. hoc sequitur Ioan.Crotus in repet. l.omnes.in interpreta exten conclu.13.ff de iustitia & iure.Barba.in cle.1.col.52.versicu. 22.de elect Nec debent esse deterioris conditionis nobiles quàm alij, qui post bienniū a gradu baccalaureatus licen. gradum sumere possunt.nam quod fauore illorum introductum est, non debet in illorum odiū retorqueri.l.quod fauore.C.de legib. item, hoc est introductum in priuilegium nobilium.§.cùm vero.de collatio.ibi, vt nobiles gaudere possint beneficio mi[illegible]oris temporis studii, sed si oportet nobiles spectare vsque ad septennium, antequam sumeret gradū licentiæ ij se non vteretur beneficio minoris temporis quàm alii, & sic nullum fere consequeretur priuilegium, quod esset contra concordata.

Præterea quando lex prouidet aliquibus in plus, vt nobilibus, & alijs in minus, vt ignobilibus per nomina respectiua, tunc eo ipso quod augetur vel minuitur in persona vnius, fiet etiam augmentum vel diminutio in persona alterius.l. si ita in princip.ff de liberis & posthu.l.clemens.de hæredit. instit. Bartol.in d.l.fina.& quia etiam studium legale perficitur quinquennio, in proœm ff.§. duabus glossa in capitul.cum ex eo. de electionibus.in 6.

12 Nec obstant in contrarium adducta, quia conditores exprimendo vnum gradum satis expresserunt alium per supradicta, & dispositio ad consecutiua necessaria extenditur. glos.singu.in c.quia in tantum.de præbend. & glos.in c.non potest illo titul.glos. in c.si quis in clero.7.q.1 nec repetetur qualitas in alio, sed in eodem, vt patet, quod non est prohibitum: imo priuilegium licet sit strictè intelligendum, tamen quãdo vnū venit consecutiuè ad alterum, & est connexum, tunc immutatio in vno, etiam ex iure stri[illegible]o ad aliud extenditur. Verba sunt Imo. in d. cle.fina.de æta colum.3.nume.9. qui allegat c.translato.& ibi nota. de consti tu. & prouid[illegible]ndo de primo gradu, racitè videtur prouidisse de aliis, cap. cum nostris. & ibi Panorm.1.notab.iuncto capitu nulla. de concess.præbend.

13 Quæro, an hæc tẽporis abbre[illegible]atio procedat in aliis facultatibus? Videtur q̄ sic, saltem in theologia, [illegible]uæ alias scientias [illegible]cedit. vt infrà dicam, & est nobilior, ideo magis debet esse priuileg[illegible]ata.

Abbreuiatio temporis data nobilibus an procedat in aliis facultatibus.

Contrarium teneo, quia in dicto § tempus, sic dicitur, in [illegible]nibus [illegible]accalaureis iuris canon[illegible] hant cui [illegible] x [illegible] parentes nobiles [illegible]uerit [illegible] esse decernimus.an ergo q̄ tempus tantum abbreuiatur in

tur in iure canonico & ciuili secùs in aliis facultatibus: quia lex suum aliis denegauit auxilium, vt dicit in simili gloss.in l.siue apud.C.de transact. & in l.1.si aduersus vendi. Et ideò licet in aliquibus sit magis priuilegiata theologia, non tamen in hoc casu,quia hic non exprimitur, & priuilegia non debent extendi,vt not.in ca.causam de rescript.& l fin.ff.de constit.princip.

Nobilitatē probare oportet.

14 Aduertendum est tamen,quia aliquis non debet admitti vt nobilis,nisi probet se talē. l.non ignorat. C. qui accusa.non possunt & vbicunque aliqua priuilegia cōceduntur actui vel personæ, oportet primò constare illum actum factum fuisse,vel illam personam esse.l.diuus.ff.de testa. milit. vbi testamentis militum concessa sunt priuilegia, tamen constare debet à milite factum esse. §.planè. institu.de testam.milit. Vnde dicit ibi Platea.& moder. quòd si causa mercantiæ debeat tractari summariè, debet prius constare eam esse talem, & causa prouisionalis debet mitti executioni, non obstantibus oppositionibus vel appellationibus, vt est cernere in ordinationibus regiis, rub. *des sentences executoires*. & ibi dixi. debet tamen prius constare esse prouisionalem. Et si quæstio inter consanguineos est compromittenda,debet constare eos esse cōsanguineos. Bald. consi.362.multum.in 2.volumi.Iaf.in l. non solum.§. sciendum.ff.de operis. noui nunciat.& in l.si quando. C. vnde vi. Vnde alleganti se nobilem, incumbit onus probandi.§.si miles.& ibi Cardina. de pace tenen.argu.l. verius.ff de probat.l. actor.C.illo titulo. Bonus de Curtili. in tracta.nobilitatis.in 6.parte.in princip. Et hoc voluit Bald. in §.si. rusticus.de pace tenen. & eius viola. Nempe vsurpans sibi indebitum honorem & dignitatem, sacrilegij pœnam incurrit.Bart.in l.1.C.vt dignita. ordin. seruetur.libr.12.asserens se doctorem, cum non sit, pœna falsi corrcetur.Bart.in l.eos. §.fin. ff.ad legem cornel.de falsis.Petr. Anchara. in c. vt apostolicæ.de priuileg.in 6. & infamis efficitur.Rebuffi.in l vna. colū.1. C.de professo.qui in vrbe Constan.comita.

Mentiens se clericum vel doctorem quomodo puniri debeat.

15 meruer.libr.12.mentiens se clericum, cum non sit, puuitur pœna extraordinaria officio iudicis relinquenda. Bald. in l.qui sub prætextu.C.de sacrosanct.ecclesi. si tamen fecerit actus clericales, falsi pœna punitur, vt notat Bonus de Curtili vbi suprà. quod est notandum courra asserentes se nobiles, vt pœna falsi puniri posint,si aliquos actus nobilium fecerint, alioqui arbitrio iudicis. Felin. in c.tertio loco.colum.1. de proba.vide gloss. in cap.nullus presbyter de consecratio.distinct.1.

16 Imprimis videndum est quot testes requirantur ad probationem nobilitatis? Respondeo quatuor. §.cum vero. de collat.in concordat. licet in ordina. regiis Ludouici duodecimi, publicat[illegible] anno 1512. sufficerent tres. Et quales testes dic vt supra dixi in probatione temporis studij,& in ordinatio.dicitur. *personnes dignes de foy.*

In iudicio deponant testes de nobilitate.

17 Secundò, requiritur vt testes deponentes de nobilitate in iudicio deponant. in d.§. cùm verò. quia propter calorem iudicij omnis dispositio fortificatur. text.singul. & ibi Bartol.in l.rura C.de omni agro desert.libr.11.secundum Corset in singul. incipien. confessio.in 5. vbi si rem meam confiteor in iudicio esse tuam, mihi præiudico. Sic confessio in iudicio facta valet, etiā sine causa, quæ extra iudicium non valeret.glo.solennis.in l.1.§. fin.ff. de interrogatoria actione. gloss.in l. sicut.C.de repudianda hæreditate.facit l.cùm ostendimus.§. fin.ff.de fideiuss.minorum. Hippol.in rubr. C.de probationibus.fol.12.colum 4. versic. intellige etiam prædicta, vbi dicit,quod si actus requirat subscriptionem duorū notariorum.vt hic Parisius, sufficiet si ille actus in iudicio fiat, & conscribatur apud acta. quod est notandum. Decius in capit. sicut. & ibi addidi. colum. 5.de probationibus. & contra mandatum factum apud acta, non potest aliquid opponi. Angelus in §. sinautem. colum. 2.institut.de satisdatio. per textum in l.1.C.de satisdand. Ideò consuluit quòd facias procuratorem tuum coram iudice sedente pro tribunali,& præsente aduersario tuo, quia postea nil poterit opponi. Septem effectus iudicij tradit Iaf. in l.pacta nouissiua in 4. notabi C. de pactis.& Guido papæ in singul. 342. pactum nudum.

Nota quātum prosit aliquid apud acta fieri

18 Ex quo infertur quòd siue fiat hæc probatio in iudicio plenario,siue summario quod valebit.cùm textus tantum requirat vt fiat in iudicio.& de his iudiciis vide Alexandr. & Iasonem.in rubr.C.de iudic. modern. in decreta.in exordio eiusdem tituli.

19 Secundo, infertur quod non valeret hæc probatio nobilitatis, si fieret extra iudicium,domi,vel alibi,sicut renunciatio iuris de futuro extra iudicium facta, non valet. l.qui superstitis. ff. de acquirenda hæreditate. & l. si ita scriptum.§.si sub conditione.de legatis secundo. Tamen in iudicio valet glossa.in l.1.ff.de curat. bonis dando. glos.vltima in l.plurium.ff.de acquir. hære. Bart.& alij.in l.1.& l.postquam.C. de pact. Iaf.in d.l.siue apud acta.sequitur Bened.in repe.c.Rayuntyus.in verbo.si absque.2. de fideicom.substi.nu.116.de testa. vide tex.in l.cum pro quo.ff.de in ius vocan.

20 Tertiò infertur quod valet hæc probatio, siue fiat parte vocata,siue nō,dū tamen modo in iudicio fiat,vt patet in text.d.§.cùm verò.ibi etiam in partis absentia.

21 Quarto, infertur quod illis diebus quibus iudicia non exercentur, vt pote diebus festis non posset fieri hæc examinatio,quia prohibito iudicio cēsetur prohibitum quod in eo fit.notat in l.secun.ff. de iurisdictione omn.

omnium iudicum.per illum text.

Coram iudice ordinario probatur nobilitas.

22 Tertio,requiritur quod fiat coram iudi-
ce ordinario loci, in quo natus est ille.de
cuius nobilitate constare debet.d.§.cùm ve
ro.de colla.in concord.

Coram iudice ecclesiastico nõ potest probari nobilitas.

23 Primo quæro,coram quo indice? Videtur
quod coram iudice ecclesiastico, cum sit lo
ci ordinarius.capi.quanquam.ibi,ordinario
loci.de vsur.in 6.c.ordinarij locorum de of
fic.ordi.ibid.cap.post.cessionem de proba.
c.1.de religio.domib.lib.6.cum aliis similib.

Contrarium arbitror verius, videlicet vt
fieri debeat coram iudice seculari ordina
rio illius loci in quo natus est ille, de cuius
nobilitate tractatur.& hoc declaratur in or
dinatio regul.rubric. *des gradue3 simples,*
articul.11.ibi, *Deuant no3 iuges ordinaires.*
Ecclesiastici non sunt ordinarij iudices, re
gis,ergo coram illis nõ debet fieri hæc pro-
24 batio nobilitatis, tum ꝙ insinuationes te
stamentorum coram seculari fieri debent.
l.repetita.C.de episco.& cleri.l. consulta di
ualia.de testa.Aufret.in tracta.de potest. se
culari super eccle.& perso.in 2.regu. Bene-
dict.in repet.capit. Raynutius.in verbo &
vxorem.nume.420.& seq de testa.tum etiã
quia Romanus pontifex constituit prote-
ctorem,defensorem,ac executorem regem
Franciæ,vt licet videre in rub. de protecto.
concord ergo suis iudicibus videtur etiam
commisisse,cum hæc potius concernant se-

Episcopi nõ debent vocari domini locorum.

25 culares,quàm ecclesiam Et quia dominus
loci dicitur princeps secularis non episco-
pus, vt dicit Helias Raynier. in c.cum epi
scopus.de offi.ordi.libr.6.dicens episcopos
male vocari dominos talis loci, sed bene e-
piscopos illius loci. facit text.in c.esto sub
iectus.95.dist.ibi,episcopi sacerdotes sciãt
se esse,non dominos, &c. licet in contrariũ
inualuerit consuetudo, vt episcopi loci in
quo præsunt,domini dicantur,cuius memi-
26 nit de Bella mera consi.3.circa co.2.& quã-
do verbum ordinarius profertur à papa,in-
telligitur de episcopo:& ita intelligitur ru-
bric.de offi.ordin.quando à rege,de ordina
rio regis.Soci.in ca.nullus.de foro compet.
col.2.vbi dicit appellatione iudicum venire
seculares.per illum text.maximè quãdo ma
teria subiecta patitur,vt hic,quia ecclesiasti
ci potius dicuntur prælati vel officiales,quã
iudices,& hoc ex communi vsu, qui atten
di debet,vt habetur in proœ.decre.

Quando sunt duo vel plures iudices ꝓ eligit scholaris.

27 Secundò quæritur, quid si sint duo iudi
ces ordinarij vel plures, coram quo debet
fieri ista probatio nobilitatis? Respon.scho-
laris poterit eligere quem velit.arg.authen.
habita.C.ne fi.pro patre. ibi.quando quis
habet plures iudices,potest eligere.glo.in l.
fi.C.vbi in rem act. exerceri debeat,quod
est verum,quando erant duo iudices, inter
quos erat locus præuentioni.l. si quis post-
ea.ff.de iudiciis. secus si vnus post alterum
deberet adiri,quia tunc coram primo fieri
deberet.not.in capitul. Romana.§. contra-
hentes.de foro compet.in 6. argu. l. boues
§.hoc sermone.ff.de verbo.signific.& c. nõ
potest de præben.in 6.

Ordinarius causam delegat.

28 Tertio,quid si vnus est tantum ordinarius,
qui vult delegare causam alicui, an possit?
Videtur ꝙ sic,tum quia hæc non sunt inde-
legabilia,ideo poterunt committi. authent.
apud.C. de fide instru.tum quia qui man-
datam iurisdictionem suscepit, nil propriũ
habet, sed eius qui mandauit, iurisdictio
ne vtitur.l.1.§.fin.ff.de officio eius, & quia
in locum iudicis ordinarij subrogatur, vi
detur potestate ordinaria. arg.l.filia.§.1.ff.
de condit.& demon.Bald.in l. apertissimi.
C.de iudi.d Iohan.Saynxon in ordina. Tu-
ro.artic.10.in fi.
29 Nec refragatur § cum vero.dum dicit,co
ram ordinario loci fieri debere. nam licet
fiat coram delegato ordinarij, cum delega
tus nil proprium habeat,vt dixi, non minus
dicetur fieri ab ordinario, & ita in hoc re-
sideo.
30 Idem putarem,si fieret hæc probatio in iu
dicio coram aduocato antiquiore, qui in
Francia solet sedere pro iudice ordinario,
vt vidi sæpius in castelleto Parisiensi.

Coram commissario nõ fit probatio nobilitatis.

31 Quarto, an valeat probatio nobilitatis
facta coram loci commissario deputato ad
recipiendo testes? Respon.non, quia com-
missarius non est loci ordinarius,quod re
quiritur in d §. cum vero. & quia non po
test fieri in iudicio per commissarium, vt
requirit concordatum: sed oportet ꝙ fiat
coram iudice ordinario, & commissarius
non est ordinarius, nec iudex ideo coram
eo facta attestatio nobilitatis, nõ valet quo
ad hoc, nec facta coram duobus notariis,
aut aliâs quàm hic sit expressum.

Corã arbitro non fit probatio nobilitatis.

32 Quinto quæro.an valeat coram arbitro?
Videtur quod sic,quia quandoque arbiter
vocatur iudex. l. si ab arbitro.ff.qui satisd.
cogan.cum multis similibus.

Mihi videtur non valere,quia non cense
tur facta in iudicio,prout requiritur,& hoc
dicit Petrus & Cynus in l. vna.quæstio.5.
C.de confessis. & in l.1.de arbitris. vbi di-
cunt quod licet confessio facta in iudicio
valeat etiam sine causa. gloss. singularis in
l.1.§.fin.ff.de interrogato.actione. & suprà
dixi.tamen quando fit coram arbitro, non
valet quia non censetur esse facta in iudi
cio, sed extra iudicium.sic consuluit Ale-
xander consil.18. ex his quæ, in colum.3.in
1.volumine, & consil. 19.in his. columna 3.
in 4.volumine.
33 Item non dicitur ordinarius loci arbiter,
& probatio nobilitatis debet fieri corã or
dinario loci.vt d.§.cum vero.ergo.&c.
34 Quæro,quid si pater nominati vel gra-
duati. vel frater est iudex ordinarius loci,
vel dominus,& habet suũ iudicem, an pote
rit fieri corã isto? videtur quod ,nõ per l.qui
iurisdictioni.ff de iurisd.omn.iudic.& C ne
quis in sua causa iu[illegible]cet contrarium vide-
tu r

tur verius, quia ista est iurisdictio quasi voluntaria, quæ etiã inter suos potest exerceri, vt ibidem dicitur, & in l. si consul. & seq. ff. de adoptio. & etiam propter colorem iudicij. vt dixi suprà. & quia publicè fit, non præsumitur fraus. l. non existimo. ff. de administra. tuto. & istam opinionem pro vera amplectitur egregius ille consul. D. Arnol. Ferron in commentarijs ad consuetudines Burdegalen. §. 2. in fin. rubr. 1.

Rege mortuo an iudex probationem nobilitatis admittat.

35 Sextò quæro, an rege mortuo possit seneschalus vel alius regis iudex ante confirmationem hanc probationem nobilitatis admittere? Videtur quòd non, quia mandatum videtur expirasse morte mandantis. l. mandatam. C. manda. Ego teneo contrarium, per ea quæ nota. in l. hactenus. ff. de cõstit. pecu. & l. si quis. §. si impubes. de institu. & ita tenet expressè Iacob. de Bello visu in sua practi. rubr. de senten. crimi in fin. vbi dicit hæc scripsisse, cum erat iudex Arelaten. Item sicut sedes apostolica non moritur, in c. si gratiosè. de rescript. in 6. ita nec sedes regalis Franciæ, & etiam quia officia à rege habita sunt perpetua ad vitam recipientis. Benedi. in repeti. c. Raynutius in verbo duas habens filias. nume. 38. & seq. de testa.

Rex an confirmare officia teneatur.

36 vbi dicit quod nouus rex semper consueuit confirmare officia habentibus ea, nisi fuisset causa legitima destituendi, & tunc ante nouam institutionem exercere possunt, & cõtinuare pristinam iurisdictionem, donec nouiter creati aduenerint, & in prouincia habitauerint, instar proconsulis. l. meminisse. ff. de offic. proconsul. Item quia decet à principe concessum beneficium esse mansurum reg. decet de reg. iur. in 6. Et nedum

Officia quæ emanant ab illis qui sunt de sanguine regio sunt perpetua.

37 illa quæ à rege vel regina emanant officia sunt perpetua, sed etiam ex consuetudine illa quæ dantur ab his qui sunt de sanguine regio, & ita seruatur, & posset illorũ officialis petere se manuteneri, si destitueretur vt sæpius seruatum extitit in hoc regno. Et sic extra mortem, renuntiationem, & delictum destitui non solent, & in lingua occitana & in Delphinatu sunt priuilegia, quod officiales, nisi in tribus casibus prædictis reuocari non possint, vt asserit Francisc. Marc. in decis. delphina q. 19. partis 2. hodie est figura histeron proteron, alia conticeo, dicẽs nunc ô tempora, ô mores, ô homines maligni. ne plura.

38 Item qui est institutus ab habente potestatem, à rege institutus esse censetur. l. itẽ eorũ. §. 1. ibi, parui enim refert, an ipse ordo elegerit, an his cui ordo negotium debit. ff. quod cuiusque vniuersita. nomi.

Testes quomodo debeant super nobilitate deponere.

39 Septimo quæro, quomodo debeant testes deponere super ista nobilitate? Bart. & alij in l. 1. C. de dignit. libr. 12. circa fin. multa dicit. Ego vero paucis expedio sic, primo, quod ille testis qui deponit de nobilitate, debet deponere, quod ille scholaris est nobilis & pro ratione debet dicere, se cognouisse patrem, auum, & maiores eius omnes nobiles, & nobiliter viuentes, qui pro talibus se tenebant, & reputabant, nobilium actus, mores, status, & conditiones facientes, gerentes, exercentes, & pro talibus sunt habiti & reputati inter omnes de eisdem cognitionem habẽtes, & hoc probatur ex his quæ nota. Innoc. & alij in c. de multa. de præben. vbi dicit illam dici dignitatem, quæ pro dignitate in illa ecclesia reputatur, vel in illo loco not. in c. 1. de consue. lib. 6. c. cùm accessissent. de constit. & habetur 1. ad Corin. 4. c. Vos nobiles, non autem ignobiles vsque ad hanc horam. Ioh. Raynaud. in comprehenso. feud. in tract. nobilita. q. 8. facit text. in c. licet ex quadam. ibi, pro consanguineis se habere de testibus.

40 Potest etiam testis addere, quòd nõ extat memoria in contrarium, quod parentes & eius maiores sunt habiti & reputati nobiles, & hoc propter ordina. lud. 2. rubr. *des graduez simples*. articu. 2 & 3. quæ dicit requiri nobilitatem ex antiquo genere. Et quia illud tempus de cuius initio memoria non extat, obtinet vim priuilegij. ca. super quibusdam. §. præterea. de verb. signifi. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. Et vicem legis obtinet vetustas. l. 1. §. fi. ff. de aqua pluuia arcend.

41 Item potest testis dicere, quod ille scholaris est natus de tali domo de Claromonte, ergo est nobilis, & etiam est pro nobili habitus, & reputatus, & adhuc habetur. Soci. cõsi. 246. eleganter. col. 1. in 2. volu. vbi dicit non sufficere, si decat de tali nobili domo esse natum, nisi addat, & pro nobili reputatur, quia potest esse à nobili natus, & tamen non est tanquam nobilis à populo acceptus facit quod not. Bar. in l. 1. C. de testam. Bonus de Curtili in tracta. nobilita. in 6. parte vbi vide latius.

Præterea ad probandum quem esse in possessione officij, nõ sufficit probare quod segerat pro tali, quia fortè non reputatur talis, nec est re vera. ideo oportet probare quod se gessit & gerit pro tali, & ab aliis tenetur & reputatur. per ea quæ not. Inno. in c. fi. de eo qui furtiue ordines recepit. Imol. in c. in nostra. colum. 1. de procura.

42 Octauo quæro, stante tali consuetudine, quod natus ex matre nobili sit nobilis, testes deponunt coram ordinario loci. talem N. scholarem nobilem, & pro ratione dicunt, cognouisse patrem & matrem istius nobiles, & nobiliter viuentes. Insuper dicunt cognouisse auiam hoc est matrem patris nobilem, & sic ex consuetudine partus erat nobilis. & etiam dicunt cognouisse patrem matris nobilem, & nobiliter viuentem, ac pro tali reputatum, & se tenentem, & gerentem pro nobili. an valeat hæc attestatio? Videtur quod non, quia probatio quæ non necessario concludit, non valet. l. neque natales. & l. ad probationem. C. de probationib. c. *Pro consuetudine vt natus ex matre nobili sit nobilis*

in præ

in præsentia.illo titu.sed deponêdo cogno uille patrem matris nobilem, non conclu dit matrem fuisse nobilem, cum consuetu do faciat nobilem ex parte matris,quia sem per certa est l.quia.ff.de in ius vocan.

In contrarium videtur attestatos rectè fuis se de nobilitate,cùm dicant patrem & ma trem nobiles, & in hoc conueniant,ergo scholaris ex eis natus est nobilis, argu.l.fi lium.ff de his qui sunt sui vel alie.iur.

Nec obstat quod deponant de patre,qui nil ex consuetudine facit ad nobilitatem, quia esto sane,tamen satis probata est nobilitas, postquam probatur patrem & matrem no biles.& concordatum non adstringit proba re nobilitatem ex antiquo genere,ergo hæc sufficiet.si tamen requireretur probatio an tiquæ nobilitatis, tunc crederem non suf ficere has depositiones.Alia scribam, si ope ræ pretium fuerit, nam ista quæstio mihi fuit in palatio petita, & ex tempore ita scripsi.

43 Item requiritur quod depositiones illo rum testium registrentur, seu describantur per iudices,seu scribam illorum,quos Galli dicunt Graferios.sic dicitur in d.ordina. ar ti.11.ibi, *Et d'icelle affirmation sera faict regi stre par nosdictz iuges ordinaires, ou leurs greffiers.*

Monachus tan quã nobilis no minationes im petrat.

44 Vltimò,quidam religiosus vult tanquam nobilis impetrare nominationes opponi tur contra eum quòd non est nobilis, tum quia nobilitas perditur per ingressum reli gionis.glo.vlti.in re.1.de purga. cano. &c.vl. de statu monach.quas sequitur Roma. sin gula.37.vtrum nobilis gloss.in cap. scripsit. 27.quæst.2. dicit,primò quoque tempore quo quis efficitur monachus, desinit esse rex,vel imperator,vel episcopus.per c hoc nequaquam.7.q.1. gloss.in verbo. comite. 20.quæstio.3.tum quia censetur mortuus. c.placuit.2.in 16. quæstio.1.nota in auth. ingressi.C.de sacrosanct.eccle.Felin. in ca. inter dilectos.colum.2.de fide instru.

Contrarium teneo,quia ius sanguinis est immutabile.l.ius agnationis.ff. de pact. l.iura sanguinis.de regul.iur. & sic fuit deci sum per Rotam,decisio.1.de consue.in nor. vt refert Roma.singu.37.ideò ipsi religiosi ferunt testimonia.ca.nuper.de testi. iurãdo ad pectus de consuetudine,teste Guido.de cisio.615.religiosi.

45 Item possunt religiosi obtinere beneficia regularia,vt nemini non patet.clement. ne in agro.§.cæterùm.cum aliis similibus, de statu monacho.c.cùm singula de præbend. in 6.& si quis impetret beneficia illorũ per annum possessa,debet exprimere eorũ no bilitatem quod non fieret, si eam derdis sent, alioqui non valet impetratio.regul. cancella.32.Si tamen nobilis impetret rescri ptum apostolicum, non solet dici nobilis, nec nobilitas generis pro eo exprimitur. sed in prosecutione ponitur,quia vt asserit de nobili genere,&c. procreatus existis, Prouinciale.fol.62.versic.nullus.

Nec obstant supra adducta,quia intelligun tur quo ad Deum. Hierony.in epistola ad Cellantiam. Nulli te vnquam de generis nobilitate præponas,nec obscuriores quas que & humiliore loco natas te inferiores putes.Nescit religio nostra personas accipe re,nec conditiones hominum, sed animas respicit singulorum.sequitur Cortet. in tra ctatu de potesta.reg. q.29.colum.vlti. & in repeti.cap grandi.numero 21. de supplen. negligen.prælat.lib.6.Bene dict. in repeti.c. Raynutius.in verb.& vxorem.numero.210. & sequen.de testamen.

Monachus per dit nobilitatẽ quo ad spiritualia.

46 Facit quod in simili dicit Felin in c.cùm deputati. col 1.de iudi.vbi dicit per ingres sum religionis perdi irregularitatem quo ad actus spirituales,secùs in temporalibus: per glo.ibi.ergo etiam, quo ad actus spiri tuales nobilitas perdetur quia repugnaret statui monachorum perfectorum nec esset secundum Lucam, quòd vnus alio diceretur nobilior in monasterio, & quo ad diui num seruitium nobilis diceret missam ma iorem,& omnes alios præcederet hæc su stulit Christus,dum dicit Marc.10 capit.& Luc.22.cap.Qui maior est in vobis, fiat si cut minor,& qui præcessor, est,sicut mini strator,&c.ergo si loquamur in aliis acti bus,nobiles per ingressum religionis conse quuntur priuilegia,quæ citat Felin.in d cap. cùm deputati.& alia priuilegia aliorum no bilium. alioqui si nobiles ingredientes reli gionem non possent optinere nominatio nes,essent deterioris conditionis, quàm alij non nobiles,quod non est dicendum. Imò. §.volumus. d.collat.in concordant.dicens, Regularia regularibus,intelligitur etiam de religiosis nominibus nominatis. Vide no uem ex quibus causatur nobilitas, per Lu cam de penna in l.mulieres. colũ.& seq.C. de dignita.lib.12.vbi latè prosequitur.

47 Postremo,quidam nobilis studuit trien nio in artibus, vel in theologia, aut medi cina, an possit suas nominationes habere? Videtur φ sic,quia triennium in nobilibus sufficit.Contrarium est verum.nam trien nium est præstitutum tantùm baccalaureis iuris canonici & ciuilis.secus in aliis. vt §. præterea.ibi, in quibus baccalaureis iuris canonici aut ciuilis triennium esse decerni mus. de colla.in concordant.secus in aliis facultatibus.

48 Idem dicerem,si studuerit biennium in ar tibus, & annum in altero iure, vt non pos sit obtinere nominationes, quia postquam dicit triennium, intelligitur compl[illegible]um in iure canonico vel ciuili.gloss.[illegible] re[illegible].cãcel. Iulij secundi.in 4.parte & superius dixi.

49 Quid in legitimato,an his gaudeat præ rogatiuis? videtur φ sic.quia [illegible] à legiti mis differt.§ & quoniam.& §.illud.in au theu.quib.mod.natu.effi.sui.collat.7 & §. oportet.

oportet, ibidem. & hoc expresse in prærogatiua regulæ cancell. tenuit de Vbald. in tract. de successio. ab intest. in vlti. modo legitimandi facit quod not. Bald. in l. fi. C. de his qui veniam æta. impe. & ibi Angel. & l. 2. C. de iure aureo annullo. Contrarium tamen videtur, quia non sunt nobiles. cap. si gens Anglorum 56. dist. l. vna. C. de mulie. quæ propriis seruis se iunxerunt. Item legitimatus non habet ius primogenituræ, vt plenè tradit egregius senato. Do. Io. le Cirier in suo tract. de iure primogenitu. lib. 1. q. 13. Doct. in l. Gallus §. & quid sit tantùm. ff. de libe. & posthu. Deci. cons. 258. in casu. Curti. in consi. 74. super memorata. col. 2. & plenissimè Albert. Bru. in tract. de statu. excludentib. fœminas. q. 4. art. 12. per quos poteris decidere hanc quæstionem: si ea indigeas, videto illos.

Quæstio decimæ tertiæ Epitomæ.

1 *Collatores an sint vocandi quando nominationes conceduntur. & nu. 2.*

Actus factus non vocato eo cuius interest, non valet.

2 *Collatores nominatos odiunt.*

3 *Examinatio idoneitatis fit absente eo cuius interest.*

4 *Equum locatum accipiens, si equus casu fortuito moriatur poterit facere examinari testes de casu illo absente parte: & tales attestationes facient fidem.*

5 *Nobilitas vt probetur, requiruntur quatuor teste, licet aliàs regulariter duo sufficiunt.*

6 *Rescripta impetrantur sine citatione, ac beneficia conferuntur.*

7 *Beneficium vacans confertur sine alicuius vocatione.*

Quæstio xiij. principalis.

Collatores, an sint vocandi quando nominationes conceduntur.

1 DEcimotertio, principaliter quæritur, an illi quibus diriguntur nominationes, sint vocandi quãdo conceduntur, vel quãdo audiuntur testes tam pro tempore studij, quàm nobilitatis? Videtur quod sic, quia omnis cuius interest, vel interesse potest, est vocandus antequam actus fiat, alioqui actus non valebit lege nam ita. ff. de adop. l. de vnoquoque. de re iudi. Sed collatores possunt lædi, quia perdũ fructum collationis liberæ. quam collationem liberam habent glo in c. relatum de præbend. & c. quamuis. illo titu lib. 6. & dicitur fructus. illa collatio per glo. in c. cùm olim. de maio. & obedien.

Collatores nominatos nolũt videre.

2 Imo audeo dicere, quod collatores gratius intuerentur fulgura extra illos cadentia, quam nominatos, nisi aliquos suos propitios habeant, qui pollicẽtur eisdem reddere beneficia illis collata, sicut de auaris dicit text. in ca. sicut hi. 47. dist. & quidam episcopus mihi retulit nominatum nunquam habuisse beneficium ab eo, nec à prædecessore. Credo mihi, res est miuriosa tibi. Tu tamen nobilis, ac doctis, ne prælatis prouides, oues, & diligis, ignarosque profligas, vt fieri debet.

Secundo facit c. licet episcopus. de præb. lib. 6. c. inter quatuor. de maio. & obed.

Tertio quãdo producũtur testes cõtra aliquem, debet is citari, alioqui non valet productio l. si quando. C. de test. c. 2. illo tit.

Contrarium deciditur, nam quãdo Papa concedit beneficia ecclesiastica. vel scribit vt alicui conferantur, nullus citatur. ca. cùm secundum apostolum. de præb. not. in c. dudum. de præsumpt. & c. cùm olim de re iud. Alber. in d. l. nam ita. col. vltim. Sic ergo est dicendum quando conceduntur nominationes ab vniuersitatibus, vt nulli collatores sint vocandi.

3 Item quando fit examinatio super idoneitate nominati, vel alterius, potest fieri in absentia Innoc. sing in c. fi. in fin. de translat. episcopi, vbi dicit, si mãdatur alicui vt prouideat retro si est, idoneus, executor non debet vocare aliquem ad opponendum, si velit eum dicere non idoneum, sed examinabit, an sit idoneus, vel non antequã prouideat, absente eo cui dirigitur mandatum, idem tenuit glo singu. in cle. 1. de offi. dele. & ibi Card. col. 3. & cons. 132. archipresbyter. col. vlti. sufficit etiam in his extraiudicialibus probationem concludere soli examinatori, videlicet vniuersitati. Bal. in l. neq; natales in fin. C. de prob. & in l. fin. col. 2. vnde legiti. Alexand. con. 218. visis verbis colũ. 2. in 2. vol. quod est repetitum, cons. 45. visis verbis. in 6. vol. Panor. & alij in ca. 2. de test. Feli. in c. fi. col. 6. de præsump. Rota decis. 9. purificatio gratiæ & decis. 18. fuit dubitatum, vtrum executor. de concess. præb. in not. & decis. 7. nota, quod vbi sunt tres. de præbend. in antiq. Vitalis in tracta. clausula in clausula, si ita tibi constituerit. fol. 15. cum sequen. Hippoly. in l. de vno. 4. fallen. ff. de re iudica. *Examinatio an fieri possit absente eo cuius interest.*

4 Ad hæc si scholaris, aut alius acceperit equum locatum, & is fortuitu moriatur, poterit facere examinari testes de casu illo & illæ attestationes, etiã parte absente factæ, facient fidem coram iudice competẽte. Bart. & patruus meus Rebuffus in l. 2. C. de naufr. lib. 11. per illũ tex. & l. scire. §. sufficit. ff. de excus. tutor. Corset. in singu. incipien. testis in loco, quod est sing notandum.

5 Insuper quo ad nobilitatem decisum est in d. §. cùm vero. ibi, etiam in partis absentia probari possit. Sed in alio nobilis grauatur, vt quatuor testes debeat adhibere, & si in aliis actibus communius sufficiant duo, l. vbi. ff. de testib. & duo de patris nobilitate, alij duo de matris, vel promiscuè *No. in scholari.*

q depon

57 Agnomen an sufficiat exhibere in insinuatione cum nume. seq.
58 Nomina inuenta ad recognoscendos homines.
59 Res demonstratæ frustrà adiicitur demonstratio.
60 Nomen & cognomen exprimenda, quando requiruntur pro forma. & nume. 61.
Actus in contrarium factus quando comittatur, tunc dicitur de forma.
Forma dat esse rei, & eam conseruat in esse,
61 Omissio forma vitiat actum.
62 Intellectus l. hac consultissima. C. qui testa. facere poss.
63 Mandatum quando potest per æquipollens impleri.
Mandatum obseruare dicitur qui facit illud quod est proximum mandato.
64 Insinuatio nominis, & cognominis de quibus in literis nominationum constat, non valet.
Causa appellationis ab interlocutoria nominatim exprimenda.
65 Insinuatio hoc modo, insinuo nomen istius, ostendendo eum digito, non valet.
Demonstratio ad oculum facit rem certam.
Error nominis appellatiui non vitiat, quando res digito demonstratur.
66 Insinuatio expressis nomine, & agnomine omisso cognomine non valet.
67 Insinuandum quid sit, si mutatum sit cognomen.
68 Literæ matriculæ insinuantur.
69 Literas tonsuræ insinuare bonum est.
Qualitas extrinseca non præsumitur, nisi probetur.
70 Tonsura ab alieno episcopo data, an valeat, & quæ practica seruanda. 71.
72 Cautela pro non promoto à non suo episcopo.
73 Prothocollum notarij mortui, an probet clericatum.
74 Dispensatio an debeat insinuari.
75 Dictio seu, quandoque stat ampliatiuè.
Disiuncta pro coniunctis, & contra interdum poni.
76 Literæ omnes certificatoriæ, an debeant insinuari.
77 Literas doctoratus graduato an sufficiat ostendere absque literis aliorum graduum.
78 Literæ omnium graduum, an sint insinuandæ.
79 Nominationes & gradus quomodo debeant insinuari.
80 Nominatus salutare episcopum debet, & ei honorem impendere.
Minores maioribus honorem præbere debent.
81 Canonici exempti episcopo reuerentiam debent.
82 Honor quatuor modis exhibetur. & num. 83. & 84.
83 Honor decretalis siue edictalis quis.
84 Facta plus æstimantur quam verba.
85 Insinuans de quibus commendare debeat collatorem. cum nume. seq.
Collator commendandus de fide.
86 Item de timore Dei.
87 Et de sapientia & prudentia.
88 Item de scientia.
89 Breuitatis vis & effectus.
90 Armis & lapidibus nominatus vbi possit.
91 Insinuationis forma.
92 Episcopus quando sibi insinuantur nominationes, quid facere debeat.
93 Episcopus quid insinuanti respondere potest.
94 Insinuationis instrumentum nominatus debet retinere.
95 Insinuandum quibus præsentibus sit.
96 Insinuatio coram notariis apostolicis an valeat.
97 Episcopo vel collatori an credi debeat quo ad insinuationem.
Fraus tollenda, & ei obuiandum.
98 Insinuatio an Gallicis, an Latinis, verbis fieri debeat.
99 Insinuationes quibus fiant.
100 Insinuationes collocatoribus absentibus, an eorum vicariis fieri possunt.
Litis motæ denuntiatio fieri potest procuratori domino absente.
101 Insinuatio facta vicario, an liget episcopum.
102 Episcopus extra ciuitatem non est quærendus, cum teneatur creare vicarios, & eos in ciuitate relinquere.
103 Insinuatio cui vicariorum facienda, quando sunt plures: & an vni sufficiat. & nu. seq.
104 Vicarij habent iurisdictionem insolidum.
106 Intellectus l. sin. ff. in ius voc. vt caut. & l. sed & si ff. qui satisda. cog.
107 Deuolutio fit de vicario ad archiepiscopum.
108 Intimatio nominationis cui vicariorum facienda, quando sunt plures.
Debitoris est electio in alternatiuis.
109 Insinuatio facta vicario extra diœcesim valet.
Iurisdictionis voluntariæ quæ sunt, possunt extra territorium exerceri & nume. seq.
110 Sacerdos parochianum extra parochiam potest absoluere.
111 Intellectus capituli statutum de præbend. libro. 6.
112 Insinuans episcopo qui est vicarius alterius episcopi, vel archiepiscopi, an censeatur illi insinuasse, & vt episcopo, & vt vicario, &c.
113 Collatione spectante separatim ad archidiaconum, illi separatim est insinuatio facienda.
114 Insinuatio facta capitulo non ligat vicarium episcopi.
115 Duæ literæ duplicatæ an dari debeant.
116. Insinuationes factæ vicario reuocato, quando valeant.
117 Collatio beneficij facta per vicarium reuocatum quando valeat.
Sententia lata à primis iudicibus reuocatis ante notitiam reuocationis valet.
118 Insinuantes vicarius ad quid teneantur.

Quęſtio xiiij. principalis.

De inſinuatione nominationum, & aliarum literarum hic plenè traditur.

Ecimoquartò, principaliter quæritur de inſinuationibus nominationum. Et primo, quid ſit inſinuatio, dicitur infrà, numero primo.

Secundo, cur inſinuationes inuentæ ſunt, numero 4.

Tertio, quo tempore nominationes inſinuentur, numero 9.

Quarto, intra quod tempus debeant inſinuari, numero 32.

Quinto, quo in loco debeant inſinuari, numero 43.

Sexto, quæ debent inſinuari, & quæ in inſinuationibus requirantur, numero 52.

Septimo, quomodo debent nominationes inſinuari, & gradus, ac aliæ literæ, numero 79.

Octauo, quibus præſentibus inſinuandū ſit, numero 95.

Nono, quibus nominationes inſinuentur, numero 99.

Decimo, per quo fiat inſinuatio, numero 156.

Vndecimo, quoties inſinuentur, numero 190.

Duodecimo, an collatoribus ſcientibus inſinuentur, numero 193.

Decimotertio, an inſinuans debeat literas, quas inſinuat, aperire, numero 196.

Vltimo, quomodo puniantur non inſinuantes, numero 201.

Et ſuper qualibet quæſtione tangentur obiter aliæ illi conuenientes

2 Primæ quæſtioni, quid ſit inſinuatio, reſpondet Lucas de penna in l. 2. in fin. C. de petit. bona ſubla. libr. 10 ſic, quod inſinuatio eſt alicuius ſcripturæ editio. hæc tamen eſt nimis generalis quo ad materiam noſtram. ideo Anto. de Gara. in tract. de inſinuatio. q. 1. ſic diffinit Inſinuatio eſt donationis præexiſtentis in ſcripturam redactæ, eodem tempore, vel diuerſo apud competentem iudicem facta publicatio. ſed non deſeruit propoſito noſtro, cùm tantùm donationis inſinuationem difinire velit, de qua in l. ſancimus. C. de donatio. & in ordine reg. rub. *que tantes donations ſeront inſinuees*. articu. 1. vbi ſcripſi in 2. tomo ad con- *Quid ſit inſinuatio.*
3 ſtitu. reg. Ego vero quantum ad præſentē nominationum materiam attinet ſic definio, Inſinuatio eſt literarum gradus, nominationis certificationis temporis ſtudii, ac atteſtationis nobilitatis, ſeu nominis, & cognominis. vel alterius rei neceſſariæ ordinariis collatoribus, vel patronis eccleſiaſticis, ſeu eorum vicariis, legitimè per graduatos vel nominatos, & qualificatos facta exhibitio & probatur in §. præfati. in 2. & §. teneantur. de collatio. in concord. inſinuare demonſtrare eſt. l. iubemus. innẽta gloſ. C. de emancipa. libro. hæc definitio declarabitur ſatis ſupérque per totam hāc quæſtionem infrà, ideo venio ad ſecundam quæſtionem. *Authoris noua definitio de inſinuatiōe de qua hic.*

4 Secundò, quæro, cur inſinuationes iſtæ inuentæ ſint? Reſpon. quia gradus, & nominationes abſentibus collatoribus conferuntur, vt ſuprà dixi, quorum ignorantiam poſſunt collatores prætendere, ſi non *Inſinuationes cur ſint inuenta.*
5 exhiberentur. Nam omnis actus factus in abſentia partis, debet ei inſinuari. capitulo ſi tibi abſenti. & ibi Peruſ. de præbend. lib. 6. vnde quando actus poteſt fieri in abſen- *Actus factus in partis abſentia debet eidē inſinuari.*

tia partis fine citatione, eo perfecto debet parti intimari. Bart. in l. penult. ff. de iureiur. Bald. in l. eos. §. A postolos. col. 2. nu. 6. C. de appella. vbi per glos. in clem. 1. de appel. vbi quando termini assignatio facta parte non citata potest aliquem lædere, debet ei ter
6 minus solenniter notificari. Et ideo si arbitri ex potestate eisdem data possint prorogare compromissum absentibus partibus, tamen nisi post prorogationem notificetur partibus videntur arbitri dolosè processisse, nec talis prorogatio adstringit litigatores: quia ita demũ valet, si insinuetur. Bald. cons. 101. lex. & cons. sequen. in 3. vol. Idem in l. 1. colum. pen. C. de senten. ex libello recitan. authen. ei qui col. C. de tempo. appella. Alexand cons. 34. viso themate. col. penultima in 1. vol. cons. 63. in causa & lite. columna vlti. in 3. libr. & consi. 87. viso the mate. columna vlti. vol. 5. Roma. consi. 356. circa propositam. in fin. Dec. consi. 39. col. 1. & cons. 612. quòd suprà columna 2. Felin. in c. cum olim. colũ. 8. vers. no. tertio. de re iud. & in c. 1. nu. 52. de constitu. Ias. in l. nec quicquam §. vbi decretum. col. 9. nume. 56. cum seq. ff. de offic. proconsul. Nathan in repe. cle. sæpe in pri nc. colum 53. de ver. sig. Hippoly. in l. de vnoquoque. num. & seq. de re iud. facit tex. vltra doc. in l. si quis per. ibi, intimare debet. C. de aqua ductu. lib 11. & l. penul. in §. nullo. ibi, postquam fuerint ei intimata. de reb. cred. Lanfran in verbo dilationes. colũ. 2. ca. quoniam. de proba. Curtius consi. 31. Factum tale. & seq. Sic solet senatus dicere respondendo supplicationi partis, fiat, & significetur parti, datum, &c quod limitat Dec. consi. 160. & diligenter. col. 2. vers. 3. non obstat. quando actus non potest absenti præiudiciũ inferre.
7 Secundò, fallit in vnione quæ non est insinuanda illis, qui beneficia possident. do cto. in clem. si. de reb. eccle non alie. hoc expressi tradit Ioan. Gallus in q. per arest. quæst. 147. vide alias limitationes per Ias. & alios suprà citatos.

Insinuatio no mi sous cur fiat.

8 Item exh bitio nominum, & cognominum fit, vt collator ordinarius cognoscat diligentes, & qui non diuertunt ad matrimonium, vel ad alios actus per quos pos sint nominationes admitti, vt dicam infrà quæst. vltim. ideo eidem fieri debet.

Quo tempore debeat fieri insinuationes.

9 Tertiò quæritur quo tempore literæ gradus, & aliæ insinuentur? Respõ. text. in con cord in § teneantur. de coll. quòd tempore quadragesimæ. Idem disponitur in ordina. reg. Ludo. 12. 1. public. artic. 8. quæ est in rub. *des graduez*, simples. atti. eo. cui standum est, nam multò vno tempore licent, quæ alio prohibentur. l. furem. ff. ad legem Cornel. de sica. c. capellanus. de feriis. c. si peccaue rit. 2. q. 1. c. decreuit. 22. q. 5. c. ad honorē de
10 author. & vsu palli. tamen ille §. teneantur secundum quosdam loquitur de nomine & cognomine, quæ debent in quadragesima insinuari, secus in literis, vt in d. §. præfa tóque graduati. & hoc tenuit glo. in §. qui de prædictis. in verbo facere. de colla. in prag. sed dico d. §. teneatur, etiam debere intelligi de literis gradus, & aliis necessariis, ne diuerso iure censeantur. l. eum qui ff. de v-sufru. & quando vna determinatio respicit plura determinabilia, ea debet vniformiter determinate. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & ibi Ias. & alij. & clausula posita in dicto §. teneantur. etiam refertur ad literas gradus, & alias. pet. cap. inquisitionis. & c. secundò requisitis. de appel. dixit in repet. l. vnicæ. in gloss. in verbo, & nonex quibusdam. C. de senten. quæ pro eo quod interest. etiam de consuetudinæ, & literæ, & omnia, & cognomina tempore quadragesimæ insinuã tur. Et sic consuetudo interpretatur insinuationem fieri debere tempore quadragesimæ, quæ est optima legũ interpres. l. si de
11 interpretatione. ff. de legib. & etiã assignari potest ratio, quia quando tempus est in lege, vel statuto expressum, tunc est in concordatis, tunc censeri debet appositum pro forma. tex in auth. quæ supplicatio ibi, sub hac forma. C. de prec. b. impera offe & ideo necesse est solitudine constitutum tempus. dicit text. in l. scire oportet. §. consequẽs. ff. de execu. tut. latè Alber. Brunus in tract. de forma, & solennita actus. rub. quando aliquid censeatur esse tradi. pro forma. fol. 43. col. 3. in 16. concl. & qui non obseruat tempora, non dicitur seruare formam: & per consequens actus est nullus Bal. & Sali. in d. auth. quæ supplicatio Paul. in l. si in lege. in prin. ff. loca. Ias. in l. qui Romæ. §. Gallimachus. col. 4. de verb. oblig. & consi. 55. circa. col. 1. vol. 3. & consi. 132. statuto in princ. vol. 4. & qui recedit à tempore, recedit à forma actus. Bald in l. obseruarr. §. fin. q. 3 de offic. proconsul. & l. liberti. colũ. 5. C. de operis liberti. alibi dicit Baldus in l. ordo. circa medium. C. de execu. rei iud. quòd si statuta disponunt aliquid in tempore, quòd sunt seruanda ad vnguem: & si contrà fieret, esset irritum ipso iure Ias. cõsi. 166. videretur. col. 4. vers. 7. ibi, confirmatur. in 2. volu. & idem dicit in consi seq. col. vlr. & consi. 191.
12 placet. col. 2. in 2. volu. Sic etiam collatio sacrorum ordinum facta extra tempora à canonibus præfixa, licet tempus non fit de substantia, caret debito effectu. cap. 1. & 2. & c. peri. de tempo. ordinand. Felin. in ca. cùm dilecta. col. 8. versi. octauum signum. de rescript. & ideo quando statutum requirit tempus, & tu require tempus. Baldus in l. omnes populi. col. pen. versic. item nota. ff. de iustit. & iure.

Tempus expressum in l. soda. est formam.

13 Si quæratur, cur statutum est, vt fiant insinuationes tempore quadragesimæ Respon. fortè quia necessario id temporis quis tenetur confiteri, & omnia peccata sacerdoti exhibere. c. cùm omnis. de pœn. & remis. sic illo tempore exhibitio nominationum. gradus,

Cur insinuationes fiat tempore quadragesimæ.

gradus, & aliarum literarum debet fieri. Vel quia præsumitur, quòd tempore quadragesimæ bonus pastor oues pascet, & nō erit ab ouili absens, licet omnes ferè hodie absint, quæ (malum) tanta absentia & prælatorum quorundam voracitas? hodie nostri nisi habeant duos vel tres episcopatus, cum duodecim abbatiis, & prioratibus, quiescere nō possunt, nec tunc quidem, sed miserè & superbè quidam viuunt, orabo pro illis, vt videant, cæci sunt, & cæcorum duces qui hæc agunt. Vel potest dici, quia sic voluerunt conditores. nam hæc sunt iuris positiui, in quibus voluntas pro ratione sufficit. §. furtiuè. institu. de vsuca. cle. si. de senten. excom. & non omnium quæ à maioribus nostris statuta sunt, ratio reddi potest. l. non omnium. ff. de legi. nota. in c. si quando. de rescrip. literas tamen duplicatas collatori, dare poterit quocunque tempore, cùm in textu tantum teneantur dare literas duplicatas, & sufficit collatori eas habere ante vacationem, tutius est tamen in prima insinuatione literas duplicatas dare, & sic obseruatur.

Triplex est quadragesima.

14 Primò quæro, de qua quadragesima loquatur? cū triplex sit. c. 1. 22. quæst. 5. Prima est ante pascha. Secunda, ante festum sancti Ioannis baptistæ. Tertia, ante festum natiuitatis domini. & quando textus in c. accusasti. de accusa dicit per tres quadragesimas debet pœnitere, intelligitur de his tribus quadragesimis, & non de quadragesima trium annorum, secundum Archi. post glo. 1. in d cap. 1. quam sequitur Corset. in verbo quadragesima, in sing. Respon. intelligi de ea quæ est ante pascha, quia illa propriè dicitur quadragesima cap. quadragesima. de consecra di. 5. & etiam appellatur illa quadragesima secundum communem vsum loquēdi, qui debet attendi. l. Labeo. ff de supel. leg. c. ex literis de sponsa & in l. 1. ff. de operis noui nuncia. per doct. glos. in verbo quadragesima. in §. statuit. de col la. in prag. glo. tamen in extra. 1. in extra cō munibus. de penitē. & remis. tradit duplicem ratum, vnam delectiuam mali, vt pote illam quæ est ante pascha: alterā, quæ operatiua boni, quæ est post pascha. vide ibi.

Tamē ego intelligerem per tres quadragesimas propriā, videlicet per tres quadragesimas trium annorum; scilicet ante pascha: cùm d. cā. accusasti. de accusatio. loquatur de annis, & postea de quadragesima, ergo de quadragesima cuiuslibet anni, vt alibi fusius explicabo.

Quis teneatur probare insinuationem tempore quadragesimæ factam.

15 Secundò quæro, an negans insinuationem esse factam tempore quadragesimæ teneatur probare, vel nominatus. Videtur quòd negans, quia actus in dubio præsumitur iure factus, arg. l. sciendum. ff. de verbo. oblig.

Actus præsumitur tempore habili factus.

16 Item actus in dubio præsumitur celebratus tempore habili. gl. singu. in verbo, creatum. in cle. si. de rescrip. vbi ille qui negat beneficium creatum fuisse tempore datæ rescripti, debet probare, quia illa negatiua habet resolutam affirmatiuam, quæ probari potest. consuluit Ias. consi. 178. in causa in 2. volu.

17 Tertiò, facit quòd si per statutum prohibitum sit nobilibus intrare palatium, nisi tempore consilij, & accusatur nobilis intrasse in mense Maio, ipse probauit eo mense esse factum consiliū, debet absolui. quia in dubio debemus intelligere factum esse tempore quo licuit. arg. l. merito. ff pro socio. Bar. in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de operis noui nuncia. Panor. & Feli. in c. audītis. de prescri. Soci. cor. li. 67. in causa. col. 3. vol. 3. & quando vnus insurgit contra alium ratione temporis, ibi oportet probare tempus. Bald. in l. de rebus. C. de donat. ante nup.

Qui se fundat in tempore probare debet tempus.

18 Contrarium videtur verius, quia vbi certū & limitatum tempus, vel certa pars loci, vel alia qualitas est fundamentum intentionis siue actoris, siue rei, oportet quòd illud tēpus & illa qualitas probetur per eū, qui se fundat in illa Bar. in d. §. sed vt probari. vbi dicit, quòd si vsque ad medium mēsem Martij licebat tenere bestias in pratis, post non, & aliquis accusatur quòd in mense Martij sua animalia pascebant in pratis, non debet sequi condemnatio, nisi probetur illa pars tēporis quo erat prohibitum. Sic nominatus & graduatus fundat se in tempore, ergo debet probare tempus. text. in l. maternis. C. de proba. l. cum actum. ff de nego. gest. l. qui iurasse. § si pater. ff. de iureiur. Feli. in c. auditis. col. penul. in versi. 2. conclusio de præscrip. Hippoly. consi. 7. summi celi nu. 60. & seq. l. 2. C. de pet. hæred. Barb. in consi. 29. illud. col. 14. vol. 1. &
19 in repet. rub. C. qui admi col. 2. vbi dicit quòd si opponatur contra testem quòd erat infamis, debet probari quòd tempore depositionis, aliàs non repellitur. hoc probat Calca. consi. 79. licet dubia. nu. 12. Ias. consi. 178 in causa. volu 2.

Tempus depositionis probetur.

Furiosus tempore cōtractus probari debet.

20 Item probans quem furiosum, non obtinet, nisi probet quòd tempore cōtractus erat furiosus. Card. consi. 56. casus, & doct. in l. furiosum. C. qui testa. facere possunt.

Idem in fornicatore.

21 Præterea si probetur contra electū, quòd est notorius fornicator, tamen non obtinebit excipiens & probans, nisi probet quòd tempore electionis erat Oldr. consi. 286. in electionis negocio. sequitur Feli. in d. c. auditis. col. vlti. de præscrip.

De filio sacerdotis.

22 Ad hæc non sufficit probare quem esse filium sacerdotis, nisi probetur quod tempore sacerdotij eum genuerit. Ioan. And in addi ad Specu. in rubr. de filiis presb. Pan. & alij in c. inter cæteras. de rescrip.

23 Insuper, si quis dicat se excōmunicatum post appellationem, habet hoc probare. gl. in c. venerabilibus. in glo. penul. de senten.

ten.

ten.excom.quam sing.no.Feli.in c. cùm tu. col.3.de testi.& c.apostolicæ.col.8.in vers. adde etiam. de except.in & c.in præsentia. col.6.de probat.Præposi.in ca.super eo. 2. col.1.de appel.

24 Nec obstant in contrariũ adducta, quia intelliguntur quando quis non fundat se in tẽpore, vel quãdo est præsumptio pro eo qui se fundat in tẽpore, tũc non opus est, q̃ is qui habet præsumptionẽ, probet, vt in delictis docet Bartho.in d.§.sed vt probari vbi dicit de nobili, qui non poterat intrare palatium, & istud latè examinat Deci.in d. c.in præsentia.notab.12.de proba.& ibi Pa 25 risius.sed pro nominato vel graduato nul la est præsumptio q̃ tempore quadragesimæ insinuauerit, ergo is ipse debet probare insinuationem tempore quadragesimæ factam. & hoc probatur ostendẽdo instrumentũ insinuationis, quod cantat tali die Martij. factã fuisse, & illo die erat quadragesima. & ita vidi fieri. nec vitiatur instrumentum, licet in eo non dicatur tempore quadragesimæ, dummodo cõtineat tẽpus quadragesimæ, quia paria sunt aliquid exprimere per se, vel per relationẽ ad aliud. l. ait prætor.§.1.ff de re iud. Leuis etiã probatio insinuationum admittit solet vt fuit cõclusum, & (vt fertur) in mente curiæ retentũ anno 1513. die vltima Aprilis. licet multotiens in eis falsum committatur.

Quomodo probatur factum tẽpore quadragesima.

Arestum.

26 Tertiò quæro, an possit insinuatio fieri etiã diebus festis quadragesimæ sicut diebus profestis. Respon. sic, tum q̃ sit actus iurisdictionis voluntariæ, qui quolibet tẽpore fieri potest.l.actus. C. de feriis, & supra dixi in 7.q.prin. tum quòd non exigat causæ cognitionem, ideo quolibet tempore expediri potest.l.2.§.dies.ff quis ordo in bono.possess.seruet.& idem in insinuatione donationis, quod etiam diebus festis possit fieri, tenuit Alber.in l.illud.col.4. versic. circa testiũ.C.de sacrosanct. eccle. Oldra. consi.253.factum tale.in 3.q.

Diebus festis an insinuatio fieri possit, & quæ alias.

27 Item ea quæ iudicij indaginem non requirũt, possunt omni tempore expidiri, vt collationes, dispensationes, transactiones, & similia. vnde curia Ro. facit solẽnes processus, vt plurimum diebus solennibus. cle. 1.de iudi.& executores gratiarum omni tẽpore suos faciunt processus generales sententiam latam continentes, & contra faciẽs incidit in sententiam. Feder.consi. 11. quæritur.col.vlti.

28 Item nunciatio omnibus diebus fieri potest etiam feriatis text.iuncta glo. in l.1.§. item nunciatio. ff.de operis noui nunciatione.

29 Præterea libellus quolibet tempore offerri potest.l.miles.§.sexaginta.ff.de adult. Spec.in tit.de libell. conceptio.§. nunc videamus.& bi Ioan. And.in addi.ad eum. & Bal.in Margar.in verbo libellus.q.7. Sic & 30 insinuationes istæ. Item visitatio per episcopum festis diebus fieri potest, cùm ad correctionem pertineat. & ad eleemosynam spiritualem, & plerunque fiat pro pace & concordia inter clericos & religiosos, ac etiam laicos inducenda, per ca.fi.de feriis. Soci.in tracta.de visita.lib. 7. Et hæc opinio consuetudine recepta est, licet melius esset quando inuenimus in singulos dies episcopum vel collatorem diebus pro festis intimare, tamen in contrarium factum tenet.

31 Quartò quæro, an de nocte facta insinuatio valeat? Breui respon. quòd sic, quia omnia possunt noctu fieri, quæ specialiter non sunt prohibita. l. non minorem. C. de transac. Dec.in c. consuluit.col. 4. de offic. deleg.& quia nõ inuenitur prohibita, censetur permissa arg l.præcipimus. C. de appel.dóct.in l.non solùm.§ morte.ff.de ope. no.nuncia. Item sicut beneficij collatio potest fieri de nocte.c.vno.vt ecclesiastici benefi.licet contra talem collationem præsumatur. Host.in §.fin.de concess. praeben. in sua summa. ergo & fortius insinuatio valebit. Non tenebitur tamen collator de lecto surgere.& relinquere somnũ, vt huic insinuationi sui copiam facit. arg. l. 1. §. dies. ff. quando appel. sit. Iacob.in l.more.ff. de feriis attamen instrumentum insinuationis de nocte cõfectum, est suspectum, licet valeat. Bald.in c.1.col.2.de fide instru Feli. in c.ego.de iureiu. Sed notarius conficiens instrumentum non dicet noctu factum, sed tali die, &c. vt doct. scribunt in d. l. nõ minorem.C.de transact.

Insinuatio an de nocte fiat.

32 Quartò, intra quod tempus nominationes debeant insinuari? Videtur quòd intra decem annos, alioqui amittuntur, quia priuilegium perditur decem annis non vtendo l.1.ff.de nundinis.

Nominationes intra quod tempus insinuari debeant.

33 Secundò, res intra decem annos præscribuntur inter præsentes.§.1.instit. de vsuca. & ideo in hoc regno post decem annos nõ potest peti recisio contractuum, vt est statutum in ordina. reg. super qua plenè scripsi in tract. meo de rescisio. contractuum, & intra quod tempus peti debeat. in 2.tomo ad constitu. regias.

Tertiò, facit.l.sancimus.C.de testa. vbi si quis condiderit testamentum perfectum, & postea declarauerit nolle illud testamentum stare, & decennium elapsum fuerit, tollitur prius testamentum iure perfectum. sic & nominationes debent tolli per decem annos, quia non insinuans, eas videtur habere pro derelicto. facit quod not. Guido Papæ in decisione. Delphina. quæst. 200. Eymardus, &c.

34 Contrarium tenetur, quia priuilegium de sui natura debet esse perpetuũ.c.decet. de reg.iur.in 6. sicut rescriptum. l. falsa. C. de precibus imperato. offeren. Archi. in c. priuilegia.25.q.2. facit text. in l.seruus. C. de pœnis. etiam priuilegium non faciendi. Alex.

Alex.consi.13.ponderatis.col. .in .volu.

35 Secundo,probatur in § tene-tur. ibi, & eo anno quo præ aram insinuationem omiserint, beneficium in vim gradus aut nominationis huiusmodi petere non possint. facit ordina.Regia Lud. 2. rub. *Des gradu:z simples.*artic.9. ibi, *ilz seront seulement priuez de pouuoir requerir ou accepter les benefices qui vacqueront esdictes annees, qu'ilz n'auront insinue,sans autrement perdre les priuileges & prioritez de leursditz degrez & nominations.*ecce text.clarum quo probatur nominatum vel graduatum, licet non insinuauerit per viginti annos, non perdere gradus nec nominationes.nam dictio *seulement*,significat tantum, & est dictio taxatiua, & idem est dicere quod solum uue tantummodo.l.idem Pompo.ff.de recep. arbi. l. 2.de vsu & habitatio.l.cùm notissimi. & ibi gloss.& do&.C.de præscrip. 30. vel 40. anno.natura dictionis taxatiuæ est restringere.Bald.in l.1. C.de bono. possess. contra tab.& ibi Ias. & alij.Bart.in l. 1. in princ. ff. si quis ius dicenti. nô obtempe.& l.3. .cum Titio.de adimend. leg.ergo tantum restringet, vt puniatur quis eo anno quo non insinuauit,& non vltra.

36 Item, non debet quis duplici pœna puniri ex vno & eodem actu.c. at si clerici.in fi.& ibi glos.alleg.plena de iud. Sed si quis perderet nominationes per non insinuationem, puniretur duplici pœna, ergo, &c. nec priuatur quis nisi in casibus à iure expressis.glo.sing. in c.si de iure patrona. hic casus non est expressus, ergo, &c. Imo in contrarium est statutum quòd non priuetur nisi illo anno quo non insinuauit fructu nominationum, ergo sua nominatio aliis annis valebit.

37 Nec refragantur in contrarium adducta.& l.1 ff. de nundinis. loquitur in priuilegio faciendo, quod per decem annos non vtendo amittitur, quando eo vti potuit. secus si non potuit vti, quia occasio se non obtulit, tunc non perditur priuilegiũ, etiam per centum annos. l. & Attilicinus. ff.de seruit.rusti.prædio.gl.in c.abbate sancti Syluani. in glo.vlt.de verb.signi. probatur per Bart.in l.in filiis.C. de decurio. lib. 10.vbi si ciuitas tenetur facere exercitum quando princeps faciet: si princeps non fecerit per centum annos, quia non fuit necesse, per hoc nô perdit princeps ius suum. Bar.in l.cùm scimus.C.de agric.& cẽsi. lib. 11. Feli.& alij in d.c cùm accessissent.& Ias. in l.beneficium circa fi.ff. de consti. princi. & in l.falso.C.de diuer.rescrip. vbi confirmat per quinque similia, nam qui nequit vti non est in mora. nec culpa: & vbi non est petitio,ibi non est mora.l.lecta ff.si cer. peta.sed nominatus simul atque est nominatus,non potest vti suo gradu vel nominatione acceptando beneficium, quia alij sunt eo antiquiores, quibus primo oportet prouidere ergo illis non debet (si non insinuauerint) imputari Ioa.Francis. in tracta. de præscript in 4.parte quintæ partis principalis.q.4.

38 Item dum incertũ est quando casus eueniet, vt quis possit vti suo priuilegio, tunc priuilegium non perditur per decem annos. glo.in c.vt priuilegia. de priuileg. quã sic intelligit Claud. de Seyssello. in l. fi.col. penul. ff.de consti.princip. sed,quando nominatus habet suas nominationes, incertum est quando veniet casus vacationis beneficij,& quando erit antiquior:ergo si nô insinuauerit per viginti annos non eis priuatur.

39 Præterea nominationes non dicũtur priuilegia ad aliquid faciendum, quæ bene tolluntur per decem annos, sed dicuntur rescripta gratiosa,quæ perpetua sunt.ca.si super gratia.de offi.dele.in 6.Ias.in d.l. falso.C.de diuers.rescrip. Et literæ beneficiales difficilius exquirant quàm aliæ.Io.And. & alij in c.capitulum.de rescript. quia maius est præiudicium eas perdere, quàm rescripta ad lites,secundum Feli. ibi, colũ. 3. Imo postquam est vna apposita pœna, alia cessetur sublata l.cùm prætor. ff. de iudic. sed in concord. est apposita pœna, vt illo anno non possit habere beneficium in vim nominationis, ergo in aliis annis quibus insinuauit,poterit,& hoc est notorium. *Nominationes non dicantur priuilegia, sed rescripta gratiosa.*

40 Item postquam non est præstitutum tẽpus ad insinuandum, residet in facultate nominati, vt statim possit insinuare, si velit, vel quando voluerit,& sic facultati nũquam præscribitur.l.viam.ff. de via pub. & ita fuit in hoc senatu supremo iudicatum in magna attestationum camera,pro magistro Ioanne Sanson subrogato in locum D. Michaelis Morisset, theologiæ doctoris,contra magistrum Petrum Riotte, Anno 1541.die 5. Aprilis ante pascha debet tamen intra triginta annos insinuare, alioqui fortè nominationes amitterentur,quia actiones per id tempus expirant.l. omnes. C.de præscrip.30.vel 40.anno. nam sic negligendo,videtur illis renunciare.argu.l. licet.C.de iure d lib.nota.in cap.tibi qui.de rescrip.in 6.Latè Felin. in cap. capitulum. illo titu. Si tamen postea insinuaret cessaret illa præsumptio,& obliuio.& aliud est amittere possessionem, & aliud proprietatem: quia possessio facilius perditur. Barto.& alij in l. naturaliter.§.nihil.ff.de acquired.posses. *Arestum.*

41 Fallit quando nominatus quis esset ad tres episcopatus in eisdem nominationibus,quia tunc insinuando in vno nũquam perduntur nominationes in aliis, nam tunc apparet insinuando vni, quòd non vult renunciare dictis nominationibus, donec fuerit eidem prouisum ad summam taxatam in §.volumus in concorda hoc etiam probatur per tex.in l.is qui vsumfructũ ff.

quib.

quib.mod.vsusfruct.amitta. vbi per vsum par.is ius in totum conseruatur. text. in l. voluntariæ.C.de excusa. tutor.vbi qui vtitur priuilegio in vno actu, non perdit in aliis.

42 Idem in priuilegio dato toti populo Parisien. quia si aliqui contraueniant priuilegio, non per hoc alij perdunt priuilegium. argu.eorum quæ not.Innocé.in c.accedentibus.de priuileg. vbi quis potest renunciare iuri & fauori quatenus tangit personã suam,non alterius. sic docet Panormit. in consi.61. factum super quo. volu.2.& Dec. consi.271. superiori anno. nume. 17.nam si in aliis diœcesibus perderet suas nominationes ob non insinuationem ibi factam, perderentur pro parte,& pro parte non.

Item non posset eidem prouideri vsque ad summam taxatam,& sic esset dispositio illusoria,contra l.si prætor. ff. de iudi. nam si habuerit beneficium ab vno valoris centum aureorum, accedet ad alium episcopum, qui adhuc eidem prouidebit vsque ad summam ducẽtorum aureorum, quod non posset, facere si perderentur nominationes per non insinuationem. Item est introductum in fauorem nominationum, & retorqueretur in eorum odium, contra l. quod fauore.C.de legib.nam fortè ob paupertatem non potuerunt in singulis episcopatibus insinuare per viginti annos, vel 30.ideo eis succurri debet,arg.c.cùm Romana. de appel. Nec obstant alia iura in contrarium adducta, quia in diuersis casibus loquuntur, vt patet si bene intelligantur. Licet quidam iudices contrarium iudicauerint.

Insinuatio quo in loco fieri debeat.

43 Quintò quæro, quo in loco insinuatio nominationum & gradus fieri debeat? Respon. sicut insinuatio donationis potest vbique fieri,in loco tamen honesto. l. voluit.in fi. & ibi not.ff.de interroga.actio.& de manumis.vindict.l.non est. Alberi. in l. illud.coln.2 C.de sacrosanct.eccle. ita insinuatio nominationis, & gradus, quia iurisdictio voluntaria non circunscribitur loco.Bald.in l. emancipari.ff.de adop. Anto. de Cana.in tracta.insinuatio. q.6.Item extra territorium exerceri potest.l. 2. ff. de offic.pro consul.Iacob.de bello visu in repetitio. §. contrahentes. nume. 85.de foro compet.in 6.

44 Ex quo infertur, quòd hæ insinuationes nominationum, ac nominũ & cognominum,possunt fieri collatoribus, seu eorum vicariis etiam extra diœcesim. glos.in §.item voluit.in verbo, vicario.de colla.in pra.Brunel. in tract. de digni. leg. conclu. 20.in fin.hoc in propriis terminis concludit. Imò etiam extra regnum, cùm nihil obsit,& non inueniatur prohibitum, ergo permissum.arg.l.percipimus.C.de appella. ideo valeret insinuatio facta Paduæ, si episcopus regni ibidem ageret.

Legatum existens extra legationẽ potest conferre beneficia vacãtia in sua prouincia.

45 Sicut lagatus existẽs extra terminos suæ legationis,potest beneficia conferre, quæ vacauerũt in prouincia sibi commissa. Alber. in d.l.emancipari.ff.de adopt.

46 Et episcopus extra diœcesim.gl.& doct. in c.nouit de offi.leg.de Selua.in tracta.de beneficio.in.3.parte.q. 40. & 63. Sic & vicarius genaralis.c.fi.de offi. vica. & ibi Perus.& alij.de Rota decis.vlti.de offi.vica.in antiquior.quòd vicarius non possit extra diœcesim conferre,probat Iacob. de Bello visu in §.contrahentes.nu. 86. de foro competen.sed prima opinio seruatur,& est vera per ca.statutum.arg.à speciali.de præb. in 6.

47 Imò possunt beneficia conferri ab ordinariis etiam in curia Romana, dummodo non vacent ibi. Io. Francis.in tracta.de offi.& potestate capi.sede vacant.in 1.quæst. 2. partis.colum.1.tamen communiter episcopi vadunt extra vrbem ad conferendũ, ad hoc vt dicatur in alenia diœcesi. & sic practicatur Romæ, vt habetur in Prouinciali omnium eccle.fo.56.versic.an episcopus. Fallit quando collatio competeret de iure speciali.text.singu.in cap.statutum. in fi.de præb.lib. 6. secundum Roma.singu.48.tu habes. Domi.& Philip.Perus. in d.c.fi.glo.& doct.in cap.nouit. de offi. leg. scripsit. abunde in praxi beneficia.

48 Item præsentatio potest fieri vbicunq; fuerit instituere debens. Roch. Curtius in tracta.de iure patro.in prin.versi. sed circa hanc quæstionem.

Episcopus tonsuram suis in alieno territorio cõcedere potest.

49 Sic episcopus tonsuram suis subditis in alienatio territorio concedit. Alber.in d.l. emancipari. multo fortius insinuatio fiet abiq;, quòd est vtile pro residentibus Parisiis, quia multi episcopi solent ibi tempore quadragesimæ residere,vt vibi,reiictis propriis ouibus, quas saltem prædicationibus & exemplo in quadragesima instruere debebant. sed vel illis,qui non possunt relinquere mulierum cõsortia,& ad inferos eas si non resipiscunt,sequentur.

Insinuationes in ecclesia posfunt fiere.

50 Secũdò infertur quòd potest fieri in ecclesia.c.decet.de immu.eccle. Anto. in d.q. 6.tract.de insinuatio.multa fortius in domo episcopali, & loco priuato, etiam dum episcopus audiret missam : dum tamen nõ diceret.arg.l.2.ff.de in ius voc.debet tamen nominatus expectare opportunitaté. & in missa non molestare collatorem. alioqui posset collator præcipere, vt expectaret post missam,& ipse tunc respondebit.Imò dicit Matthæ.de afflictis in tract. de iure patro.§.vt infra. col. 5. quòd consanguineus habens retractum ex consuetudine potest denunciare se velle retrahere vbicunque inuenerit emptorem, etiam si inueniret eum in popina,vel lupanari l si cùm dies. §.fi.ff.de arbitr.sumendo arg. à contrario. nam in iudiciis & arbitriis est prohibitum, ergo in aliis est permissum. Sic ergo insinuationes

nuationes poterunt vbique fieri, cum collatores eas non gratanter videant. Et audi-
51 ui per senatum Tholosanum abbatē quendam cō[illegible]natum ad magnam summam pecuniæ, quod illa percusserat nominatum insinuantem, ac si vellet eum vindictam manumittere, qui iamiam erat liber. quod per bene factum extitit, ne tanta temeritas in ad[illegible] collatores.

Si vero contrarium habes ad multā condamnatur, quia percusserat nominatum.

52 Sexto videndum est, quæ sint illa quæ debent insinuari text in §.præfati que graduati de colla. supra, tenet literas gradus, certificationis temporis studij, & literas nominationum per nominatum exhibendas & si fuerit nobilis præter hæc literas attestationis nobilitatis. Idem dicitur in ordin. regis Ludo. 12. primò publ. arti. 8. & in rubr. *des graduez simples*. arti. 3. si fuerit graduatus non nominatus, debebit exhibere literas gradus, & certificationis temporis studij, & sic declaratur definitio supra posita in 1. q. quid sit insinuatio.

Quæ debeant insinuari.

53 Item debet in singulos annos exhibere nomen & cognomen tempore eodem, scilicet quadragesimæ, vt in d. §. præfati. & legitime, quia quotiens vitiose facta est insinuatio, pro non facta habenda est. l. quotiens. ff. qui satisda. cogan. Cautela igitur notabilis est, quod insinues primò literas, & illam insinuationem consilio tuo ostendas, super qua si dubitet, aliam etiam literam facias, etiam tertiam, donec plene insinuaueris. nam si prima iure impugnetur, secundam ostendes, si secunda tertiam, ob id obtinebis, & semper literas duplicatas afferas, & facias, vt in instrumento inseratur insinuationis, quòd dedit literas duplicatas, vel obtulit, sed episcopus recipere noluit, tunc cum per te non stet, insinuatio valebit. l. in iure. ff. de regu. iur.

Cautela pro insinuationibus.

54 Nec sufficeret probare collatori gradū per vnum testem, licet alijs sufficiat. Ias. in l. huiusmodi. §. legatum. ff. de lega. 1. nec per duos, quia in concord. requiruntur literæ dari duplicatæ, quæ alias non possent dari, vt in concord. dicitur.

Item clericatus potest probari per vnum testem, quia talis actus de se & sui natura inspecta qualitate nemini, aut parum præiudicat. Bald. & Felin. in cap. licet vniuersis. in fine. de testibus. Guid. Papæ in decis. Delphina. quæstio. 474. Ias. in repeti. l. admonendi. colum. 71. nume. 198. ff. de iureiurand. & consi. 100. iuridicam. col. 2. volumi. 4. Matthæ. de afflic. in constitu. Neapol. Rub. de aposta. fo. 27. quod verum esse intelligerem, quando nemini præiudicaret, & extra iudicium, secus in iudicio quando litigatur super aliquo beneficio, tunc saltem per duos testes probatio fiet, qui regulariter in quolibet actu necessarij sunt. cap. in omni. de testib. cap. nuper. isto titu. ideo non potest presbyter se talem probare, nisi per literas, quia semper solet de eo fieri scriptura, nisi probaretur impedimentum, quare illa scriptura haberi non posset. Nicolaus Milius in verbo, probatio capellanatus. valeret tamen probatio, si instrumentum ordinum diceret episcopū vltramontanum, quem vocant portatilem, de licentia & mandato episcopi illi ordines contulisse, quia potuit tunc in actu ordinū interuenisse, maximè, si sigillatæ sunt literæ sigillo episcopi, qui mandauit, vt solet fieri. Cardin. in d. c. Albericus. de testib. & Feli. in c. sicut. colum. 12. de re iudic.

Clericatus per vnum testem probatur.

55 Et anno 1414. die 27. Martij ante Pascha fuit remissus Ambrosius Mabrisier tanquam clericus ad episcopum Parisien. licet non ostendisset literas tonsuræ, sed per informationes & testes de illa apparebat, alioqui de praxi & stilo curiæ Franciæ est, quòd si beneficiatus non probet se clericum à iudice repellitur, etiam parte non opponente vt asserit Boeri. in decisio. suis quæst. 171. si super. colum. penul. vbi etiam dicit partem negantem aliquem esse clericum non teneri probare, sed is, qui se dicit clericum. ea. si forte. de elect. in 6.

Arestum. Remissus clericus ad episcopum [illegible] licet non ostenderet literas tonsuræ.

56 Quomodo debeat insinuari nomen & cognomen? Respon. sic vidi insinuari, Vobis reuerendo Patri D. episcopo Parisien. insinuo & exhibeo nomē meū, & cognomen, quod est Petrus Rebuffus, requirens mihi prouideri de beneficio, vt in mea prima requisitione continetur. & extense debet suum nomen scribere, & cognomen, non per literas sic. Pet. Re. vt supra dixi.

Nomen, quomodo insinuetur.

57 An sufficiat exhibere per æquipollens, videlicet alicui est impositum aliquod nomen ab euentu, per quod melius dignosceretur, quàm suo nomine & cognomine, videlicet aliquis lusit per ciuitatem sub nomine *Male broche*. nunc semper vocatur eo nomine: vel repetit in carnisprivio inhonesta, apud omnes vocatur Repetens, seu Nasardus apud Bituriges, is exhibet sic vobis insinuo nomen & cognomen, quod est repetens, vel *Male broche*, vel Nasardus. quæro an sufficiat? Videtur quòd sic, per text. in l. hac consultissima. C. qui testa. facere possint. vbi cæcus tenetur exprimere nomen hæredis.

An sufficiat exhibere agnomen in insinuatione.

58 Et ibi glos. communiter approbata tenet quòd sufficit exprimere æquipollens, vt Gallo pressum, & sic nomen honorum. nam nomina sunt inuenta ad recognoscendos homines. l. ad recognoscendos. C. de ingenuis & manumis. c. 2. & ibi glo. de rescrip. in 6. & satis recognoscitur per hoc nomen elegans. ergo videtur sufficere.

59 Secundò probatur, rei demonstratæ frustra adiicitur demonstratio. l. 1. in fin. ff. de dote præleg. & notoria expressione non indigent. l. emptorem. in princi. ff. de actio. empti.

Tertiò, sufficit mandatum per æquipollens impleri. l. fi. in fi. ff. mand.

Quartò

Quarto, quãdo habemus certitudinem personæ, non cu a nus de modo. l. quid sit nominatim. ff. de liber. & posthu. in §. 1. 2. in verbo, vocabula. C. de constitu. pecu.

Quintò, hoc expresè tenuit glo. in §. statuit, in verbo, nomina. de colla. in pragm. vbi text. dicit nominatos & graduatos teneri ad exhibendum nomina, glo. dicit, & cognomina, vel æquipollentia demonstrationi, taliter quòd cognoscantur à collatoribus, arg. l. certum. ff. si cert. pet. l. si in rem. in fin. de rei vendi. c. significante. de rescri.

Nomen & cognomen exprimere de forma est.

60 In contrarium me mouent sequentia. Primò, quòd quando lex, vel statutum, vel alia dispositio requirit nomen & cognomen pro forma, tunc non sufficeret nomen elegans & notorium sine cognomine. Alexan. & alij in l. hac consultissima. per illum tex. C. qui testa. facere possunt. & doc. in l. 1. ff. de liber. & posthu. Sed exprimere nomen & cognomen, est de forma, ergo non valet expressio per æquipollens. Et quod sint de forma, patet, quia concordatum & ordinatio regia procedit vltra annullando, vt est videre in d. titu. de colla. & in rub. de firma & irreuocabili concor. stabili. versic. necnon irritum & inane quicquid secus super his, vel eorum aliquo à quoquam quauis authoritate contigerit attentari. & quando actus in contrarium factus annullatur, tũc dicitur de forma, vt in propriis terminis tenet Felin. in capit. cùm dilecta. co. 13 amplia. 5. de rescrip. & sic insinuare nomina & cognomina, est de forma, quæ dat esse rei, & eam conseruat in esse. l. Iulia. §. si quis ff. ad exhibend. & non est nostrum mutare formam. l. constitutionibus. in fine. ff. ad municipa. Bal. in l. 1. ff. de liber. & posthu.

61 Vnde si statutum requireret quòd in instrumento debeat apponi nomen propriũ & cognomen, item nomen patris, aliàs contractus sit nullus, tunc & si nomen singulare apponatur, nõ sufficeret, postquam pro forma statutum ita requirit. Ange. & Imola in l. quotiens. §. si quis nomen. ff. de hæred. institu. Alex. & Ias. in d. l. hac consultissima. Alber. Brunus post Bald. in tract. statuto. in verbo instrumentum. q. 15. Alexan. consil. 98. viso & considerato. col. penult. in 4. volu. & consil. 27. viso thamate. col. 1. in 6. volu. & Soci. consil. 24. visis col. 7. in 1. volu. omissio enim formæ vitiat actum. l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transact. ergo supradicta insinuatio, in qua est omissum cognomen vel nomen, seu vtrunque, & est adiectum nomen notorium, non valebit. ita tenet Feli. in c. cùm accessissent. col. 4. nu. 8. de constitu.

62 Non obstat d. l. hac consultissima. quia ibi assignatur ratio, ne sola omnium commemoratio quicquã ambiguitatis pariat: sed quando fit per æquipollens, non parit ambiguitatem, ergo illi legi satisfactum est, quod secus est in nominationibus, & in insinuationibus illarum quæ fiunt ad alium effectum, vt suprà dixi. & ita respon. ad Ias. in d. l. hac consultissima in fi. & etiã nomen & cognomen insinuatur, nedum vt collator sciat illum esse nominatum, sed & vt illi prouideat. Non refragatur secundum & quartum, quia respondetur, nisi lex pro forma requireret denũciationem, & insinuationem, vt concordatum facit. Vel respon. vt d. glo. vbi dicit in d. l. 1. & Soci. consi. 2. in princip. in 4. volu.

Mandatũ potest per æquipollẽs impleri.

63 Nec obest quòd mandatum potest per æquipollens adimpleri, quia fateor, quando non est de forma substantiali, sed sufficit seruare mandatum in effectu, licet non in forma substantiali. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mãdauit. & ibi Bald. ff. de acquiren. hæred. & ita intelligitur d. l. fi. quam Bald. notat. in c. cùm venissent. col. 4. de iudi. c. 1. in fine, vt lite non contest. Et is dicitur fines mandati obseruare, qui facit aliquid quod non multum differt à mandato. glo. in c. innocens. in verbo, clementior, 22. q. 4. Imò dicitur seruare mandatum, qui facit illud quod est proximum mandato. l. iam tamen. 15. in hac. ff. iudica. solui ibi, quasi iuxta mandatum, & si non mandatum fuerit glo. in ca. cùm olim. in verbo, protinus. de offi. delega. Ias. consi. 202. magnificus. col. penul. in 2. volu. per quæ patet gl. in dicto §. statuit. procedere secundum text. quem declarat, non secundum concordatum, quia in prag. nomina tantùm expressit, hic & cognomina, & annullantur in contrarium facta.

Insinuatio nominis & cognominis de quibus in literis nominationũ constat, non valet.

64 Et per prædicta patet nõ valere insinuationem, si quispiam diceret, exhibeo & insinuo meipsum, vel nomen meum & cognomen, quod non ignoras, tunc non esset satisfactum text. volenti nomina & cognomina exhiberi. Idem si diceret, exhibeo nomem meum & cognomen, de quibus in literis nominationum constat, & prout in illis continetur. & hoc sic probatur, quia sicut in appellatione ab interlocutoria requiritur pro forma, quòd causa appellationis nominatim exprimatur. c. 1. de appellatio. in 6. & non sufficit quod exprimatur per relationem ad acta, vt allego omnes causas de quibus in actis. Alexan. & alij in l. 1. ff. de liber. posth. & in l. vbi. §. illud. ff. de verbo. oblig. & consi. 80. viso. col. 4. lib. 1. Ioan. Maria. dictus Riminal. in l. hac consultissima. C. qui testa. facere pos. & quamuis demonstratio facta per relationem ad aliud tantum valeat, quantum expressio nominis proprij quo ad demonstrationem. l. certum. ff. si cert. peta. non tamen in insinuationibus nominationum siue nominum & cognominum. & ratio supra sæpius fuit dicta, ratione formæ, nisi diceret, insinuo nomen meum & cognomen, quod est Petrus Rebuffus. de quibus

latius

latius continetur in prima insinuatione. tunc valere, & hæc crederem ex stricto iure procedere.

65 Secundo, infertur non valere etiam insinuationem. si quisquam dicat, ego insinuo nomen & cognomen istius, ostendendo eum digito, quia pro forma, vt dixi, requiritur expressio, licet demonstratio facta ad digitum faciat rem certam, & maior videatur certitudo, quæ ad oculum demonstratur. §. si ibi, occulata fide. instit. de grad. Azo in summa. C. ad legem aquiliã. Iohan. And. in declaratione arbor. consanguinit. ideo error nominis appellatiui non vitiat, quando res digito demonstratur. glos. singu. in l. quæ extrinsecus. ff. de verbor. oblig. docto. in l. st. chũ qui. de lega. 1. tamen quando forma data est, hoc non procedit, vt hic.

66 Tertiò, infertur non valere insinuationẽ si quispiam exprimeret nomen & agnomẽ, omisso cognomine, quia requiritur nomen & cognomen, in dicto §. teneantur. Et idem si exprimeret alterum & non vtrũque, quia forma non esset seruata. nam ad veritatem copulatiuè vtrunque requiritur l. si hæredi. ff de condi. instit. cap. 2 & cap. inter. de rescript. Ex iuris rigore supradicta procedũt.

Quod si insinuatio si non sit cognomen.

67 Primo, non procedit quando iamdudum consanguinei mutassent cognomen, vt potè propter successionem relictam, si deferret nomen & arma domus, vel propter turpe nomen quod est licitum, dummodo non in fraudem vt patet in l. vna. C. de muta. nomi. Benedic. latè in repet. capitu. Raynutius. in princi. de testa. tunc si illud cognomen insinuaretur, valeret, quando vulgo sic vocaretur. Sed solet exprimi & cognomen proprium, & adiunctum.

Secundo, fallit si haberet duo nomina, vel cognomina, tunc sufficeret, si insinuaret vnum. argu. l. forma in prin. ff de censib.

Nec obstat quod in d §. teneantur, dicatur quod nomina & cognomina exprimere tenetur, quia verum est in pluribus nominatis, vt ibi dicitur, teneantur nominati nomina & cognomina exhibere, hoc est dicere, quilibet nominatus & graduatus teneatur exhibere nomen & cognomen, singula singulis referendo. capitu cùm singula. de præbend. in 6. Turius esset omnia cognomina exprimere, ne postea per hoc insinuatio impugnetur.

Litera matricula insinuanda.

68 Secundo, ex honestate insinuantur literæ matriculæ, vt instruantur collatores quod is non est per saltum promotus, & quia non matriculatus non gaudet priuilegiis, vt dixi suprà quæstio. 11. in fin. Ideo consulerem scholaribus, vt primo quoque tempore quo ingrediuntur studia, faciant se in matricula describi, & proderit eisdem, vt dico in priuilegiis scholar. & an simul debeant insinuari vide in § teneantur. in glo. tempore rubr. de collat. in concord.

69 Tertio, bonum est insinuare literas tonsuræ. quia non tonsurato non debent conferri beneficia. capitu. cùm adeo. de rescrip. capit. ex literis. de transact. & quia est qualitas extrinseca, quæ nõ præsumitur nisi probetur. glo. in cap. si fortè. de elec. lib 6. doct.

Literas tonsura insinuare bonum est.

70 in l. sciendum. ff. de verborum oblig. Item si fuerit ei prima sua tonsura collata a non suo episcopo sine literis dimissoriis, illa ordinatio est nulla, si alienus episcopus eum tonsura tanquam suum, quia nititur eum vsurpare à plebe aliena ca primatus. 71. dist. & ibi Iohan. de turre cremat. quod cognoscitur ex literis tonsuræ, si dicant, Petrum R. buffum nostræ diœcesis oriundum charactere clericali insigniuimus. nec talis gaudet priuilegio clericali, prout vidi iudicari. D. Chassaneus in consuetud. Burgund in rubr. *des iustices* glos. *sont creux*. in fin. alioqui contra capit. nullus. & ibi in addi. ad demonte Laudu de tempo. ordina. lib. 6.

Tonsura ab alieno episcopo data an valeat & quæ practica seruanda sit.

71 Nec obstat quod non inuenitur canon qui annullet, vt dicit Guido papæ in decisi. Delph quæst. 449. laicus quia quando lex vel canon prohibet actum fieri, licet non annullet, tamen si actus fiat, est nullus, tanquam factus contra canonem, & legem. per l. non dubium. C. de legib. & ibi doctor. sed d capitu. primatus prohibet. & c. primũ. & per totum de tempor. ordina. ergo, &c. quod est notandum nam multum instruitur collator ex hac insinuatione tonsuræ.

Cautela pro promoto à non suo episcopo.

72 Et is qui tonsuram accepit ab alieno episcopo, debet à papa impetrare literas vocatas perinde valere, vt impetrantis ordinatio perinde valeat, ac si à proprio episcopo recepta fuisset, & sufficiet signatura, nec tunc poterit ei quicquam opponi. quod poterit fieri antequam beneficium acceptet, nam postea in præiudicium alterius non valeret, per not. in captu. quamuis. de rescript. in 6.

73 An prothocollum notarii mortui probet clericatum? quod non, concludit Aegid. de bella mera, consil. [illegible]. factum. colum. 2. quia prothocollum non habet omnia substantialia necessaria in instrumento, & maximè quando caret subscriptione notarij, & quia prothocollo notarij mortui non creditur. donec de mandato iudicis per alium notarium publicum, cui commiserit prothocollum notarii, redactum fuerit in formam publicam secundum eum, per nota. in l. contractus C. de fide instrumen & in authen. de tabel collat 4 ergo ex authoritate ordinarij probabit.

74 Quarto, si nominatus habeat beneficiũ curatum, vel dignitatem incompatibilem cum secundo beneficio, bonum esset quod ostenderet dispensationem ad aliud incompatibile, alioqui ordinarius conferre eidem aliud beneficium non tenetur. c. ordinarij. §. in conferendis. de offic. ordin. lib 6. dixi in §. statuimus. glo. antiquiorem. de colla supr. tamen hæc tria poterunt insinuari quolibet

Dispensatio an insinuari debeat.

r temp

tempore cùm in eis non assignetur tempus. nec concordatum adstringit ad hæc insinuandum. Ideo si non esset illorum facta insinuatio, nō ob hoc irritaretur sicut alia facta de requisitis ex necessitate.

75 Nec obstat text. concordat. in d. §. præfati ibi, seu nominationis. volens inuertere quòd literas nominationis alternatiuè, non coniunctiuè, debeat nominatus insinuare. Quia respon. quòd non stat disiunctiuè, sed ampliatiuè, vt in simili ponitur in capit. ego Ludouicus. 63. dist. glos. in §. videlicet. in verbo seu. de collat. in prag. text. in l. si quis ita. de auro & argen. legat. Perus. in ca. licet. de offic. vicar. libr. 6. Sic consuluit Iac. consil. 64. facti contingentia. col. 3. volum. 1. Iacob. in l. plerunque. in fin. ff. de iure dotiū quia sæpè compertum est, vt coniuncta pro disiunctis, disiuncta pro coniunctis, soluta pro separatis ponantur. l. sæpè. ff de verbor. significa. & ibi, dixi, & in forma manda. apostolo. in glo. seu.

76 Quintò quæro, quid si studuit in pluribus vniuersitatibus, & habet certificatorias temporis studij ex qualibet vniuersitate, an debeat omnes illas certificatorias exhibere collatoribus? quod videtur, quia indefinita æquipollet. vniuersali. cap. vt circa. de elect. libr. 6. & indefinitè loquitur cō cordatum in d. §. teneantur. ergo, &c.

Omnes literas certificatorias debeant insinuare.

Contrarium arbitror, sufficit enim exhibere literas illas, ex quibus constat graduatum & nominatum esse habilem ad illum gradum, quemadmodum quando plura remedia, seu exceptiones peremptoriæ competunt, sufficit proponere vnam, quæ sufficit ad victoriam causæ, licet plures nō prohibeatur proponere. regula, nullus de regul iur. in 6. si ergo nominatus studuerit per quinquennium Tholosæ, & habeat literas certificatorias tēporis studui, si postea apud Caturcum studuerit per duos annos, licet non insinuet literas vniuersitatis Caturcen. non minus valebit, cùm primæ literæ sufficiant, & reddant cum habilem ad gradum baccalaureatus. secus si tanquam doctor vellet admitti, vt infrà dicam, vel si non studuerit nisi Tholosæ per tres annos, & apud Montempessulanum per duos annos, tunc oportet vtrunque insinuare: quia vtrunque requiritur antequā sit habilis. dixi in §. præfatiq. de graduati. in gl. vniuersitatis. de coll.

77 Sexto quæro, quid si est doctor? an sufficiat præsentare literas tantum doctoratus cum certificatoriis temporis studij? Respō. crederem quòd sic, per ea quæ nota. Panor. in ca. 1. col. 2. in fin. de cler. pereg. vbi dicit sufficere sacerdoti ostendere literas ordinum superiorum, etiam si non ostendat alias literas de inferioribus ordinibus, quando ille qui ordinauit, est tantæ discretionis, quod non sit præsumendum illum ordinatū fuisse presbyterum nisi constitisset ordinanti de aliis prioribus ordinibus, quia tunc omnia præsumuntur solenniter acta. ca. nobilissimus. 96. distin. ca. 1. in nostra. de procurato. l. sciendum ff. de verb. obligat. Sic est dicendum in vniuersitatibus Galliæ. nam non est præsumendum, quod promoueant ad doctoratum sine inferioribus gradibus per saltum, cùm sint maximè discretionis, & quia venirent contra §. mouemur. de collat. in concor. Ego fui in tribus vniuersitatibus Franciæ regens, & in aliis fermè iura profitens, & tamen nunquam vidi aliquem admitti per saltum, & hoc maximè habent exosum vniuersitates Franciæ, ergo sufficit exhibere literas doctoratus cùm literis certificatoriis, vt dixi in glos. de literis. §. præfatique graduati. de collat. in concorda. dummodo tempus sufficiens ad doctoratum insinuet, vt dictum fuit superius.

Literas cuiusque doctoratus an gradus sufficiat exhibere.

78 Septimo quæro, quid si habeat omnes gradus, an literas omnium graduum insinuare debeat? Et breui respon. quod non, sed sufficit exhibere literas gradus illius quo vult se iuuare si sit doctor iurium sufficit exhibere literas baccalaureatus, vel licentiæ, seu doctoratus, cum literis certificatoriis temporis sufficientis il ius gradus. vnde si tanquam baccalaureus velit optinere beneficium, sufficit sibi exhibere literas gradus baccalaureatus cum certificatoriis, licet non exhibeat literas doctoratus, quia non quasi doctor hoc facit, sed quasi baccalaureus, vt in simili dicit text. in l. item eorum in princ. ff quod cuiusque vniuersi. nomi & quando quis venit vt baccalaureus, debet se probare baccalaureum. argu. l. non ignorat. C. qui accusa. non possunt. & se studuisse quinquennium, vel aliud tempus competens, vt suprà dictum extitit. Et si insinuauerit literas baccalaureatus & licentiæ, tamen non insinuauit nisi quinquennium de tempore studij, valebit insinuatio quo ad baccalaureatum, non quo ad licentiam, & literarum licentiæ superflua non viriabit insinuationem per lege testamentum C. de testa.

Literæ omnium graduū an sint insinuanda.

79 Septimo suprà quæsito, videlicet quomodo insinuari debeant nominationes & gradus? Respon. receptis nominationibus, & aliis literis necessariis debet nominatus & graduarus adire episcopum humiliter, non superbè. Deus enim superbis resistit. 1. Pet. capi. vlt & Salomon, Humilis sermo, & humilis homo triumphant in domo. Spe. in tit. de aduoca. §. hic dicendum, quia nec superbi ab initio placuerunt tibi domine, sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio Iudic 9.

Quomodo debeant nominationes & gradus insinuari.

80 Et primo ingressu, vt incar gratiam ab episcopo, salutare eū debet. l. p[illegible] §. si ff de[illegible] Nesennius de ne[illegible] sæpe enim quidam prælati salutari [illegible] in to ro, ac R[illegible] bi vocari Ma[illegible] h 23. c. l. 1. C[illegible] sen ten[illegible] de ve[illegible] po[illegible] state. l. br. 12. & [illegible] cod. positio reuer. n[illegible] & honorem

Nominatus salutare episcopū debet & honorē tempore dare.

norem eidem impendere debet tũ propter dignitatem,& ratione excellentiæ ob quam constitutis in dignitate honor debetur,vt declarat beatus Thomas in secunda secundæ.q.81.dist.4.& q.102.dist.1.& text.in l.fin. C.de off. diuerso. iudi. tũ quia minores debent præbere honoré maioribus. cap.statuimus.de maiorita.& obedien.& ibi glo.vlt. & in l potioris.C.de offic.recto. prouinciæ. glo.in l.1.§.sicut.in verb. seruitutem.ff.de aqua pluuia arcen. glo.in l.ciues.C. de incolis. libr.10.maximè si episcopus sit in sua diœcesi,quia tunc etiam dignior impendere honorem inferiori debet.glos. in l.apud. ff.de manumissio. l. nihil.C.de pala.sacra. largi.libr.12.quas glos.nota.Gaspar. Portugallen. in repet.l. imperium. col.2.ff.de iurisd.omn.iudic.D.Chassa.in catalogo glor.

Canonici etiam pro episcopo reuerentiam debent.

81 mundi.in u.parte.consideratione.13.Etiam si essent canonici exempti, adhuc suo archiepiscopo vel episcopo honorem & reuerentiam præstare debent.c.conquerente. de offi.ordi.Bal.in l.liberti.col.3.versi. honorificentia.C.de operis liber.& in l. fin.in fin. de bonis libe.Ro.singu.480.episcopus.Feli. in ca.cùm non liceat.col.1.de præscr.Dec.in capi. vlti.in 3.nota. de confirma.vti.Iohan. Francisc.in tract.de præscr.in 5.parte princ. q.12 in fi.Henric.Boic.In tracta. de synodo episcopi.in 3. parte.nume.54.cum sequenti.

Honor quatuor modis exhibetur.

82 Qui honor exhiberi potest quatuor modis.Primò verbo,vt dixi, & iste multũ prodest ei cui infertur,licet parum grauet honorantem. Nam dicitur communi adagio, *Honneur de bouche vault assez & peu touche.*

83 Secundo, exhibetur honor edicto,& dicitur honor edictalis siue decretalis, & est quando quis dedicat alicui opus suum,vel cum nominat in opere suo,tunc ille honor est perennis propter famam, quia postea arbitrabitur fuisse talis, qualem scripta declarât arg.l.cùm precibus.C.de prob.l. fi.de te iudi.licet hodie hæc declaratio parũ vtilis sit dedicantibus,vt expertus fari possum, sed Deus (vt spero,erit noster retributor.

84 Tertio, exhibetur honor literis,vt pote quando mittitur epistola.sed hic honor nó est ita perennis sicut præcedens.nota.in cle. fin.de sent.exc.facit,auth qui semel. C.quomo.& quando iudex.Alius est honor realis, siue actualis. & iste est pinguior,quàm verbalis, inquantum plus æstimãtur facta quàm verba,iuxta illud.vbi opus est facto, verba non sufficiunt l. Iulianus.§. offerri.ff. de actio.empt.Bonif. in d.cle. fin.colum.3. expressè declarat.

Commendandus est collator de fide & aliis.

85 Postea debet insinuans habere modicam orationem. nam magna virtus est in linguæ complacentia, & multas dirimit quæstiones,si alter alteri loquatur verbis discretis,& pacificis, & in hoc nunquam sunt feriæ Bal.in rubr. de iudi.in decreta.col.1.in eáq; oratione cõmẽdet collatoré primo de fide,sine qua non potest super ædificari.ca. cùm Paulus.1. q.1.& nihil est quod in præsule magis præfulgeat,quàm recta fides.epistola.inter claras.C.de sum trinit.

86 Item debet commendare collatoré. de timore dei Psal.127.Beatus vir,qui timet dominum. & alibi, Initium sapientiæ timor domini.Ecclesiasti.25.cap.Timor dei per omnia te superposuit.& ibidem.ca.25. Nihil melius est,quàm timor dei.

87 Præterea de sapientia & prudentia.sapiens enim nunquam inanis est, sed semper in se habet amictum prudentiæ.ca. sapiens. de pœni.dist.2.Ecclesi.24.ca. Sapientia laudabit animam suã,& in deo honorabitur, & in medio populi sui gloriabitur,& c. seq. Quàm magnus dominus qui inuenit sapientiam, & scientiam.& Sapien.7.capitu. Omnibus nobilibus nobilior est sapientia.

88 De scientia etiam commendari debet,quæ episcopis & collatoribus est valde necessaria.c.cum in cunctis.in princ.de elect. Vilissimus computandus est, qui alios honore præcedit,nisi præcellat scientia, moribus,& sanctitate.c. Vilissimus.1.q.1.

89 Ad hæc quod sibi similes, videlicet literis præditos diligit,eos fouet.illisque prouidet prout (tenetur) c.ad decorem.de insti. indignos & ignaros profligat. In aliis etiam virtutibus, quibus collator insignitus est, breui eum commendare poterit,dicens se non posse alias virtutes(quibus est onestatus) lingua nuncupare. Caueat tamen à superfluitate.l.fi.§.in refutatoriis.C.de appel. Breuitas enim locutionis gratiam parit,& molestias, sinistrámque suspitionem fugat, immensitas contra,argu.c. diffinimus.18.q. 2.l.1.ff.quod met.cau.Specu.in titu. de aduoc.§.nunc.de exordiis. Si vera sint, dicat superiora.alioqui auribus collatorum seruire erubescat.Tristitiam enim pariunt quando ea apud nos non Inueniuntur, quæ de nobis iactantur. c. inter verba.11.q.4. Famæ etiam detrahitur alicuius, dum plus quàm expediat commendatur.ca.ecce.99. distin.

90 Debet ergo nominatus prius vti verbis. c.1.de iud.herbis deinde, postea lapidibus. & vbi non sufficit virtutis ingenium, ibi valeat armorum præsidium. Bal.l.singulariter in capitu.olim.in fin.de rescript.

Armis & lapidibus nominatus vti potest.

Primo ergo verbis vtatur in prima insinuatione,de quibus suprà. Secundo herbis. nam sicut herbæ sunt virides,ita in singulos annos nominatus debet insinuare nomen & cognomen. Tertio lapidibus. nam sicut lapides mittuntur in alterum, ita nominatus debet mittere literas duplicatas ad episcopum. & vbi ingenium nominati ista facientis non sufficit erga collatoré,tũc valeat armorum præsidium.nam arma sunt actiones.§.1.insti.de except. Et sic nominatus producet arma & actiones contra prouisum per ordinarium.sic potest intelligi dictum Bal.quo ad hanc materiam nota.quia in verbis,herbis,& lapidibus est virtus.text.

& ibi expressè Archid.in ca.non licet.16.q.1.

Forma insinuationis.

91 Insuper literas collatori præsentare debet sic dicens, Alma Parien. vniuersitas tuam R. dignitatem salutat,& has nominationis literas,gradus,& alias mittit, supplicátque, & ego ipse,vt digneris mihi prouidere de beneficio tempore prestituto in concordatis vacaturo,protestans in casum contradictionis & negligẽtiæ (quod absit) de pœnis tam in concordatis quã in ordinatio regiis contra inobedientes statutis,& de habendo recursum ad superiorem,& tunc ostendat ei literas gradus, & alias,quas tenetur eidẽ exhibere de quibus suprà dictũ extitit.vide Specu.in tit.de rescrip. præsen. in princ.petátque instrumentũ nominatus de hac insinuatione à notario, quem debet secum ducere, vt postea possit probare fecisse insinuationem.ca.quoniam. de proba. gl.in verb.beneficio.in cle.causam.de elect.

Episcopus quid agere debeat quando insinuatur sibi nominationes.

92 Demum episcopus,vel alius collator humiliter salutare illum debet, pileo etiam parum leuato,quia nihil in episcopali ceruice splẽdidius fulgeat oportet, quàm ipsa humilitas.c.contra morem.100.dist.Debet enim prælatus seruare præcepta Philol.sic inquientis, cunctis esto benignus, cunctis familiaris,omnibus æquus,ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in aduersis firmus, in prosperis cautus,omnibus prodesse debet,nulli nocere,hæc Archid.in ca.hoc habet col.a.distinct.46.Et dicitur ad Roma.3. Reddite omnibus debita, cui tributum,tributum.cui vectigal.vectigal, cui honorem,honorem,nam impetrator Anto.salutatus à præfectis,aliquantulum processit, & eis mutuam salutationem dedit.l.1. C.de senten.pas.etiam maior minori salutẽ porrigit.c.1.de feud.cognitio. & adagio dicitur, Par pari referto, & gratia gratiam parit. Hiero.ad Nepotia. episcopi honorent clericos quasi clericos, illis episcopis à clericis quasi episcopis honor deferatur. Cur ergo (inquit) te habeam vt principem,cùm tu me non habeas vt senatorem? & si prælatus non seruet reuerentiã subdito,nec subditus seruare eidẽ tenetur.c.cũ beatus.45. distin.c.significasti.de elect.c. ad decorẽ.de institutio.& si mariti ab vxoribus honorari velint eas tanquam vxores reuereri non grauentur.Hoc eleganter & pulchrè more suo tradit doctissimus Do.Andr.Tiraquel. in 11.lege connubiali.fol.144.versicu.igitur.

Episcopus insinuanti quid respondere potest.

93 Item reuerenter eas recipere debet.& quod mandatur exequi.ca.si quando.de rescri.cũ sint emanatæ tam authoritate apostolica quàm regia,saltem mediate.vt patet in concord.& est tex.in l item eorum §.1 ff. quod cuiusque vniuersi. nomi. cuius verba sunt, si decuriones decreuerunt actionẽ per eum mouendam, quem duumuiri eligerent,is videtur ab ordine electus, & ideo experiri potest.parui enim refert,an ipse ordo elegerit,an his cui ordo negotium dedit. Et illas literas sic oblatas poterit collator inspicere,si velit, & legere petens literas duplicatas,promittẽs se facturum,prout eidẽ præcipitur,& quod iuris fuerit.& nõ debet excandescere in nominatum,quia nil est laudis turpia verba loqui.Si tamen nil dixerit nominato insinuanti, non minus valebit intimatio, quia verba episcopi in insinuatione non sunt de substantia, sicut sunt in matrimoniis, in valentibus.loqui glos.in l.fi.C.de præscript.30.vel.40 & capl.1næ.de sponsal.vt inferius describitur.nume 101.

Instrumentũ insinuationis debet nominatus retinere.

94 Aduertat nominatus, vt instrumentum insinuationis à notario recipiat, & penes se retineat, quia fortè,si postea eo indigeret, inuenire non posset,vt nota in ca significauit de testi.d.Boer.in addit.ad Mandago.in vlt.parte.in forma.4. qualiter appellãs denuntiare habet appellationem. & in illo instrumento faciat inscribere insinuationem factam tempore quadragesimæ,quia quando tempus(vt suprà dixi)in aliquo actu requiritur,non sufficit probare actum factũ, nisi probetur quòd illo tempore fuit factus. l.eum actum.ff.de neg.gestis.Feli.in c.quòd ad consultationem,col.antepe.in 2. conclu. de re. iudic. vbi dicit non sufficere probare appellasse, nisi probetur appellatum intra decem dies.& si in insinuatione fiat mentio de literis gradus, non creditur quo ad gradum ritè datum, nisi ad verbum literæ fuerint descriptæ.Roma.consil.236.circa.Ideo debet dicere talis insinuauit literas gradus vniuersitatis Parisien. incipien. vniuersis. &c. & sic finientes, datum anno 1540.die tali,vsque ad finem scribat, & idem in aliis literis faciat.

Quibus sit insinuandũ præsentibus.

95 Octauò quæritur, quibus præsentibus sit insinuandum? Respon.notario præsente,& duobus testibus.nam notario sine testibus non crederetur.c. quoniam.de proba. vel præsentibus duobus notariis in illis regionibus, vbi consuetudine requiruntur, vt hic.& valet illa consuetudo, de qua Dec.in ca.2.col.5.de probat. Et plus creditur notariis quàm aliis testibus glos.in verbo tabellariis.in §.si vero ab sunt. in authẽ. de hæred.& falcid.colla.1.

Insinuatio corã notariis apostolicis, an valeat.

96 Nec distinguo quo ad hoc siue sint notarij,regij,siue apostolici, licet in aliquibus materiis distinguatur.vt dixi in art.2.tract. de literis oblig. sigillo regio signatis. in 1. tomo constitutio.regia.Vide Bald. in procemio decreta.Greg.nu.20.& an valeat si fuerit notarius imperialis, tradit Bellamera in consil. 42.dominus. col.1 quòd sic,sed reprobo in d artic.2. per ordin regiam hoc expressè prohibentẽ,quã infero in d.arti 2.

Episcopo an credi debeat quoad insinuationem, & an gallicè, vel latinè fieri debeat.

97 Nec crederetur episcopo,vel alteri collatori asserenti sibi factam insinuationem,si aliàs non probaretur, quia fortè volebat ei gratificare, & multi collatores in præiudicium eorum,qui insinuauerunt,hoc possent dicere,& fraus fieret,quæ est tollenda.

per

per glos.not.in cap.si qui sine.81.dist. vbi epi
scopo dicit non credendum, quando dicit
se dispensasse, multò fortius, nec quando
98 dicit sibi insinuatum fuisse:nec distinguo
in hoc an insinuatio conscribatur verbis
latinis, vel gallicis,seu idiomate communi
patriæ, quia sufficit quòd intelligatur,vt
scripsi in reper.l.quod iussit.in glo.mag.nu.
44.ff de re iudic.per l.iudices C.de sent.&
interlo. om.iud.& ordinatio illa vt omnes
actus gallicis conscribantur verbis non in-
cludit actus ecclesiasticos, & beneficiales,
vt dico in 2.tom. comenta.in constitu.re-
gia.in illo tract.& doct.probant in ca.eccle
sia.de constit.

Insinuationes quibus fiant.

99 Nonò quæro, quibus fiant insinuationes
de quibus loquimur? Respon.his, ad quos
beneficiorum collatio spectat,seu præsen-
tatio siue conferant,aut eligant, aut de be-
neficiis alio modo prouideant,siue sint car-
dinales,archiepiscopi, episcopi,abbates,ca
pitula ecclesiarum, vel quiuis alij ecclesia-
stici collatores.text. in §.teneatur.de collat.
in concorda. & in ordin.regiis iam citatis.
artic.10.& artic.8.& seq.siue ius conferendi
spectet ad aliquem de iure,siue de consue
tudine, seu ex præscriptione, quod potest
esse,vt tradit Panor.in capit.cùm contingat
de foro competen.Felin.in capit. auditis.de
præscript.de Selua.quæst.8.partis.2.idem in
mandatis.arbitror ca.tibi.& capit. duobus.
de rescript.in 6.capitu.si capitulo.de concess.
præbend.eod.lib.

Insinuatio an vicariis fiat.

100 Primò quæro, absentibus collatoribus
an hæc insinuatio possit fieri eorum vica-
riis? Respondet text in d.§.teneantur. quòd
sic,in absentia collatorum, & hoc declara-
tur in ordina. reg.& in prag.in §.statuit.in
verbo vicariis.vbi dicit episcopos teneri ad
constituendum vicarios generales, vt in eo
rum absentia possint nominationes insi-
nuari.& alia fieri coram eis.cap.quoniam.
de offic.ordi.capitu.quia in quibusdam 89.
distinct. cap.in nona.16.q.7.Nam domino
absente procuratori potest fieri litis motæ
denuntiatio.l.si dictum.§.si præsente. & ibi
glo. in verbo procuratori.ff de euictio fa
cit.l.procuratoris. de tributo. actio.text.in
ca. si soli.ibi, ordinario ipsi factam.de con
cess. præbend.in 6.& ibi Iohan.Andr dicit
non sufficere quando præsentia episcopi fa
cilè haberi posset, per l.item §.petitam.ff.
de petitio.hæred.l.mora.ff.de vsur. Si verò
episcopus esset multitudine astantium im-
peditus, vt vidi in cardinali,valeret insinua
tio facta vicario, & vbicunque reddit se
difficilem episcopus, vt plenè de hoc con
stitui Et in absentia vicariorum poterit fie-
ri officialibus, vel accessoribus, vel priori-
bus, claustralibus, aut subprioribus,ordin.
reg.artic.9.rub. *des graduez simples*. facit gl.
& quod ibi nota.doct.in clem. vna.in verb.
diœcesanis.de foro compe.
101 Et talis exhibitio facta vicario ligat epi-
scopum, in tantum quòd si nostra episco
pus conferat alteri, non valebit,licet dicat
se ignorare insinuationem vicario factam
alioqui nil operaretur. De Rota decisio.6.
nota vtrum episcopus. de offic.vicar.in an
tiq.glo.in §. item voluit.in verbo vicario.
de colla.in pragma. plus dicens sufficere
etiam mandatum vicario insinuare in epi
scopi absentia.cap.eam te.de rescript.& ibi
doctor. glos.in §. qui de prædictis.in verbo
collatori.de collatio.in pragma. facit quod
notat Archid in ca.Reatina.63. distinct.vbi
dicit fuisse obtentum, quod quando requi
ritur consensus regis, vel episcopi,si sint
absentes extra prouinciam, sufficit consen
sus eorum vicariorum, qui aliàs non suffi
ceret.sequitur Bald. in ca.cùm venerabilis.
de consue. per ca.cùm nullus,ibi,episcopo
autem in remotis agente.de tempor ordi-
nand.libr.6.Licet contrarium teneat Rom.
consil.693. ex longæua. Primam tenet Ias.
in l. in prouinciali.§.si ego col.penult. ff.de
operis noui nuntia. Præsenti ergo episco
po,vel alij collatori est insinuandum Barb.
plenè in ca.volētes.nu.12.cū seq.de off.leg.

Insinuatio vicario facta, an liget episcopū.

Episcopus extra ciuitatē vbi est quærendus.

102 Et dicitur præsens.qui est in ciuilitate, vel
in continentibus ædificiis, quia illi qui in
continentibus ædificiis sunt in ciuitate esse
intelliguntur, l.qui in continentibus.ff.de
verbo. signifi.non tamen tenetur nomina-
tus collatorem adire, vel quærere extra ci
uitatem. argu.illius, qui tenetur adhibere
medicum alicui, vt non teneatur extra ci
uitatem quærere.nota.in l. si ab hostibus. ff.
solut.matrimo. Alexand.consil. 91.nume.5.
in 7.volumi.cum teneatur creare vicarios,
& eos in ciuitate relinquere,si tamē episco
pus sit in tali loco,qui de facili possit adiri
(quod boni viri arbitrio relinquitur) fortè
non esset omittendus gloss.in d.§ item vo-
luit in verbo absentia de colla.in prag.Isto
tamen iure non vtimur, si fiat vni,sufficiet.
Nec me mouet d. §. teneantur.ibi,aut
eorum vicariis. quia ibi dictio aut,est alter
natiua ordinis,vt in l. cum pater §. penulti.
ff.de legat.2. & ita ponitur in d §. statui
mus.2. de collat. in concord.licet regulari
ter non sic accipiatur.glos.in capit. cum plu
res.de offic. delega.in 6.& ibi Dominus &
Philip.Perus.

Quando sunt plures vicarij cui fit insinuatio.

103 Secundo quæro,quid si sint plures vica
rij,an sufficiat vni insinuare? Videtur quod
non per l.fina. ff.in ius voca.vt eant. & l.sed
& si qui satisd.cogan. vbi si quis promise
rit duos sistere,non liberatur si alterū sistat.
104 Item quia sunt ordinarij. Iohan. Andr.
& alii in cap.tua.de offic.vica & capit.2.eo.
titu.libr.6.& habent iurisdictionem insoli-
dum, & quilibet potest separatim proce
dere,nisi aliter fuerit in constitutione ex-
pressum. argu.l.1.ff de offic. consul.l.impe-
ratores.ad municip.glos.in capi.2.de arbit.
libr.6.& ibi Panorm. & Barto. in l.vni.ff.
de re iudic. Ex quo tamen causa est coram

vnò inchoata, alter non poteſt ſe immiſcere, niſi primus ſit impeditus, per d.l.ſi vni igitur cùm vnus ſine altero poſsit procedere, omnibus eſt intimatio facienda, ad hoc vt omnium impediatur collatio, inſtar procuratorum ca.ſi duo.de procura.in 6.

105 Contrarium eſt verum. quia omnes vicarij, etiam ſi eſſent quinque vel ſex (vt apud Bituriges repreſentant vnam perſonam, videlicet conſtituentis, à quo eſt eorum poteſtas. ca.2.de conſuetudi. vnde ſicut inſinuatio facta vicario ligat dominum, multo magis debet ligare alterum vicarium.

106 Nec me mouet d.l.fina. nec l.ſed & ſi. quia eſt caſus diuerſus, & loquitur in debitore qui duo debet copulatiuè: hic contra, quia inſolidum conſtituti ſunt regulariter. nempe cùm duo ſunt conſtituti, inſolidum conſtituti cenſentur.c.2.de offic. vicar.in 6.

Nec refragatur aliud, quia loquitur quãdo plures habent poteſtatem conferendi in ſolidum, nec vnius poteſtas dependet ab alio, nec repræſentant perſonam vnius. hic contra gloſ. in dicto §.item voluit.in verbo, vicario.

Deuolutio fit de vicario ad archiepiſcopũ.

107 Tertiò quæro, quid ſi vicarius conferat inhabili, an poteſtas deuoluatur ad conſtituentem, vel ad ſuperiorem epiſcopi, videlicet ad archiepiſcopum. Videtur quod ad conſtituentem, per §.ſi quis vero.in verbo ad immediatum ſuperiorem deuoluãtur.de colla.in prag. vbi deuolutio fit ad immediatum ſuperiorem, ſed immediatus ſuperior vicarij eſt epiſcopus, ergo ad eum fiet deuolutio.

Contrarium verius arbitror, tum quia non fieret deuolutio ad immediatum ſuperiorem, ſed ad eundem.ca.2. de conſuet. in 6. Et concordatum vult vt ad immediatum ſuperiorem epiſcoporum, vel archiepiſcoporum, & id genus collatorum deuoluatur poteſtas, ergo ſic fiet. Item quando delegatus in totum delegat ad primum delegantem appellatur.ca.ſuper quæſtionum. de offic.deleg.cap duo ex tribus.& c.is cui. illo titu.in 6.& epiſcopus de ſe queri debet, qui talem vicarium ſibi elegit.§.fin.inſtit.pro ſocio.

Quando ſunt plures vicarij cui ſit inſinuandum.

108 Quarto quæro, cui iſtorum vicariorum intimatio fieri debet? Reſpon. poterit nominatus eligere vnum ex iſtis, cui exhibebit nominationes, & alia requiſita.arg.authẽ. habita.C.ne filius pro patre. vbi quando cui dantur plures iudices, habet optionem.glo. in l.ſi.C.vbi in rem actio. ſic & hic videtur. Item in alternatiuis eſt electio debitoris.l. 3.ff.de eo quod cert.loco.l.plerunque.de iure dotium.regu.in alternatiuis.de regu.iur. in 6. Sic & in pluribus quibus eſt facienda inſinuatio: ſi tamen fieret collatio ab epiſcopo & vicario eodẽ die, nec de prioritate appareret, valebit collatio facta per epiſcopũ propter eius maiorem prærogatiuam c. ductum.& capitu.ſi à ſede.de præbend.libr. 6. dico plenè in tracta. de pacific.poſſeſſo. in 17.limita.

Inſinuatio facta vicario extra diœceſim valet.

109 Quinto quæritur an valeat inſinuatio facta vicario extra diœceſim? Videtur quod non capit.ſtatutum.de præben.libr.6. extra enim territorium ius dicenti non paretur impune.ca.ſi.de conſti.libr.6.l.ſi.ff.de iuriſdictio omnium iudicum.

Contrarium videtur verius, quia ea quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, poſſunt etiã extra territoriũ exerceri.l.2.ff. de offi.proconſul.& ſic poſſet vicarius extra diœceſim conferre, ſicut epiſcopus. cap.nouit.de offic.lega. & ibi notat.& de Rota deciſio. vlti.de offi. vicar.in antiquior. ca.poſt electionem de conceſ. præbend. nam vicarius legati poteſt extra limites ſuæ iuriſdictionis & legationis beneficia conferre, dummodo vacent in territorio ſuæ legationis. Bertrand.conſil.205.quæſitum.in 1. volum. ſecundum nouam impreſsionem, & ita vicarius epiſcopi.

110 Item ſacerdos parochianum ſuum extra parochiam, & vbicumque confitebitur, abſoluere poteſt, cum ſit voluntariæ iuriſdictionis. Hoſtien. in ſumma, de pœnitent.& remiſsio. §.cui confitendum. verſicul.& nunquid extra territorium. Poteſt etiam epiſcopus extra territorium conferre ſuis ſubditis ordines. Barbat.dicto.capit. nouit. dicens epiſcopum Aſten. multis ſcholaribus ſua memoria contuliſſe Bononiæ, vt dixi ſuprà nume.29.

111 Nec obſtat d.cap ſtatutum. quia loquitur in beneficiis vacantibus in curia, in quibus eſt ſpeciale.& dicto capi.fina. loquitur in actibus iuriſdictionis contentioſæ, hic voluntariæ. Quamuis Do. Probus.in §. Item voluit. in gloſ.vicario.de collatio.in prag. voluerit contrarium, videlicet quod extra territorium vicario fieri non poſsit, nihil allegat, niſi quod vicarius datus eſt in ſubſidium, id eſt in abſentia prælati, certè ſi in conſtitutione vicarius eſſet datus in abſentia prælati, etiam poſſet ei fieri inſinuatio: nam vicarius eſt, & vicario poteſt fieri inſinuatio, & poſtquam text. non diſtinguit vbi fiat, ſed epiſcopo, vel vicario, ergo nec nos diſtinguere debemus.l.de pretio.ff. de public. in rem actio. Item dicit, non debet vicarius tale territorium habere ſicut prælatus, nil adducit. Reſpond. ſi in creatione vicarij territorium non fuerit limitatum, vbique erit vicarius, ſicut & excommunicatus in vno loco vbique erit excommunicatus, adducit etiam quod text. dicit in abſentia, hoc ſalua pace dixerim, text. concordatorum hoc non dicit, ſed in §.teneantur, dicitur inſinuationem collatoribus aut vicariis faciendam. ergo cum ille text. hoc non dicat. text. prag. eũ decepit, qui hoc habet, vt plenè ſcripſi in pragm.beneſi. in materia vic.epiſ.& hæc opinio ſeruatur in curiis. vt refert Boer. in deciſ. Burde. q.30.

q.30, quæritur an vicarius. col. vlti. vbi sic fuisse iudicatum in patla. asserit, nam vicarius extra di... cesim regulariter potest conferre, vt dixi ergo & quod minus est, videlicet insinuare illi potest, & cui committitur consequens, vt collatio, ergo & antecedens, videlicet insinuatio. l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procura.

De insinuatione facta episcopo qui est alterius episcopi vicarius.

112 Sexto, quæro, quidam episcopus est vicarius archiepiscopi, vel alterius episcopi. quidam eidem insinuauit, quæro an censeatur illi insinuasse, & vt episcopo, & vt vicario? Videtur quòd sic, si nominationes dirigebantur vtrique episcopo, vt res valeat l. quotiens. 2. ff. de rebus dub. c. inter. §. cæterùm. de fide instrumen.

Contrarium arbitror verius, vt tantú censeatur eidem facta insinuatio tāquam episcopo, & non tanquam vicario, nisi dixerit, etiam tibi tanquam vicario insinuo. per text. in l. de pupillo §. nunciationem. ff. de oper. noui nuncia. ibi, & generaliter ei nunciari nouum opus potest, qui in re præsenti fuerit domini operis vt nomine. Ecce ergo quod requiritur vt nomen vicarij exprimatur, alioqui in dubio censetur insinuatio facta eidem tāquam episcopo, vt omne analogum in sua famosiori stet significatione. s. sed ius quidem ciuile. insti. de iure naturali.

113 Item in mandatis apostolicis si collatio spectaret ad archidiaconū separatim, nō sufficeret insinuatio facta publicè, sed oportet quod illi separatim fiat c. si. de præbēd. in 6. quod est verum, si ratione suæ dignitatis conferat: secus si tanquam vicegerēs capituli conferret, vtpote quia est in turno suæ hebdomadæ. vt suprà dictum est, & sequitur D. Ruseus in tract. de māda. apostolicis 3 parte.

Insinuatio facta capitulo nō ligat vicarium episcopi.

114 Ideo si insinuatio fuerit facta capitulo, & vnus canonicus erat vicarius episcopi, per hanc insinuationem capitulo factam non ligatur episcopus, nisi illi canonico intimatum fuerit tanquam vicario episcopi.

Duæ literæ duplicatæ an dari debeant.

115 Et an teneatur dare duas duplicatas literas, videlicet vnas tanquā vicario alterius episcopi, alteras tanquam episcopo? & crederem quòd sic, quando hoc requiret, alioqui si tantum literas duplicatas daret non vitiaretur insinuatio facta sub duplici qualitate vni personæ, quia per eas solas literas ita certus est, ac si duas haberet. quod sufficit, & videtur satisfactum concordato. fusius aliquando dicam.

Insinuationes factæ vicario reuocato quando valeant.

116 Septimò, quæro, episcopus reuocauit tēpore quadragesimæ vicarium, vt deciperet nominatos, quæro an insinuationes eidem vicario postea factæ, viribus subsistant? Respon. subsistere si nominati & vicarius ignorant istam reuocationem: nam gesta per vicarium valent si ignorat reuocationem. text. sing. in l. si fortè. ff. de offi. præsid. cuius verba insero, Si fortè præses prouinciæ manumiserit, vel tutorem dederit priusquam cognouerit successorem aduenisse, erunt & hæc rata. & per illum text. sing. dicit Roma. sing. 57. tuit quæstio Romæ.

Collatio beneficij facta per vicarium reuocatum quando valeat.

117 Quòd valet collatio beneficij facta per vicarium reuocatum antequam sciat: quia sicut antequam sciat, nō dicitur habere iurisdictionē. ita etiā non censetur reuocatus antequam sciuerit. Inn. in c. ex conquestione. de restit. spol. Perus. in c. super eo. 4. vlti. nota. de appella. Et sententia lata à primis iudicibus reuocatis, ante notitiam reuocationis valet. c. audita. de restit. spol Panor. & alij in c. cæterùm. de rescript. consuluit Deci. consi. 395. in causa illorum col. 2. Debet etiam quis habere salariū quādiu ignorat successorem aduenisse. Roma. in l. diem functo. ff. de assesso. Et priuilegium tandiu durat alicui, quandiu sciuerit successorem aduenisse text. & ibi gloss. in l. tribunus. ff. de testa. milit. quā ... not. in l. more maiorum. num. 8. ff. de iurisd. & o[m]n. iudic. & Roma singul. 166. quod l. si fortè. & facta post euocationem non sunt nulla, antequā is à quo euocatur, sciuerit euocationem, & ei fuerit intimata c. ecclesia. in 2. vt lite penden. Vnde etiam fit, vt non valeat reuocatio procuratoris ante intimationem clementi. vna. de renuncia. cap. ex parte Decani. de rescript. Imò etiam si vicarius sciuerit, & dolo tacuerit, valebit insinuatio, ne via pateat malitiis. l. in fundo. ff. de rei vendicatione.

Cautela pro insinuantibus vicariis, & ad quod teneantur.

118 Aduertendum est quòd is qui insinuat vicario, debet quærere instrumētum vicariatus: nam si negetur vicarius, ille qui dicit eum vicarium, probare hoc tenebitur. l. actor. C. de probat. & l. 2. ff. eodo tit. Et si non posit instrumentum constitutionis vicarij habere, quia non solent facilè illud exhibere, sufficit probare, quod ille erat habitus & nominatus vicarius, & talis reputatus communiter. iuxta l. Barbarius. ff. de offic. prætor. hoc expressim scribit Feli. in c. sicut. col. 16 nu. 31. de re iud. & doct. in l sciendū ff. de verb. ob. mandatum enim non præsumitur. Bald in l. 1. C. de rebus alie. non alienand. vide Ludo Roma sing. 6-7. nūquid per productionem, & vidi condemnari ad interesse illos, qui non ostendebant instrumentū vicariatus, quia sunt in culpa se gerendo pro talibus, nisi dicant se non esse vicarios. alioqui si nil dicatis, cui insinuani, præsumetur vicarius, & si non sit, ad id quod interest cōdēnari debet, & eidē si cōferat tanquā vicarius, & postea nō ostēdat instrumētū vicariatus, vt alibi plenè scripsi.

Insinuatio an conductori fructuum fiat.

119 Octauo quæro, an conductori fructuum episcopatus posit fieri insinuatio? Videtur quod sic, quia cōductor omnes fructus habere debet, si sic conuentum est, & collatio est fructus glo. in c. cùm olim. de maiori. & obedien. ergo illi debet fieri insinuatio adhoc vt teneatur conferre.

120 Item ius præsentandi transit cum vniuersitate ad locatorem.c.ex literis.de iure patro.ergo postquã potest præsentare ad beneficia,illi debet fieri insinuatio.

Contrarium est verum, quia in conductorem,etiam si côduceret spiritualia & temporalia,non transit ius conferendi, nisi specialiter sit ei concessum,vt conferat.c.si. de offi vica.in 6.ita tenet deSelua.intracta.de beneficio.in 2 parte.quæst.ii.

Simoniacus collator est, qui plus locat propter collationes.

121 Quod soleut quidam simoniaci episcopi facere,vt pluris locentur fructus episcopatus,quod est abominandum tam episcopo,quàm côductori, & illis lepra Naamã adhærebit, & semini illorum in perpetuû, nec ob id tenêtur nominati suas exhibere nominationes isti conductori simoniaco, sed sufficit episopo intimare, vel vicario: & tenebitur hic côductor côferre nomina to,quia authoritate episcopi confert.c.fin. de præbendis.in 6.dixi superius in 8. quæstione principali.

122 Nec obstant in contrarium adducta,quia esto quòd fructus temporales transeant in conductorê,non tamen collatio,non concessa,quæ est ius spirituale, licet sit in fructu.& si præsentatio transeat cum vniuersitate bonorum,tamen non collatio. nota: in c.quantò de iudic.c.querelam. de simo. nec præsentatio trãsit in conductorem ad modicû tempus.Panor.in d.c. ex literis. & Feli.in c.cùm Bertoldus.col.pen.de re iudi.

Coadiutori an sufficiat insinuare.

123 Nonò, an sufficiat insinuare coadiutori dato episcopo vel episcopo sit facienda insinuatio? Et breui respon. quòd coadiutori potest fieri, quando habet collationem beneficiorum.glo.in §.item voluit.in verbo vicario.de collat.in prag.& tunc habet collationem beneficiorum, quando datus est illi,qui perpetuo impedimento est detentus,vtpote mentis alienatione,vel intellectus,quia episcopus est demens, vel furiosus.alioqui ecclesiæ diutius vacarent, si expectaremus,quod moretetur, vel resipiceret.l.ambiguitatem.C.de vsufruc. aliàs coadiutori non potest fieri, vt dixi suprà. in 8.quæst.princ.ibi,q.10.& gl.in tit.de colla. in verbo iurisdict.in pragmati. nisi episcopus esset lepræ morbo percussus, tûc etiam putarem, quòd coadiutori insinuatio esset faciêda propter periculum communionis. c.de rectoribus.& c.sequen. de cleri.ægro. c.1.de coniug.seruo.Idem si peste esset infectus, contra quam non valent medici, nec medicinæ. Paul.in l.si ab hostibus. ff. solu. matri.De Ripa in tracta.de peste plene tradit.ibi videre licet multa ad hãc rem facientia. Et quamuis hoc non placeat Philippo, Probò in §.Item voluit in verb. vicario. de collat.in prag.sed cùm nullo iure, nec quidem ratione in contrarium moueatur, saltem nullam adducit, ei ideo non respond. nam esto quòd conferre non possit illi,saltê episcopo absente vel impedimento detento,poterit insinuari,quia saltem tanquã episcopi vicarius erit,si alius non sit ab episcopo constitutus,& mortuo episcopo succedit capitulum,& finitur potestas coadiutoris. Bald in l.quæsitum.ff.de tutel.

124 Et quamuis nominationes non sunt directæ coadiutori,tenebitur tamê prouidere illis,quibus episcopus.per clemen. vnicam de suppleud.negligen.prælato. vt superius scripsi.quæst.8.

125 Decimò,quando diriguntur nominationes capitulo,tunc debent insinuari capitulo cõgregatis canonicis vel monachis, non autê valeret insinuatio,si separatim in domo cuilibet literæ præsentarentur, argu. c. in Genesi.de elect gl.& doct.in c.si capitulo.de concessio.præben.in 6. nam quando dispositio tangit plures in vniuerso, tunc requiritur quòd congregati illum actum faciant,aliàs actus non valebit. c. pisanis. de restitione spoliatorum.l.2. C. de decurio. lib.10.etiam quando maior pars præiudicat minori, debet fieri in vniuerso non sigillatim.Istud tradit Bart.in l.omnes populi.in 3.quæstio.2.quæst.princi. ff. de iustitia & iure.facit etiam quod notat idem Bartolus in l.aut facta.§. fina.ff.de pœnis. tex. in l.semper.§.si in sepulchro,quod vi aut clam.

De insinuatione facienda capitulo.

126 Et sic etiam debet mandatum præsentari, si tamen duobus competeret ius conferendi,qui non facerent collegium,vel capitulum,tunc sigillatim potest illis fieri exhibitio.Panorm.in c.3.de iure patro. Et quid si canonici non sint congregati? debet expectare nominatus vel mandatarius diê, quo solent cõgregari: cum bis in hebdomada soleant de consuetudine cõgregari: vel debet requirere illum,qui habet potestatem congregandi, vt cõgreget: quòd si recuset congregare, vel canonici nolint,quòd mãdatarius seu nominatus ingrediatur: tûc facta illa diligentia habebitur, ac si præsentatio facta fuisset capitulo.Feder.consil.190. & docto.in d.c.si capitulo & sufficit facere tunc insinuationem in loco vbi capitulum consueuit cõgregari,Decano, Archidiacono, vel Præposito, seu maiori parti illorum canonicorum,qui ibidem inueniûtur: nec oportet quòd nominatus probet quòd maior pars interuenerit, teste Collecta.in c. dilectus.2 col. vlti.de præben. per not.in c.bonæ.1.de electio.Et si decanus nolit conuocare capitulum, vel conuocet ad tempus longum,poterunt canonici, vel maior pars illorum conuocare,& decano nolente capitulum ad breuius tempus congregare, & possunt terminum mutare, vel abbreuiate,vt consuluit Aegid.de bella mera,consi. 7.factum.col.penult.

Mandatû quomodo insinuandum sit capitulo.

127 Vndecimò, an sequestro sit insinuatio facienda? Videtur quòd non, quia sequester maximè necessarius, id est authoritate iudicis positus, non possidet. l. interesse.ff. de acqui.

Sequestro an possint insinuationes fieri.

de acqui.poſſeſ.l. vna.C. de ſequeſtra.poſſ. & fruct. Anto.& Panor.in c.examinata. de iud. & ibi Henric. dicit quòd manus regis appoſita rei cõtentioſæ non priuat aliquẽ poſſeſsione ſua, & talis ſequeſter colligit fructus nomine alieno, quos habet reſtitue re victori.c.2.de ſequeſt.poſſeſ.& fruct.ſic non poteſt præſentare nec conferre. ergò nec illi inſinuare debebit, cùm non ſit colla tor vel patronus, quibus tantum inſinuari oportet.

128 Contrarium tenet Innocen. in d c.examinata. vbi dicit ſequeſtrum poſſe præſentare, & cõferre. Idem tenet Feli.in c.cùm Bertoldus.in fin.de re iud. quem ſequitur Do. Ruſe.in tracta. iuris regalio.in 10. priuilegio, quia fructus colligere pôt, inter quos eſt præſentatio, & collatio.gloſſ. in c.cùm olim.de maior.& obedien. & pro hac opinione latum fuit arreſtum, vt eidẽ inſinuari poſsit, vt citat gloſſa in §. item voluit in verbo vicario.circa finem.de collationi in pragma. Quod eſt intelligendum quando ſequeſter eſſet voluntarius, id eſt de conſenſu partium electus, vel voluntarius & neceſſarius, id eſt datus per iudicem de partium cõſenſu, vt communis ſit: & ille poterit & cõferre, & præſentare. Roch de curte in tract.de iure patron.in verbo ipſe vel is.q.36.Iohan.de ſelua in tract.de benefi. in 2.parte q.9.ego vidi ſequeſtrum voluntatem cui conferendum eſſet requirentem arborum litigantium: & ſic conueniebant in vnum, illi cõferebatur à ſequeſtro: ſi diſconueniebant, idoneior eligebatur ex duobus nominatis per litigantes, & iſtud eſt tutius.

Arreſtum.

Lite pendente vter litigantiũ conferat.

Vel pars quælibet hodie ſolet lite pendente præſentare, & poſtea patebit vter illorum præſentatorum debeat obtinere: nempe ab eo præſentatus, qui obtinebit, ſuper iure patronatus etiam obtinere debetit, niſi alter probaſſet poſſeſsionem ſe habere, per c. conſultationibus.de iure patro.c penul. de cauſa poſſeſ.

129 Duodecimò, dubitatur lite pẽdente cui cõtendentium poſsit inſinuatio fieri? Breui dicerem, quòd ſi alter eſſet in poſſeſsione, illi poſſet fieri, quia conferre poteſt. notat.in c.cùm eccleſia ſutrina. de cauſa poſſ. & d.c.conſultationibus. de iure patron. Iohan.de Selua in tract.de benefi.in 2.parte. q.7.& ibi declarat quando dicatur eſſe in poſſeſsione poſt Calderi. in conſi.12.in rubric. de iure patronat. ſi neuter poſsideat, vel vterq; dicit ſe poſsidere, tunc ante ſequeſtrum factum ego inſinuarem vtrique propter dubium, per not.in l. de pupillo.§. ſi plurium dominorum. per illum text. ff. de operis noui nuucia.

Lite pendente cui ſit inſinuandum.

Quãdo electio vel præſentatio fieri poſsit lite pendente, vide per gloſ.& docto.in c.2. de in integrum reſtitione. cap. ex literis. de iure patro.

130 Decimotertiò, cui fiet inſinuatio epiſcopo mortuo? Reſpond. capitulo, cùm ad illud deuoluatur collatio, quæ ſit ex neceſsitate; ſecus ex voluntate.c.illa. ne ſede vacãte.& collatori debet fieri inſinuatio, ideò capitulo fiet.& hoc probatur.in c. eam te. de reſcriptis.

Epiſcopo mortuo cui ſit inſinuandum.

Quod verum dicit gloſſ.in.§. Item voluit. in verb.abſentia.in fi.de colla.in prag. ſi electus epiſcopus erat de capitulo.per.d.capi. eam te. ſed ego etiam dicerem, ſiue eſſet, ſiue nõ, quia capitulum repræſentat epiſcopum, & ſuccedit in his quæ ad epiſcopum ſpectant. c.1.ne ſede vacan.c. cum olim.de maiori. alioqui ſi nullus eſſet epiſcopus in quadrageſima, nominati illo anno, beneficia petere non poſſent, nec conſequi, & neceſsitas legem non habet.l.1.ff.de offi. conſul.& facit ordina.reg.rubric. *des graduez ſimples*, artic.9.

131 Et poteſt fieri collatio per capitulum ſiue beneficia vacent in in menſibus nominatorum, ſiue graduatorum, quia dicuntur de neceſsitate conferri, licet ſit quædam liberalitas in cui conferendo, videlicet gratificando.gloſ.in c. relatum. de præbend. non tamen eſt mera liberalitas, ſed quædam neceſsitas. vt ibidem dicitur in §.præfatiq; 1. ibi conferre teneantur.probat text.in c.penult.in fi. ibi, alterum quem voluerint eligere teneantur de reſcript. in 6. vbi gratificatio eſt neceſſaria, ita hic alioqui diſpendioſa contingeret vacatio.cap.quàm ſit. de electio.in 6.facit tex.in l.vnum ex familia. §.1.ff.de legat.2. ibi, non enim facultas neceſſariæ electionis, propriæ liberalitatis beneficium eſt, &c.

Capitulũ gratificat in mẽſibus graduatorum.

132 Item iſta collatio nominatorũ & graduatorum nõ debet diuerſo iure cenſeri.l.eum qui.ff.de vſucapio. & quia habet conferre graduatis dicitur eſſe neceſsitaris, ſicut illa quæ habent conferre nominatis. nam licet antiquiori debet eſſe nominato, poterit eſſe quòd non erit idoneus, & ſic alterum nominatum gratificare poterit, ſic graduatũ, quia non videtur differentia inter eos, vel admodum parua.

Item qui facit illud, ad quod per legẽ obligatur, non dicitur conferre beneficium. Iaſon in l.ſi arrogator. in §.nota. ff. de adop.

133 Adhæc quando collatio ſpectat ad epiſcopum & capitulum ſimul epiſcopo mortuo collatio ſpectat ad capitulũ c. vno.ne ſede vacante.in 6.& tunc rectè fit inſinuatio eidem capitulo, vt concludere videtur Franciſcus in tract.de offi & poteſt.c. ſede vacãte in 2.parte.q.1.inſuper collatio quæ graduatis fieri debet, nõ minus dicitur neceſſaria, & ſi gratificari vnus ex graduatis poſsit, vt not.in l.legato generaliter. ff. de legat.1. vbi ſi relinquatur optio ſeruorum, non minus dicitur neceſſarium legatum. l. ſeruo.ibi, teneri ff.de op.leg.paria ſunt deberi vni Titio, vel vni ex pluribus.not.in l. l.ſi ita.

ſi ita. ff. illo tit. quia totum neceſſarium eſt. ſic & collatio facienda graduatis, & illa optio etiam tranſit ad hæredes. l. illud. ff. de optio. legat. quod eſt notandum, quia vidi dubitari in palatio. Et hoc caſu poteſt graduatus requirere capitulum, & poſtea habere collationem iure deuoluto à ſuperiore, licet habuerit collationem à capitulo, & hoc erit ſecurius.

Quid ſi collatio ad duos ſpectat an ſufficiat vni inſinuare.

134 Decimoquartò. quid ſi collatio vel præſentatio ſpectat ad duos ſimul, videlicet ad epiſcopû & capitulum, an ſufficiat vni illorum inſinuare? Reſpon. ſic. arg. l. de pupillo. §. ſi plurium. ff. de operis noui nunciat. qui ſic dicit, ſi plurium res ſit, in qua opus nouum fiat, & vni nũciatur, & rectè facta nunciatio eſt, omnibuſq; dominis nunciatum videtur. nam quotiens poteſtas vni adimitur, ſine quo collatio facta non valet, alij etiam adempta videtur, cum collatio ab altero facta non valeat, vt concludit Federic. conſil. 1. & conſi. 232. caſus. in fin. ſic ipſe conſului. & de Selua in tract. de benefi cio. in 3. parte. q. 7. Sic in mandatis apoſtolicis tradunt doct. in ca. ſi capitulo. de conceſſ. præb. in 6. tutius eſt tamen vtrique inſinuare ne proceſsibus inluoluaris.

135 Item ſi fiat interpellatio vni ex duobus reis debendi, nocebit alteri. l. pe. ff. de duo. reis l. ſi. C. illo. tit. & ſi vnus ex pluribus iudicibus vel arbitris impediatur, alij nõ poſſunt procedere. l. ſi in tres. & ſequẽ. ff. de arbit. l. duo ex tribus. ff. de re iudi. c. vno delegatorum. de offic. deleg. Idem in procuratoribus. c. ſi duo. de procura lib. 6. facit l. ediles 2. §. ſi fortè. ff. de ædilitio. edict. quod intellihe quando coniunctim ad eos ſpectabat collatio. & vnus ſine altero non poterat conferre.

136 Si verò collatio ſpectaret ad duos inſolidum, qui cõferebant alternis vicibus, tunc inſinuatio alteri facta alterum non impediret, quò minus cõferret, & valeret collatio per ea quæ notat. Iohan. And. in elem. vna. de renunc. & expreſſè gl. in §. ſtatuit. in verbo ſpectat. de colla. in prag. Sed quid ſi ille cui eſt facta inſinuatio, ſit valetudine aduerſa detentus, & permittit alteri, cui non fuit exhibitio facta, vt conferat, an valeat facta non graduato, vel eo mortuo alter conferat. vide in c. vno. ne ſede vacan. lib. 6. Hæc quæſtio in palatio fuit à me petita, ego cũ m operæpretium fuerit decidam. interim cogita, & ambobus, ſi ſapis, inſinua.

Succeſſori an ſit inſinuatio iteranda.

137 Decimoquintò quæro, inſinuatio ritè facta, eſt vni collatori de omnibus literis, etiã datis duplicatis. eo mortuo, an ſuo ſucceſſori ſit iterum facienda? Reſpond. non eſt dubium, quin in ſingulos annos ſit exhibitio nominis & cognominis facienda, vt diſponitur in concord. in d. §. teneantur. Sed quid de literis iam inſinuatis? Et videtur quòd ſic, quia ſit exhibitio, ne collatores ignorantiam prætendere poſſint. clem. cauſam. §. verùm. de elect. & vt videant an literæ gradus & nominationis valeant, & an graduatus ſit per ſaltũ promotus: quod non poſſet ſucceſſor cognoſcere, niſi per literarum exhibitionem, ergo eſt ei faciẽda. nec poſſet ſucceſſor diuinare inſinuationẽ ſuo prædeceſſori factam, cum ſucceſſor habeat iuſtam ignorantiæ cauſam. l. 1. in fi. & l. 2. ff. depoſ. l. qui in alterius. de regu. iur. & iſtud eſſe æquius teſtatur glo. in verbo ſpectat. in §. & ſimiliter. de col. in pragma. Et Brunel. in tracta. de dignit. legati. conclu 9. in fine.

In contrarium facit quod concordatum non liguat nominatum ad inſinuãdum ſucceſſori, ergo nec ego. vt habetur in d. §. teneantur. & §. ſi tamen. vbi loquitur in ſingulari, videlicet in inſinuatione facienda. & ſemel tantum.

138 Item iuramentum fidelitatis præſtitũ prælato, tranſit ad ſucceſſorem. c. veritatis. de iureiu. ſic & inſinuatio ſemel facta vni ad ſucceſſorem trãſibit, qui cenſetur vna perſona cum defuncto. in authen. de iureiur. à morien. præſtito. §. 1. colla. 4.

139 Idem in delegatione facta ſub nomine dignitatis, vt ad ſucceſſorem tranſeat, probat text. in c. quoniam abbas. de offic. dele. c. ſi gratioſè. de reſcrip. in 6. Et in concordatis eſt decretum irritans, quod etiã ignorantes ligat. c. dudũm. de præben. libr. 6. & pro hac parte dicit gl. in dict. verbo ſpecta. interueniſſe arreſtum Pariſiis. Ego dicerem quòd ſi vacante beneficio nominati peterent illud beneficium ſibi conferri, ꝙ ille ſucceſſor poſſet ab eis petere inſtrumẽtum inſinuationis ſibi exhiberi, cũ iuſtam ignorantiam prætendere poſsit, vt ſuprà dixi. ſi tamen non peteret, non teneretur nominatus hoc iterum inſinuare. nam iterum ex cauſa edere prætor iubet. l. ſi quis ex argentariis. §. fi. cum l. ſeq. ff. de eden. illa tamen editio peti debet, vt ibi. Arreſtum.

140 Si tamen qualificatus ordinario petenti nominationes ſibi iterũ exhiberi nõ oſtenderit: nõ ob hoc iure, quod in vim illarum habet, priuatus erit: tum quia concordatũ non priuat, nec eſt aliqua lex eum priuãs: vt in ſimili dicit text. in §. ſinautem. in authen. de non eligẽdis ſecũdo nuben. collatio. 2. tum quòd priuatio non imponitur, niſi in iure exprimatur. gloſſ. ſing. in c. fin. de inre patronatus. & nil poteſt imputari qualificato, qui in lege diſpoſita obſeruauit: alioqui collatores ſemper, vt caperent nominatos verbis, hanc inſinuationem in vacatione benefiij peterent: & dolo videntur petere, quod iutus habẽt per aliam inſinuationem. nec eſt in poteſtate collatoris grauare qualificatos altera exhibitione vltra cõcordatum, ſed epiſcopus debet recurrere ad libros ſuorum prædeceſſorum, & ibi videbit, vel debet ſciſcirari à vicario ſui prædeceſſoris, alioqui eſt in culpa: & ſi nomi

In vacatione beneficii epiſcopo requirente, an literæ oſtendi debeant.

... minatus esset in aliqua culpa, compensabitur cum ista, sicut dolus cum dolo. l. si duo. ff. de dolo.

141 Nec refragatur cap. cùm contingat. de rescript. ubi papa iubet exhiberi. Respon. ibi loqui in rescriptis, quando ultimum tollit primum, & quando nulla unquam fuit facta exhibitio, & in iurisdictionalibus, secùs in nominationibus, quæ semel fuerunt exhibitæ, nec ibi priuat rescripto per non ostensionem, sed non exequetur mandatũ, ita faciet ordinarius, si nominatus, vel qualificatus, non ostendat ei nominationes, nõ conferet ei: sed a superiore qualificatus collationem obtinebit, alioqui esset per indirectum priuare nominatos suis nominationibus, nempe si litiget & produxit suas nominationes Tholosæ, vacat hic beneficiũ, si oportet eas exhibere, quot vexationibus inuolueretur hic qualificatus, quisque videt: ideò æquũ est, ut ista nominatis seruentur, & cum non teneantur iterum insinuare, si nolint, sed respõdeant insinuationem esse factam singulis annis secundũ statuta, ideò, nõ debent alia prohibitione grauari ultra concordatum: si tamen liberum esset nominato, consuleren ut ostenderet, ad conuincendam malitiam petentium, vel ad satisfaciendum bonæ fidei illorum.

142 Item quãdo beneficium est affectum, ordinarius collator dicitur ligatus, etiã ignorãs. c. si eo tempore. de elect. l. b. 6. c. si postquam de præbend. eo. lib. Sed simulatque fuit præsentatio facta collatori, affectum fuit beneficium vacans tempore in concordatis præstituto, ergo non requiritur alia insinuatio. Car. di. & Insol. in c. eam te. in fine. de rescrip. & licet personæ denunciatio siue insinuatio facta sit, tamen is ad conferendum est obligatus, qui cum locum possidet. argumen l. fina. ff. de oper. noui nunc.

143 Decimosextò quæro, quid si collator nolit ostium aperire nominato volenti insinuare? Respond. dolo facit l. 1. ff. de his per quem factũ erit. Imò si collator latitet, vel aliàs impediat ne fiat eidem exhibitio, perinde est atque si facta fuisset, quia pro citato habetur, qui se occultat, vel impedit, ne possit citari c. quoniam. §. porrò. ut lite nõ contesta. clemẽ. 1. de iudi. gloss. in c. capitulum. de rescript. l. fulcinius. ff. ex quib. cau. in posse. eatur. ideò si præcluderet ianuam nominato volenti ingredi, habetur ac si insinuatio facta ei esset. argum. l. vim facit ff. quod vi aut clã, nec tenebitur nominatus iterum redire ad illum pro insinnatione, quia hoc iterum illi facere posset, & pluries grauaretur nominatus insinuare, quod nõ est dicendum, ut suprà dixi, sed hæc in instrumento insinuationis cõtineri, & describi debent & hoc est intelligendum quãdo loco & tempore congruis vellet nominatus insinuare, ut suprà dictum extitit, alioqui contra.

Quando collator non vult ostiũ aperire vel claudit, an nominatus, ledere tenetur.

144 Hoc tamen casu facienda erit exhibitio secundum formam, clemen. causam. de electionibus. glossa in §. statuit. in verbo spectat. de collat in pragmat. Seruatur etiam dicta clementina causam. in insinuatione mandati. Sunt tamen sex casus in quibus mandata afficiunt immediatè beneficia, adeò quod collatio aliis facta non tenet quos tradit Do. Rufeus in tract. de manda. apost. in 3. parte. circa finem. Qui non seruantur in hoc regno, nam ante mensem post præsentationem non est affectum beneficium mandatario, ut supra in forma mandati patet, ut ibi dixi in glo. post mensem, & sequen.

Forma clem. causam. & in mandatis & in nominationibus seruatur.

145 Et si collator statim atque nominatus vel graduatus vult insinuare, discesserit, ut quãdoque vidi: quia non est quod imputetur nominato, valebit talis insinuatio per illam regulam quod per me nõ stat, nihil non est imputandum, regula in iure ciuili. ff. de regulis iuris. l. in executione §. fin. de verborum obligationibus. ubi traditur una limitatio solennis per glossam. facit quod dicit Barbatias post Cardina in dicta clementi. causam. ubi dicit quòd si dum appellans parat se ad legendum appellationẽ, & dum appellatus hoc cognoscit, statim discedit, quòd habetur, ac si totum legisset in præsentia, cùm non posit appellanti imputari quin legerit. l. si fundus. §. si. ff. de lege commisso. Idem ergo erit in nominato. alioqui quotidie fieret fraus per collatores sic discedendo, & nominatos relinquendo, cui est obuiandum. capi. sedes. de rescriptis. & quia ius collegij in uno residet. c. 1. ubi doctores. de electio. scripsi in l. neratius. ff. de verborum signifi.

Collator discedens insinuationem audiat, an sit profit.

146 Item tenetur nominatus, & graduatus simplex dare collatori literas duplicatas, id est exemplum siue copiam literarum, quas insinuat. d. §. teneantur & si noluerit dare, non tenebitur collator sibi prouidere, nec quod in nominationibus sibi mandatur, exequi. dicta clementi. causam. instar eius cui non exhibetur secundum rescriptum. ideò non tenetur exequi quod ei mandatur. capitu. cùm contingat. de rescrip. Et si citato non detur copia citationis, non tenebitur cõparere Nicolaus Milius in reper. in verbo copia in ulti. quæst. & hæc copia debet. esse manu alicuius notarij subscripta, ut faciat fidem. Bonifac. in d. cle. causam. in fi. princip. licet secus sit in appellatione. d. c. appellatio. de appella. in 6. & hoc si ordinarius petat, alioqui dicam insinuationes non vitiari, quia text. concord. nil dicit de subscriptione duplici siue exempli, ideò non hoc addam, ut etiam dixi in glos. cõcord. in verbo duplicatas.

Si nominatus nollet dare exẽplum, nominationum quomodo collator teneatur.

147

Exemplũ esse debeat esse notario subscriptũ.

148 Et hanc copiam facere tenentur, suis scilicet nominati expensis. c. cùm personæ. de priuilegiis in 6 glo. & Barba. in d. clemen. causam Gemina. & Philip. in cap. 2. de litis contesta.

Exemplum nominationũ expensis nominati dandum est.

contestat.in 6.& dico in glos.dare.

149 Fallit collator nollet, vel non requireret: quia sua causa dicitur introductũ, ideò potest ei renunciare l.penult.C.de pa:t.vt expresse dicitur in ordina.regiis. rubri. *des graduez simples*, artic. 2. ibi, *seront tenuz leur laisser les doubles : si lesdiz collateurs le requierent*. quod non video correctum per concordatũ, ergo illi debet stari, & hoc seruari, argu.l præcipimus. C. de appella. Probatur etiam per tex.in l.2. & ibi Ias.in §.notabi.C.de iure emphy. vbi emphyteota priuati non soluens censum intra trienniũ, priuatur re emphyteoticaria, ita demũ, si dominus hoc voluerit.cap. potuit de locat.gloss.in l. 2. ff.si ager vectigal. & sponsalia de futuro etiam iurata dissoluũtur per adulterium, volente & petente spõso, non aliâs, Panor.in c. quemadmodum. de iureiurand. Contractus etiã dolo initus est nullus, si contrahens petierit glo.in l.& eleganter. in verbo nullam.ff.de dolo.not.Panor. & de Burgos.in capit. cùm dilecta. de emptio.& vendit. l.2. ibi, si venditor eum inemptum esse velit, quia id venditoris causa cauetur. ff. de lege cõmisso. Et sic est prima limitatio, quòd insinuatio non sit facienda successori.

Copia peti debet & alias hoc posita.

150 Et sic non poterit nominatus contra aliũ nominatum, vel graduatus contra alium opponere, quod is qui insinuauit, non dedit literas duplicatas siue copiam, vt dicunt, quia fortè collator noluit. sicut dicitur de canone non soluto, vt tertius nõ possit opponere antequam dominus declarauerit se velle. Alexander consil.82. in causa.col. 2.volumine 7.Barba.plenè in cap.mandatum.columna 16. de rescriptis. licet hodie opponi soleat, sed frustra.

Nominatus contra alium non opponit exemplum non esse datum.

151 Item quando aliquis ex eligentibus fuerit contemptus, hoc non potest tertius allegare, quia fortè contemptus non vult. sic consuluit Federicus consilio 217. si potero.& quando fit ipso iure priuatio, & non cum effectu, tertius non potest opponere. vt in bonis ipso iure in fiscum translatis, quæ non vult acceptare fiscus, & sic cum effectu non inducitur priuatio.l.his consequenter.§.1.ff.familiæ hercifcund. Socinus consilio 78.Visis actis.in 4.volum. Sed hic fit priuatio ipso iure, nõ cum effectu, si collator nollit, ergo tertius non poterit opponere, quod est bene notandum, quia vidi doctos in hoc errare, & contrarium tenere.

152 Nec obstat decretum irritans appositum in d.concord.quia ita, demum operatur, si impetrans vti velit Ioan.Monach.in c.statutum.de præbend.in 6. Alexander consil. 173.viso themate. circa.fi.in 2.volu.Baldus & modern.in l.fin.C. de reuocanda donat, Bened in repet.cap.Raynutius in verbo, in eodem testamento.in 1.nume.87.cum seq. de testa.dicens se esse in casu mirabili aliàs consuluisse, vt ibi per eum, vide si lubet.

153 Tertiò fallit, quando primò dedisset exemplum patrono, postea episcopo habenti institutionem: non tenetur aliud exemplum dare, cũ sufficiat dare habenti collationem liberam vel patrono alternatiuè.d.§. teneantur. de cuius natura sufficit alterum.l. si hæredi plures.ff.de condit. instit.cap.inter. & rescriptis. & cùm exprimat patrono esse insinuandum, videtur negare de instituente.arg.l.cùm prætor.ff.de iud.capit. qualis. at.distinct gloss.in §.& similiter. in verbo dispositio.de colla.in pragm. & sufficit semel dare literas duplicatas, vt infra dicam. argu.l. boues.§.hoc sermone.ff.de verbo. significa.ergo non tenebitur dare patrono & instituenti.

Patrono uel instituenti exemplum dari debet.

154 Quarto, nõ procedit in eo qui iure deuoluto confert, cui insinuatio fieri non debet ratione illius qualitatis, quia ad eũ deuoluitur collatio qualificatè.§.si quis verò. de collat.in concor.clem. vna. de supplen.negligen.prælat.& suprà dixi.

155 Decimoseptimò vidi dubitari de nominato, qui insinuauerat vicario episcopi (vt ferebatur) tamen instrumẽto vicariatus non nominabatur vicarius sed constituebat eũ episcopus procuratorem, actorem negotiorum gestorem, ac sindicum in omnibus negotiis episcopatus, & non erat alius constitutus, ob id dicebatur insinuationem non ritè factam.§.teneãtur.de colla.in concorda.Sed ego existimarem valere insinuationem, eo quòd non fiat differẽtia inter hæc nomina per text. in ca.petitio de procura. & c.fin.de voto.e.accedentes.vbi Panor & alij.de præscript.Bart.in l.1.§.1.ff. quod cuiusque vniuersi.nomi. Ias. in l. insulam. de præscriptis verbis. alioqui fraudis materia daretur.

156 Decimò quarto, per quos fiat insinuatio? Respon. per nominatos vel graduatos, vel per procuratores eorũ.text.in d.§.teneantur.ibi, per se, vel per procuratorem. facit textus in l.1.§.ibi, per se, vel, per procuratorem poscere.C.de bonis maternis.Nam intimatio in causa appellationis per procuratorem potest fieri.gloss. in verbo specialiter in clement.causam.de electionibus & ibi latè doctores.sic & ista. Quid si aliquis sit procurator, & tamen non receperit adhuc mandatum, sed affectione ductus insinuat antequam sciat se procuratorem, an valeat talis insinuatio? vide Frãsciquinum. Curtius in consilio 61. præsupponitur. columna penultima, & sequenti. Quod facit ad quæstioné episcopi habentis indultum, an ante receptionem sui indulti alius conferre beneficia ad suam collationem spectantia possit, non decido, vt partes consilia quærant.

Per quos debeat insinuatio fieri.

157 Vidi dubitari de eo qui resignauit abbatiam in fauorem alterius in curia Romana, an admissa resignatione, & antequam fuerit præsentata resignanti, possit resignans conferre,

Resignan. ab admissa resignatione conferre possit.

conferre, quòd sic probat text. in l. si fortè. ff. de offi. proconsul. quem not. Rom. sing. 57. & sing. 566. ac Ias. in l. more. colũ. 3. ff. de iurisdict. om. iud. & Dec. cons. 195. nu. 5. Et quia resignans facit fructus suos, antequã ei intimetur admissio resignationis, cùm sit in bona fide, & bonæ fidei possessor lucratur fructus. l. certum. C. de rei vendic. & collatio, ac præsentatio est in fructu. gl. singu. in c. cùm olim. de maio. c. cõsultationibus. de iure patr. gl. vlt. in fi. in §. volumus. de colla. in concor.

Nominatus possit eligere, an per loco procuratorem velit insinuare.

158 Quæro, cuius sit optio? collator vult vt nominatus per se exhibeat, nominatus, vel graduatus vult per procuratorẽ insinuare, an possit? Resp. sic, quia in alternatiuis electio est debitoris. l. 3. ff. de eo quod certo loco. l. plerunque de iure dotium.

Item hoc beneficium ei à iure conceditur, videlicet, vt per se, vel per procuratorẽ insinuet. d. §. teneantur. ergo ei nõ poterit auferri per collatorem reg. indultum. de reg. iur. lib. 6. Et sic inuito collatore nominatus insinuabit per procuratorem, & graduatus quod est notandum.

Specialis procurator, vel generalis, an requiratur in insinuatione.

159 Secundò, quæro an requiratur procurator specialiter ad illum actum deputatus, vel sufficiat generalis? Respon. sufficere generalem, cùm text. loquatur generaliter de procuratore, ergo generaliter debet intelligi. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præstand. & indefinitè loquitur, quæ indefinita æquipollet vniuersali. c. vt circa. & ibi gl. notab. de elect. in 6. Item nomen habet, ergo & effectum habere debet. l. à nullo. C. de fer. ad hæc procurator generalis omnia potest facere, quæ diligens paterfamilias faceret. l. procurator cui. ff. de procur. facit l. verò. de solutio. Bart. in l. si procurator. de condict. indeb. Procurator generalis potest denunciare. gl. & Bart. in l. 1. §. 1. ff. de lib. agnoscen. Et hæc insinuatio non est de casibus requirentibus speciale mandatum, de quibus in ca. qui ad agendum. de procu. in 6. Bald. in §. 1. instit. de his per quos agere possum. Bar. in d. clemen. causam. col. 3. Et procura-

160 torem etiam eum accipere debemus, cui mandatum est, siue huius tei tantùm mandarum susceperit, siue vniuersorum bonorum. l. 1. §. procuratorem. ff. iudica. solui. tutius est tamen, quòd procurator constituatur etiam ad insinuandum, ad requirendum collatorem, & acceptãdum, & ita solet fieri per cautos nominatos, beneficium tamẽ non poterit acceptare sine speciali mandato. §. statuit. in verbo procuratorem. de colla. in prag. Licet contrariũ teneat Card. in clem. vna § quem etiam. q. 3 de concess. præben. & Perus. in c. si tibi absenti. de præben. in 6. & sufficit quòd sit constitutus ad acceptandum quæcunque beneficia, licet non sit expressum ad tale beneficium acceptandum. Anto. Imol. & alij in c. accedens, de præbend.

161 Tertiò dubitatur, an debeat constitui laicus vel clericus? Videtur quòd debeat esse clericus, quia per laicos causæ ecclesiasticæ nõ debent tractari. c. decernimus. de iud. Secundò facit quòd capitulum non potest compromittere in laicum, vt eligat prælatum nomine capituli. Panor. in c. causam. q. 1. de elect. Tertiò, laicus non potest constitui procurator ad eligendum, quia deducere negotium spirituale de non esse ad esse, non potest laicus. Domi. in ca. 1. de procur. lib. 6.

Procurator laicus an possit insinuare.

Contrarium dicerem verius, nam laicus potest cõstitui ad resignandum. gl. not. in cle. vna in ver. procuratorẽ. de renunciati. Bar. in c. olim. nu. 13. cum seq. de rescr.

162 Item potest constitui laicus procurator ad acceptandum beneficium certũ, vel incertũ Panor. & alij in c. accedẽs. de præb. quia talis procurator in illo actu acceptionis se habet vt nudus minister, & vt pica, declarãdo voluntatem domini. Ideo censetur factum ab ipso constituente, vt not. in l. multum. C. si quis alteri, vel sibi gl. in §. statuit. in verbo, procuratorem. de coll. in prag. Feli. in c. apostolicæ. col. 3. de excep. plenè Cardi. cons. 1. de præb.

Potest etiam laicus constitui syndicus. c. vno. de synd. & ibi no. dec.

163 Nec obstat quod non possit causas ecclesiasticas tractare. hoc verum suo nomine, sed nomine clerici non prohibetur, sicut filiusfamilias non potest esse in iudicio suo nomine contra patrẽ. l. lis nulla. ff. de iud. tamẽ nomine alieno, & sic procuratorio potest. Idem in liberto contra patronũ. l. quæsitum. ff. de in ius vocand. Ioh. Andr. plenè in regula, quòd alicui. de regu. iur. in 7.

Nec alia obstant, quia si laicus habet nudum ministerium exhibere, nec habet reducere ius spirituale ad aliquod esse, & tunc poterit esse procurator. ratio est, qui spiritualia transeunt per manus laici tanquam aqua per canale lapideum. c. si iustus. 1. q. 1. aliâs contra. no. in d. c. decernimus. per moder. Tutius tamen esser constituere clericũ, secundum Io. And. in d. c. accedens. & ibi Card. q. 3. & sequen. Si tamen laicus sit fidelior, tibi eum eligere poteris.

164 Quartò, an ille qui insinuat tanquam procurator, debeat ostendere litera procuratori? Videtur cautio de rato sufficiat. l. 1. C. de proc. & sic quòd non teneatur exhibere.

Litera procuratoria an sint exhibenda.

Contrarium dicerẽ, nam qui aliquid facit nomine procuratorio, debet ostendere procuratorium. arg. l. hæres. ff ad Trebel. l. si fundum. vbi Bald. 3. oppo. C. de rei vend. Bart. in l. si quis infitiatus. ff. de poss.

165 Vbi dicit, quòd quando tu protestaris mihi tanquam procurator, vel tanquam hæres, vt ego soluam tibi, debes mihi facere fidem per instrumẽtum, quòd sim procurator, vel hæres, alioqui ego nõ constituor

in mota. & hoc sequitur Alexand. cosillo 78.viso & diligenter.col.3.in 5. volu. Feli. in c.cùm contingat.6.conclusio.de rescrip. D.Boër.in addit.ad Mandagot. in tract. de electio.vltim.parte in forma 6.qualiter per procuratorem appelatio ignorantibus denuncietur,quia reus non tenetur excipere de mandato in extraiudicialibus, sed actor tenetur ostendere.Bald.in rub.C.,deposi.& in deci.Neap.q.316.Galiotus,&c.col.1.

166 Item procurator promittens indemnitatem,tenetur ostendere se esse procuratorem.Bartol.in l.pater.ff.de dot. præleg. Socin.consil.29.visis puncto. col. 2. in 3. vol. quia qui dicit se talem,tenetur hoc probare.l.nō ignorat.C.qui accusa.non possunt. & ibi addidi alia ad hanc rem pertinentia,

Ratihabitio,an sufficiat in insinuationibus.

167 & sic non sufficeret ratihabitio, quia quando requiritur consensus certo, & determinato tempore pro forma actus, ratihabitio postea superueniens non ratificat actum.c.auditis.de elect.sed hic requiritur mandatum ab initio,ergo postea approbatio non valebit,& quia hic debet esse procurator verè,non fictè de quo plenè Felin. in c.nonnulli.§.fin.col.3.versic.amplia.3.cū seq.de rescri.vbi etiam videbis in versicu. amplia.quartò,an sufficiat,si in instrumento insinuationis dicatur, talis N. procurator insinuauit literas nominationū,& alias pro tali,&c.vide ibi.Et per hoc patet,quòd quando procurator requirit beneficium intra sex menses, debet ostendere literas sui mandati,si petatur,aliàs non valebit requisitio,sicut non valet præsentatio facta per procuratorem,qui non ostendit literas intra tempus, quo poterat præsentare. sic in propriis terminis scribit Lappus. allegat. 22.an sufficiat.

Practica insinuationis à procuratore faciendæ.

168 Nam mandatum non præsumitur etiam ex temporis diuturnitate.l.fi. ff. de vsucap. pro empto. Bald.& Salic.in l.1. C. de rebus alie.non alienand.etiam lapsu mille annorum. Bald.in l.2. C. si ex falsis instru. refert Felin.in ca.sicut.colum.16.numero 31.de re iudi.doct.in l.sciendum.ff. de verbor. obli. Et ideo cautus nominatus in instrumento insinuationis facit describere instrumentū procuratorij,sic instrumentum insinuationis dicet,talis procurator talis nominati, cuius procurationis instrumenti tenor talis est,& describetur instrumentum procuratorij ad verbum, demum quomodo insinuauit, & quæ in insinuatione gesta sunt,ista vidi sic dictari, quæ docti notarij extendere sciunt. Vide tamen Auffre. in stilo parlamen. arresto 129. Item nota quòd certa & requisita in instrumento insinuationis,scripsi in glos.insinuare.de colla. in §.teneantur.

Præsente nominato potest per alium fieri insinuatio.

169 Quintò quæro,quidam insinuat nominationes præsente nominato nihil dicente, an valeat insinuatio? Videtur quòd non, quia per se oportet quòd faciat, vel per procuratorē,quod hic non facit, ergo non valebit. Vnde dominus comparendo cum aliquo in iudicio, quem dicit esse suum procuratorem,non videbitur eum constituere procuratorem,nisi expressè eum constituat. Salicetus in l.non ideo minus. C. de procu.& Guido Papæ in decis.delphina.q. 40.quæritur.

170 Contrium est verum, nam præsentia personæ cum patientia inducit tacitū mandatum.l.1.§.magistrum.ibi,ceterū si scit, & passus est eum in naue magisterio fungi, ipse eum imposuisse videtur.ff. de exercito. actio.l.1.vbi Areti. C. de errore aduoca.gl. notab.& ibi Bald.in l.1.in princi.de negot. gest.Inno.& alij in cap. ex parte decani. de rescrip. decisio. Neapolit. 308. Franciscus, Bart.& alij in l.sæpe.ff. de re iud. Alexāder consil.157.viso.colū.3. in 2. volumine. licet tacitum mandatum non sufficiat ad hoc, sed quia insinuatio fit eo præsente, dicitur ipse facere,etiam propriè.per text.in l.certè §.1.ibi,propriè habere dicor.ff. de preca. & sic præsentia sufficiet,licet viderim multos dubitare.Et fuit latum arrestum valde huic materiæ accomodum Anno 1534. die verò vlt. Iunij.

Arrestum.

171 Præterea licet textus dicat per se, aut per procuratorem,tamen poterit fieri mixtim, id est per se,& per procuratorem simul. gl. in l.certi conditio.§.quoniam. ff. si cer. pe. & ibi plenè doct. Bald.in cons.270.ad euidentiam.in 1.vol.& alibi dixi.

Insinuatio valet,& si episcopus nihil dicat.

172 Idem si episcopus nihil dicat, quando fit insinuatio,non enim minus valebit, instar eorum quæ not. Bart. Bald. & alij in l. omnium.C.de testa.per illum tex. ibi,nihil de eadem voluntate responderunt. vbi dicit Bart.Nota tu Perusine, quòd sufficit vt testamentum producatur coram iudice causa insinuandi,licet iudices nihil dicant. & ita practicant aduocati Perosini.& ibidem dicit Bald.idem esse in omnibus, in quibus ex forma statuti sufficit sola productio,satis est facere quod dicit statutum. statuta enim tantùm disponunt,quantum loquuntur,& non plus Bald. in l.testamentum non ideo.in fin. C.de testa.Ias.cons. 51. tota dubitatio.colum.tertia.in 1.volu.ideo sufficit facere quod dicit concordatum, videlicet insinuare,licet collator nil dicat. vt suprà dixi.

Nūcius an possit insinuare

173 Sextò,an possit fieri insinuatio per nuncium? Videtur quòd non,quia non est procurator,& per se,vel procuratorem debet fieri insinuatio. Sed videtur quod sic, quia nuncius procurator dicitur per glos. sing. in l.multum interest.C.si quis alteri, vel sibi secundum Baldum in Margari.in verbo procurator.55.quæstione.qui actus factus à nuncio,postquam est in esse deductus,verè videtur à domino, & non per fictionem celebratus.l.pater. ff.de manu.vindict. Bar. & alij in l.si is qui pro emptore.ff.de vsuca.

Bar.

Bart.in rubr.C.de exercitoria actio.col.3.

174 Vnde dicit Bal.in d.l.multū.col.5.quòd procurator dicitur tripliciter,largè,vt contineat omnes administratores,prælatos, & syndicos. nil allegat. adduco text. in c.2.de donat.ibi.cùm episcopus,& quilibet prælatus ecclesiasticarum rerum sit procurator, & non dominus.c.si.12.q.1.Lucas de penna in l.2.col.2.C.de præd.curial. sine decreto non alienand.lib.10.

Procurator dicitur tripliciter.

Secundò dicitur procurator, vt strictè contineat,& procuratores,& nuncios,vt d.l.multum.

175 Tertiò,strictissimè,vt contineat procuratores prout differunt à nunciis, nedum à prælatis & syndicis, secūdùm eum. & quis dicatur nuncius,declarat gl.in d.l.multum. & ibi doct.Ias.in l.qui Romæ. §. Callimachus.col.penult.ff.de verbor. obligat. Imo fortius dico in his quæ ad ius referuntur, gesta per nuncium dicuntur per dominum verè & propriè fieri,non fictè.l.1.§.omnia. C.de veter.iur.enucleand.l. pater. in fi. ibi, cæteri ū ipse manumittit.ff.de manumissio. Item in his quæ per actus naturales acquiruntur,nihil,vel admodū parū differt procurator à nuncio,quia acquisitio dominij, & possessionis verè,fit mediante procuratore.l. quod meo. § procurator. ff. de acqui. possessi.in his verò quæ acquiruntur per actum ciuilem,gesta per procuratorem, cēsentur esse gesta per dominum ex quadā fictione.l.si pater.ff.quæ in fraudē credito. Ioh.Curtius in repet.l.si is qui pro emptore.ff.de vsuca.col.49.& seq.

Tamen quia verè procurator non est in forensi iudicio,insinuatio nūcij vix reciperetur,nisi à domino mandatum haberet, & ostenderetur,quia text.per se,vel per procuratorem dicit,& nūcius propriè non est procurator.vt in d.l.multum. Quamuis contrarium teneat d.Probus in §.statuit. in verb. procuratorem,de colla.in prag. dicens rati habitionem etiam sufficere. quod non placet,vt suprà probaui nu.98. & ipse nihil probat,ideo illi non respon.

Substitutus procuratoris an possit insinuare.

176 Septimò quæro,an per substitutum possit insinuatio fieri? videtur quòd non. text. loquitur tantùm de procuratore, & non de substituto procuratoris, ergo substitutus non poterit,quia hoc nō dicit prætor. tex. ita loquitur in l.si seruum prætor. ff. de acquir. hæred.

Contrariū teneo,quia substitutus à procuratore,censetur procurator.ca.1.§.1. c. is qui.& c.si duo.de procura.lib. 6. & censetur à domino constitutus, quando procurator à domino habebat speciale mandatū substituendi, alioqui non. de rota decis.8. substitutus.de procura.in nouis.per tex. in l.item eorum.§.si decuriones. ff. quod cuiusque vni.nomi. & decis.414. si aliquis in eisdem.& decis.454. fuit dubitatum.ibidem.Sic dicerem si procurator non haberet potestatem substituēdi à domino,quòd non valet insinuatio facta ab isto substituto,cùm non possit substituere ante litem contestatam.d.c.1. & etiam quia non esset procurator,vt requirit concordatum.

177 Et an inhabilis possit constitui procurator ad substituendum habilē? Super hoc facio sex conclusiones, quarum prima est. Potest constitui nuncius inhabilis, vt constituat & substituat procuratorē habilem. quia tantum præbet nudum ministerium, vt pica & organum.l. qui autem.§.si.ff.de consti.pecu. Bar.in l.1.§. item acquirimus. in fi.ff.de acqui.possess. & quis potest facere per aliū,quod potest facere per seipsum. regula,potest quis,de reg.iur.in 6.

Quando inhabilis possit cōstitui ad substituendū habilē.

Secunda conclusio,quando quis constituit procuratorem inhabilem ad substituendum habilem,& in constitutione dicitur ex nunc prout ex tunc.dominus eligit substituendum,tunc constitutio etiam ab inhabili valebit,quia inhabilis tantum præbet nudum ministerium.ita Io. Calder. in cap. post cessionem.in fin.de probat.inferens q substitutio facta hoc casu per excómunicatū,valebit:quia est nudus minister, & fungitur vice nuncij,& nō procuratoris,quod non est prohibitū. Moder. in d.l. si is qui. per c.iudex.de offic.delega.lib.6.

Tertia conclusio inhabilis procurator constitutus ad substituendū certum & habilem,potest illum substituere,& ille substitutus à procuratore,cēsetur à domino substitutus,l.vnum ex familia. §. si de falcidia. ff. de legat.2. l.pater ex prouincia. in fin. ff. de manu.vindic. not.in d. c. post cessionem Domi.in c.si gratiosè.colum.3..de rescrip. lib.6.nam licet quis in codicillis nō possit hæres institui,tamen si instituatur in testamento is qui nominabitur in codicillis, valet institutio,quasi censeatur in testamento nominatus & institutus. l. institutio. ff. de condi.institu.& vicarius creatus cum potestate substituendi,si substituat, substitutus censetur vicarius episcopi,non vicarij. Archid.&Ancha.in d.c.1.& sic substitutus poterit conferre beneficia substituenti,cū nullam ab eodē habeat potestatē,sed ab episcopo,per supra adducta,per ca.non indiscretè.de procur. Auriol.in adde.ad mōtem Laudunum,in c.si.de offic.vica.lib.6.& c.super eo,de præb.co.lib.

Quarta conclusio, procurator habilis constitutus cum potestate substituendi,si postea fit inhabilis, vtpote excommunicatus, poterit tamen alium substituere. Aret.in d.c.post cessionem. quia procuratoris constitutio est quidam actus extraiudicialis,qui excommunicato non est interdictus.cap.si verè.de senten. excommunic. Innocen. & alij in cap. veritatis. de dolo. Dixi in repet.cap.postulasti. in 1. notab. de cleric.excomm.ministran, Ista etiam conclusio procedit in alio inhabili.l. cùm pa-

ter.§.hæreditatem.ff de leg.2.

Quinta conclusio, quando quis constituit procuratorē inhabilē ad substituendū alium in locum suum, tunc non valebit substitutio, si alius penitus erat inhabilis, secus si habilis, licet per exceptionem potuisset inhabilitari. glo. in cle. religiosus. de procura. Bart. in d. l. 1. §. item acquirimus. ff. de acquiren. possess. quia substitutio videtur radicata in persona procuratoris. ideo cum non sit habilis non potest habilem facere in locum suum. d. cle. religiosus. probatur per gl. in l. eam quam. C. de fideicom. vbi incapax nō potest hæres institui, vt restituat habili, ex quo institutus semper remaneret hæres. l. 1. ff. ad trebel.

Sexta conclusio, procurator inhabilis cō stitutus simpliciter cum potestate substituē di alium poterit substituere illum, & valebit substitutio. Anton. & Aret. in d. c. post cessionem. Soci. in d. §. item acquirimus, quia electus ab isto à domino censetur electus, & habere mandatum, non à substituē te. l. item corū. §. 1. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. gl. in ca. 1. de procur. in 6.

Octauò, an persona coniuncta possit insinuare? Videtur quòd sic, quia eas impetrare potest, gloss. in cap. ad aures. & c. nonnulli. de rescri. gl. in §. statuit, in verbo procuratorem. de colla. in prag. & quia non inuenitur prohibitum, ergo permissum. arg. l. præcipimus. C. de appellatio. & coniunctus procuratori æquiparatur. l. exigendi. C. de procura. & summa est æquitas, vt hoc possit.

178 Contrarium teneo, cum tex. in d. §. teneā tur, & etiam ordina. regiæ suprà allegatæ velint, vt per se vel per procuratorem insinuet. ergo excludit coniunctum, quia lex non facit hunc procuratorem. imò sicut in nominatione est diuersitas, sic & diuersitatis effectus. Bal. in c. ex parte decani. col. 3. de rescript. l. si codicilli. C. de codicil. & licet coniuncta persona admittitur ad agendum pro coniuncta. l. exigendi. C. de procurat. non est tamen procurator. l. 3. §. 1. ff. iud. solui. vbi Bartol. & Panor. in c. pe. col. 2. q. 4. de re iudic. quia non vult lex eam coniunctam personam facere procuratorem, quoniam procurator à solo domino constituitur. Bal. in l. 1. col. 2. C. quibus res iudi. non nocet. sed insinuatio debet fieri per procuratorem. ergo non poterit fieri per coniunctam personā, cum non sit procurator, & coniunctio sanguinis non supplet speciales defectus mandati. l. patri. ff. de minor. Inno. & Panor. in c. accedens. de præben. Feli. in ca. nonnulli. §. fi. col. 2. & 12. de rescript.

Persona coniuncta an possit insinuare.

Item lex loquens in vna persona, non extenditur ad aliam. gloss. & ibi doct. in l. pen. ff. de in ius vocan.

Præterea hoc dixissent conditores, si voluissent. c. ad audientiam, de decimis. & quia tantum expressetunt per se vel per procuratorem, ergo illi expressioni stabo. Fallit quando consuetudo vel statutum vellet & statueret, quòd coniūcta persona esset procurator: tunc quia habet mandatum à lege, posset. Bald. in dict. l. 1. quod dicit esse valde notandum: vide eundem Bald. in c. in super notab. 2. de testi.

179 Idem dico in amico, etiam si maxima amicitia esset cum amico nominato iunctus, vt non possit insinuare, quia non habet mandatum, nec est procurator, quod requiritur in d. §. teneantur, licet amicus multa possit facere sine mandato, quæ tradit Alex. Iacob. & Ias. & alij in d. l. exigendi. & in l. cum alienam. C. de legat. Feli. in c. coram. eolum. 2. de offic. deleg. quæ scripsi in scholastic. priuileg. 104. etiam si diceret se insinuare tanquam procurator, quia per cautelam verborum non potest rerum natura immutari. Bald. in c. licet. de vitanda. de elect. Ias. conf. 136. præsupponitur. col. 3. in 4. volu.

Amicus pro amico non insinuat.

180 Item dicerē de negotiorum gestore, quia non est procurator, qui negotia mandato domini administrat. l. 1. ff. de procurat. Feli. & alij in c. cum M. de constitutio. negotiorum gestor mādatum non habet, & licet in spiritualibus possit interuenire. glo. in verbo petere, in c. quā sit. de elect. lib. 6. & dominus poterit habere ratū suo nomine gestum intra tēpus, intra quod actus poterat fieri. l. bonorum. ff. rē ratā haberi. Panor. in d. c. accedens. de præb. tamē hic non sufficit ratihabitio nominati vel graduati post insinuationē per supradictas personas factā, quia vbi requiritur mandatum præcedere, ita quòd hoc sit statutum pro forma actus, ibi ratificatio nil operatur. l. si verò non remunerandi. §. si verò post ereditam. ff. mandati. quia est præposteratio quæ vitiat. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquirend. hæred. Bald. in c. ex parte decani. col. 3. de rescript. Item forma non procedit in casu ficto: ideo licet ratihabitio retrotrahatur, & mandato comparetur: reg. ratihabitionem. de regu. iur. in 6. non tamen est mādatum, quod requirit tam concordatum, quàm ordinationes regiæ. & quando est aliquid pro forma introductum, vel quādo sunt expressæ certæ personæ, non procedit casus fictus Albert. Brunus in tract. de forma & solennita. actus. rubr. ex quibus consistant forma & solennitas. q. 45. licet de æquitate fortè posset contraria opinio sustineri. sed non quo ad insinuationem.

Negotiorum gestor an insinuare possit.

181 Nonò, ergo tradidi literas gradus & nominationis alicui, qui insinuat sine alio mādato, an valeat? Videtur quod sic, quia traditio literarum habet vim taciti mandati: ideo qui habet literas gradus, & nominationum, præsumitur habere mandatum. gloss. singul. in l. fi. C. de pact. conuen. vbi maritus habens instrumentum bonorum parapher

Habens literas sine mandato nō insinuat, licet mandatū cōsequatur haben.

paraphernalium vxoris, præsumitur eius procurator:& qui habet instrumentum causæ penes se, præsumitur procurator. Bart. in l.vulgo.per illũ tex.ff.de administ.tutor. Guido papæ.consi.68.circa processum. col. 1.vbi concludit, quòd si quis dederit rescriptum regium alicui, videtur dedisse potestatem petendi interinationem illius, ac verificationem & executionem, maximè quando probat instrumenta ab ipso domino tradita. nam illa probatio traditionis inducit probationem mandati. Rom.consi.446.primus propositæ.in 2.q.

Contrarium teneo, quia non sufficit tacitum in insinuationibus istis mãdatum, sed requiritur expressum:& quia is qui habet tacitum mandatum, non est procurator ergo non potest insinuare. & licet traditio instrumentorum præsumat tacitum mandatum vt supra probatum extitit, tamen illud non sufficit.

182 Bene fateor quòd si procurator constitutus à nominato deferret instrumentum procurationis, & obiiceretur eidẽ, quòd nõ esset is, de quo instrumẽtum loquitur, certè præsumeretur esse ille, de quo cantat instrumentum, postquam defert literas nominationis, & alias.arg.l.si qua per calumniam. & ibi Bald.in fin.C.de episc. & cleric. sicut quando nuncius literas iudicis portat, præsumitur nuncius illius. Soc.in tract. de citationibus.arti.24.q.5.in fi ad hoc vt non possit cõtra eum opponi, quod non sit seruiens illius iudicis. ita loquitur gloss. prædictæ l. fi.& doct.supra allega. Cepola. cons. 11. casus.in 2.qõ. Boér.in decisi. Burdeg. q.154. aliud ortum fuit in fine.

Literas deferẽs præsumitur is de quo loquitur.

183 Decimò, an procurator insinuans videatur suo, aut procuratorio nomine insinuare? Respon. si semel ostẽderit literas procurationis, censetur procuratorio nomine intimare, licet non dicat se facere nomine alterius. Nam si dico ego procurator insinuo, sequitur quòd procuratorio nomine. vt not.in l.qua ratione. ff. de proc. hoc docet Bal.in c.edoceri.nu. 2. de rescript. Idem si dicat, insinuo pro tali.l. post dotem. in verbo filiæ voluntate. & ibi Imol. ff. solu. matrim.l.1.§. nunciato. & ibi Bart. & alij. de operis noui nuncia.& l.si ibi stipulatus. §.Grysogonus.de verbor.obliga. Soc.in c. 1.in 7.artic.q.7. de libelli oblatio. Alberi. in l.1.in fi.ff.de administra.tutor. Bald. in l. si patruus. col. 2. C.communia vtriusque iudi.vbi concludunt docto. quòd quando actus potest intelligi gestus duplici nomine, tunc præsumitur gestus eo nomine, secundũ quod poterit valere, vt actus potius valeat quam pereat. l. quotiẽs, 2.ff.de reb. dub. Fel.in c.cũ ex officij.de præscrip. post Panor.in c.nisi. de præb. & si possit valere pro vtroque, in dubio inspiciemus literas duplicatas, vel nomen & cognomen quod dedit si non apparerent, nomine suo videatur insinuare.argu.l. de eo. ff. de iure fisci. Guido papæ singu. 700. agendo. vbi dicit quòd agendo simpliciter dicitur nomine suo agere. vide tex.sing.in l.fi.ff. quando ex facto tutor.l.tirium.§. præfectus. ff. de administr.tutor. & Signorel. consilio 190. in nomine, &c. & Alciat. in tracta. præsump. fol.280.in a 4.præsump.2. regulæ.3. partis. vbi tractat, & istud probatur instar.legati, qui si conferat in dubio vt legatus, & legationis authoritate videtur conferre. c. si qui.& ibi Philip.Fran.de præb.in 6.& item probata insinuatione facta per procuratorem, præsumitur facta expensis facientis. Bal.in l.fi.§.in cõputatione.no.2.C.de iure delibera. Guido sing. 702. probato. & ad vtilitatem constituentis.l. penult.ff. si quis cautio.

Procurator, an censeatur nomine procuratorio insinuare.

184 Vndecimò nominatus constituit procuratorem ad præsentandum literas gradus & nominationis, & ad acceptandum, & ad resignandum, postea collatum fuit isti nominato beneficium, an illud possit procurator ratione huius procuratorij resignare? Et breui respondent do. de Rota decisio. xxvj. verũ possit. de procurator. in antiq. quòd non, dicentes non valere procuratorium ad acceptandum, & postea permutandũ, quia constituens non erat dominus beneficij tẽpore constitutionis. Ideo nõ firmatur. quod de iure ab initio nõ subsistit, reg. non firmatur. de reg.iur. in 6. & 1.õ potest quis priuari beneficio, quod nõ habet. l.traditio.ff.de acq. rer. domin. Bart. in l. si vniuersæ.C. de leg. priuario enim præsupponit habitum.l.decem.ff.de verb.oblig.§. seruus.inst.de capi. diminutio. Et etiã quia ad renunciãdum debet interuenire speciale mandatũ certi beneficij.cle. vna, de renun. facit l.si quis mihi bona.§. sed vtrum. ff. de acqui.hæred.vbi iussus debet esse specialis de adeundo certam hæreditatem: sic in repudiando. ita in proprijs terminis tenet Io. Dayma suprà in proœmio cõcord. in verbo adiunctum.fol.104.col. 4. & fol. seq. & ibi plus dicit, non valere constitutionem procuratoris, si est constitutus ad acceptandum, vel præsentandum ad beneficium viuentis, ne captãdæ mortis occasio præbeatur. c. ne captandæ de cõcess. præbend. in 6. nam sicut non valet repudiatio hæreditatis superstitis. l. qui superstitis ff.de acquir. hæred. Et is potest repudiare qui potest acquirere. l. is potest. ibidem plenè Ias. in l. his qui hæres. ibidem. ita non valet constitutio procuratoris, vt quis repudiet, quod nõ habet:& sic postea habito, & acceptato beneficio requiritur aliud speciale mandatum ad resignandum, vel permutandum. & sicut hæres constitutus sub conditione si repudiat, interim nil agit, ita & iste procurator, sine nouo mandato. l. is qui hæres. in princip. ff. de acquirend. hæred. & si sub conditione, vel ex die certa, nobis legatum

De procuratore dato ad acceptãdum, & resignãdum, vt facta acceptatione non possit resignare.

 sit,

sit, ante cōditionem vel diem certum, repudiare nō possumus: nam nec pertinet ad nos, antequam dies veniat, vel conditio existat. l. si ita scriptum. §. 1. ff. de lega. 2. glo. & doct. in c. 3. de deci. nec valet concessio religioso facta ad consentiendum electioni faciendæ. ele. si. de elect.

185 Nam sicut non posset resignare de præsenti beneficium sibi acquirendum, ita non potest constituere procuratorem, vt resignet illud quod non habet, nec potest fieri verè, nec per fictionem, quæ requirit duo extrema habilia. Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuca. & extremum à quo non est habile, ideo non potest fingi, & secundum hanc opinionē fuit iudicatum in magno cōsilio in præsentia domini cācellarij, & plurium magistrorū libellorum relatore domino Molinerio cōsiliario Tholosæ, anno 1536. die 20. Ianuar. pro præbenda Agenen. & ita etiam fuit iudicatum in supremo Burdegal. senatu, vt testatur Boer. in decisi. suis. q. 108. vtrum quis posset. nempe quod quis, si velit habere non potest, id repudiare non potest. l. qui non potest facere. in fi. ff. de reg. iur. Item si procuratori cōferatur beneficium, & his petat sibi fieri instrumentum, non ob hoc videtur acceptare, quia contradicens potest petere sibi fieri instrumentū. Calder. cons. 2. de præb. nec probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse. l. neque natales. C. de probatio. & pulchrè tradit D. Bonet. in repet. illius legis.

Arrestum.

186 Duodecimò, an excōmunicatus insinuare possit literas gradus & alias? Videtur quod non, quia communio prohibetur cum eo. c. 2 de except. Contrarium respondeo. quia per insinuationē nihil iuris quæritur graduato aut nominato incerto beneficio, ante vacationē, ergo nominatus poterit insinuare, tam per se quàm pro alio, & talis insinuatio valebit, per ea quæ scripsi in §. si quis verò. in verbo disposuerit. de col. in concord. imò fortius poterit nominatus, vel graduatus vacans beneficium acceptare, & valebit hæc acceptatio facta per excōmunicatum, cùm non sit nisi quædam voluntatis declaratio quam excommunicatus non perdit, vt concludit, de Rota. decis. vlt. de sent. exc. & Card. in cons. 103. casus super quo col. 4. plenè dixi in repe. c. postulastis. 2. not. de cleric. excomunic. ministra.

Excommunicatus, an pro se, vel alio insinuare possit.

187 Decimotertiò, quidam constituit procuratorem ad insinuandum literas gradus, & nominationis, non expressit literas temporis studij, an valeat insinuatio facta per istum procuratorem? breui dicerem non valere, quia non est constitutus ad hoc, nec est procurator, nisi ad insinuandum duas literas expressas, ergo ad alia non reperitur constitutus, nihil enim limitato, & expresso addi debet. l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. & constitutus in vno non est in alio cōstitutus, imò vnum exprimendo aliud prohibere videtur. arg. l. cùm prætor. ff. de iud. nisi dixisset, & alias literas ad hoc necessarias, quod semper debet conscribi à notario.

Insinuatio facta ab eo qui nō habet potestatē non valet.

188 Vltimò quæritur, quidam asserit se habere mandatum præsentandi nominationes, & alias literas, cùm nullum mandatum habeat, qua pœna veniat plectandus? Resp. pœna falsi. tex. & ibi doc. not. in l. si autē. §. item si fundū. ff. de neg. gest. hoc expressè dicit Rom. cons. 446. primus. col. 1.

Asserens se habere mādatum quod nō habet falsi tenetur.

189 Nota vnum singulare dictum, quòd si statutum dicat, quòd aliquis puniatur tanquā falsarius, tamen non debet puniri pœna legis Corneliæ de falsis, sed alia pœna arbitrio iudicis. Bal. & Fel. in c. nōnulli. §. sunt & alij. de rescri. & Feli. in ca. solitæ. col. 2. de maiorit. & obed. Refert & sequitur Hipp. sing. 236. dictio tanquam. & ita intelligitur ord. regia. rub. *des notaires*, artic. 12. ibi, *comme faulsaires*, & ibi plenè dixi assignando rationem.

190 Vndecimò, videndum est quotiēs insinuandum sit. Respon. semel tantùm literæ gradus, nominationum, certificatoriæ temporis studij, & nobilitatis. tex. in §. præfati. 2. ibi, semel ante vacationem. de colla. in concord. facit text. in l. titia seio. §. vsuras. ibi, quam sufficit semel interuenisse. ff. de leg. 2. l. cùm procurator. §. 1. ibi, nam & ipsi domino, cùm semel nunciauit, non permittitur iterum nunciare. de ope. no. nuncia. l. 3. §. illum sciendum. ibi, sed semel, inter initia facta, quod vi aut clā. l. fi. §. & hæc quidem in fi. ibi, semel enim & non sæpius eam peti concedimus. C. de iure delib. & si hæc non sufficiant, alia tradit Matth. de afflictis in trac. de iure prothomiseos. §. vt infrà triginta. col. 5. & Ias. in l. si duobus. §. si ei qui. & l. qui per salutem. ff. de iureiur. & l. prætor. §. deinde. de operis noui nuncia. omitto l. boues. §. hoc sermone. de verb. sig. & c. non potest. & quæ ibi vtrobique addidi de præb. in 6. & l. videamus. ff. quòd met. cau. & quæ tradit Geor. Natam in repet. cle. sæpe. in princ. col. 53. de verb. sing. & quæ dixi in 1. notab. l. vnicæ. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. Et quod sufficit semel profiteri in vna religione, nec tenetur iterum facere professionem, si ad aliam religionem transfertur, vt concludit Federi. in consilio 5. quidam monachus. quæstione prima, quòd est intelligendum quo ad hoc vt monachus fiat alterius monasterij, secus quo ad substantiam regulæ. Dec. in capitu. præterea. de præb.

Semel insinuandum est.

Amplia quòd nisi semel nō est insinuandum etiam successori. in ordina. regiis rub. *des graduez simples.* artic. 3. in fin. ibi, *En faisant vne fois apparoir ausdictz collateurs, ou patrons d'icelle noblesse*: & quamuis loquatur de instrumento nobilitatis, idem tamen est in aliis, nec debet diuerso iure censeri. l. eum qui. ff. de vsucapi. & suprà dixi, & an si canonici qui elegerunt, moriantur antequam

quam

quam electus per eos confirmetur, succeſſores teneantur electum confirmare, vide Rofred. in q. ſabbati. q. 5.

Caſus in quibus vltra ſemel inſinuandum eſt.

191 Primò, fallit quando prima inſinuatio non eſſet ritè facta, vtpote extra tẽpus quadrageſimæ, tũc iterum debet ritè fieri, quia quod nullum eſt, habetur ac ſi factum non eſſet. l. quotiens. ff. qui ſatiſ. cog. & quando teſtes non ſunt ritè examinati, poteſt peti iterũ eos examinari, licet ſint publicati. tex. ſing. in l. veluti. ff. de edendo. ſecundum Bal. in Marg. in ver. teſtis, in 8. q. & additio non ritè facta, habetur pro non facta. Iaſ. con. 127. dubitatur. in 4. vol. multa dixi in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica.

192 Secundò fallit ex cauſa. nã edi iterũ iubet prætor ex cauſa, vtpote ſi dicat collator perdidiſſe literas duplicatas. l. ſi quis ex argẽtarijs. §. fi. cum l. ſeq. ff. de eden. l. fi. de bonis auct. iud. poſſi. & ibi Bar. Dec. in c. 1. col. 30. de prob. ver. circa prædicta duo no.

Tertiò limitatur quãdo plures impetrarent nominationes, vtpote in ſingulos annos, vt fit in hac patria cõſuetudinaria, tũc etiã in ſingulos annos poſt impetrationem tenetur eas exhibere collatoribus, etiam ſemel tantum: & hoc probatur in dict. §. teneantur.

Quartò non procedit in nomine & cognomine, quod in ſingulos annos debeat inſinuari. d. §. teneantur, vt collator videat diligentes, & illos qui non renunciauerũt ſuis nominationibus, vt ſunt multi, tam per matrimonium, quàm per alia, de quibus in vlti. q. dicetur inferius.

Collatoribus ſciẽtibus an inſinuandum ſit.

193 Duodecimò, an collatoribus ſcientibus inſinuentur nominationis gradus, & aliæ literæ? Videtur quòd non, quia certus nõ debet certiorari. l. 1. in fi. de acti. emp. Regula, cum qui certus. de reg. iur. in 6.

Contrarium eſt verius, quia quando inſinuatio eſt de forma, non ſufficit ſciẽtia. d. reg. cũ qui. Bart. in l. denunciaſſe. ff. de adul. ſed iſta inſinuatio eſt de forma: quia vbicunque decretum annulatiuũ eſt poſitum, ibi eſt data forma. Bald. & alij in l. 1. ff. de liber. & poſthu. Ancha. in reg. ea quæ fiũt. de reg. iur. in 6. ſed decretum annullatiuum eſt poſitum in d. §. teneantur, in fi. videlicet vt nominatus non poſſit acceptare beneficiũ illo anno, quo inſinuationem omiſit, & ſi acceptauerit, acceptatio nullius eſt momenti: & ideo conſenſus partium nihil operaretur. gl. in verbo cõmittatur. c. ſtatutum. de reſcrip. lib. 6. Fel. in c. cum dilecta. col. 7. in §. ſigno, illo titul.

Denuntiatio quando ſcienti ſit facienda.

194 Nec obſtat quòd denunciatio in dubio non præſumitur eſſe de ſubſtantia, ſed de ſcientia. quia denuntiationes & inſinuationes fiunt ad certiorandum. l. item veniunt. §. petitam. ff. de pet. hæred. l. aut qui aliter. §. ſi fortè. quòd vi aut clam. & ideo in dubio ſola ſcientia ſufficit. Dy. in di. regula cum qui certus eſt. Cy. in l. emptor. C. de euict. hoc tamen non procedi, quando lex requirens denunciationem procederet vlterius: dicens actum factum aliter non valere, vt in concordant. quia tunc denuntiatio erit de ſubſtantia, & non ſufficiet ſcientia. Bald. in l. 1. ff. de liber. & poſthum. & in ca. 1. col. 2. ſi de feudo vaſſalus ab aliquo interpella. fuerit, vt refert Alexand. conſi. 27. viſo themate, co. 1. in 6. vol. vbi dicit, quod quando lex exigit denuntiationem, non ſufficit ſola ſcientia, quia tunc eſt de forma, ſecus ſi requirat tantum ſcientiam, quia tunc ſcienti non eſt denunciandum. vide plenius conſi. 138. viſo puncto. in 7. volum. Colle. in c. dilectus, 2. col. 2. de præben. quia vbicunque denunciatio fit non ad certiorandum modo, ſed vt aliquid fiat, vel non fiat, tunc debet etiam fieri ſcienti. Barto. & alij in l. non ſolum. §. morte. ff. de ope. noui nuncia. Panor. & alij in c. cum M. de conſtitu. Fel. in c. cum contingat. col. 5. conclu. 4. cũ ſeq. de reſcrip. Sed iſta intimatio fit non ſolũ vt collator ſciat nominationes, ſed vt in tempore conferat: ergo debet fieri etiam ſciẽti. hoc tradit expreſſè gloſ. in verbo exhibere. in §. ſtatuit, de coll. in prag. Dom. & Fran. in c. ſi capitulo, & ſeq. de conceſ. præb. libr. 6. vbi requiritur ꝙ fiat præſentatio ei cui mandatum dirigitur etiam ſi ſciat.

Presbytero eſt confitendũ etiã ſi is viderit peccata commiſſi.

195 Et quando presbiter ſcit peccata ſui parochiani, vtpote quia vidi committi, tamen adhuc requiritur confeſſio. not. beat. Thomas, in 4. ſent. diſtin. 17. quæſt. 3. artic. 2. ante medium, per ca. ſi ſacerdos. de offic. ordin. dixi in c. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſ. Sic dicitur de iudice, quando ſcit vt priuatus, adhuc eſt eidem probatio faciẽda. c. 1. de offi. ordi. & c. 1. de re iudi. in 6. Alex. conſ. 27. viſo in 6. vol. & ſic licet collator apponeretur teſtis in gradu, vel nominationibus, adhuc eſſet eidem facienda inſinuatio, per prædicta facit gloſſ. in l. nomen. C. quæ res pignor. obligar. poſſunt. vbi dicit debitori eſſe denunciandum etiam ſi eſſet certus.

Fallit quando ſcirent per ſcientiam inſinuationis, quæ fuiſſet facta vicario collatoris tũc nõ teneretur collatori iterũ inſinuare, niſi in caſibus quos in proxima quæſtione, ſupra ſcripſi.

Litera nominationum an coram collatore ſint legenda.

196 Decimotertiò, an inſinuans debeat literas gradus & aliâs aperire & legere coram collatore, dum eas illi inſinuat? Videtur quòd ſic, vt patet in d. §. præfati. ibi, per patentes literas. de collat. in concord. & gloſ. videtur innuere in §. ſtatuit. in verbo exhibere, de colla. in prag. vbi dicit exhibere, id eſt præſentare, vt legant & videant. text. eſt in cle. cauſam. de elec. ibi, vel perlecto.

Contrarium videtur verius, & ſic eſt tenendum, arg. tex. in c. appellatio. de appel. lib. 6. vbi ſic dicitur. Appellatio, quã in ſcriptis iudici à quo appellare volebas, te porrexiſſe proponis, non poteſt ex eo quòd

coram ipso lecta non fuerit, rationabiliter impugnari.& text.in d.cle. causam. ibi, in princ.porrecto,vel perlecto.de electio. vbi glos.in verbo perlecto,dicit,per hoc patet, quòd primo casu cùm porrigitur, non est legi necesse,per illam alternatiuam, vel, in text.positam,sic nec in hoc casu.

197 Idem crederem in mandato de prouidēdo,cùm iisdem ferè regulis determinetur: nam sufficit q detur exēplum mandati, vel q legatur.&quando nō traditur exemplū, tunc debet legi,vel non debet stare per mādatariū quo minus legat,quod probat Soc. in tra.fallen.reg.79.vbi dicit,quòd cessionarius exhibēs instrumentū debitori, debet illud legere.not.doct.in l.nō solum.§.morte.ff.de ope.no.nunc.

198 Nec obstat d.§.præfat.2.ibi, per patentes literas,quia debet exponi, id est publicas. nam quod publicum est,omnibus patet.§.consequens.instit.de suspec. tuto li teræ publicæ & authenticæ,licet sint clausæ,patentes dicuntur,& faciunt fidem, quā do sigillum non est fractum,vel remotum. Io And.post Hosti.in c.pateutibus literis. de priuileg.Card.in cle. vna.§. nos itaque. §.not.de iureiuran.& patentes literæ principis probant.cle.vna.§.porrò.& ibi Imol. col.2.de iureiuran.sic & patentes literæ episcopi.cap.i.de tempor.ordinat.in sexto. ad hæc canonicorum patentibus literis creditur. capit.si canonici. de offic. ordinar. in sexto.sic & patentibus literis vniuersitatis stabitur.

Literæ patentes quæ dicantur.

199 Et per hoc dicerem nō valere insinuationem de exemplo, siue transumpto nominationum,& aliarum literarum, cū non sint literæ patentes, nisi originale insinuetur.l. sancimus. vt authentica ipsa, atque originalia rescripta,nō exempla eorum insinuētur.C.de diuers.rescrip. & illa lex est canonizata in c. dicenti. §. sancimus. 25.q. 2.sequitur patruus meus Rebuffus,& Platea.in l.probatorias.C.de diuers.offi. libr. 12.Alex.consi.95.visis processibus. col. pe. in 2.volu. versi. superest. nam vbicunque aliquid intimatur præcessisse alicui, propter quod tenetur ad alicuius actus explicationem,tunc semper ei cui fit intimatio, debet fieri per originale, & authenticum instrumentum,alioqui insinuatio censetur illegitima.ista est regula tradita in dict.§. morte.per doc.& expressè per Rom.consi. 336.circa fin. Præterea fidem nominati & graduati collatoribus de suis literis facere tenentur.d.§. teneantur.quā non facerent per transumptum,siue exemplum.l.2. ff. de fide instru.quia intelligitur, fidem, scilicet plenam, text. iuncta glos. in cle. constitutionem,de elect. Alex. consil.147. visis. in 6.volum.Dec.& alij in rubr. de probat. in decreta.

Non valet insinuatio de exemplo facta.

Vel potest exponi patentes, id est apparentes, quia si nominatur eas insinuaret, non debet eas operire,sicut nec monachus suum habitum:alioqui dicitur apostata.gl. sing.in cle.2.in verbo extrinseci. de vita & honesta. cleri.

200 Ex hoc infertur,parū valere insinuationem factam per nominatum vel graduatū sic,insinuo literas gradus, nominationis & alias,prout in hoc sacco cōtinentur,nisi eas postea ostēderit collatori.& hoc per doctrinam Barto.in l.cum seruus. ff. de condi. & demonstrat.vbi dicit non valere oblationē pecuniæ factā clauso marsupio. Bal.& alij in l.acceptam.C.de vsur.Barba.consi.8.scribitur.colum.penult.in 1.volu.vbi dicit non valere productionem à parte factam,si saccum scripturarum producat.& hoc verum si pars opponat.& si pars confiteatur positionem,prout in tali instrumento continetur,si in illo instrumento non sic continetur,illa confessio non valebit.tex. in l.2.C. de error.aduo.& ibi Bal.sic pulchrè consuluit Alex.consil.8.visis colum.4.nu.13. in 3. volum.

Insinuatio literarū, prout in sacco cōtinentur, non valet.

Item si quispiam habeat terminum ad excipiendum,& producendum iura sua, & postea ea producat,prout in sacco cōtinentur in illis punctis quæ pro eo faciunt,non valet Io.And.in addit.ad Spec. in tit. de instrumen.editio.§. videndum restat. versic. item non exhibeas. Anto.& alij in c.imputari.de fide instru. Ias. in l. Titiæ textores. col.2 ff.de legat.1.sic nec insinuatio nominationum vel gradus,quod est notandum. igitur non sic insinues.

201 Vltimò quomodo puniantur non insinuantes? Breui respond.text.in d.§.teneantur,quòd eo anno,quo præfactam insinuationem facere omiserint, beneficium in vim gradus, aut nominationis petere non possunt.& idem dicitur in ordina. regiis, rub. *des gradue*z *simples.* artic. 3. & 9. quòd ob insinuationem omissam in vno anno, non perditur prioritas,vel alia priuilegia, si sequentibus annis insinuet. nam sicut si statuto dictante insinuatio donationis debeat fieri intra mensem, & non fiat donatio,caret effectu.l.fi.C.de donati.ante nuptias.Bal.in l. vniuersa de precibus imperat offerend.Anto.de cana.hu tractat. de insinuatio.q.28.sic & gradus & nominationū insinuatio si non fiat tempore quadragesimæ,illo anno quo non est facta, caret effectu,quia non satis fit iuri requirenti insinuationem,& concordatis factis inter Papam & regem.

Qua pœna puniantur nō insinuantes.

202 Idem si insinuauerit, sed non tempore quadragesimæ.quia sicut agri sator obseruare anni tempora debet, aliàs perdit semē suum,& ager non fructificat, verba sunt not.Bald.in c.1.col.pen.de pottu.præla. Sic & nominatus:alioqui nominationes eidem non afferunt fructum. Item sicut medicus obseruat tempora,sic & iurisperitus.Bal.in l.vna.in prin.in 2.colu. C. de caduc. tollen.

Et quan-

Et quando lex vel dispositio apponit tempus, qui non obseruat, tempus, non seruat forman. Bald. in authent. quæ supplicatio. circa finem. C. de præcib. impetrat. offer. per text. in l. scire. §. consequens. ff. de excusat. tuto. ibi, non aliter audiri, si non fuerit conseruatum constitutũ tempus. Feli. in c. cum contingat. col. 8. de rescrip. Paul. in l. si in lege. in fin. princ. ff. locati. Albert. Bru. in trac. de forma & solenni. actus, rub. ex quibus consistant forma & solennitas. versic. 27. & superius fusius scripsi.

Iurisperitus & medicus obseruant tempora.

203 Quæro an idem sit in graduatis, vel his qui volunt obtinere villam muratam, seu beneficia in villa murata? & gl. in §. statuit. in verbo hoc, de collatio. in pragma. tenet quòd sic, alioqui quomodo sciret collator aliquem graduatum esse, nisi eidem insinuaretur? vide quæ dico infra, quæstio. 16. & in §. statuimus. 2. collation. in concordant.

Pro villis muratis habendis an sit insinuandum.

204 Quæro, beneficium vacauit in mense Iulio, is nominatus qui insinuauerat, nõ requisiuit intra sex menses, quare per ordinarium cuidã graduato, qui non insinuauerat, fuit facta collatio, an valeat? Breui respõdeo quòd sic, quia paria sunt non esse insinuatum, & non apparere. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutel. sed is qui insinuauit, non apparet, cũ non veniat intra sex menses, ergo collatio alteri facta valebit.

Nec obstat quòd quãdiu est aliquis qui insinuauit nõ debet alij nõ insinuanti beneficiũ conferri, quia hoc fateor, quando alius qui insinuauit, requisiuisset, aliâs secus. nam sicut post sex menses potest conferri beneficium vacans in mensibus præstitutis nominatis non nominato, sic & multo fortius in hoc casu.

Quæst. decimæ quintæ Epitome.

1 *Beneficia quæ in nominationibus comprehendãtur.*
2 *Beneficia patroni laici non debentur nominatis, nec graduatis, nec mandatariis. & nume. 3. & 6.*
4 *Mandatarius nominato præfertur.*
5 *Mandatum omissa forma est nullum.*
7 *Legatus non confert beneficia sub patronatu laicorum existentia.*
8 *Beneficium quod iure regali confertur non comprehenditur in nominationibus nec Papa illud conferre potest. 9.*
10 *Ius regaliorum quando fuit concessum. & in quibus ecclesiis consistat.*
Episcopus promotus in cardinalem, facit vt iure regali vacent beneficia.
11 *Beneficium laico debitum non comprehendunt nominationes.*
12 *Hospitalia nominatis non debentur. fallit nu. 14. & 15.*
Hospitalarius dicitur habere officium, & non beneficium instar tutoris.
13 *Hospitalia non tenentur ad decimas.*
14 *Hospitalia concessa in titulum, vt beneficia reguntur: & comprehenduntur in nominationibus.*
15 *An præsumatur hospitale.*
16 *Leprosariæ & eleemosynariæ an comprehendantur in nominationibus.*
Leprosariæ & eleemosynariæ non veniunt nomine beneficii.
17 *Præceptoriæ sancti Ioannis Hierosolymitani nominatis non debentur.*
18 *Altaria & legata pia non debentur nominatis.*
19 *Officium operariæ non est nominationibus subiectum.*
20 *Operarius tenetur ad rationem instar tutoris.*
21 *Laicus potest esse ecclesiæ operarius.*
22 *Loca collegialia nominatis non sunt affecta.*
23 *Fallit si dentur in titulum.*
24 *Benneficia regularia non comprehenduntur in nominationibus secularium.*
25 *Beneficium consuetum regi per seculares non cõprehenditur in nominationibus regularium, vel contra.*
26 *Beneficia quæ dicantur regularia.*
27 *Beneficia causa permutationis vacantia an comprehendantur in nominationibus. & nume. seq.*
29 *Beneficia permutata non possunt optari.*
30 *Bermutans an teneatur ostendere titulum sui prædecessoris.*
31 *Beneficia electiua an debeantur nominatis. & nu. 32.*
32 *Beneficia quæ propriè dicantur electiua.*
33 *Beneficia electiua non comprehenduntur in mãdatis apostolicis.*
34 *Beneficia vacantia in curia Romana, non comprehenduntur in nominationibus: quia illa solus Papa confert. fallit nume. 36. 37. & 38.*
35 *Beneficia quando censeantur vacare in curia.*
39 *Benefia annexa qualitatibus nominati non possunt acceptare. 41.*
40 *Beneficia nobilibus debita an nominatus non nobilis acceptare possit.*
Doctor iudicatur nobilis.
42 *Beneficium datur propter officium.*
43 *Beneficia vnita mensæ episcopali, vel capituli ãn debeantur nominatis.*
Idem si alio modo vnita sint.
44 *Beneficia creata post datam nominationum non sunt nominatis affecta.*
Qualitas iuncta verbo secundum tempus verbi debet intelligi.
Beneficium ecclesiasticum non dicitur ante confirmationem episcopi.
45 *Beneficium vacans tempore nominationis an debeatur nominatis.*
Verbum futuri temporis includit præsens & præteritum.

Dispen

46 *Dispensatio an prosit in beneficiis iam obtentus ante datam dispensationis. 47.*
Legitimatio non trahitur retro.
48 *Beneficium tempore datæ nominationum suppressum, si postea reparetur, an debeatur nominato.*
49 *Beneficia quæ optari possunt, vigore consuetudinis nominatis non sunt affecta.*
50 *Beneficium quod vnus canonicus speciatim confert ratione sua præbendæ, non comprehenditur in nominationibus, nisi expressim apponatur.*
Vniversitatis quæ sunt, non singulorum.
51 *Dignitates ecclesiarum cathedralium non debentur nominatis obstante consuetudine.*
Fallit nu.52.
52 *Papa in ecclesiis vbi Rex habet ius regaliorum, an possit creare canonicum.*
53 *Consuetudo vt canonicis tantum conferantur dignitates valet.*
54 *Nominationibus an possit grauari habens vnicum beneficium in sua collatione.*
Conditores voluisse priuare illum qui tantum vnius beneficii habet collationem non est verisimile.
Factum legitimè non debet retractari.
55 *Nominationibus an possit grauari habens vnum beneficium in regno, & plura extra regnum.*
Cumulatio summarium non fit, quando agitur de exclusione iurisdictionis: & quando est odiosum.
Grauamen sicut videtur respicere totum patrimonium, sic & grauamen beneficiorum omnia beneficia.
56 *Grauari nominationibus an possit collator extra regnum existens, ad beneficia regni.*
57 *Beneficia extra regnum sita non comprebenduntur in nominationibus.*
Argumentum de personis ad locum valet.
58 *Beneficia per mortem vnius ex nominatis collitigantibus vacantia an debeantur.*
59 *Collatio quando spectat ad duos, vni tantum nō sunt nominationes dirigendæ.*
Idem in mandatis apostolicis.
60 *Nominationes non diriguntur ecclesiæ in qua non est certus numerus prebendarum.*
61 *Beneficia per negligentiam ad episcopum deuoluta non debentur nominatis.*
62 *Vicariæ temporales non sunt affectæ nominatis: secus in perpetuis.*
63 *Pensiones quæ cum persona habentis extinguntur, non possunt impetrari vigore nominationum.*
64 *Beneficia vacantia per simplicem resignationem non debentur nominatis, secus in mandato apostolico. nu.65.*
66 *Beneficia curialium etiam extra curiam vacan. non subiiciuntur nominationibus.*
67 *Oratoria non debentur nominatis.*
68 *Beneficia in mense iunio vacantia si conferantur absentis, qui mense iulio recusauit, non debentur nominatis.*
69 *Beneficia quæ per cessum vel decessum supprimi deberent, non sunt affecta nominatis.*
70 *Beneficia reseruata per extrauag. execrabili, non afficiuntur nominati.*

Quęstio xv. principalis.

1 DECIMOQVINTÒ, principaliter quæritur, quæ beneficia in nominationibus comprehendantur. & quæ non? quia cognito vno contrariorum, cognoscetur & reliquum. l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. & institu. illo titu. in princ. docto. in rub. ff. de acquiren. possess. Barba. consil. 23. scripsit. q. 3. volu. 1.

Quæ beneficia in nominationibus comprehenduntur.

Ideo videamus quæ beneficia non afficiantur nominatis, nec graduatis, vigore nominationum, vel gradus, &c.

2 Primò, dico non comprehendi beneficium spectans ad præsentationem patroni laici, quia text. in dicto §. præfati. 1. de collat. in concord. loquitur tantum de patrono ecclesiastico. ideo laicum patronum videtur excludere, argumen. cap. nónne. de præsumptio. Ita tenet glo. in §. item quòd ad dictas. in verbo ecclesiastico. & in §. statuit. in verbo, præsenratio. de colla. in pragma. Facit quod notant docto. in cap. 2. de præbend. in 6. vbi beneficia spectantia ad patronos laicos in curia non dicuntur vacare. Panormita. in cap. dilecta. de maiori. & obedien. Barb. in cap. dilectus. de offic. lega. quia laici retraherentur à fundationibus ecclesiarum. Archidia. in cap. 2. de præbend. in 6. Imò ex consuetudine Franciæ receptum est, vt etiam papa hæc beneficia non conferat, per rationem supradictam.

Beneficia patronis laicis non debētur nominatis nec graduatis, nec mandatariis.

3 Idem in mandato apostolico, vt non comprehendat hæc beneficia. not. in capitu. cùm dilectus. de iure patronat. Do. Rufæus in tracta. de manda. Aposto. in 2. parte. vide quæ dixi suprà quæstio. 8. nume. 22.

4 Secundò, non comprehenditur beneficium affectum mandatario, nam vacante beneficio etiam in mensibus nominatis præstitutis, debetur mandatario excluso nominato. in titu. de mandat. aposto. in concord. vbi ita fuit inter sanctissimum Papam & regem nostrum Christianissimum concordatum, quia hi qui authoritate apostolica veniunt, vt sunt mandatarij, omnibus aliis sunt præferendi. c. eum cui. & c. hi qui. de preb. in 6. Item certa forma in hoc Franciæ regno constituta fuit ad mandata impetranda. quia de iure plures sunt formæ. vt dixi in rubr. de mand.

Mandatarius nominato præfertur.

mand.in verbo,in forma.

Mandatum non seruata forma nullum.

5 Ideo si quis impetrauerit mandatum non seruata forma concordati, mandatum erit nullum. ita affixi conclusionem, & sustinui.de qua dico in forma manda. aposto. suprà.

Beneficium sub patronatu laici non comprehenditur.

6 Tertiò,non comprehenduntur beneficia quorum præsentatio spectat ad clericum & laicum simul, sicut nec in mandatis apostolicis, quia clericus habens præsentationem cum laico, gaudebit priuilegio laici,argu.l. si communem. ff. quemadmodum seruit.amitta. vbi non præscribitur maiori propter minorem. facit glos. cap.1. in fin.de iure patro. lib.6. vbi si laicus habeat ius patronatus cum clerico, habebit sex menses ad præsentandum ratione clerici.Panor.in c.transmissæ.& in ca.eam te de iure patro.Roch.curt.in tract.de iure patr. in verb.ius.in 7.q.D.Sainson in consue.Turonen.in rub.*des successions des roturiers*. artic.5.facit ca.per tuas.de arbitris. Bauer. in §.testes.colum.6.insti.de testa.& sicut vniuersitates non possunt grauare beneficia spectantia ad præsentationem laici tantum, sic nec quando spectant ad clericum & laicum simul, quia non debet fieri deterior conditio laici propter clericum.cap.sacris. de sepult.

7 Sic nec legatus poterit illud conferre. c. cùm dilectus.de iure patro. Panor. & Bart. in c.dilectus.de offic.leg. Et hoc tenet expressè Maleret.in tract.de elect.fo.16.ver.4. amplia.& quia nominationes respectu collatorum sunt odiosæ,sicut gratiæ expectatiuæ,& sic restringendæ.regula,odia. de regu.iur.lib.6.gl.in §. item quod ad dictas. in verbo ecclesiastico.& in §.itē quòd omnia.in verbo faciendæ.de coll.in prag.ita expressè tenet Brunel.in tract.de digni. lega. in conclu.23.in 3.declar.ratio est vltra eum, quia præiudicaretur præsentationi laici & clerici simul, sed mixtum & compositum assumit naturam illius speciei,secundū quā iuri minus derogatur.Panormi, in c. super quæstionum.§.si verò.vult.notab. de offic. deleg.ergo ista assumetur,videlicet vt non comprehendantur beneficia ad præsentationem laici,& clerici simul spectantia.

Beneficiū quod iure regali conferēr. nō comprehenditur in nominationibus.

8 Quartò,non cōprehenduntur beneficia iure regali conferenda.glo.in §.item quod ad dictas. in verbo ecclesiastico. de collat. in prag.& in §.item quod dicta. in verbo, regaliæ.de annat.ibidē.quia regi tanquam laico competit collatio. in c. generali. not. de elect.lib.6.& supra dixi beneficia laicorum in nominationibus non comprehēdi. facit quod habetur per Ioan.Gallū in quæstio.per aresta.q.113.item inter.

9 Vbi beneficia quæ sunt sub iure regaliorum,non confert Papa, etiam si vacent in curia.de Selua in tract.de benefic.in 2. parte.q.23. Maleret. in tracta. de elect. fol. 23. versicu.3. infertur. & istam declarationem habuit rex, anno 1339. vt citat Domi. Ruseus in tracta.de iure regalio.in 9.priuileg. nec in mandatis apostolicis comprehenduntur, vt in d. cap. 2. de præbend. & propter regis prærogatiuam, qui est ecclesiarum regni protector.teste Ioan.Feral.in tracta.de iuribus & priuilegiis ,regis Franciæ, in 8.priuilegio.

De iure regaliorum, & in quibus ecclesiis consistat.

10 Et quando fuerit concessum istud ius regaliorum,vide per Gagui.in vita Philipp. pulchri.fol. 123. & sequen. versicu. eodem tempore. Benedic. in repetit. cap. Raynutius.in verbo,& vxorem.nume.170. cùm sequen.de testa.Aufre.in repet. clem.1. de offic.ordi.nec habet rex illud ius regaliorum in omnibus ecclesiis regni,sed in illis quas fundauit,& in ecclesiis quæ sunt citra Ligerim, *Loire*, loquendo apud Parisios, ita à quibusdam notæ viris accepi esse declaratum in camera computorum Parisien.Not. tamen quòd quāuis laicus habeat ius conferendi beneficia ecclesiastica ex priuilegio Papæ, iuxta cap. Adrianus. 63. dist. tamen conferendo beneficium,nō tribuit aliquod ius spirituale,quia ipse non habet, sed inuestitus consequitur ius spirituale à confirmatore,vel ab alio ministro ecclesiastico, quod est no. pro rege Franciæ secundum Bonif.in cle.vna.col.penul.de cōcess. præb. Ioan.And.in ca.accedens.col.1. de præben.

Episcopus promotus in cardinalem facit iure regali vt vacent beneficia, & ijs similibus, vt hic.

an quando episcopus promouetur in Cardinalem, vacent sua priora beneficia iure regali. tradit Collecta.in c fin.col.1.de concess.præbend.quòd sic & idem quando eligitur ad summum pontificatum, vt dicit euenisse tempore clementis sexti. quod est notandum.

Idem quando habet prouisionem alterius episcopatus.agu.ca.nisi cùm pridem.de renunciatio.Idem dicunt si hostis sit, & rebellis regi,& regni inimicus, in illis ecclesiis quibus ius regaliorum datur regi.

Beneficium laico debitum non comprehendūt nominationes.

11 Quintò,non comprehenditur officium vel beneficium, quod cadit in laicum. de quo per glo.in c.cùm M. in verbo, receperunt, de consti.vel si per laicū est regi cōsuetum, quia postquam scribitur pro clerico, præsumitur mandari de beneficio ecclesiastico. in §.insuper.in verb.beneficia ecclesiast.de coll.in concor. Felin.in c.in nostra.correla. 22.de rescrip.Barb.in cle.causam.col. 51. de elec.vbi declarat quādo dicatur beneficiū ecclesiasticum,& dico in trac.de pacifi. possess.in limita.10. nam hæc nō cōprehēduntur in aliis gratiis.Ioan. And. & alij in d.c. quia sæpe.de præb.lib.6. de Rota deci. 67. de rescri.incip. nota quod vbi. in antiq. glo. in verbo,officiū. de pacifi. poss. in prag. nam exprimuntur beneficia ecclesiastica, ergo alia non comprehenduntur,nec officia.tex. in §.præfati.& in §. si quis verò. in verb.beneficiis ecclesiasticis. de col. in concorda. tex.in c.si quis episcopus. ibi, aliqua officia ecclesiastica. 1. q. 3. ca. saluator. ibidem. glos.

gl.in §.in dignitatibus.in verbo,officiis.de colla.in prag.in.

Hospitalia nominati non debentur.

13 Sextò,non comprehenduntur hospitalia. cle.per literas.de præb.qui a non sunt beneficia ecclesiastici, licet sint religiosa. cle. quia.de religio domi. & ibi bonif. not.b. t7.nam hospitalarius dicitur habere officiū non beneficium, instar tutoris.l. orphanotrophos.C.de episco. & cle. glos. in verbo, benefi.ius. in cle. dispendiosam. de iudic. Bal.in l. beneficium. col. vlt. ff. de constit. princ & quia bona eorum sunt deputata pauperibus,& sic ad alium vsum non debent transferri.l.i.ff.de administ.rerum, & laicis debent committi.d.cle.quia ergo nō sunt administrationes ecclesiasticæ c. bene quidem.96.distinc. ca. decernimus de iud. Calderi.consi.vno de supplen.neglig. prælat.hoc expressè tenuit glos.in cap. si pauper.de præbend.in 6.& gl.in §. si autem illi.in verbo,beneficiorum.de colla. in prag. sequitur de Selua in tract.de beneficio. in 3.parte.q 57. Do. Tiraquel. in tract. de legib. connubia. in verbo, expres. limita.8. Brunel.in tract.de digni.leg. conclusio. 19. in 4.declaratio Felin.in c.de quarta. de præscriptio.etiam si in eis esset clausula non obstantibus. Decius consi. 165. viso tenore. vbi concludit habentem hospitale non teneri ad soluendum decimas Papales,si mandentur solui de beneficiis ecclesiasticis, licet hodie exactores neminem respiciant in animarum suarum perniciem.itaque hospitalia non comprehenduntur, etiam si esset clausula motus proprij.glo. & ibi doct. in d.cle.2.de præb.dicentes,idem in mandato apostolico,& literis datis in forma pauperum secundum prædictos. Vide Barba. in cap.nulli.colum.2 de reb.eccle.non alienā. & Francisqui.Curt.consi.20.præsupponitur.in fine.

Hospitalia ad decimas non tenentur.

14 Primò fallit quando hospitalia concederentur in titulum,quia tunc vt beneficia reguntur,& beneficia sunt. Ioan. Francis. in tract.de offi.& potestate capi.sede vacan.in t.q.2.partis.& tex.in d.cle.quia.§.vt autem. tamen vt melius prouideatur istis locis, statutum est ex speciali prouisione, vt nō comprehendantur per literas generales.d. cle.2. & ita tenet Bonif.ibi,colum.2. post Paulū & alios.& sic nisi express facta esset mentio in mandatis,vel nominationibus, non deberentur etiam hoc casu, per glos. in d. clem.2.in verbo prouideri.

15 Secundò,fallit quando ecclesiæ esset vnitum arg.cap.super eo.de præbend. in 6. de Selua in tract. de beneficio, in t. parte.q 4. nume.9.& Ioan.de pauinis in d. q.i.secundæ partis.col.3.vbi dicit quòd quando non appareret an sit hospitale,vel beneficiū,præsumi debet hospitale.glo.in clem. si de benefi.io.de præb.vel attendetur vltimus status.arg.c. consultationibus. de iure patro. c.cū.de beneficio.de præben. lib. 6. vel si

An præsumatur hospitale.

appareat possessio & denominatio , præsumetur hospitale,quia sic nominatur, secus si ecclesiæ denominetur.glo.& doct.in cle. 2.in verbo,ecclesias de præben. vide plenè Francisqui.Curtium,consi.20. præsupponitur,&c.

Limita quando essent vnitæ ecclesiæ iure principalitatis,hoc est,quòd vtrunque esset principale, & vnum non accederet alteri. argu.l.generaliter.ff de fideiusso.not.Bonifac.in d.clem.2.colum.2. & ibi dicit impetrantem teneri ad probandum esse vnitum iure accessionis V de Feder.consi.iii. quæstio talis est, an diœcesanus. & consi. 280. casus talis, &c. Barba. in c.ex literis. col.3. cum seq.de consuet.& quæ addidi in d.clemen.per literas. multas quæstiones tradit Archiepiscopus Floren. in 3. parte summæ, titu.ii.c.a.& de Selua.in ii.q.3.partis, in ii. qualita.& q.57.

16 Septimò,non comprehenduntur leprosariæ nec elemosynariæ quæ ad hoc fundatæ sunt,vt pauperes lepra infecti ibidem recipiantur,& de prouentibus alantur. tex. in clem. quia contingit. de religio. domi. & quia nomine beneficij non veniunt. De Rota decisio.50.quidam in ciuitate.de concess. præbend.& decis.3.nota quòd vbi religiosus.de regular & transf.ad religio. in antiq. not.in clem.fin.de decim. Sed instar tutoris & curatoris sunt gubernatores illorum locorum.d.cle.quia §. t. nec faciunt fructus suos,sed tenentur de eis reddere rationem, Cardi.in clem.per l teras col. 2. & eser.psi in dicta cle.quia contingit. hodie multi viuunt ex lepra pauperum,& eos fame perire patiuntur,vt vidi in multis ciuitatibus, quibus lepra Naaman adhærebit,& semini eorum in æternum.

Leprosariæ nominatis non accipiunt.

Fallit quando esset vnitum officio vel beneficio ecclesiæ cathedralis,aut alteri beneficio ecclesiastico,vt proximè dixi. & tenet de Bella mera in decisio.387.si contra petentem.

Secundò,limitatur quando essent consueta conferri religiosis in titulū,vel aliis,tunc etiam nominatis deberi possent. Rota d.decis. 3. nota quòd vbi. de regularib. sequitur de Selua in trac. de benefi. in 1.parte.q. 4.num.9.& in 3.parte.q.57.per c.cùm de beneficio.de præbend.in 6.& dicta cle.quia.§. vt autem.

17 Octauò, non veniunt in nominationibus Præceptoriæ sancti Ioannis Hierosolymitani,licet dicantur beneficia ecclesiastica.Barba.in cle.causam.col. 51.de elect. vide eum in c.in nostra de rescrip.num. 80.& in istis militibus non habet locum auaritiæ.de elec.in 6.quia priores electi in administrationibus sine confirmatione administrant,teste Domi. consi. 5. reuerende. col.3.& 6.Doct.in c.transmissam. de elect. nec præceptoriæ sancti spiritus, vt audiui sæpius à multis,licet parum iure fundetur, si essent,

Præceptoriæ sancti Ioannis nominatis non debentur.

ſi eſſent fratres illius ordinis, alioqui non, quia regularibus ſunt conferenda.§. volumus.de colla in concor.facit cle. quia contingit.§.præmiſſa.de religio.domi. vbi iſta excipiuntur ab aliis.

Altaria & legata pia nō debentur.

18 Nonò,non comprehēduntur altaria ſeu cappellaniæ non ſpiritualizatæ,vt dicūt noſtri, de Selua in tracta.de beneficio.in q.3. parte.q.57.cle.2.de iud.cle.vlti.de deci.nec beneficia propriè dicūtur eccleſiaſtica, ſed legata pia ante approbationem epiſcopi. Felin.in c.ex parte.S. col.1.de reſcript.vide tradita per Petrum Subertum, in tract.de cultu vineæ domini.4.parte. art.12.de Butrio conſil.3.& conſil.51.ſuppoſita.& doct. in cle.fi.de deci.vide Felin.in c.cum venerabilis.col.11.& ſeq de excep. de Milis in verbo beneficium.§. 49. & plenè. Paul.de Citadi.in tracta.de iure patro.in 3.parte.q.12. dicentem idem in oratorio.Bonifac.in cle. fina.col.1. de reſcrip. & quando capellania poſsit conferri in titulum, vide per Deciū, conſil.115.ad iuſtificationem.

19 Decimò non venit operaria: in quibuſdam enim eccleſiis præficitur vnus, qui vocatur magiſter operariæ, & hoc officiū non eſt nominationibus ſubiectum,quia in hac eadem ratio eſt,ſicut in hoſpitali, & in eleemoſynaria, & quia ad nutum traditur, & beneficia ſunt perpetua.c.præcepta.55.diſt. & mens pontificis ſummi & regis fuit prouidendi graduatis & nominatis, de beneficiis quæ perpetuò durent. Ioan. Andr. & Peruſ.in c.quia ſæpe.de præb in 6.

De operaria vt non comprehēdatur.vide hic.

20 Item operarius tenetur reddere rationem inſtar tutoris & curatoris.gloſ.in cle. 2. de iudic.nec datur operaria nomine beneficij, ſed diligens paterfa.eligitur.Card.in d.cle. 2.col.penul. & poteſt eſſe quòd nominatus vel graduatus non eſſet eiuſdem qualitatis, & ſic eidem non debebitur, per ea quæ infrà dicam.& not.in capitu. ei cui. de præbend.in 6.

Laicus poteſt eſſe eccleſiæ operarius.

21 Item laicus poteſt eſſe operarius eccleſiæ.Dec.in c.decernimus. nu. 11. verſicu. 2. quæritur.de iudi.& ſi conſuetum fuerit in eccleſia per quinquaginta annos, vt laicus ſit operarius vnus eccleſiæ,an clericus poſſit elegi,quòd ſic,no.Calde.conſil.1.rub. de conſuetu.& conſil.12. Rubr. de conceſsio. præbend.idem fabricis eccleſiæ, etiam vt non comprehēdantur.declarat gloſ. in cle. 2.in verb.eleemoſynariis.de præbend.

Loca collegialia nominatis non ſunt affecta.

22 Vndecimò,non comprehendūtur in nominationibus loca collegiala, quæ ad tempus ſcholaribus dantur ratione ſtudij, vt audiant iura, ſicut fit in Montepeſſulano, Tholoſæ, Auinione,& Caturci, & hic Pariſiis vt ſtudeant grammaticam,& in ſcientiis primitiuis,quia nō ſunt perpetua, ſicut beneficia eccleſiaſtica.cap.præcepta 55.diſtinctio.c.1.de capell.mona. lib.6. & mens conditorum fuit,vt ſupra dixi, prouidendi graduatis & nominatis de perpetuo beneficio,poſtquam amore ſcientiæ exhauſerūt totū ſuum patrimoniū,tam in victu quàm in libris,& aliis expenſis.de quibus dico in priuilegiis ſcholarium Item quia non dicūtur beneficia eccleſiaſtica de quibus loquitur concordatum vt proximè dixi.

23 Fallit in locis collegialibus, quæ dantur in titulum, quæ ſunt perpetua, vt in eccleſia ſancti Saluatoris in ſuburbiis Montiſpeſſulani ſita,& in eccleſia ſanctæ Trinitatis Maguelonæ, & aliis ſimilibus ſi aliud non ſit quod repugnet, ſi nominatus qualitates habeat requiſitas, quin comprehendantur.arg.l.ſi quæramus.ff. de teſtamētis.

Beneficia regularia non comprehēdūtur in nominationibus ſecularium.

24 Decimò,non comprehendi beneficia regularia in nominationibus clerici ſecularis,etiam prætextu diſpenſationis papalis,receptum eſt: quia regularia regularibus ſunt conferenda.§. volumus. de colla. in concord facit c.cū de beneficio.de præb. in 6.plenè Felin.in c.in noſtra.correla. vlti. de reſcrip.de Selua in tract. de beneficio.3. parte.quæſt.58.& idem contra, vt in regula cancella.41.glo. in propriis terminis in §.viſum. in verbo legatorum. de colla. in prag.Idem in mandato apoſto.d.c. cum de beneficio.& tradit D. Ruſe.in tract.de māda.apoſto.in 2.parte. nu. 29. nec etiam in d.§.volumus, prohibetur, quia vnus non poteſt à contractu inuito altero diſcedere. l.1. & per totum.C. quando liceat ab emtio. diſcede.& per hoc reſpondi cuidam, qui habuerat nominationem à rege cuiuſdam abbatiæ regularis in commendā vſq; ad annum, & intra annum debebat ſumere habitum, & poſtea abbatiam habebat in titulum,non valere diſpenſationem à ſolo papa vt non teneatur ſumere habitum.alia multa dixi,quæ cum operæpreciū fuerit tradam: ſi tamen tempore nominationis erat ſecularis,& tempore vacationis regularis, vide glo.in §.illi verò. in verbo religioſis. de colla.in prag.& in c.ei cui.de præb.in 6.

De beneficio cōſueto regi per ſeculares.

25 Decimotertiò,non comprehenditur beneficium conſuetum regi per ſeculares in nominationibus regularium,vel contra. c. cum de beneficio.de præb.in 6.vbi in mandato de prouidendo conceſſo ſecularibus, non veniunt beneficia conſueta regi per regulares,vel contra.

Quæ beneficia dicantur regularia.

26 Et dicuntur beneficia regularia illa, in quibus in fundatione dictum eſt, ac ſtatutum quòd regantur per religioſos, vel ſunt conſueta regi per religioſos,per quadraginta annos.d.c.cū de beneficio.glo.in §.& idē ordo.in verbo regularibus.de coll.in prag. Fallit ſi idonei non reperirētur.c.inter quatuor.de religio.do.Panor.in c.relatum. ne cleri.l.vt gradatim.ff.de mun.& hono.

De beneficiis cauſa permutationis vacantibus.

27 Decimoquartò, non comprehenduntur beneficia cauſa permutationis vacantia.§. volumus de colla.in concor.quia aliis extra permutantes conferri non debent.cap. vno,de rerum permuta. lib.6.gloſ.in §. itē

quod omnia. in verbo permurationis. de coll.in prag vbi limitat si permuratio esset fraudulenta.c. fi.de renuncia. in 6. & cap. vno de rerum permuta eod.lib. vide Ioan. de Selua.in tract.de benefi.in 3.parte.q.54.

28 Secundò, si papa mandet prouideri alicui de certo beneficio, si vacat: vel quam primum vacabit, certè si beneficiatus, de cuius beneficio est scriptum, resignet; etiā causa permutationis, nihilominus poterit prouideri impetranti, cum vacet, & sit affectū; & sic ius quæsitum est impetranti, quod non debet auferri per permutationē istius arg glo.in c.quamuis.2.in verb. in genere. de præb.in 6.hoc expressius not. Staphil. in tract.de literis gratiæ.fol. 64.quod non obseruaretur in Francia, cum sit excepta permutatio, & resignatio. vide clausulam quæ solet in permutationibus apponi, in regula cancel.38. & scripsi in praxi benefici.in rescripto permutationis.

29 Item beneficia permutata non possunt optari. Feder.consil.62.verius.quod declara vt per Imol.in c.fi. nu. 40.versi.2.quæritur.de rerum permuta.& si collator præsumat vacare simpliciter, & conferat nominato, non valebit collatio. Feder. consil. 164. licet semper. quia sunt affecti permutantibus.d.c.vno.de rerum permuta.in 6.

Permutans an teneatur ostendere titulū sui prædecessoris.

30 Nec requiritur quòd permutans habeat titulum illius qui secum permutauit, sed sufficit de permutatione fidem facere, cum sit canonicus titulus c. 1. de rerum permu. in 6.cle.vna.illo tit.Calde.consil.10 an suffician.rub.de rerum permu.quod est verum, quando compermutās fuerit in possessione pacifica beneficij, & habitus & reputatus pro vero beneficiato.Panor.& Felin in c.illud de præsump. Auffr.in decis.Thol.q. 467.Item,&c.an agenti. Roma.cōsil. 465. in re præsenti.Boër.in decisio.Burdegal.q. 265.tractatu de permutandis.

Electiua non debentur nominatis.

31 Decimoquintò, non comprehenduntur beneficia verè electiua. §. monasteriis. de regia ad prælar.nomi.faci. in concorda.facit c.cum in illis.§. cum autē. de præb. lib. 6.cle.1.illo tit glos. in §. in dignitatibus. in verbo dictarum de colla.in prag. dicens expressè non cadere sub nominationibus, vel sub gradu, quia de beneficiis collatiuis intelligitur concordatum velle prouideri, & non de illis ecclesiis, in quibus electiones canonicæ.& seruata forma.c.quia propter de electio.fieri debent. Fel.in cap.in nostra. correla.12.de rescrip.Tamen ad præbenda. quibus prouidetur etiam per electionem, absque confirmatione nominationes ac mandata bene referuntur, per quarum vacationē ecclesia non dicitur viduata, quia potius collatiuæ quàm electiuæ dicendæ sunt.tex.in c.cū nostris.de concessio.præb. vbi episcopo & capitulo Lausan. ecclesiæ spectabat ellectio præpositurae in illa ecclesia, & tamen papa mandat vt conferant. gl. in cle. quia cōtingit, in verbo electionem. de religio.domi gl. in d. §. in dignitatibus. in verbo dignitatibus. de colla. in pragm. Oldra.consil.146. factum tale. col.2. vnde glos.in d.cle.quia contingit.in §.vt autē. de religio.domi. quā sequitur de Ripa in lib. 2.Respon. de rescri.c.34. vbi etiam firmat

32 quòd beneficia dicuntur propriè electiua, quādo proceditur in eis per electionē, quæ requirit confirmationem superioris, per gl. in d cle.quia contingit. & illa non comprehenduntur in nominationibus.Alia beneficia dantur per viam electionis, non tamen requiritur cōfirmatio, & tunc dicūtur collatiua, & in nominationibus cōprehenduntur, & gradu. Rota decis.5. no. quod vocetur, de electio.in antiq.Io.Dayma in proœmio cōcor.in ver electiua.fo. 78. & ibi ego ipse etiam scripsi.declarat Felin.in d cap.in nostra corrella.11.de rescrip.

33 Idem in mandatis, vt non comprehendāt beneficia electiua per supradicta, quia in electiuis contrahitur matrimonium. c. inter.de transla.episcopi.& sicut ex rescripto principis nō fit matrimonium carnale. l. 1. C. si nuptiæ ex rescripto petantur, ita nec spirituale, ne inuitæ detur sponsus c. nullus.61.dist. ne deterius inde contingat c. 2. de sponsa.

34 Decimosextò, non comprehenduntur in nominationibus beneficia vacantia in curia, quin illa solus Roma.pontifex confert. c.2.de præb.lib 6.propter reseruationē factam ibidem & si reseruationes regulariter in Francia sunt sublatæ, vt in concord. in tit.de reseruatio. Tamen illa reseruatio, c.2 nō est sublata:& ideo nominatis beneficium non est affectū sic vacās, sed liberè papa cōfert, etiam non graduatis, vt dico in *In curia vacāt a non debentur nominatis.*

35 tit.de manda.apost. vbi videre licet. Et tūc censetur vacare in curia, siue ibi moriatur is, qui obtinet beneficium, siue nō moriatur, sed remanens in dicta curia nō est promotus intra annū. Collecta.in c.fin.in fi. de sortileg. Imò si dicesseris is cui absenti facta est collatio, antequā veniat ad suā notitiā beneficiū, adhuc dicetur in curia vacare, quia non prouidit cum effectu. Collecta.vbi suprà.col.3.Secus si cōtulerit etiam inhabili, qui acceptauit tunc redit potestas ad ordinariū, tum quia suū est sortita effectum.c.si tibi. de præb.in 6. quantū ad papam attinet in effectu dicitur cōtulisse per acceptationē, & reseruatio illa est odiosa, vt collatio papæ reseruetur, & reseruationes in regno sunt odiosæ.vt dixi in rub. de reseruatio.in concordatis, huius sententiæ est Ioan.de Selua.in tracta.de benefic. in 3. parte.q.72.& glos. in verbo causa de elect. & reseruatio.in prag. & Ruseus de iure regalio.in 3.priuileg.

36 Fallit quando ordinarius post mensem conferret beneficium, quod tempore præstituto nominatis vel graduatis vacasset, quia

quia tunc illis esset conferendum.c. statutum.de præb.in 6.iuncta cle. de sup. negli. præla.quia is qui confert iure deuoluto,tenetur conferre cum illis qualitatibus, quæ illi beneficio inhærebant,per.d.cle. & §.si quis verò cuiuscunque. glos.in §. itē quod omnia in verbo scilicet.de colla.in prag.

Item quia in d.§. præfati. & d.§. si quis verò. omnia beneficia spectantia ad collationem ordinariorum collatorum, sunt affecta illis,si vacent tēpore præstituto eisdē.

37 Secūdò,fallit in c.si apostolica. de præb. in 6.vbi ordinarius potest conferre beneficia vacantia in curia sede vacante.& si non fuerit prouisum ante pontificis obitum.sed illa decretalis debet intelligi vt conferre teneatur qualificatis, si vacent in mensibus illis præstitutis.quia non est nouum vt priores leges ad posteriores trahantur.l.non est nouum ff.de legib & quia hic casus nō est exceptus in concordatis,imò omnia beneficia tempore præstituto vacantia, eisdem nominatis & graduatis sunt cōferenda,per §.præfati primum & §.si quis verò cuiuscunque de colla.in concord. & etiam si vacarent alio tempore.& hoc si erat ecclesia parochialis sita in villa murata, vt in dicto §.statuimus.

38 Tertiò fallit, quando in curia vacarent in fraudem,quia tunc etiam ordinarius potest conferre,vt cōcludit Oldra.consil 324. factum.col.4. versic nec obstat quod dicitur. asserens d.c.2 debere intelligi,quando vacant in curia sine fraude.argu.l. res quæ. §.lites ff de iur.fisci.nec calumniæ facultatem ex principali maiestate capi.oportet.l. penult.ff.de hæred.insti.pulcher text. in l. idem.§.fi.de excusa.tutor.

39 Decimoseptimò, non veniunt beneficia qualitatibus annexa,vel ex statuto, vel ex consuetudine, vel alio quouis modo, quia habenti tantùm illam qualitatem debentur.c.cùm in ecclesia.de præben. in 6. nam non intendit concordatum huic priuilegio vel cōsuetudini seu statuto derogare.§. per præmissa.de reg.ad præla. nomina faciēda. in d. concord. vbi non intendit derogare statutis & consuetudinibus ecclesiarū quo ad ius eligendi,secus tamen est in aliis, vt in rub.de firma & irreuoca.concor. stabili.

Annexa nominatis non possunt acceptare.

40 Ideo si ex statuto ecclesiarum præbendæ,seu alia beneficia debeantur nobilibus, non debentur nominato ignobili, non habenti illam qualitatem,per supradicta: nec potest episcopus dispensare contra institutionem:ideo non posset vna ecclesia etiam cum authoritate papæ afficere certa beneficia cātoribus,aut aliis in præiudicium qualificatorum. vt scripsi in verb. dispensationis.§. volumus. de col. in concorda.& ita fuit iudicatum in magno consil.contra ecclesiam Thol.pro domino de Sarta. fallit quando nominatus esset doctor, quia doctor iudicatur nobilis.Bart.in l. iudices. de dignita C.lib.12 Bonus.de Curtili in tract. nobili.in 3.parte.nu.97 Facit l prouidendū C.de postula.glo in l.societas.ff.pro socio, & quæ ibi addidi. dixi in priuilegis scholarium. Et ista sunt notanda, quia sæpius vidi dubitari in palatio.

Nominatus nō nobilis an beneficia nobilibus debita acceptare possit.

Arrestum.

41 Idem si sacerdotalis præbenda vacet, & nominatus non sit sacerdos: si tamen hoc ex fundatione requiritur, tunc non debebitur nisi sacerdoti.c.cui.de non sacerdotali.de præbend.in 6.

42 Idem puto in mādato apostolice intelligendum,vt not. Feli.in c. nonnulli.col. 26. versi.9.conclusio,de rescript.quia propter officium datur beneficiū.c.fi.de rescrip.lib. 6.& iste non potest exercere officiū presbyteri, ergo non dabitur ei beneficiū nisi per clausulas mandatorum esset fundationibus derogatum, nec posset episcopus contra institutionem beneficii dispensare, vel eam immutare, vt tradit Feli.post Cald.in c.cum accessissent.col.7.nume.17. de constitu. Rochus Curtius in tract. de iure patro.in verbo honorificum.q.4.in fi.

43 Decimooctauò, non comprehenduntur beneficia vnita mensæ episcopali,vel capituli,quia mortuo vicario non vacant. cle. vna versi.quidam etiam. de exces.prælato. Idem si alio modo vnita sint, quia debentur ei,qui beneficium obtinet, cui sunt vnita de iure,vel de consuetudine,nec dicūtur vacare, ideo acceptari non possunt, vel requiri per nominatum. c.cum accessissent. de constitutio.glo. in verbo vacauerint.in §.item quod omnia.de colla.in prag. Fede. consil.187.casus talis est, dominus. & consil.200.quod permutatio. nam vbi beneficium est vnitum alteri perdit nomen beneficij,& exemptionis,si vniatur nō exempto. Domi.in c.cum personæ.§.fi.col.vlti de priuileg.in 6. sequitur Feli.in c. in nostra. correl.31.de rescrip. Si tamen fieret vnio de beneficio,quod vacauit in mensibus præstitutis nominatis, adhuc possent nominatus vti suo iure,per glo.in d verbo vacauerint. quia ius erat iam nominato acquisitū saltē affectum erat illi beneficium, ideo non poterat vniri per episcopum. Idem si non erat legitimè vnitum. Vide tamen, quæ dixi in c.sicut vnire. de excessib. prælat.& in paxi beneficiali in rescripto vnion.& Petrum de Perus.in tract.de vnio.beneficio. Item quādo vacaret beneficium per mortem rectoris in cuius fauorem est facta vnio in mensibus nominatorū, posset nominatus illud requirere, & vnitet vtrunque. glos. singu. in cap.gratia.in verbo de iure.de rescrip.in 6.glos.in regula cancel.11. & etiam vicaria perpetua posset acceptari,vt suprà dixi.

Vnita mēsæ nominatis non debentur.

24 Decimonond, non debentur beneficia post datam nominationum creata. cle. de rescript. quia non erat intentio mandatoris dicit text.in cap.mandatum. de rescrip. cap.quia sepæ.& cap.cum in illis. de præb.

Post nominationē datam, creata nō sunt nominatis affecta.

in 6. Nā forsitan fundatores ab illis creandis retraherentur, si simul atq; creata essent, deberentur, vt dicit glo. in d. cle. fi. & quia non erant in rerum natura tempore nominationum. l. si à colono. in fine. ff. de verbo. oblig. l. Aurelius. §. testamento. ff. de libera. lega. nec erant beneficia tempore datæ nominationum. Ideo non entis nulla sunt qualitates, & qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. j. ff. de noxa. Imò etiam si tēpore nominationum erat ordinatum per testatorem vel alium, & nondum confirmatum, & approbatum per episcopum, adhuc non deberetur nominato vel graduato ante cōfirmationem: ita expressè tenent Domi. de Rota decis. 11. quidam patronus. de iure patio in antiq. arg. l. cum syllanianum. C. ad sylla. quia ante confirmationem episcopi non potest dici beneficium ecclesiasticum. cap. nemo. 1. de consecra. distinct. 1. cap. ad hæc. de religios. domi. Felin. in capitu. cum adeo. col. 3. de rescript. de Rota decis. 17. quidam patronus. rubr. de præben. in antiquior. Præterea rescriptum non extenditur ad lites futuras cap. fin. de rescript. nec alia rescripta ad beneficia futura, sicut nec priuilegium concessum monasterio vel ecclesiis extenditur ad ecclesias postmodum acquisitas. c. cum cappella. de priuileg. Alex. consil. 178. in occurrenti. in 2. col. volu. 2. & si papa concedat alicui vt conferat primum beneficium vacaturum, non poterit conferre beneficium de nouo creatum. Collecta. in c. in nostra. col. 1. de rescript. Nec in donatione omnium bonorum veniunt futura. Bart. & alij in l. stipulatio hoc modo. ff. de verbo. obliga. & l. fina. C. de pact. facit l. nam & Seruius. §. si viuo. ff. de neg. gest. clem. 1. in fin. de censi. Geminia. consil. 69. Dominus noster.

Sed postquam beneficium fuerit authoritate episcopi approbatum, debebitur his, qui postea nominationes sument, quia beneficium est, & tertia pars beneficiorum est affecta graduatis & nominatis. §. præfatiq; graduati. de colla. in concorda.

Beneficium vacans tēpore nominationis, an debeatur nominatis.

45 Item nominationes bene cōprehendunt beneficia, quæ vacauerāt in mēsibus statutis graduatis & nominatis, si erant vacantia tempore quo nominationes concessæ fuerunt. glo. in §. si autem. in verbo inane. de coll. in prag. Brunel. vbi supra declarat vlti. conclusio. 19. Alexand. & Ias. in l. Titius. §. Lucius. nu. 11. ff. de liber. & posthu. Soci. in l. si iam facta. ff. de conditio. & demonstra. tum quia non desinit vacatio, & sic verificatur verbum vacantia, vel vacatura, seu dum vacabit, quia verbum futuri temporis includit præsens & præteritum. l. verbum oportebit. ff. de verbor. significa. quia vacans nunc, etiam vacabit de futuro, nisi conferatur. tum etiam quia gratia facta de beneficio vacaturo, comprehendit etiam beneficium id temporis vacās, quod tacitus papa concessisset, quàm ius daret ad vacatura, glo. nota. in cap. si postquam. de præben. in 6. & ibi Perus. eam notat. & gl. in cap. si capitulo. in verbo capitulo. de concess. præbend. eod. lib. gloss. est alia in cle. vna in verbo notitia, de concess. præb.

Dispensatio an prosit in iam obtentis.

46 Item si habens beneficium curatum obtineat aliud simile, & postea à papa impetrauerit dispensationem, vt duo curata posit tenere, talis dispēsatio proderit etiā in beneficiis obtentis ante datā dispēsationis. Pau. in propriis terminis, in l. & militibus. C. de test. milit. per l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniusto rupt. testa. de quo plenè Spec. in tit. de lapsis. §. dicendum. versicu. sed pone. de quo Ias. dubitat, licet plures decisiones tradat in l. quo minus in 21. q. Barr. ff. de flu. Ego sic conciliarem quòd dispensatio simplex non facta mentione illorum beneficiorum, quæ habet, non extenderetur ad illa beneficia iam obtenta, per scripta à Panor. & aliis in c. ad aures col. pen. & per Felin. in cap. postulasti. circa fi. de rescrip. nam legitimatio sobolis non firmat electionem illegitimè electi alias nati, nec purgatur vitiū eligentium, quia non trahitur retro. Bal. in Marg. in verbo legitimatio. q. 15. probatur in capitu. si gratiosè. in verbo retinere. de rescript. in 6.

47 Si autem verba ad dispēsationem etiam habeant mentionem de obtentis. & nō obstante quòd illa habeat, secum dispēsatur, tunc dispensatio etiam prodesset super obtentis, & ita intelligitur opinio Paul. Castren. in l. si iam. ff. de condi. & demostra. Anch. in c. non potest. de præben. in 6. & sic respondendum erit secundū verba dispensationis & illis visis, quia si de futuris tantum intelligantur, vtpote quia in dispensatione dicitur, quod deinceps, vel postea posit duo recipere beneficia, & ea retinere, tunc ab obtenta non extendetur, aliàs secus si mens pontificis posit elici, vt etiā super obtentis dispensauerit, quod est notandum. Intelligo tamen quando nullus alius erat graduatus, vel nominatus, alioqui alteri qui insinuauit, debebitur, per §. præfatique ordinarij. & ibi dixi in glo. ante vacationem. de col. in concord.

48 Et quid si beneficiū tempore datæ nominationū erat suppressum, & postea fuit reparatū, an debeatur nominato? vide Barba. in c. cum accessissent. nume. 89. versic. circa istud de consti. & Bonifa. in d. cle. fin. col. 2. concludentes quòd sic, per d. c. cum accessissent. quia reficere non est de nouo facere. l. 1. ff. de riuis. l. 3. §. reficere. de itinere actu que priua. intellige prout notat Bartho. & alii in l. 1. §. si quis ædificiū. ff. de noui operis nuntia. & Felin. post alios in c. cōsuluit. de Iudæis. Ias. in dicta l. quo minus. in fin. Allego glo. in c. de nioua. hæc. 8. q. 2. dicentem in reparatione ecclesiæ nō requiri con

sensum

ſenſum epiſcopi, ſicut ſi de nouo conſtruatur. faciunt nota. per Soci. in d. l. ſi iam facta. colum. vlti. & quod tradit do. Ruſ. in tract. regalio. in 8. priuilegio, vbi concludit ſufficere tempore vacationis beneficium eſſe, ad hoc vt ſub iure regaliorum comprehendatur.

Beneficia quæ optari poſſũt vigore cõſuetudinis nominationi ſunt affecta.

49 Vigeſimò, non comprehenditur beneficia, quæ poſſunt optari per antiquiorem vigore conſuetudinis, vel ſtatuti. c. vlti. de conſuet. lib. 6. quia in nominationibus non tolluntur conſuetudines aut ſtatuta eccleſiarum, nec in eis dicitur, non obſtantibus ſtatutis, vel conſuetudinibus, ſicut in mandatis, in quibus etiam non comprehenduntur, vt ibi. & in c. cum in eccleſia. de præb. in 6. Rota tamen deciſ. 5. ſi mandetur de cõſuetu. in no. dicit per clauſulas derogatorias tolli conſuetudinem optandi. Vltima tamen non optata remanebit affecta nominato, vel graduato, gloſ. in §. Item quod omnia. in verbo vacauerint. de collatio. in prag. ſicut eſt in mandato de prouidendo, vt in d. c. fi. de conſuet. Sic eſt dicendum in reſignatione ſimplici, vt non impediat optionem. c. fi. de præb. in 6. ibi, cum dicit tex. dum vacant ſed vacare dicuntur etiam per reſignationem. tex. expreſſus in cap. ſuſceptum de reſcrip. in 6. glo. in c. ſi propter. ibidem, etiã ſi fuerit admiſſa pe legatum, quia non potuit derogare ſtatutis eccleſiarum à papa confirmatis. glo. & docto. in c. pro illorum. de præbend. quia inferior non tollit legem ſuperioris clemen. ne Romani. de elect. nam quando fit reſignatio cauſa permutationis ad vtilitatem partiũ, adhuc optio procedit, teſte Peruſ. in d. c. fi. poſt Imol. in c. fi. nume. 40. de rerum permuta. ſecus ſi ad vtilitatem eccleſiæ, vt ibi. ſi tamen duo beneficia cõformia nihil differentia in illa eccleſia in qua eſt ius optandi vacarent, non poterit tunc antiquior optare. Roma. ſingul. 487. legat teſtator, vbi dicit ſe lucratum fuiſſe pluſquam ſexaginta ducatos. & hoc per text. mirabilem & ſingul. in l. cum aurum. §. ſed ſi argenti. & ibi glo. & Bart. ff. de auro & argento leg. multa addidi. in d. c. fi. ibi videre licebit, vbi iſtud non paſſim approbo.

Beneficiũ quod cõfert vnus canonicus nõ cõprehenditur.

50 Vigeſimoprimò, non comprehenditur beneficium quòd vnus canonicus confert ratione ſuæ præbendæ ſpeciatim, niſi nomine capituli conferret, vel niſi in nominationibus apponatur. R. decano & capitulo Pariſien. ſingulisque canonicis, & perſonis eccleſiæ tã coniunctim quàm diuiſim. ſicut in mandatis apoſtol. dicit tex. in c. mandatum. de præb. lib. 6. gl. in §. ſtatuit. in verbo ſpectat. de colla. in prag. Bal. conſil. 242. factum. in 3. vol. vbi ſi mãdetur prouideri de beneficio ſpectante ad collationem capituli, non comprehenditur is qui iure ſpeciali confert: quia quæ ſunt vniuerſitatis, non ſunt ſingulorum. l. in tantũ. §. vniuerſitatis. ff. de rerũ diuiſio. l. 2. & l. ſicut quòd cuiuſq; vniuerſita. no. Et tunc etiam non comprehenderetur beneficiũ in nominationibus, ſi collator tria non habebat beneficia. §. præfatique ordinarij. de colla. in concord. nec in mandatis niſi haberet decẽ. §. 1. de manda. ibidem.

Dignitates eccleſiarum cathedralium nominatis obſtante conſuetudine non debentur.

51 Vigeſimoſecundò, non comprehenduntur dignitates eccleſiarum cathedralium, quia ex conſuetudine huius regni debentur tantũ canonicis illarũ eccleſiarum. glo. in §. quòd ſi quis cuiuſcunq;, in verbo ſimiliter. & in §. itẽ cenſuit. in verbo requireret. de coll. in pragma. de Selua in tract. de beneficio. in 3. parte. q. 49. Benedic. in c. Raynutius. in verb. ſi abſque. nu. 10. in ſubſtitutio. fidei commiſſa. de teſt. Extra tamen cõſuetudinem, vel ſtatutum à papa cõfirmatum, deberentur graduatis, & nominatis, ſi vacarent in tempore illis præſtituto: vt tenet glo. in §. item placuit. in verbo parochialibus. de colla. in prag.

Papa in eccleſiis vbi rex habet ius regaliorum an poſſit creare canonicum.

52 Fallit, quando eſſet creatus canonicus à papa ad illum effectũ, ſcilicet obtinẽdi dignitates. & iſtud fit à cautis nominatis, vt poſſint dignitates conſequi. & hoc ſibi retinuit Roma. pontifex, vt patet in concond. in rub. de reſeruatio. §. in cathedralibus. & ibi dixi quid facere poſſit ille canonicus. ſic papa etiam de iure poteſt, in c. duobus. de reſcrip. lib. 6. c. cum cui. & c. hi qui, de præben. illo lib. Etiã poteſt creare canonicum in eccleſiis, vbi rex iure regali confert. quia ita concordatum eſt in d. §. fi. de reſerua. & quia hoc tendit potius in cõmodum regis, quã in præiudiciũ, vt plures habiles & idoneos habeat, quibus conferat. adhæc licet papa non intendat illa conferre, tamen ad illa habilitate poteſt: & magna differentia eſt inter hæc, vt dico in ſimili repet. l. quòd iuſsit. in 6. q. Bar. ff. de re iudic & poſtquam hic erit canonicus ad effectũ creatus à papa, rex non tenebitur ob hoc eidem prouidere ſed ſi velit, plurium habebit optionẽ. ſic dicunt doct. in c. 1. de filiis presby. lib. 6. quòd papa poſſit legitimare naturalẽ tantum, vt poſſit habere beneficia etiã ſpectantia ad præſentationem laici, quia laicus nõ ob hoc tenebitur illum ſic legitimatũ præſentare, & ſic erit potius cõmodũ patroni, quàm præiudicium. Benedict. in repet. cap. Raynutius. in verbo & vxorem. nume. 198. de teſta. quod eſt notandum.

Valet conſuetudo, vt tantũ canonicis cõferãtur dignitates

53 Et valet illa conſuetudo, vt canonicis tantum conferantur dignitates in eccleſiis cathedralibus. Peruſ. in c. ſi is cui. per illũ tex. in vlti. nota. de præb. in 6. Barb. in c. cũ con ſuetudinis. de conſuetu. imò ſi ſimpliciter mandetur prouideri in eccleſia cathedrali, non comprehenduntur canonicatus, ſi alia ſint beneficia, & nõ ſit in literis expreſſum de canonicatibus, & hoc propter honorem illius. c. quamuis. de præb. in 6. Feli in cap. 1. col. 4 & ſeq. de reſcrip. de Selua, q. 3. primæ

partis suis tractatus de beneficio, & sic in mandatis apostolicis cóces'sis secularibus ad beneficia secularia & dignitates, solet creari á papa mandatarius canonicus ad effectum, vt patet in forma manda. aposto. alioqui idem esset vt (suprà dixi) nec valeret ibi impetratio dignitatis, nisi illius statuti vel consuetudinis esse 2um exprimeret Io. Colo. in cap. si is cui. de præben. in 6. quod est notandum.

Habens vnicū beneficiū cuius collatione non potest grauari nominationibus.

54 Vigesimotertiò, non comprehenditur vnicum beneficiū, quando tantū quis illius solius habet collationē. §. præfati. de coll. in concor. vbi dicitur quòd tertia pars beneficiorum debetur nominatis & graduatis, & in vno non dicitur tertia pars, ergo vnum non debetur.

Item non est verisimile conditores voluisse priuare illum qui tantū vnius benefici; habet collationem, seu præsentationē, quia forte in vita semel tantū vacabit. glo. in §. item quod parochialis in verbo triennium. de colla. in prag. Domi. consil 36. casus talis. Nicol. Milis in verbo graria. q. 48. Felin. in ca. 1. nu. 9. & in r. in nostra, correla. 24. de rescri. Archi. & alij in c. si pro clericis. de præb. in 6. glo. in cle 1. in verbo incerta. illo titu. Et ibi Bonifa. dicit sic fuisse iudicatum in audientia, sua memoria, licet multa in cōtrarium allegata fuissent: ne tenuis vitæ homines vnico lumine prinentur. l. illicitas. §. ne tenuis de offic. præsid. licet Catellia. Cotta. in 2. parte memorialiū, in verbo limen, d cat ibi legendum limine. Si tamen habenti tria beneficia, vel decem, directæ fuerint nominationes, vel mādatum, licet postea vnū illorum sit vnitū, tamen non nocebit impetranti, quia tempus datæ debet inspici in hoc c. si eo tēpore. de rescrip. in 6. & factum legitimè non debet retractari regula, factum de reg. iur. in 6. sic concludit Imol. in cle. 1. in si. de præb. Et ita iudicauit senatus anno 1514. die 2. Iunij pro Renato du Voirie, contra Stephanū Boisrōd. super ecclesia parochiali de Haubert. Cenomañ. diœcesis.

Arrestum.

Si vnum habet in regno, & plura extra, an nominationibus possit grauari.

55 Quid si vnū tantū habeat in regno, plura extra regnū, an nominationes possint dirigi ad illum? Videtur quòd sic, quia plura habet beneficia, nec curandū est vbicunque sint. In contrarium tamen videtur, tū quia duplici onere grauaretur, nempe in regno grauatur nominationibus, & in beneficiis regni, & in illo quod est in regno, censetur monoculum: & si in illo grauaretur, duplici onere grauaretur. Item cumulatio summarum non fit, quando agitur de exclusione iurisdictionis, & si quando est odiosum. l. si idem. in princ. ff. de iurisdict. om. iudic. sed istud esset odiosum, ergo nō fieret cumulatio. Hæc quæstio fuit mihi petita in palatio, & ita respondi, dum erit operæpretiū, decidam. Interim cogitandū est, quia sicut grauamen videtur respicere totum patrimonium. l. si fideicōmissum. §. 1. ff. de iudi. cio & hoc grauamen beneficiorum respicit omnia beneficia, & sic illud beneficium regni non censebitur monoculū. Videtur cōtrarium tenere glos. in §. placuit in verbo tollerentur. de col. a. in prag. vbi dicit nominationes non posse concedi, quando gratiæ expectatiuæ nec contra, ne nimium grauetur ordinarij: & sic requiritur quòd collator habeat saltem beneficia in regno tria, vt sit tertia pars. §. præfatique ordinarij. de

Grauari nominationibus potest collator existens extra regnum existens ad beneficia regni.

56 colla. Et sic licet abbatia vel episcopatus sit extra regnum, dummodo beneficia sint in regno, poterunt grauari collatores, quia ad ea ita est tertia pars beneficiorum, quæ in regno est. §. præfatique ordinarij. de colla. & ideo non curo vbi sit collator, dummodo beneficia in regno sita sint tendant ergo recta sua nominati, id est nominationes ad quoscunque collatores etiam extra regnū, dum tamen modo in regno sita sint beneficia, nam qui in vno alleuiatur, in alio grauari potest, vel econtrario. l. cum qui. ff. de iure iurand. sed hic collator est alleuiatus expectatiuis, ergo nominationibus grauari poterit.

Et per prædicta putarem nominationes posse dirigi abbati habenti collationes decem beneficiorum, inter quæ sunt duo regularia, & octo secularia, vt regularis nominatus dirigere posit illi nominationes, licet nō habeat tria regularia, quia postquā habet vltra tria, tam regularia quàm secularia, poterit nominationibus grauari tam á regularibus, quàm á secularibus, vt dixi in mandatis, in verbo decem. in §. 1. de mā da. aposto. cum text. in d. §. præfati. non distinguat, & quia tertia pars quæcunque sit afficitur tam nominatis quàm graduatis, quando vacat in tempore illis præstituto, ideo si illa regularia vacent in tēpore eisdē statuto, illis conferri debebunt, quod est notandum.

De beneficiis extra regnum sitis.

57 Vigesimoquartò, non cōprehenduntur beneficia extra regnū sita, cō cōcordata ad ea non extendantur, & nominationes ad ea non possint dirigi, vt dixi suprà. q. 8. etiā si beneficia eis annexa essent in regno cum omnibus parochianis. nam postquā principale est extra regnum, non debetur nominatis nec graduatis in vim nominationum vel gradus. hoc expressè tradit Do. Chassa. in consuet. Burg. rub. *des censes*. §. 1. glo. *retenue*. nu. 6. vide Rom. in cons. 361. in casu. vbi concludit lagatum Franciæ posse cōferre beneficia in Frācia sita, etiā si collatores essent in Hispania. Itē quia bonū est argumentum de personis ad locum. l. a. §. eadem ff. ne quis eum qui in ius voc. est, vi eximat. Ias. in l. vinū in notab. in si. ff. si cer. peta & consil. 185. in ista colum. 4. volu. 2. sed persona extra non potest habere beneficia in regno, sic nominationes regni non cōprehendent beneficia extra regnum

&

& extra locum limitatum.

Beneficia per mortem vnius ex collitigantibus vacantia nominatis an debeantur.

58 Vigesimoquintò, non comprehenduntur beneficia quæ per mortem vnius ex collitigantibus vacant, quia lite pendente conferri non possunt.c.si hi. vt lite pendente.in 6.cle.1.illo titu.& ibi Bonifa.de Rota.decis. 582.vtrum.c.si hi qui in antiq. Hodie si crederem deberi cum lite pendente conferri possint in Francia, nec seruantur illa iura, vt sæpius vidi:& ideo si ille collitigans mortuus sit in tempore graduatis præstituto vel nominatis, & habebat ius in illo beneficio debet nominato conferri, si requirat,& euétus litis demonstrabit, qui est dubius.l. quod debetur.ff.de peculio. Vide quæ dixi in glossa comprehensa.§. declarantes.de mandat. apostoli. in concordan.videlicet an beneficium litigiosum sit affectum mandatario.

Quando collatio spectat ad duos, vni tantum non sunt nominationes dirigenda.

59 Vigesimosexto, non comprehenduntur beneficia spectantia ad collationem duorũ, si vni tantum nominationes directæ sint. ca.cùm in illis §.si.de præb.in 6. Rota decis. 61.nota gloss.in ca.mandatum. de rescrip.in antiq. quia nominationes quando diriguntur episcopo Magalon.nolunt grauare aliũ episcopum: ideo si collatio spectet ad episcopum Magalonen.cum alio non comprehenditur illud beneficium.facit.l. legatis.ff. de leg.2. vbi legatum factum vxori de his quæ parata erant ad ipsius vsum.non intelligitur de paratis ad communem vsum ipsius & viri. Idem in mandatis apostolicis. per d.§.fina. & docto.ibi tenent. Tamen si mandetur prouideri de beneficio spectante ad collationem episcopi Parisiensis, poterit prouidere de beneficio quod ipse cõfert cum consensu capituli not.in ca. vno.ne sede vacante.in 6.

Ecclesia cui nõ est certus prabendarum numerus, non diriguntur nominationes.

60 Vigesimoseptimo,non comprehenduntur præbendæ quando in ecclesia non est certus numerus. Bald.consi.472.in causa.in ca. vol.not.in ca.constitutus.de rescript. text.in ca.ex parte.de conces.præbend Dom.in c.si propter. col.3.versic.sed an habeat locum. de præben. in 6.quia in illis non datur.vacatio. cap.dilecto.de præben.Item quando aliquid impetratur,vel conceditur, quod in rerum natura non habet formam esse.nec speratur habere,dispositio est pro non scripta,quia non habet subiectum in quo fundetur.l.non moriturum.C. de contrahenda & committen. stipul.& not.Bald.in d consilio 472.At communius in regno præbendarum & canonicorum est certus numerus constitutus, alioqui fatuus esset nominatus tendere sua retia in illa ecclesia,cum optinere ibi præbendam nõ possit. vnde melius faceret, si se sumptibus inanibus non vexaret, cum obtinere spem non laboret,l.1.ff. de inofficioso testa.

De beneficio ad archiepiscopũ liberè deuoluto

61 Vigesimoctauo, non debentur nominatis beneficia per negligentiam ad episcopũ deuoluta, quæ in suis mensibus vacauerunt & nunc liberè ad eum deuoluuntur: nam liberè cui vult potest conferre.gl.in §.item ꝙ omnia.in verbo conferenda.de coll.in prag. quia postquam nominati illa in suis vacãtia mensibus non requisiuerunt, perdiderunt ius quod habuerunt,& libera dispositio deuoluta est ad superiorem, ac si nullus esset nominatus.nec obstat §. si quis verò ꝙ fiat deuolutio similis qualitatis,quia hoc verum est quando nominatus primum requisiuit, sed quando non requisiuit, liberè poterat primus collator conferre, sic & is ad quem deuoluta est potestas. An secundus nominatus habeat alios sex menses intra quos denuò possit petere,infrà dicetur. quæstio. 17.nume.15.

Vicaria temporales non subijciuntur nominationibus.

62 Vigesimononò,non comprehenduntur vicariæ temporales,licet in perpetuis sit secus clem.vna.de offic.vica.ca.extirpadæ. §.qui vero.de præben.temporales in titulum non dantur.d.c. G.perpetuus. de fide instru.Anton.de Butr. consi.3.in facto alioqui duorum esset ecclesia.quod reprobat text. in c. cum non ignores. de præben.& de his vicariis vide in d cap.extirpandæ.§.qui vero.de præbẽ.Et quæ plenè dicit D: Aurioli in addit.ad Guilielm.de monte laudu.in c. super eo. illo titu. in 6.vbi plenè discutit ille miles Tholosanus. & Aegid .bellameta,consilio 38.scripsi in tractatu de congrua portione.

Pensionis non possunt impetrari vigore nominationũ.

63 Trigesimo,non comprehenduntur pensiones,quæ cum persona habentis extinguũtur.nota.in c.ad audientiam.2.de rescrip.c. nisi de præbend.cap.quamuis.illo titu.in 6. dixi in tractatu. de pacifi. possessoribus.in 8.amplia.

Per simplicem resignationem vacantia non comprehendũt nominationes.

64 Trigesimoseptimo,non debentur beneficia vacantia per simplicem resignationem, sed per ordinarium liberè cõferri possunt. §.volumus.de colla in concor. & in prag.in §.item ꝙ omnia.& hoc quia expressum est non comprehendi.

65 Secus ergo in mandato apostolico, vt etiã beneficium vacans per resignationem simplicem debeatur mandatario.c. dudum.de præbend.in 6.ca.vno.de rerum permut.eo. lib.c.susceptum.de rescript.eo lib. Collect. in ca.ex tenore.colũ.vltim.de concess. præbend. quod est intelligendum nisi tales resignationes fierent in fraudem.cap. vno.de renuntia. in 6. & ibi declaratur quomodo probetur illa fraus, vide quæ plenè dixi in glos.vacantia.§.volumus.de coll.in concor. bonum esset tamen & æquum, ne etiam in mandatis comprehenderentur propter fraudes, quas in dies faciunt ordinarij. Et ita declarauit Leo decimus, quod beneficia per obitum duntaxat, & non aliàs vacantia mandatariis affecta sint, anno domini millesimo quingentesimoquarto, decimotertio Kalendas Octobris, pontificatus sui anno 2. & arresto fuit decisum pro collatione legati facta alij quàm ipsi manda-

Arrestum.

datario de beneficio vacante per resignationem pro præbenda Carnoten. anno 1537. in vigilia Penthecostes.

66 Trigesimo secundò, non venunt beneficia curialium, etiam extra curiam vacantia, cum dicantur esse reseruata collationi papæ, extrauag. ad regimen. de præben. in communibus. & regula 5. Inno. 8. & regula 1. Clem. papæ modern. & regula 62. & si desierint esse curiales, an comprehendantur, vide Philipp. Perus. in ca. statutum. colum. 2. de præbendis. in 6.

Beneficia curialium curialibus reseruantur.

67 Trigesimotertiò, non debentur oratoria nominatis, ita q sint eis per concordata affecta, quia nō dicuntur beneficia ecclesiastica c. authoritate. de priui. in 6.' siue sint publica, siue priuata. de quibus per Cardi. consilio 11. quædam societas. col. 2. dixi in tractatu, de pacific. possesso. decima limita. numero 286.

68 Trigesimoquartò, non comprehenduntur quando vacassent in mense Iunio, vel alio libero: nam si collata fuerint absenti, qui in mēse Iulio recusauit, non debebuntur nominatis, cum de nouo non vacent recusando acceptare, text. & ibi docto. in capi. si tibi absenti. de præbend. in 6. glos in verbo comprehensa. §. declarantes. de mandatis aposto. in concord.

69 Trigesimoquintò, non debenaut beneficia. quæ per cessum canonicorum, vel decessum supprimi deberent. vt si ex viginti præbendis statutum fuit quòd fierent quindecim, tunc nominatus illas præbendas non acceptabit, quia sunt suppressæ, & quòd non est, non debetur. ca. dilecto de præben. ca. ad dissoluendum. de despon. impub. Nec illa beneficia impetrari possunt. Tamen si in fraudem nominatorum hoc fieret. deberentur illa beneficia. vt scripsi in §. volumus. in fin. de colla.

70 Vltimò, non comprehenduntur beneficia reseruata per extrauagā. execrabilis, vel alia reseruatione. Roma. consi. 342. quoad primum in primo dubio, vbi dicit beneficia vacantia in curia, vel aliter reseruata nō comprehendi sub gratiis expectatiuis. Sic dicerem in nominationibus, & sub gradu etiam non comprehendi. alia multa inuenies, quæ hic addere poteris, hæc tamē sunt vtilia & principalia.

Reseruata per extraua. execrabilis, nominatis non afficiuntur.

Quæstionis decimæsextæ Epitom.

1 *Beneficia vacantia quo tempore nominatis vel graduatis affecta sint.*

2 *Tempus mensium nominatorum & graduatorum quomodo computetur.*

3 *Præbenda theologalis quocunque tempore vacet, est affecta theologis.*

4 *Parochiales ecclesiæ in villis muratis, aut ciuitatibus sitæ, qualificato debentur.*

5 *Subrogatum debet sapere naturam eius in cuius locum subrogatur.*

6 *Beneficia sita in villis muratis &c. quocunque tempore vacent, nominatis aut graduatis debentur, & nu. 8. & quid si muri sint destructi. 14. vide limitationes à numero 21. vsque ad numero 35.*

7 *Collatores beneficia idoneis conferre tenentur.*

Idoneus quis dicatur.

9 *Ecclesia parochialis quæ dicatur, & quomodo cognoscatur. & nume. 10.*

11 *Ciuitas quæ dicatur. & quæ villa murata.*

12 *Graduati extra regnum an possint habere parochiales ecclesias.*

13 *Ecclesiæ parochiales in suburbiis existentes graduatis debentur.*

Vrbis appellatione & suburbia continentur.

14 *Muri ciuitatum quando facto tyranni aut hostium destruuntur, nihilominus ciuitates retinent sua priuilegia: secus si ob delictum.*

15 *Villa an in dubio debeat murata iudicari.*

16 *Vicariæ perpetua ciuitatum graduatis affecta sunt, & in quibus comparentur beneficiis curatis.*

17 *Prioratus an requirat qualificationem.*

19 *Plebania an sit affecta graduatis.*

Plebania quæ dicatur.

20 *Gradus an requiratur semper in villis muratis etiam his qui per triennium studuerint.*

21 *Insinuatio an requiratur ad habenda beneficia in villis muratis.*

22 *Episcopus tenetur conferre beneficia nominatis affecta, etiam si eidem non insinuauerint.*

23 *Papa per mandatum vel præuentionem confert non qualificato. & nume. 24.*

25 *Beneficium simplex aut præbenda an qualificatis debeantur.*

26 *Parochialis actu debet esse ecclesia antequam debeatur qualificato.*

Haberi dicitur quod cum effectu habetur.

27 *Graduati sub bulla non possunt habere ecclesiam parochialem vt sui gradus.*

28 *Licentiato in artibus, vel qui studuit in medicina, non debetur ecclesia parochialis.*

29 *Parochialis annexa alteri non existenti in villa murata, non est affecta nominatis.*

30 *Dispensatus ad beneficium simplex, cui est annexum curatum, est capax & annexi.*

31 *Ecclesia parochialis collegiata non est affecta nominatis.*

32 *Idem si ecclesia parochialis vacaret in curia.*

33 *Idem si conferretur ex causa permutationis non qualificato.*

35 *Recedentia an debent adiudicari nominato, etiam si negetur beneficium vacasse tempore eidem affecto.*

Qæustio xvj. principalis.

1 DECIMOSEXTO principaliter quæritur quo tempore beneficia vacantia nominatis vel graduatis affecta sint? Respon. breui, si vacent in mensibus Ianuarij & Iulij nominatis debentur. si vero

Quo tempore vacantia graduatis & nominatis affecta sint.

verò in mensibus Aprilis & Octobris, graduatis simplicibus. & hoc habetur in concor. rub. de regia facultate. &c. Dixi in repe. l. vnicæ. notab. vlti. C. de senten. quæ pro eo quod interest. Et hæc est optima & clara prouiso quam optauit glos. pragm. sanct. in §. item placuit in verbo ordo. in fi de colla. nam turnus turbabat & collatores, & nominatos, hodie verò ista tertia pars temporis est clara Inter nominatos tantum & graduatos controuersa.

Quomodo computetur tempus mensium nominatorum.

2 Et hoc tempus computatur à media nocte vltimi diei Decembris, vsque ad mediã noctem vltimi diei Ianuarij. l. more Romano. ff. de feriis. & quod vacauit ad mediam noctem vltimæ diei Aprilis, debetur graduatis simplicibus. not. in ca. consuluit. de offic. deleg. & Bal. in c. 2. de feriis. & sic quia iurauit soluere die dominica, potest soluere vsque ad medi am noctem. Bald. & Felin. in c. ego N. de iureiuran. Vide Catellia. Cottam in 2. parte memorialium. in verbo diẽ. Tamen solutionem de nocte poterit recusare creditor si damnum aliquod prætenderet, & fuisset paratus dilationem prorogare in diem crastinum. gloss singu. in d. l more. secundum Bald. in Marga. in verbo oblatio. q. 2 & Ias. in l. non solùm. §. morte. nume. 41. ff. de noui oper. nuncia.

Præbẽda theologalis quocunque tempore vacet, theologo est affecta.

3 Fallit in præbenda theologali, quæ est conferenda theologo, quocunque tempore vacet, cum §. primus, de colla. in concord non præfigat tempus, sed afficiat præbendam. ergo quocunque tempore vacet, quia ecclesia cathedralis debet semper habere theologum. c. super specul, de magist. quem non haberet si præbenda liberè posset per ordinarios conferri.

Ecclesia parochialis in villis muratis sita, qualificatis debentur.

4 Secundò, fallit in ecclesiis parochialibus in ciuitatibus existentibus, aut in villis muratis per §. statuimus. 2. de col. in concor. qui non repetit qualitatem mensium. ergo quocunque tempore vacent nominatis, seu graduatis, aut illis qui saltem per triennium in theologia, vel in altero, aut in vtroque iuriũ studuerunt, vel magistris artium debentur. Itẽ hæc decisio §. statuimus, est negatiua, videlicet vt non conferantur nisi graduatis, & suprà expressis, quæ totum negat. glos. in l. hoc genus. ff. de condi. & demonstrat. nam quando lex vel statutum loquitur vniuersaliter negatiuè, tunc omnia excludit, etiam actum pium, & aliâs fauorabilem. l. obligari ibi, ex hoc autem quod pupillus nullam rem sine tutoris authoritate alienare potest, apparet, nec manumittere eum sine tutoris authoritate posset. ff. de authoritate tutorum. Iason consil. 182. in præsenti: colũ. 1. volumi. 2 ergo à contrario illis est conferendum, quocunque etiam tempore vacẽt.

5 Tertio, subrogatum debet sapere naturam eius in cuius locum subrogatur. l. si eum §. qui iniuriarum ff. si quis cautio. sed concordatum est subrogatum in locum prag. sanct. vt patet in proœmio concord. Franciscus. ibi, saltem vice illius. & postea ibi, pragma. sanctio. vicem. & in fine ibi. Ita vt sanctionis vicem, instárque plenũ habeant. & in rubr. de approbatione conuentorum, ibi, loco prag. sanctio. & in aliis locis: sed in pragm. præbenda theologalis & ecclesia parochialis non faciebant turnum, sed vltra tertiam partem conferre debebant graduatis. glo. in §. insuper. & in §. item placuit. de colla in pragm. Sic vltra tertiam partem temporis in concord. graduatis præstituti, eis debent conferri hæc beneficia, & sic quocunque tempore vacent. Tertio, ratio d. §. statuimus. est vt prouideatur literatis de hac ecclesia parochiali, & vt instruatur populus, qui est maior & idoneior in ciuitatibus & villis muratis, quàm ruri. ideo debent eis præfici viri scientia & moribus præditi, qui possint eos instruere: & tales præsumuntur esse huiusmodi qualificati. & si non conferrentur quocunque tempore graduatis, cessaret ratio concordatorum nam præfici possent ignari in illis ecclesiis, ergo, & c. ita tenet gloss in 6. in ecclesiis. in verbo parochialibus de colla in prag.

Conclusio. Beneficia quocunque tempora vacent graduatis aut nominatis debentur

6 Ideo affixi conclusionem, & defendi sic, beneficia quocunque tempore vacent, nominatis aut graduatis debentur. intellige vt proximè dixi, videlicet sita in villis muratis, & quando sunt ecclesiæ parochiales, vel præbendæ theologales.

7 Item episcopi & alij collatores tenentur conferre beneficia idoneis. capitu. graue. de præbendis. & idoneus dicitur, qui est idoneus moribus, scientia & ætate. & capi. cùm in cunctis. in princip. de elect. vt maximè sunt graduati. ergo eis debentur beneficia de iure, quocunque tempore vacent, non tamen sunt illis affecta per concordata, nisi vacent in quatuor mensibus suprà designatis, & sic potest intelligi conclusio, vide tex. iuncta gloss. in capitu. 1. de spons. impub.

Regula de beneficio villa murata.

8 Regula ergo est. quod ecclesiæ parochiales in villis muratis, seu ciuitatibus existentes, debentur viris qualificatis, seu graduatis, aut saltem qui per tres annos in theologia, vel altero iurium studuerint, vel magistris artium. d. §. statuimus. quocunque tempore vacent, quia ibidem commorãtes sunt maioris intellectus capaces ad instruendũ, quàm alij rusticani: ideo habere debent peritiores. qui eos instruere possint. capitu. statutum. in principio. de rescriptis. in 6. & suprà dixi.

Quæ dicatur ecclesia parochialis & quomodo cognoscatur.

9 Sciendum est quod ecclesia parochialis dicitur, quæ habet parochiam ad eius curam deputatam. Panor. in c. extirpandæ. §. qui vero. de præbend. in repeti. col. 1. versicu. venio nunc ad aliquas. Vel parochiales dicuntur, id est curam habentes. Cardin. in c. quia. col. 2. q. 3 de cleric. non residen. quod non est verum simpliciter, vt dico in d. §. statuimus. 2. in gloss. parochiales.

Et

10 Et cognoscitur, quando quis in ea tenetur ministrare, vel recipere sacramenta ecclesiastica, vt baptizare, confiteri, sepeliri, & alia. Panormi. in ca. de multa, colum. penulti. de præben. per gloss. in verbo impendant. in cle. dudum. de sepult. Et vt parochiani diebus dominicis missam audiant. capitu. vt dominicis. de parochiis. & ex aliis quæ docto. tradunt in rubr. illius tituli, & Roma. consil 56. circa primum consultationis. colum. 1. Et fuerunt diuisæ per Dionisium papam, anno 266. capitu. 1. 13. quæst. 1. cap pastoralis, de his quæ fiunt à prælat.

Ciuitas quæ dicatur, vel villa murata.

11 Item dicitur ciuitas, quæ habet episcopum. ca episcopi. 80. distin. c. 1. de priuileg. & villa. murata accipitur pro loco populoso muris circundato, vt glo. tradit in d. §. in ecclesiis. in verbo, villis. & sic beneficia municipiorum, & vt vulgò dicitur, villagiorum, etiam muris circundatorum, non debentur graduatis. vt ibidem dicit glossa: quia in eis cessat ratio text.

Graduati extra regnum nõ possunt hab. parochiales ecclesias habere.

12 Amplia, siue sit graduatus in regno, siue extra, cum d. §. statuimus. tantum requirat gradum, studium vel qualificationem, & lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi. l. 1. § generaliter. ff. de leg. præstãd. l. 3. de offic. præsid. gloss. in regula cancella. Iulij secundi. in 3. parte. dummodo sint promoti in vniuersitatibus. secus si sub bulla. Item quia vna & eadem est ratio in illo, ergo & iuris decisio procedet. l. illud. ff. ad legem Aquil. vt dico suprà in q. 10. princ. vbi licet plenius videre. circa finem.

In suburbiis existentes graduatis debitur

13 Secundo, extende siue dictæ ecclesiæ parochiales sint intra ciuitates, siue extra in suburbiis, quia est eadem ratio, & quia appellatione vrbis & suburbia continentur, l. 2. ff. de verb. signific. not. in ca. si ciuitas. de senten. excom. in 6. & gloss in §. in ecclesiis. in verbo existunt. de colla in prag. dicit interuenisse arrestum pro ecclesia sancti Laurentij in suburbiis Parisiorum existente, facit quod statutum ciuitatis simpliciter disponens, extenditur ad totum comitatum. sic per multa consuluit Panorm. consi 52. in quæstione. col. 2. volu. 2. quia ecclesiæ quæ sunt in continentibus ciuitatis, in ciuitate esse videntur l. ædificia. vbi scripsi. ff. de verbor. significa. siue resideant vel maior pars intra ciuitatem, siue extra, dum tamen iuxta ciuitatem in continentibus ædificiis, quia rationes supradictæ in istis habent locum. nam sunt capaces doctrinæ illi qui resident in suburbiis ciuitatis, ita sicut ciues: secùs in rusticis longè distantibus à ciuitate, & ita respondissent conditores, si de hoc fuissent interrogati, insequendo rationem legis, ita & nos debemus dicere. glos. in l. tale pactum §. finali. ff. de pactis. & ista etiam tendunt in commodum episcoporum, vt graduatis idoneis conferant, & animabus suis prouideant.

14 Tertio, amplia, etiam si muri essent bello vel alia ex causa iniusta destructi, quia tunc non cessat ratio, nec dispositio legis cessabit: secùs si authoritate superioris fuerint destructi ob delictum Lucas de Penna in l. fin. C. de quib muner. libr. 10. vbi videbis 26. quæstiones in materia murorum publiquorum notabiles. Vide gloss. hoc expressè decidentem in d §. in ecclesiis. in verbo existunt. vbi dicit quod quando facto tyranni, vel hostium, muri ciuitatis destruuntur, non perdit priuilegia, secùs si per delictum destruantur. Idem si muri ceciderunt, vel maior pars ob vetustatem, vt Melgorii iuxta. Montempessulanum, quia istud priuilegium non conceditur propter muros, sed ob frequentem populum ibidem inhabitantem: & dicitur quod locus non facit villam muratam, sed materia, arg l vrbana 2. ff de verb. signifi. & bonum esset quod declararetur expressè de villa murata. quia sæpius in lingua Occitana dubitatur propter burgos muris vallatos.

Quando muri sunt ob bellum destructi.

In dubio an villa debeat murata iudicari.

15 In dubio debet potius iudicari villa murata, vbi muris est circundatus locus, & numerus magnus populi, quàm non, quia hoc fauorabile est, vt doctis cõmittantur & idoneis ecclesiæ parochiales. cap. grauè. de præbendis. & suprà in procemio concordat. & in dubio fauendum est tam graduatis, vt fieri debet. authent. habita. vbi scripsi. C. ne filius pro patre, quàm parochianis, vt dixi in d. §. statuimus.

Vicaria perpetua ciuitatum graduatis debẽtur, & in quibus comparentur beneficiis curatis.

16 Quarto, extende etiam in vicariis perpetuis ecclesiarum, cum regantur eodem iure quo parochiales, & illis æquiparentur. cle. vna. de offic. vica glos in verbo parochialibus. d. §. in ecclesiis facit quod notat Rota decisio. 2. fuit dubitatum. de excessib. prælato. in nouis, vbi dicit quod sicut episcopus non dispensat cum rectore super ætate, ita nec cum perpetuo vicario.

Item per adeptionem secũdæ vicariæ, vacat prima. d. clem. vna. de offic. vicar. etiam ibi dicitur, quod ætas requisita in curato, & in vicario requiritur. & hic tenetur intra annum promoueri iuxta. cap. licet de elect. in 6. etiam tenetur residere. ca. fi. de offic. vicarii. Nec potest destitui mortuo priore ca. adhæc. de offic. vica. & cum illis potest episcopus dispensare secundum formã. c. cùm ex eo. de elect. in 6. Feli. in d. c. G perpetuus. de fide instru. & debetur eis quarta canonica. Cardin. in cle. dudum. §. verum. q. 22. de sepult. & potest ordinari ad titulum suæ vicariæ. c. postulastis de rescri. Cardin. in d. clem. vna. quæstio. 8. & æquiparatur vero rectori. capi. constitutus & c. Michael. de filiis presbyterorum. sed an rector vel vicarius sit fundatus de iure communi super decimis & oblationibus. vide ca. ex transmissa. de rescript. ca. in nostra. de sepulturis. glossa in constitutio. Angliæ, rubri. de institutio. vicar. in 1. glossa. & Aegid. consil 30 col. 13. & an prior dicatur habere curam. clem. ne

in agro

in agro.§. cæterùm. de statu monacho. de Rota decis.5.notat.q; cum vicarius. de offi. vicar.in antiq.plene nota.in ca.extirpandæ. §.qui verò.de præbendis.scripsi in tract.de congrua portione.quæst.vltim.

Prioratus an requirat qualificationem.

17 Tamen non requiritur, quòd ille qui habet prioratum, sit graduatus, vel qualificatus, quia non habet curam nisi habitu. Panor.in cap. extirpandæ.in repeti.§. qui verò.colum.4.versicu.quæro penes quem.de præbend.& infra in §.limita.dico ecclesiam habentem curam habitu,non comprehendi vide tamen Felin.in c.postulasti.colum.2.& seq.de rescript.

18 Quintò amplia etiam in oppidis muris circundatis,cum sit eadem ratio.de quibus in l.pupillus. ff.de verb. signific. Alex.in l.1.§. siue autem de noui operis nuntia. glossa in verbo Lombardiæ.in extrauag. qui sint rebelles.& Felin.in c.Rodulphus de rescript. quia ex communi vsu loquendi etiam villa murata dicitur qui debet attendi.l.librorum.§.quod tamen Cassius.ff. de legat.3.l. labeo. de suppel.lega & d.§. statuimus loquitur de villa & de ciuitate. aliqui tenent non dici villam muratam, nisi sint ibi nundinæ,aut mercatum. quod non est verum, sed frequentia populi cum muris facit villatam muratam.

De plebania.

19 Sextò,amplia etiam in plebania. Federic. consil.80.factum est tale,legatus. vide eum consil.86.casus talis est,prior.in fine allegat tex.in c.1.ne cleri.vel monach.in 6. vbi sicut habens ecclesiam parochialem non potest audire iura ciuilia,ita nec plebanus. capitu. super specula.ne cler.vel monach.quod intellige quando illa plebania esset intra ciuitatem,& esset parochialis, & curata,vt plebania sancti Firmini in Montepessulano, alioqui contra. quia §.statuimus.loquitur de parochialibus ecclesiis tantum,& plebania dicitur quæ sub se habet capellas in quibus instituuntur clerici perpetui.text. in capitulo primo in fin.ne clerici vel monachi in sexto plenè Paulus decitad.in tractatu de iurepatronatus in tertia parte.q. 32.in 1.causa acquirendi.

Gradus an requiratur semper in villis muratis etiam his qui triennium studuerint.

20 Septimò, procedit, siue ille qui studuit triennium, sit baccalaureus, siue non, cum d.§.statuimus,hoc non exprimat, ergo nec ego debeo addere.nam primò dicit quod conferantur modo præmisso qualificatis, scilicet graduatis vel nominatis, si sint.si vero tales non reperiantur, saltem his,qui studuerint per triennium, & sic dictio saltem (vt infrà dicam) diminuit,& etiam quia non repetit gradum, prætereà quia suprà statuit quinquennium ad assumendum gradum.in §.prætereà.& §.tempus competēs: ergo hic non intelligi quod sit graduatus ante tempus quinquennij competens, quia nihil prodesset quo.ad impetrandum nominationes, vt clericus impetrentur, nec poterit beneficia in vim gradus habere aliis qualificatis existentibus, etiam per gratificationem d.§.statuimus.s.a.

Item hoc dixisset text.si voluisset tamen contrarium tenet glo.in verbo qui si sit.in §.in ecclesiis. de colla.in prag. quæ fortè potuisset procedere per verba pragm.secus per hæc verba concordatorum. Fallit in magistro artium, qui habere debet gradum.d. §.statuimus. nec sufficeret studuisse etiam per quinque annos sine gradu.

Insinuatio an requiratur ad habenda beneficia in villa murata.

21 Primo,limita quando vnus non insinuasset,& alius sic:tunc ille qui insinuauit, præferri debet.d.§. statuimus. ibi modo præmisso qualificatis.& ibi dixi in glo.& suprà q.14.in fin. At si nulli essent qui insinuauerint, tamen tempore vacationis vnus acceptat,illi dicerem tunc deberi propter illam alternatiuam, aut, & illam dictionem saltem in d.§.statuimus positam. dum tamen probaret se triennium studuisse: quia melius est vt his etiam non graduatis aut qualificatis conferantur,quàm aliis ignaris. Et ista videtur mens concordatorum, vt literati prouideatur. quod optimè, fiet si procedatur vt dixi.& etiam quia in dicto §.non repetit qualificationes, sed tantum studium.

Conclusio. Episcopus tenetur conferre beneficia nominatis etiam si nō eidem insinuauerint.

22 Et sic affixi conclusionem. Quod episcopus,& alius collator beneficia nominatis affecta, etiam si non eidem insinuauerint conferre tenetur.intellige,vt dixi,vel quando insinuauit prædecessori, vt etiam suprà dictum extitit, vel quando confert iure deuoluto,quia beneficia deuoluuntur cum illa qualitate, vt graduatis, & nominatis conferantur.§.si quis vero.de collat. in concord.in cle.vna.de supplē.negl. prælato.vel intellige in prabenda theologia nullo theologo existente qui insinuauerit, licet regulariter insinuare debeant graduati,ac nominati,vt suprà dixi.

Papa per mandatum vel præuentionem confert non qualificato.

23 Secundo, fallit quando esset mandatarius, quia ille præfertur etiam in ecclesia parochiali in villa murata existente secundum quosdam.rubric.de mand.apost.§.1.in concord. quia apostolicus alteri præferri debet cap.fi. de præben. in 6.& hoc probatur ibi, quomodocunque qualificata.quod ibidem reprobaui per multas rationes, quas ibidem vide,si lubet.

24 Tertio, restringe quando papa præueniendo confert non graduato, vel non qualificato, quia hoc sibi retinuit in d.titu.de mandat. aposto §. declarantes. sed ibi in gloss.qualificata,reliqui cogitandum, quia videtur peruerti status ecclesiæ Gallicanæ, quem statum papa cum rege constituit ecclesiis parochialibus villarum muratarum. Ideo per alterum non potest immutari & istud videtur esse iustum,& æquum.

Simplex beneficium & præbenda an qualificatis debeatur.

25 Quarto,limita, quando beneficium simplex esset intra ciuitatem, aut aliqua cappellania,tunc non comprehenderetur. quia vbi verba & mens non conueniunt, non

conuē

conuenit eius dispositio. l. 4. §. toties. ff. de dam infect. & text. in d. §. statuimus. loquitur de ecclesiis parochialibus, non de beneficiis simplicibus in quibus cessat ratio d. §. statuimus. Idem in præbendis in ciuitatibus existentibus, vel in villis muratis, vt non debeantur graduatis, quia text. in d. §. statuimus, tantum loquitur in ecclesiis parochialibus & sic nô habet locum in præbendis. Fallit quando vna esset deputata curæ, tunc graduato esset conferenda, vt hic patet cum ratio supra assignata in hoc casu procedat. quod est verum principaliter, secùs si accessoriè. capi. super eo. de præbēdis. libro 6.

26 Quintò fallit quando esset parochialis habitu: vt pote quia ibi nullus remansit parochianus. nam tunc cessat ratio dicti § statuimus. ergo & dispositio cessabit. cap. cùm cessante de appella. gloss. in d. §. in ecclesiis. in verbo parochialibus. hoc in propriis terminis tenet, & communiter approbatur, quia deficientibus personis collegij, desinit esse collegium. Sic deficientibus parochianis, desinit esse parochialis ecclesia. notat. in l. sicut. ff. quod cuiusque vniuersita. nomina. Archidia. & alii in ca. licet canon. de elect. in 6. vbi concluditur, quòd habens istam ecclesiam, non tenetur promoueri intra annum. glossa in extrauag. execrabilis. Ioan. 22. in principio in verbo habentia. de præbendis. Panor. & Decius in ca. pastoralis §. fin. de rescripr. Barba. in consi. 17. prælatè. col. 5. in 1. volu. vbi dicit istam opinionem esse communem, per ea quæ notantur per illum text. in clement. vna. de offic. vicarij, inquantum loquitur de ecclesiis curam animarum habentibus, quia illud dicitur haberi, quod cum effectu habetur. l. nomen filiarum. §. habere. ff. de verb. signific. Etiam dicitur quod verba accipi debent cum effectu. l. 1. §. 1. ff. quod quisque iuris. de Bellamera consil. 38. supposito. col. 3. versiculo, nec obstat quod benedicet, &c. & pro hac opinione facit text. in l. vinaria ibi, tandiu, in ea causa esse, quandiu vinum haberent. cum sine vino esse cœperint, desinerent in eo numero esse ff. de verbor. signific. Archidia. in capitu. si apostolica. de præbend. in 6. nisi esset verisimile quòd parochiani breui essent reuersuri. vt pote quia superstites erant in alio loco, & domus eorum remanebant adhuc constructæ in loco curæ, secùs si erant dirutæ. Colle. in cap. de multa. col. 1. de præbendis. argumen. capitu. pastoralis. 7. quæstio. 1.

Parochialis actu debet esse antequam debeatur qualificato.

27 Sextò, fallit quando esset graduatus sub bulla, quia text. in d §. statuimus. dicit in vniuersitate priuilegiata, ergo non possent habere illam ecclesiam hoc genus graduati, quia non sunt in vniuersitate promoti. Item quia non sunt promoti in vniuersitate famosa, de qua textus intelligitur. & quia non gaudent priuilegiis aliorum in hoc regno. vt infrà dico, quæstio. vltim. & suprà dixi. quæst. 10. plenius.

28 Septimo, fallit in licentiato in artibus, vel in illo qui studuerit triennium in medicina, cum tantum exprimatur in d. § statuimus. ille qui studuit in theologia, vel in altero iurium, & magister artium, ergo alij excluduntur, argumento. l. cum prætor. ff. de iudicis.

29 Octauo, non precedit, quando ecclesia parochialis esset accessoriè annexa alteri non existenti in villa murata, vel in ciuitate, tunc qui est capax principalis, erit etiam capax accessorij, nec conferri debet, vt hic. argument. text. in cap. super eo. de præbēd. in 6 hnc expressè, tenet gloss. in d §. in ecclesiis. in verbo parochialibus. in fine. quia accessorium sequi naturam principalis conuenit. l. cum principalis. ff. de regulis iur. & dicta regu. accessorium.

Parochialis annexa non debetur.

30 Facit quod si episcopus dispensaret eum, illegitimo ad beneficium simplex. si illis esset annexum curatum, erit dispēsatus capax & annexi Domi. & Perusi. in capi. 1. de filiis presbyter. quia vbi beneficium est vnitum alteri, illud annexum perdit nomen beneficij. Rota decis 11. nota quod vbi beneficium est vnitum, de rebus eccles. non alien. in antiq nec in eo tenetur rector residere, nec ad sacerdotium intra annum promoueri. capit. extirpandæ. §. qui vero. & ibi dixi de præbend Nicolaus Milius in verbo ecclesia parochialis. vlti. Si tamen vniretur in fraudem nominatorum, posset nominatus post mortem possessoris illam requirere, & acceptare per nor. in c. si de reb. eccle. non alienandis.

31 Nono, limitatur quando esset ecclesia parochialis collegiata, tunc non procederet, quod hic dicitur per ca. statutum. iuncto. ca. licet canon. de elect. in 6. & ibi multa addidi, tum quia sunt diuersa, tum quia nominando minus, non comprehendit maius, siue dignius cap. sedes de rescriptis. gloss. in verbo parochialibus. in fine. in dicto. §. in ecclesiis.

32 Decimo, non procedit quando vacaret in curia, quia tunc liberè solus papa confert. c. 2. de præbendis in 6. limita, vt dico suprà, q. 15. nume. 27. & sequen.

33 Vndecimo, fallit quando conferretur ex causa permutationis non qualificato, dum tamen modo sit graduatus iure. nam tunc sufficiet, quia vbi est eadem ratio, & idē ius est statuendum. l. illud. ff. ad legem Aquil. sed eadem ratio procedit in hoc casu, quando confertur graduatis, etiam qui non insinuauerunt quæ in aliis qui insinuauerint, nam insinuatio nil addit ad doctrinam: ergo sufficiet conferre beneficium in villa murata ex causa permutationis ritè graduatis, Secundo beneficia vacantia causa permutationis sunt excepta in § . volumus suprà de collat. ergo . & in §. statuimus . immedia

mrdiatè seq. excipientur, videlicet vt con ferri posſint graduatis tantum, etiam non insinuatis.

Tertio, fortè non maior fauor parochia norum erit habere non insinuatum, quàm eum qui insinuauit, dummodo vterque sit graduatus: nam populum vno tenore vnus & alter instruere poterit.

Quarto, beneficia non possunt cōferri aliis quàm permutantibus. cap. vno. & clem. vna, dr rerum permu. in ca. inter. & ibi doct. de præben. si ergo quis permutet cum ritè graduato, illi est conferenda ecclesia parochialis villæ muratæ, & maximè à papa.

Non obstat quod non sit præmisso modo qualificatus, quia per æquipollens potest dici modo præmisso qualificatus, vt tradit glo. in §. in ecclesiis. in verbo qualificatæ. de colla. in prag. vbi exponit text. vt suprà qualificatæ, puta magistri, aut doctores, vel licentiati in theologia, in iure, vel medicina, & nihil dicit de insinuatione. vel etiam potest dici, quod illa qualificatio non requiritur in beneficio vacante ex causa permutationis, idem dico in theologo, vt posſit permutare cum licentiato, vel baccalaureo formato, etiam non insinuato, postquam permutat cum idoneo, & capace. vt etiam notatur in §. 1. in gl. alteri. de colla.

54 Dnodecimo, regula perdit officiū suum, si dicta parochialis ecclesia vaccaret in mensibus ordinariorum, quia tunc poterit ordinarius conferre graduato, etiam non insinuato. per d. §. præfatique ordinarij. ibi, liberè conferantur. de coll. alioqui non diceretur ordinarius liberè conferre, quod concedit eidem text. Item ibi dicit, posſint liberè, ergo illa potestas omnino non videtur sublata. Secundo, conferēdo graduatis etiā non insinuatis, satisfit rationi legis, satisfit & graduatis, & parochianis, & ordinariis, ergo iste intellectus conformis omnibus, debet teneri. Tertio, per hæc concordata intendunt conditores grauare ordinarios minus quàm possunt. argu. tex. in l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg. 2. Ias. consi. 109. in 2. volu. sed minus grauantur in hoc casu, quando in suis mensibus vacant vt liberè conferant, graduato tamen, & eligere ex pluribus possunt vnum. Quinto, in §. statuimus, primo. de collatio. dicitur, quod ordinarius poterit conferre his qui insinuauerint, quo ad beneficia in mensibus deputatis vacantia. ergo in mensibus ordinariorum poterunt conferre idoneo, & capaci, licet non insinuauerit, quia capax est istorū beneficiorum graduatus.

35 Vltimo, fallit quando non apparet beneficium vacasse tempore statuto nominatis, & qualificatis, paria enim sunt non esse, & non apparere l. duo. ff. de test. tutel. & nominatus qui fundat se in tempore, dicens beneficium suo tempore vacasse, debet hoc probare. l. eum actū. ff. de neg. gest. & suprà dixi in 14. q. nu. 9. & seq. nisi fuerit ecclesia parochialis quæ, vt suprà dixi, debetur graduatis quocunque vacent tempore. Et quo infertur quod si negaretur beneficium vacasse in tēpore nominatis, & graduatis præstituto tunc qualificatus hoc tenebitur probare, & sic cum in recredentia non admittantur probationes, sed ex titulis adiudicatur, nominatus non obtinebit recredentiam, nisi probaret literatoriè, vt docet ordinatio regia ex publica 1539. articu. 50. quod est verum, quando collationes factæ fuerunt, & requisitiones in tempore libero, tunc præsumitur, quòd eo tempore vacauerit, vt pote in mense Maio. vel alio non affecto qualificatis, secus quando nominatus requisiuit beneficium sibi conferri vacans in mense eis affecto, & collator responderit prouidisse, tunc qualificatus plures habet pro se præsumptiones, quàm non qualificatus, ideo probare non tenebitur, quo ad recredentiam. Prima præsumptio qualificati est requisitio, non enim præsumitur delictum. l. merito. ff. pro socio. & sic non præsumitur quòd nominatus deliquerit requirendo beneficium viuentis. Secunda est præsumptio scientiæ, non enim est malum præsumendum in graduato. quis enim de facili crederet, quòd vir præditus scientia literarum propriæ salutis oblitus ad eam passionis ignominiam se conuerteret, vt beneficium viuentis requireret? text. in cap. penul. de præsum. cap. in nostra. de procurat. Tertia præsumptio est confessio episcopi, quæ dicit prouidisse, non debemus præsumere, quod episcopus dixisset, si non esset verum, cum viri sint prouidi & honesti. ca. nisi essent. de preben. licet contrarium soliti sint aliqui facere. Quarta præsumptio est, quando collatio facta est in tempore affecto qualificatis, non præsumitur quod episcopus contulerit beneficium viuentis, & nō vacans, cum à iure sit prohibitum. cap. 1. de conceſſ. præbend. Nec ad recredentiam adiudicandam nominato. vel graduato requiruntur omnes istæ præsumptiones, sed sufficit vna, vel duæ pro arbitrio iudicis argu. l. 1. ff. de iure deliber. Alioqui si contrarium diceremus, daretur materia delinquendi, quia prouisus ab ordinario, semper negaret beneficium vacasse tempore affecto nominatis. & semper recredentiam haberet, ideo iudices super hoc debent aduertere, & in dubio literatis fauere, per ea quæ dico in glos. nominatis. in verſ. 8. differūt suprà, de manda. apostol. Imo acceptatio beneficij præsumitur facta intra tempus debitum, quia præsumptio est, quod quilibet velit sibi acquirere. argu. l. si defunctus. C. arbitrium tutel. iuncta glo. cum de indebito. ff. de prob. hoc expressum sentit Roch. Curt. in tract. iuris patro. in verbo honorificum. q. 49. Et ad regulam, quod quis semper præsumatur viuere, facit l. 2. §. si dubitetur.

Recredentia, an debeat adiudicari nominato, etiam si negetur beneficium vacasse tempore eidē affecto.

ff.quemadmodum testa.aperian. vbi gloss. quam limitat Socin.in l.si inter virum.& l. penult. ff. de reb.dub. vbi videbis multa.& in praxi benefi.quam edidi.

Quæstionis decimæsextæ Epitom.

1 *Beneficia dum vacant in tempore nominatis assignato, quid agere debeant nominati.*

Papa potest adiri omni tempore iure concursus.

2 *Nominatus si requirat sibi conferri iure deuoluto, si sic non vacat, non valebit collatio.*

3 *Nominatus vel graduatus intra quod tempus debeat petere sibi conferri beneficium.*

4 *Intellectus l.in omnibus ff.de regul.iur.*

Intellectus clem.vnic.de concess.prebend.

5 *Collatio ab archiepiscopo facta non requisito prius episcopo non valet.*

Deuolutio ad superiorem quando dicatur facta.

6 *Magistratus excusatur non puniens delictũ sibi non notificatum.*

7 *Requisitio in notoriis non exigitur, nec itẽ citatio.*

8 *Ordinarius conferens nominato, an possit variare cum nume.seq.vsque ad nume.16.*

9 *Mutare consilium in alterius iniuriam nemo potest.*

10 *Collatio prima, an impediat secundum, donec prima sit irrita & annullata. & de intellectu. nume.20.*

11 *Collatio facta post deuolutionem potestatis ad superiorem, vbi deuolatio sit ipso facto, sit nulla.*

12 *Ius per collationem confertur ei, cui confertur beneficium.*

14 *Corrigere seipsum melius est quàm ab alio corrigi expectari.*

15 *Impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum.*

16 *Mora potest purgari quando non est adiecta dies, vel quando est adiectu ante dies lapsum.*

17 *Beneficium resignatum si collatum sit, & resignans moriatur ante viginti dies poterit iterum conferri.*

18 *Regula de viginti diebus, an habeat locum in ordinario.*

Regulæ cancellariæ quando habeant vim legis.

16 *Regula de viginti diebus quare facta.*

21 *Præsentatio secunda, prima nulla notoriè existente valet.*

Iudex ordinarius, sententia postquam est nulla, iterum cognoscit.

22 *Patronus clericus potest variare, quando nulliter præsentauit.*

23 *Collator si contulit secundo nominato, & postea primus requirit, & facit fidem de prioritate, an iste poterit conferre.*

24 *Ordinarius non confert secundo sine requisitione qualificati.*

25 *Electione facta, an liceat variare.*

26 *Refutatio vicarij an sufficiat, vt potestas conferendi deuoluatur ad superiorem.*

Requiri non debet qui non potest conferre.

27 *Requisitio graduatum fieri debet.*

28 *Deuolutio ad superiorem, à quo tempore fiat.*

29 *Nominato non prosequente, an collatio alteri facta valeat.*

30 *Collatio est actus legitimus qui in pendenti non potest esse.*

31 *Collatio spreto patrono, an & quando valeat.*

32 *Collatio ante deuolutionem, an confirmetur.*

33 *Emphiteuta non soluens canonem intra triennium priuatur iure suo si dominus velit.*

Testamentum in quo filius est præteritus, sit nullum si filius voluerit & prosequatur.

34 *Collatio facta secundo nominato, an valeat non prosequente primo. 37. cum seq.*

35 *Gesta pendente aliquo obstaculo quod postea tollitur, non ob hoc redduntur valida.*

36 *Hæreditas & beneficia non conceduntur ad tempus.*

37 *Ius quoties pluribus gradatim competit circa idem, altero non vtente, valet quod interim fit per alium.*

39 *Contemplatione alicuius quando quis remouetur, illi debet acquiri cuius contemplatione remouetur.*

41 *Nominati omnes, an simul sex menses habere deb. ant. 42.*

42 *Annus qui datur ad petendum tutorem pupillo currit omnibus, qui ad successionem pupilli vocantur.*

43 *Collatio facta non requisito primo collatore, an valeat.*

Iudicium idem de his quæ non possunt, & quæ non apparent.

44 *Legatus in mensibus graduatorum, an possit gratificare. 45.*

Gratificatio datur collatoribus ordinariis.

45 *Legatus concurrit cum ordinario.*

46 *Episcopus quid agere debeat quando duo nominati simul requirunt.*

47 *Requisitio intimoris nominati prodest, antiquiori instar filij præteriti.*

48 *Collatio inualida præuenit papam.*

49 *Præuentio quando dicatur.*

50 *Collatio facta & ab ordinario & à papa secundo nominato, valet facta ante collationem primi.*

51 *Pupillus vel tutor, an debeat præsentare, & si tutor & pupillus præsentauerint diuersos, quis præferetur. 52.*

53 *Consuetudine stante quod durante tutela faciat fructus suos, an poterit præsentare. 54. 55. 56.*

54 *Præsentare est fructus iurispatronatus.*

55 *Vxor relicta vsufructuaria, an possit præsentare.*

56 *Maritus præsentare potest ratione bonorum quæ habet ab vxore.*

57 *Præsentatus quando præsentationem docere teneatur, & resignatorius procuratorium.*

58 *Originale procuratorium, quando quis teneatur ostendere.*

39 *Collatio facta à vicario an valeat, si qualifica*

cato fuit, licet ab episcopo alteri facta sit. & nu. 60.61.

Papa potest præuenire ordinarios, & conferre.

61 *Collatio vicarij facta authoritate apostolica valet.*

62 *Error in acceptatione, an vitiet.*

63 *Clausula quouis modo, effectus.*

Practica curiæ Romanæ, vt in impetrationibus exprimatur, siue alio quouis modo, &c.

64 *Falsa demonstratio quando consistit de corpore, non vitiat.*

63 *Acceptatio non est nisi quædam voluntatis declaratio: & tendit ad executionem gratiæ.*

66 *Nominatus titulum sui prædecessoris probare non tenetur.*

67 *Nominatus an possit se opponere, vel appellare, ne episcopus conferat.*

Appellatio non tollit effectum possessionis.

68 *Appellatio nunquam deuoluit potestatem eligendi, vel conferendi.*

70 *Legatus an primo venienti conferre debeat, & dispensare. cum nume. seq. vsque ad fin.*

71 *Fraudibus & malitiis obuiare debemus.*

Iurare se nihil abusisse, an possit is qui secreto restituit pecuniam, quam mutuo ab alio receperat.

72 *Legatus in Francia quasi contrahit: & quomodo.*

73 *Reseruationes Galli exosas habent.*

74 *Curia reformat abusus legati.*

75 *Cautela pro petentibus collationem à legato qui recusauit.*

76 *Resignationes recipere non est mera gratia: & peccat interdum prælatus, si non dispensat.*

Quæstio 17. principalis.

Nominati quid agere debeant, dum beneficia vacant in tempore eisdem assignato.

1 DEcimoseptimò principaliter quæritur, quid agere debeant nominati, vel graduati, dum beneficia vacant in tempore eisdem assignato? Respond. debent requirere illa beneficia sibi conferri intra sex menses à die vacationis computandos, & vt dicunt summare collatorem, vel eo absente suum vicarium, vt eisdem conferat tale beneficium vacans. §. teneantur. in fin. de colla. qui si conferre recusauerit, ad superiorem immediatum debet accedere, & ab eodem collationem petere sibi fieri iure deuoluto. hanc practicam tradit gloss. non ita planè tamen in §. quòd si quis cuiuscunque. de colla. in verbo eo ipso. in prag. Et si ille superior recusauerit conferre, accedat gradatim ad alium proximum superiorem, & postea ad legatum, vel ad papam, hoc tradit text. in §. si quis verò cuiuscunque. de colla. in concord. vbi dixi papam posse adiri omni tempore iure concursus.

2 Aduertendum est tamen, quòd si nominatus requirat sibi conferre iure deuoluto, licet non sic vacaret, & archiepiscopus sic confert, nõ valebit collatio, etiam si ex alio capite illam collationem facere potuisset. text. not. & ibi Panor. & alij in ca. ex parte. de concess. præb. Deci. consil. 129. & pro te nui. col. 3. vbi dicit quòd quando episcopus facit actum ex iure sibi deuoluto, & illud nõ sit verum, ille actus est nullus, etiam si ex alio capite illum actũ facere potuisset. vide tamen ibi, quia hodie in singulis collationibus solet apponi clausula, vel aliâs quouismodo vacet, & sic cessat dubium.

Intra quod tempus nominati, vel graduati debeat petere sibi conferri beneficium.

3 Quæro, intra quod tempus nominatus, vel graduatus debeat petere sibi cõferri beneficium? Videtur quòd simul atque scit vacare. argu. l. in omnibus obligationibus in quibus dies non apponitur præsenti die debetur. ff. de regu. iur. Et sic statim debet acceptare & requirere, saltem intra mensem. cle. vna. de concess. præb.

Item quia ecclesiarum vacatio diutina est dispendiosa. c. quam sit. de elect.

Contrarium est verius, quod possit requirere, & acceptare intra sex menses, intra quos ordinarius potest conferre, vel patronus præsentare. cap. vno. de iure patr. in 6. c. 2. de concess. præbẽ. quia postquam in concordatis tempus requirẽdi non est statutum erit arbitrarium. argu. c. si clericus. de præb. in 6. glos. in verbo, scilicet. §. item quod omnia. de colla. in prag. Et ita debet arbitrari, vt infrà tempus quo potest per ordinariũ conferri, requiratur. Brunel. in tracta. de dignit. leg. 19. conclusio. in 6. declar. alioqui collatio ad superiorem liberè deuoluitur. Et ita communiter tenetur. nam sicut bonorum possessio competens alicui, debet intra tempus à iure statutum peti, alioqui repellitur is qui vult petere. l. penult. ff. quis ordo in bonor. possess. seruet. & l. 2. C. qui admitti. sic erit in requisitione nominati,
4 & graduati Nec obstat, quod in contrariũ allegatur, videlicet d. l. in omnibus. quæ loquitur in contractu, in quo aliquis promisit decem, vel aliam rem, tunc enim videtur voluisse dare statim, quia in potestate sua erat exprimendi aliud tempus, si voluisset. l. veteribus. ff. de pact. nec obstat. d. clem. vna. quia loquitur in expectante apostolico cum clausula acceptandi. nam illi datur tantum mensis: hic de alio expectante, vtpote de nominato, vel graduato. Nec obest quod vacatio sit dispendiosa, quia permittitur vsque ad sex menses, postquam illud tempus est præstitutum à iure ad conferendum.

Quid in exemptis? vide glos. in d. §. quod si cuiuscunque. in verbo gradatim, in prag. & in cap. cupientes. de elect. & ibi not. plenè dixi in §. si quis vero. in verbo ad alium superiorem. de colla. in concor.

Collatio ab archiepiscopo facta non requisito primo episcopo nō valet.

5 Secundò quæro, pone quòd nominatus iuit ad archiepiscopum, non facta requisitione primi conferentis, & facta est eidem collatio, ordinarius contulit alteri, vtra[que] collatio] valeat? Videtur quod superioris, propter eius prærogatiuā. ca. si à sede. de præb. in 6. Item quia in collationibus attenditur tempus datæ. ca. eam te. de rescri. c. si eo tempore. illo titu. in 6.

In contrariū me trahit text. in d. §. si quis vero cuiuscunque. vbi primo requirendus est primus conferens, quia non dicitur facta deuolutio ad superiorē antequam primus recuset, vel malè conferat, vel tempus sex mensium sit elapsum. Sed non recusauit qui non fuit requisitus, nec malè contulit, ergo non fuit intra sex menses facta deuolutio. quia ibi non est mora, vel nec petitiō. l. eius qui ff. si certum petatur. hic non erat mora per ordinarium primum, quia non fuit ab eo petitum. ergo non valet, nec
6 potest dici deuolutum. Facit quod dicit Bald. in l. prima. §. magistratibus. ff. de magistr. conuenien. vbi dicit, quòd si per statutum puniatur potestas non inquirens, excusatus tamen si nemo eidem denuntiauerit. sequitur Ias. consi. 168. statuto columna

Excusatur magistratus non puniens delictū non sibi notificatum.

• 1. in 2. vol. hoc etiam est introductum in fauorem ordinariorum, vt conferant antiquiori, & ei qui insinuauit, quod non perquirit is qui iure deuoluto confert, sed primo petenti regulariter confert, & sic anfractibus, & expensis onerantur nominati, quod ius reprobat in ca. dispendia. de rescr. in 6. imò etiam si notoriè constet, quod episcopus contulit alicui, adhuc debet requiri, vt tenet glos. in §. quod si quis cuiuscunque. in verbo, eo ipso. de colla. in prag dicēs ita teneri de consuetudine, quæ est optima legum interpres. l. si de interpretatione. ff. de leg. sequitur Brunel. in tract 2. de dignitate legati. 19. conclu. in 6. declar. quia si contulerit indigno, & non nominato, poterit nunc conferre nominato secundum eos.

In notoriis requisitio non requiritur.

7 Sed contrarium infrà dicam, ergo est requirendus. Non esset tamen os ponere in cœlum, dicere, quando notorium esset collationem esse factā à primo collatore qualificato indigno, vel quando probatur fuisse factam, an sine archiepiscopi requisitione, collationem archiepiscopi valere, & requisitionem primi non requiri, tum quia in notoriis non requiritur citatio, ergo minus requisitio. Decis. in l fin. ff. de iurisdict. om. iudic. & ca. cùm sit Romana. de appella. post Bald in marga. in verbo citatio. q. 69. & Nico. de milis in verbo citatio. q. 86. Barba. consi. 70. colū. quinta. in 4. volu. tum etiam quia si primus collator conferret isti secundo nominato requirenti ista collatio eidem non prodesset, ergo frustra requireret, ideo non esset malum in notoriis adire superiorem, etiam sine requisitione primi collatoris: nam concordatum non adstringit nos ad hoc faciendum, sed requirit tantum, quod primus disposuerat, sufficit, quia deuoluta erat potestas ad superiorem, & sic potuit cōferre iure. & hoc in his casibus, in quibus non potest variare, alioqui contra, vt proximè sequitur tutius est ante factum, ne processibus inuoluaris, vt primum requiras collatorem, post factum non annullarem collationem habitam sine requisitione, si iam erat facta collatio à primo, quia hoc est æquum.

Ordinarius cōferens nominato, an possit variare.

8 Tertio quæro, quid si episcopus beneficium vacans in tempore debito nominatis, vel graduatis, conferat non nominato, vel non graduato, an postea nominato requirenti possit conferre, vel graduato? Videtur quod non. variatio enim est prohibita, maximè episcopis. & personis ecclesiasticis. clem. vna. de ienun. ergo non variabit alteri conferendo.

9 Secundo facit, quia nemo potest mutare consilium suum in alterius iniuriam. regu. nemo potest mutare. ff. de regulis iuris sed per collationem est quæsitum ius illi, cui est collatio facta etiam absenti. cap. si tibi de præb. in 6. ergo in præiudicium illius non mutabitur collatio illi facta.

Tertio, collator conferendo incapaci functus est officio suo, sicut iudex quando iudicat, siue benè, siue malè iudicet c. in literis. de offic. de leg. dici in repet. l. quod iussit. ff de re iud.

10 Quarto, prima collatio impedit secundam, donec prima sit irrita. & annullata. c. post electionem. de concess. præb ergo, & hic ca. nostri & c. considerauimus. de elect.

11 Quinto, collatio facta post deuolutionem potestatis ad superiorem, vbi deuolutio fit ipso facto, vt in hoc casu. est nulla ca. licet. & ca. fin. de supplen. negli. prælato. sed deuolutio fit ipso facto. per §. si quis vero. de coll. in concor. igitur. &c.

12 Sexto, per collationem confertur ius ei, cui confertur beneficium. probatur per locum à speciali. in ca. si tibi absenti. de præb. in 6. ca. gratia de rescri. cod. lib. ibi non acquiritur ius absenti, vt suum dicere possit ante acceptationē: ergo præsenti sic, sumendo argumentum à contrario sensu. quod est validum. l. 1. ff. de offi. cius. sic qui cōtulit nō nominato postea nominato, conferre non poterit alioqui quotidie sic variaret, & infinitas collationes faceret: & nominatos processibus inuolueret, quod maximè est vitandum.

13 In contrarium videtur capitul. final. de iurepatronatus. vbi capitulum Eboracen. contulit ecclesiam eligendo. & quia ad eos spectabat tantùm ius patronatus, post appellationem factam voluerunt præsentare. quod concedit ibi papa, sic etiam hic concedendum est, vt si collatio fuerit facta non qualificato, quod fiat postea qualificato.

14 Secundo facit, quod melius est seipsum

corrig

corrigere,quàm ab alio corrigi spectare.§.1.in authen.de nup.colla in 4.& sapientis est in melius mutare consilium. glos.in l.non-nunquam.ff.de coll.bon.ac magnæ sapientiæ est reuocare quod malè egeris.cap.magnæ.22.q.4.dixi plenè in rationibus dubitādi,in repet.l.quod iussit.ff.de re iud.

15 Item non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.reg.non præstat.de regu.iur. in 6.sed hæc prima collatio est nulla ratione decreti positi in concord.in §.si quis verò prosequente nominato: ergo non præstabit impedimentum ad secundam collationem faciendam.Probatur etiam in §.si.de colla.in concord vbi astringit collatores ad conferendum nominatis vel graduatis,sub pœna suspensionis, quando ipsi requirent,vel quando constat aliquos esse nominatos: sed quando primus collator contulit,non apparebat eidem esse aliquem nominatum qui vellet beneficium,ergo quando constabit, poterit conferre, quia de nouo peruenit ad notitiam suam esse aliquos nominatos, vel nominatum,& illa notitia multum prodest.capitulo vt circa.de electio.in 6.cap. pastoralis.de exceptionib.

16 Insuper quando non est adiecta dies, potest mora purgari, vel quando est adiecta ante dies lapsum.l. Celsus.ff.de arbit.l.& si post tres si quis cautio.l. si insulam.de verbor. oblig ideo vt euitet pœnam collator, poterit rite conferre nunc,licet primo defecerit alteri conferendo. quia executor mandati apostolici si contulerit beneficium non debitum mihi, poterit iterum conferre etiam sine nouo mandato ei cui debebatur.Ita Card in c.capitulum.q.18.de rescrip. sic & collator in casu isto.

17 Idem puto dicendum,si collator contulerit beneficium coram eo resignatū,quia si postea non vixerit resignans per 20.dies, poterit ordinarius illud beneficium alteri de nouo conferre,cùm alio iure vacet,videlicet per mortem:& quando sine culpa collatoris collatio irrita fit,vel electio, tunc reuertitur ad eosdem: & possunt variare,& eligere alium rext.est expressus in capitulo si compromissarius. de elect. in 6.sed ista collatio prius facta de beneficio coram eis resignato est, nulla per regulam cancella. disponentem beneficium vacare per mortem,si resignans ante 20.dies moriatur.ergo,&c.

Beneficium 're signatum si col latum fuerit re signante mortuo ante vigesimum diem, poterit iterum conferri.

Præterea facit.d c. non præstat.de regu. iur.in 6.& dicit Domi.in c.si tibi absenti.de præb. in 6.quod si ordinarius contulerit Bernando beneficium,& is recusauit, quòd ordinarius poterit iterum alteri conferre. sic & in hoc casu dico,vt Ioannes de Selua in tract.de beneficio.in 3.parte.q.33. refert. & sic ordinarius qui in mense Iulio contulit beneficium vacans per resignationem non nominato, si resignans moriatur ante 20.dies,in dicto mense Iulio,poterit iterum & debebit conferre nominato. si vero contulerit in mense Augusti beneficium vacans per resignationem, & resignans mora[tur] ante 20. dies poterit idem ordinarius alteri conferre,vel eidem beneficiū illud quod nunc vacat per mortem,per prædicta.

18 Nec refragatur consilium Dec. 224.in casu.in fi.satis leuiter datum, vbi dicit illam regulam canc.18. non habere locum in ordinario, quia regulæ cancellariæ non sunt leges generales,sed tantùm ligant resignantes coram papa.nam in pontifice est maior præsumptio surreptionis, quàm in ordinario.allegar clem.1.de offic. ordina debet al legare.cle.vlt.ibidem.ergo in papa tantum habebit locum. Contrarium teneo, videlicet,quod illa regula habet etiam locum in ordinario,quia regulæ cancellariæ extractæ ex rationibus iuris naturalis, ciuilis, vel canonici,à populo receptæ habent vim legis,& ligant omnes,sicut ratio legis, etiam si non esset regula: & sunt seruandæ,præsertim viuente earum conditore. vbi non sunt iuri contrariæ.nec decretis sanctorum patrum.Ioan. Andr.in regu.nemo potest de regu iur.lib.6.in Mercuria.vt refert Aufrer. in decis. capel. Tholosa. q 444.an regulæ. & sapiunt naturam legis.Ioan. Francisc.in prælati. ad extraua.Io.22. & ligant omnes. ca.1.de constitu.ne ordinarius sit melioris conditionis quàm papa, etiam in ordinario procedet de regula. Ideo concludit de Ripa in ca.2.in fi.de rescr.regulam de verisimili notitia habere locum etiam in ordinario, quia extracta fuit de corpore iuris, videlicet de c.detestanda de concess.præb. dixi in glo iure præuentionis.in §. declarantes.de manda.aposto.in concord. Item hæc regula de 20.diebus est extracta a cap.1.de præb. ergo habebit locum etiam in ordinario,ne in beneficiis fiat testamentum,& ne successio detur in illis nec aliquid facit sur reptio, quia non agitur de surreptione in illa regula & Gomes.in proœmio regu. cancel q.2.ibi,multis modis.

An regula de 20.diebus habeat locum in ordinario.

Item si regulæ cancellariæ loquantur de actu expediendo in curia, non habebunt locum extra curiam, sed quando loquuntur simpliciter, sic.Feli.in d.c.2.col penult. sed ista regu.. loquitur simpliciter, ergo habebit locum tam in curia quàm extra,& tam in papa,legato.quàm in ordinario.

19 Præterea est facta ad obuiandum malitiis & suasionibus illorum, qui dicunt aliquos semimortuos ad resignandum,& quodammodo ad faciendum testamentum de suo beneficio,quod secum moriendo ferre non possunt, vt tenet gloss.in d.regula. & licet curiales dederint causam faciendi, tamen non minus habebit locum in aliis.l.1.ff.de postulan. & sic recepta est à parlamentis. & ad euitandum istas opiniones papa modernus Paul.3.addidit dictæ regulæ,quāuis

authoritate conferatur. Et sic hodie non est amplius dubitandum, quin habeat etiam locum in ordinario. & ita teneo, quamuis multi dubitent. & sic fuit iudicatum pro magistro Francisco de Borges, contra Bricon, anno 1539. in vigilia assumptionis diuæ Virginis, & prolatum in senatu Parisien. ita quòd hodie non est dubium, quamuis multa super hoc scribat Do. Gomes. in commentar. huius regulæ. quæst. 17. & quæ. 26. vbi mecum conuenit. & ita etiam dicit fuisse in Rota iudicatum & Cassado. in decis. 31. super regulis cancel. tamen dubitat, quando beneficium est sub præsentatione, & dicit non habere locum: sed tamen eadem est ratio in vtroque casu. & sic fuit iudicatum in hoc senatu, anno 1536. die 2. Iunij, pro magistro Gofrido *le tanetturier* defensore. contra peregrinum Rossellet actorem super capella in ecclesia sancti Andreæ Cassiduni. Procedit etiam in collationibus factis à rege, vt fuit in senatu conclusum, anno 1495. die prima Decembr. in processu super possessorio pendente super capella sancti Laurentij in ecclesia Melden. vt à quodam fide digno accepi. Non obstant suprà allegata, videlicet, quòd variatio sit prohibita: nam quando tendit ad bonum non prohibetur. d. c. magnæ. nec dicitur variare, qui à facto qood notoriè non valet recedit d. cap. cum terra. per l. 2. ff de optio. lega. Panorm. in cap. causam de elec. nec dicitur collator variare in iniuriam non nominati quia eidem non poterat fieri collatio prosequente nominato. ideo quando apparebit nominatus, & prosequetur, collatio erit irrita: ideo mutabit consilium in commodum nominati, lege hoc dictante. & maius esset in commodum non qualificato, si prosequeretur collationem nullam: nam superior etiam conferret si ordinarius primus recusaret.

Arrestum.

Arrestum.

Arrestum.

Prima collatio an impediat secundam.

20 Nec obstat, quòd prima collatio impedit secundam, quia verum est, quando ambæ collationes fierent ab eodem ordinario & eodem iure: sed prima fit iure ordinario, secunda fit coactè, videlicet respectu nominationis, vel gradus: ideo prima nulla non impedit secundam. glos. in d. ca. considerauimus. de electio. & d. cap. super eo. vbi etiam collatio nulla non impedit, quin secunda fiat etiam prima non annullata. Panorm. in c. auditis. col. 2. de elect. text. in ca. dudum. & ibi Perus. in 4. nota. de præben. in 6. & idem quando collatio secunda fiebat à diuerso collatore: & censetur etiam diuersus, quando vnus diuerso iure confert, quia prima non impedit secundam. c. quia diuersitatem de conces. præb. hoc firmat in propriis terminis glo. in. §. quòd si quis cuiuscunque. in verbo eo ipso de colla. in prag. quam adverbum transc. ibit S. lua in trac. de benefi. in 3. parte quæst. 47. & infrà dicemus. Vel non obstat, quòd non valeat secunda collatio, vel electio prima non cassata. Resp. verum esse quando non constabat notoriè primam viribus non subsistere: & ita intelliguntur iura prædicta: secus si constaret primam esse nullam, quia tunc electio secunda fieri potest, vel collatio, etiam non cassata prima. ca. cum terra. in fi. ibi tandiu in electione, &c. & ca. auditis. de elect. ca. illud. & ibi Aucha. 1. not. de iure patro. Vnde, quando collatum fuit ignoranter beneficium indigno, tunc quia notoriè non constat de illa dignitate, & ignoranter conferens non est priuatus potestate conferendi, vel eligendi, ideo pendente illo dubio non potest iterum conferre, vel eligere. & sic loquitur. d. c. inter dilectos. & ibi Panor. col. 4 dicit istum esse verum, & clarum intellectum: sed in hoc casu notoriè constat collationem primam, vel electionem factam per resignationem esse nullam ratione regulæ cancel. quia ius est certum, & notorium. l. ornamentorum. ff. de au. & arg. leg. & etiam extrauagans recepta. ca. pastoralis. de fide instru. vbi not. & idem in regula cancel recepta, quæ pro iure habetur, vt supra dictũ est.

21 Ideo si primò præsentatio fiat vicario nõ habenti potestatem instituendi, secundo fit episcopo, valebit secunda præsentatio, cùm prima sit notoriè nulla nota. in ca 1. de iure patro. Item litis contestatio coram iudice incompetenti facta, pro nõ facta habetur. l. si pater. C. ne de statu defuncto. & ibi glos. & Bart. in cap. Raynaldus. col. 35. de testa. Item iudex ordinarius postquam sententia est nulla, denuo cognoscit. l. si vt pro bonis 1. C. quomodo; & quando iudex. l. si accusatoribus. de accusa. Quando contractus super vna re initus est nullus, potest super dicta re contractus vtilis & efficax celebrari, etiam in persona eiusdem, & dicitur possidere ex secunda concessione. tex. in cap. continebatur. & ibi Anch 4. not. de his quæ fiunt à prælat. Et si prima collatio vel electio fit ipso iure nulla, valet secunda electio, non tanquã secunda, sed tanquã sola: quia quod nullum est, nullius est authoritatis, vel ordinis. Baldus in d. ca. considerauimus in princ. prima collatio non dicitur prima, sed nulla. ca. factus. 7. quó. 1. ibi, nam non secundus, sed nullus est dixi in gl. duobus. de manda. aposto. §. 1.

22 Nec obest quòd functus erat officio suo, quod est verum quãdo iure contulit, secus si nulliter, quia non præstat, &c. vt suprà dixi. Item patronus clericus potest variare, quando nulliter præsentauit, licet aliâs nõ possit: Card. & Imol. in clem 1. de iure patro. quos refert, & sequitur Roch curt. in tra de iure patr. in verbo honorificum. qõ. 9. versi. 1. Sic & ordinarius poterit conferre, quãdo prior collatio est nulla.

Vltimo respondetur in glos dispofuerit. & glo. dispositiones. de colla. in concord. an

si vicar

ſi vicarius epiſcopi, vnum inhabilem præſentauerit, & poſtea die ſequẽti epiſcopus alterum, valeat ne præſentatio prima, vel ſecunda. decidit gloſſ. in §. Item voluit in verb vicario, fol. 101 & ſeq. de collatiou. in pragma. vide Rochum, quæſt. 9. in verbo honorificum.

Si contulit ſecundo an idẽ poſſit primo conferre.

23 Quartò, quæritur, ſi collator contulit ſecundo nominato poſtea primus requirit, & facit fidem de prioritate, an poſsit cõferre idem ordinarius iſti antiquiori nominato? Et breui reſpon. videri quod non, quia hoc caſu non differt diuerſo iure, ergo non poteſt. vt in c. poſtulaſtis. de concel. præb. ideo primo non debet conferre, niſi appareat de antiquitate & prioritate nominati. Et ſic bonum eſt quod collator videat omnes nominatos, qui inſinuauerunt illo anno, & collationem in aliquod tempus extrahat, vt poſtea iuxta antiquitatẽ eorũ illis prouidat, & hoc modo faciunt cauti collatores. vide quæ dixi in dict. §. ſi quis verò. in verbo diſpoſitiones, &c.

Ordinarius nõ poteſt ſecũdo ſine requiſitione qualificati.

24 Fallit etiam quãdo collator vellet conferre iterum ſine requiſitione qualificari, quia tunc non poſſet, cum collationẽ ſuam non poſsit reuocare, niſi inſtigante nominato: probatur in ca. 2. de preca. & ibi Barb. in fi. dicit per illum tex. quod contrahens cũ eccleſia non poteſt petere reſcindi contractum inualidum, ſi eccleſia hoc nollit quia cum eccleſiæ beneficio ſit nullus, non poteſt contrahens vti illo beneficio contra eccleſiam. per l. ſi iudex. ff. de minorib. ſic nec ordinarius collator poterit conferre alteri etiam qualificato, non petente nominato quod eſt bene notandum, & facit l. 2. ff. de lege commiſſo.

Electione facta variare non licet.

25 Quintò quæro, quid ſit in menſibus graduatorum: ſemel eligit vnum, & gratificauit, ac illi contulit, an poſsit alium eligere, & conferre? Reſpod. non, arg. l. ſerui electione legata. §. ſemel optare poſſumus. ff. de lega. 1. quia ius eſt iam illi quæſitum: ideo non poterit in illius præiudicium reuocari. Notant doct. per illum text. in c. ſi compromiſſarius. de elect. in 6.

Item facit c. duobus. cum glo. de reſcrip. in 6. vbi ſi duo impetrant eodem exemplo canonicatum in eccleſia Pariſien. & concurrunt in preſentãdo, capitulum vel alius collator poterit eligere alterum, & ſemel facta electione nõ poterunt poſtea alterum eligere, & hoc approbant ibi doct. & plenè Aucha conſil. 214. Franciſcus, & doct. in c. gratia de reſcript. in 6. & qui ſemel eligit vnam actionem, non poteſt habere regreſſum ad aliam. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. actio.

Refutatio vicarii an ſufficiat.

26 Sextò quæro, an ſufficiat requirere vicarium generalem, & in refutationem illius ad ſuperiorem accedere? Breui reſpon. quod nõ, quia is nõ debet requiri, qui non poteſt conferre, quia fruſtra petetur ab eo, cum non poſsit dare, quod non habet. c. quod autẽ. de iure patro. c. Dudum in. 1. q. 7. ſed ipſe vicarius etiam generalis non poteſt conferre. c. fin. de offi. vica. ergo refutatio vicarii non habentis ſpecialem poteſtatem conferendi, nõ deuoluet poteſtatẽ conferendi ad ſuperiorẽ, quia contrariorũ eadem eſt diſciplina. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alienis iuris. & vbi nulla eſt petitio, ibi nulla eſt refutatio. l. ſi pupillus. ff. de verbor. obligati. l. nulla intelligitur, de regul. iur. priuato preſupponit habitũ. l. decem. ff. de verb. obliga. ca. ad diſſoluendum, de deſponſa. impub. ita tenuit gloſſ. in §. item voluit. in verbo vicario. de collati. in prag.

Imò dicerem refutationem vicarii generalis etiam cum poteſtate conferendi, nõ valere quando epiſcopus eſſet preſens, vel cõmodè poſſet eius præſentia haberi, intra ciuitatẽ, vel in continentibus ædificiis, quia prius eſſet collator requirendus, quã vicarius: nam poteſtas vicarii ceſſat præſente epiſcopo. Ideo non fiet per hanc requiſitionem ad ſuperiorẽ deuolutio. cũ tex. in d. §. ſi quis verò, loquatur de epiſcopis & aliis collatoribus: ideo ad illos primò opus eſt accedere, quãdo commodè haberi poſſunt quia ſunt in ciuitate. c. cũ eccleſiis. de præbend. in 6. Si tamen nominatus requiſierit illum vicarium, & in requiſitione ignorauerit defectum poteſtatis conferendi, & nil eidem fuerit dictum per vicarium, tunc dicerem collationem iure deuoluto factã nominato poſſe ſuſtineri, ne via detur fraudibus etiam illa ignorantia eſt probabilis. l. ſi. ff. pro ſuo. ſi communiter habebatur pro vicario habente poteſtatem cõferendi, vel ſi alius non erat.

Requiſitio gradatim fieri debet.

27 Septimò, quid ſi antiquior nominatus requiſiuit abbatem, qui recuſauit conferre, poſtea deuolutio fiebat ad epiſcopum, ipſe adiuit archiepiſcopum, & obtinuit ab eo collationem, an valeat? Videtur quod ſic; poſtquam primus collator fuit requiſitus. Contrarium eſt verius, quia gradatim debet fieri requiſitio, ſicut deuolutio. d. §. ſi quis verò Ideo dum abbas recuſauit, ad epiſcopum immediatum ſuperiorẽ erat facta deuolutio, & non ad archiepiſcopum. quare archiepiſcopus non potuit conferre, quia ad eum non erat poteſtas deuoluta. igitur collatio ab eo facta, eſt nulla. & quia non eſt ſeruata forma requiſitionis, quæ facit actum corruere. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſa. dixi in glo. diſpoſuerit. §. ſi quis. de colla. ſupra.

A quo tempore fiat deuolutio.

28 Octauò, quidam requiſiuit prima die Iulii beneficium ſibi conferri ad epiſcopo ordinorio, qui recuſauit: poſtea hic nominatus permiſit labi tẽpus octo mẽſiũ, vt videret an aliquis eo eſſet antiquior. videns neminẽ vadit ad archiepiſcopũ iure deuoluto, á quo obtinuit collationẽ, opponitur ei dẽ, quod ſiunt lapſi octo mẽſes a die requi-

sitionis,& archiepiscopus non potuit conferre, sed erat iam deuolutum ius ad superiorem archiepiscopi, quid iuris? Videtur collationem esse validam, nec ista diligentia nominati tollit, quia episcopus habeat sex menses ad côferendum, quia indultum à iure beneficium, nemini eit auferendum. regula indultum de regu.iur.in 6. nisi episcopus conferat, quia tunc statim erit facta deuolutio ad archiepiscopum, si nominatus voluerit, & collationem ab eo impetrauerit, sed non impetrauit, nisi postquam sciebat ad eum de iure esse deuolutum ius, videlicet post sex menses, ergo valuit. Item poterat nominatus iterum requirere ordinarium eundem, & ordinarius poterat variare, vt dixi suprà. Ideo expectauit nominatus vt secundò requireret istum collatorem, & vt videret an mutasset propositum: sicut ergo episcopus potuit postea conferre intra tempus iuris, si nominatus non iuit ad superiorē: ita ergo nominatus potuit ad illum ire, & sic à die primæ requisitionis nominato nolēte non est ius deuolutū, vt dico in §. si quis verò. de colla. in concord. Nec ibi dicitur, quòd statim à die requisitionis fiat deuolutio, sed intelligi debet deuoluatur intra terminum iuris, alioqui non posset episcopus variare, nec bis requiri: istud etiam in odium nominatorum & graduatorum retorqueretur, licet in fauorem eorū esset introductū contra leg. quod fauore. C. de leg. & diligentia nominati esset ei nociua, quando requisiuit ante sex mēses primum ordinarium, quod non est dicendum.

Intelligerem prædicta quando vnus tantum nominatus requisierit, vel graduatus, secus si plures, quia deuolutio censetur facta ad superiorem à requisitione primi nominati, aut graduati, alias superior haberet decem, vel vndecim menses ad conferendum, quod non est dicendum.

Item & quando episcopus, qui côtulit, posset variare. de quo scripsi in d. §. si quis verò. Nam si primos ordinarius contulisset nominato vel graduato, postea non potest variare, nec requirenti conferre, ergo deuoluta erit tūc potestas ad superiorem, quod est notandum. Fuit enim in senatu iudicatum à tempore refutationis sex mēses currere, in vna præbenda sepulchri Parisien. Etiam inter M. Stephanum Alard. & Christopho. Guyet appellantes, & Nico. le vasseur, intimatum, & idem in magno concilio iudicatum fuit, & hoc obseruatur in praxi. *Arrestum.*

29 Nonò, facta est collatio non nominato de beneficio vacante in mense Iulio, nominatus non prosequitur, an illa collatio valeat? Videtur quod non, per l. si seruo. ff. qui & à quib. manu. liber. non fiant. vbi si quis dedit libertatem seruo alieno, licet postea succedat domino serui, non confirmatur illa libertas. Sed collatio facta non nominato, non debet confirmari tempore quo debebat nominato conferri. Secundò, nominationes concernunt præbendam nulli de iure debitā, sicut alia gratia, cap. si postquam. de præb in 6. interim ergo cum dubium est an nominatus velit acceptare, conferre non potuit non nominato, quia nō erat sibi debitum beneficium, ex quo erat debitum qualificato. *Nō prosequēte nominato, an collatio alteri facta valeat.*

Tertiò, facit c. si tibi absenti, de præbē. in 6. vbi si collatio fiat absenti, ius quæritur ei, donec constet, quod non vult acceptare, & tamē si collatio interim fiat alteri, non valet, vt ibidem dicitur, ergo nec hic.

Quartò, facit c. quodam. illo titul. in 6. ibi, prima enim collatio post & contra decretum interpositum facta, licet ab ignorantibus, etiam ignoranti, non obtinet firmitatem.

30 Quintò, collatio est actus legitimus, qui in pendenti non potest esse. regul. actus legitimi de reg iur & ibi doct. cap. 2. de electio. & ibi gloss. nam ecclesia, quæ est sine macula, diu vota sua eludi non est passa. l. 2. C de sponsa. Ioan. Monach. in d. ca. 2. de elect in 6. sed si fiat collatio non nominato, incertum est & dubium, videlicet an primus requiret, necne. ergo, &c.

Vltimo est tex. in cle. vna. de concess. præbendæ. & ibi doct. vbi dicitur quod collatio facta secundo intra mensem acceptandi non valet. facit l. 1. §. quod ait prætor 2. ff. quorum legato.

Contrarium tenuit gloss in §. quòd si quis cuiuscunque. de collat. in pragma. in verbo co ipso: & in verbo irritum. quam sequitur D. Auriolus in additio. ad Guillel. de monte Laudo in ca. si tibi absenti de præbend. in sexto, & idem Brunel. in tractat. de dignita. leg. conclusio. decimanona. in quinta declaratio.

31 Quia collatio facta spreto patrono, licet sit nulla en prosequente. c. decernimus. 16. q. 7. tamen si patronus non præsentet intra tempus à iure statutum, vel consentiat collationi, ea valebit. l. 1. §. prodest. ff. quorum legato. Feli. in c. cū Bertoldus. col. 5. de re iudi. de Selua in tract. de benefi. in 1. parte. q. 6. nu. 10. Latè D. Probus in addit. ad Ioan. Monacum. in capit. statutum. de præb. in 6. qui contrarium videtur tenere. Dom. Steph. Bertrand. in consil. 28. in 1. vol. Aegi. consil. 10. in 6. dubio, & Beriach. in tractat. de episcopo. lib. 4. parte. 2. q 26. *Collatio facta spreto patrono quādo valeat.*

Tamē prima opinio seruata & approbata fuit sæpius in curia, vt valeat collatio intra tempus quo patronus potest præsentare, si postea ipse non præsentet, vel inhabilem præsentauerit, & fuit conclusum & in mente curiæ retentum in processu moto inter Ioannem de l'epine, appellantem à præposito Paris. & Belangerium intimatum. *Arrestum.*

Secundò, si archiepiscopus contulerit bene-

beneficium vni antequam sit potestas ad eum deuoluta, facta deuolutione, non potest alteri conferre, sed illa collatio conualidatur, quando ad eum fuit deuoluta potestas. Panor. & Fel. in cap. cum ex officij. col. penult. de præscri. per l. si rem alienam. a. ff. de pig. actio. hoc tamen non firmo, licet adducant ea quæ not. Bart. in l. cum vir. ff. de vsucap. vbi si quispiam vēdiderit rem alienam ecclesiæ, & venditor succedat domino, statim transit vtile dominium in ecclesiam. ratio, quia ibi non requiritur traditio. l. si. C. de sacrosan. eccle. & intererat venditoris contractum confirmari cum ex suo contractu obligatus esset, &c. Imò fuit iudicatum in senatu Burdegalen. collationem primam tanquam nullam tractu temporis non ratificari, vt firmat D. Boer. in Decis. Burdegal. quæst. 70. quæritur, & ita seruatur.

Collatio ante deuolutionem [illegible].

Ampliu.

Tertio facit, quod si pater legauerit seruum qui erat in peculio castrensi fillij, & postea filius moritur, & ei pater succedit, antequam filius contradixerit, valebit legatum patris. l. seruum filij. 1. respon. ff. de leg. 1. facit. l. proponebatur. § idem de castren. pecu. Itē si sit optio seruorum legata alicui, & antequam legatarius optet, vnus seruus sit manumissus, si postea alius optatur, remanet ille liber. l. si cum optio. ff. de optio. lega. not. in c. si. de consuet. in 6. facit l. seruus C. de pact.

Quartò, facit quod notat Ioan. Monachus in c. a. de præb. in 6. vbi si ordinarius conferat beneficium intra mensem, quod fuit specialiter impetratum cum clausula decreti, & inhibitionis, tenet collatio, si impetrans sua non vtatur gratia, & si habens clausulam anteferri, ei renunciet, valebit collatio prius facta, quia eo repulso sublatum est impedimentum, quo ad primum. Ioan. And. in ca. pen. de conces. præb. in 6. glos. in verbo irritum. in §. quòd si is cuiuscunq;. de collla. in pragma. Soci. consil. 117. in facto. in 3. volum.

33 Quintò processus iudicis à quo non tenet si appellās prosequutus fuerit appellationem: at si renuntiauerit appellationi, tenet processus. c. vt super. de appell. lib. 6. & emphyteota priuati non soluens canonem intra triennium, priuatur iure suo si dominus voluerit, l. 2. & ibi Ias. & omnes. C. de iure empyt. Etiam testamentum in quo filius est præteritus, est nullum, si filius hoc velit & prosequatur. l. filio præterito. ff. de iniusto rupt.

Emphyteota priuatur iure si dominus velit.

Sextò, si infra decenniū fiat executio, licet fieri non debet, si postea non appelletur, remanet valida. glos. in ca. venerabilibus. §. porrò. de senten. excom. lib. 6. quam sequitur Feli. in c. quod ad cōsultationem, conclu. 5. de re iudic. facit l. obseruare. §. fi. ff. de offici. proconsul.

Ampliu.

Vltimò, extat regula cancella. Bonifacij octaui, facta anno quinto sui pontificatus vbi ordinauit, quod si sint duo vel plures expectantes in eadem ecclesia, omnes possunt beneficium vacans intra mensem vigore gratiæ acceptare à die notitiæ vacationis beneficij, & sibi de illo prouideri facere, saluo iure prioritatis, scilicet quod ille qui est in iure prior, si acceptauerit, & sibi cōferri fecerit, posterioribus in assecutione beneficij præferetur. & hanc regulā non viderat Cardin. qui contrarium tenet in c. dilectus. a. nume. 16. de præben. & vide respon. ad contraria in sequenti quæstio.

34 Decimò, dubitatur vacans beneficium in tempore assignato nominatis, episcopus confert secūdo nominato, & tamē debebat conferre primo, & antiquiori an valeat? Si antiquior non requirat, videtur quod non, quia actus gestus tēpore incongruo tali incōgruitate, quæ resistit substantiæ actus, est ipso iure nullus, etiā si superueniat tēporis habilitas. l. 1. §. fin. & l. vnde. § si quis ff de itinere actuque priuato, sed collatio facta secundo, est facta tempore incongruo, vtpote intra tempus quo poterat antiquior requirere beneficium, & acceptare. ergo collatio est nulla: & sic postquam est ab initio nulla, non potest tractu temporis conualescere. regula non firmatur. de reg. iur. in 6.

Collatio facta secūdo nominato an valeat nō prosequente.

35 Secundò, gesta pēdente alioqui obstaculo: quod postea tollitur non ex hoc redduntur valida, vnde sententia excōmunicationis lata pendente appellatione valida, licet postea deseratur, non propterea redditur valida. ca. licet. de senten. excom. in 6. & tamen per desertionem fingitur appellans retro non appellasse, adeo quod dānatus furti, si appellationem non prosequatur, retro notatur infamia. l. furti. ff. de his qui nota. infamia Sic collatio facta secūdo nominato pendente obstaculo primi, est nulla, nec validatur, licet ex post facto appareat de non prosecutione antiquioris.

36 Tertiò, sicut hæreditas non conceditur ad tempus. l. hæreditas ex die. ff de hære. instit. sic nec beneficia ca. præcepta 55. dist. c. si gratiosæ de rescript. in 6. sed si antiquior nominatus intra sex menses acceptet illud beneficium, & petat sibi conferri, collatio facta secundo reuocabitur. postquam ergo tenuit medio tempore, ad tempus fuit illi iuniori datum beneficium, quod est prohibitum, vt supra dixi. sequitur Card. con. 105. super premisso casu.

37 Contrarium tenetur, quia quotiens pluribus graduatim competit ius circa idem, altero non vtente valet quod interim fit per aliū. ca. si qua. 12. q. 2. c. Lugdunē. 9. q. 2. clem. sæpe de appel. l. proinde. ff. si cert. pet. igitur valebit collatio facta secūdo, si primus nō requirat, nec prosequatur, sicut reuocantur attentata post sententiā intra tēpus appellandi, si aliquis appellet: secus si non appel

appellet.ca.non solum.de appel.in 6.

Secũdũ facit.c.si clericus.de præb.in 6. & quod no.Ioan.And.in c. penul. ibidem. vbi dicit quòd si habens clausulam anteferri,non velit ea vti, primus habebit præbendam,etiam si primo derogaretur per illam clausulam, vt supra dixit. facit.l.si iudex ff.de minori. Ancha.in cle.vna q. 2. de cocess.præbend.

38 Tertio, facit quod dicit Roman.& alij in l.fin.C. qui admitti.vbi dicit quod si existẽs in secũdo gradu properãtius agnouerit bonorum possessionẽ intra tẽpus primi,si contingat primum repudiare, illa agnitio secundi valebit, ac si esset suis curriculis facta,per text.in l 1.§.quibus.ff.de succes. edi.to.nam quando primus repudiat, fingitur,ac si ex eo numero non esset:ergo acceptatio secundi debet cõualidari, & ita expressè tenet glo.in d.verbo irritũ,de col. in prag.Et de mãdatariis duobus loquuntur doct.in d.l.fi.sic cõsuluit Ias. consi. 104. circa quatuor.in 1.vol.Card.cõsi.105, super Bertrand.consil.38.in 3.vol.

39 Quartò,quãdo quis remouetur alicuius contemplatione, illi debet acquiri, cuius contemplatione remouetur. l. seruo legato.§.si testator.ff.de leg.1. l. post legatu.§. amittere.ff.de his quib.vt indignis.l.2.§.fi. de collation.bonor.l.si legatarius.C. de lega.Ias. pulchè in consi.6. nobilis, col. penult.versi.confirmatur.in 4. volu. Sed hoc in casu primus remouetur contemplatione secundi, qui prosequutus est ius suum ergo illi acquiretur,si primus nõ fuerit prosequutus.Ias.d.consil.104 circa. in fi. vol.1. facit.glos pen.in c.si de consue.in 6.& Bellamera in decis.468 si primus.

40 Nec obstant iura in contrariũ adducta quia loquuntur in casibus dissimilibus. nam hæ qualificationes sunt introductæ in fauorem nominatorum,ergo illi fauori poterunt renuntiare.l penult.C.de pact.ca.ad apostolicam. de regula. nam clausula decreti apposita in d.§. si quis vero.intelligitur si nominatus ea vti velit. Inno. in c. 1. de concess præb. in 6.glos. in d.verbo irritum.si ergo non vtatur, habetur ac si non esset qualificatus, & sic collatio secundò facta tenuit,quia sublatum est impedimentum quo ad ordinarium, ergo valebit sua collatio, nec requiretur noua collatio postquam secundus est exclusus. Vnde dicit Benedict. in repeti. capit. Raynutius. in verbo,in eodem testamento. 1. nu. 89.& seq.de test.de episcopo cui papa dederat facultatem acceptandi, & retinẽdi beneficia vacatura vsque ad certã summam in sua diœcesi,& vt ea posset retinere tãquã vnita mensæ suæ episcopali propter reparationes, quas fecerat ibidem, prouisio tamen quòd intra sex menses à die acceptationis annatam soluat cameræ apostolicæ,aliàs tẽpore elapso dissoluta esset dicta vnio, & pro nõ facta habetur.cõtingit q episcopus aliqua beneficia acceptauit, & eis pacificè gauisus fuit, in vita tamen minime soluit annatam, an beneficia vacent per mortem episcopi.vel per priuationẽ factã, eo quod non soluit annatam? & respondet per mortem vacare, cùm papa non declarauerat pœnam priuationis, quæ erat in fauorem suum introducta, per ea quæ notantur in l.fin.C.de reuocand. donatio. Nec obstat quòd beneficium datum erat ad tempus secundo, quia non est verum: nam illud censetur esse perpetuũ, quando potest esse perpetuum,licet dubitetur an erit temporale an perpetuum.l.sufficit. ff. de condict. indebit.glos.in d.cap.si gratiose. vide Ioan. de Selua,in tractat. de beneficio.in 3. parte. quæstion.9.

41 Vndecimò quæro,plures sunt nominati, an omnes ad requirendum beneficium habeant simul sex menses, an verò primus nominatus sex, secundus alios sex menses, & sic deinceps? Responde quòd tantum dantur sex menses omnibus nominatis, & non singulis, quod probatur in clemen vna,de concess. præbend. vbi quando sunt plures expectantes apostolici cũ clausula acceptandi, omnes habent vnum mensem tãtum.quod sequitur Ioan. And. in addi ad Specul.rub. de concess. præben. vbi plenè disputat.& in cap.si pluribus. de præbend.in 6.

Omnia nominata an simul sex mẽses habere debeant.

Item omnes mandatarij vnum tantum habent mensem.Do de rota decis 68.notã. Paulus.de rescript. in antiq. plenè Ancha. in clemen. vna. per illum text. quæst. 3 de concessio .præbend Collecta.in c. cum nostri,de conces.præb.quod non procedit in Francia.ibi sex menses dãtur mandatariis.

Item ad optandum dantur viginti dies, siue sint plures optare volentes, siue vnus. cap.fin.de consuet.in 6.

Item consanguineis omnibus ad retrahendum datur annus, vel tempus â consuetudine taxatum.teste domin.Boer. in §.2. de consuet.retract.in consuet.Biturig.

42 Insuper annus, qui datur ad petendum tutorem pupillo, currit omnibus, qui ad successionem pupilli vocantur.l.sciant. C. de legitimis hæredi.Lucas de penna in l. 1. colum.2.de agent. in rebus. lib. 12. & multa addidi ad dictam l.sciant. Et hoc est ratione diutinæ vacationis quæ esset, si cuilibet darentur sex menses,& esset valde periculosa.cap.quamuis.de elect.in 6. Vide Cardin consil. 103.& seq. quia quilibet potest acceptare,si sibi iure debeatur, vt glos. vlt. in cap.2.de rescript.in 6.scribit.

Collatio facta non requisito primo collatore an valeat.

43 Duodecimò quæro, aliquis nominatus habuit collationem à legato,de beneficio vacante in mense Iulio vel altero mense deputato nominatis, non requisito tamen ordinario,qui ordinarius cõtulit nominato antiquiori,vel forte alteri,vter præ

ferre

fieri debeat? Respon. videtur quod prouisus ab ordinario, quia postquam non apparebat de primo nominato, potuit ordinarius conferre secundo nominato, ac si nullum habuisset qualificatum alium, quia de his quæ non sunt, & non apparent, idem est iudicium.l.duo sunt ff.de test.tute. ideo collatio facta à legato contra qualificationes, non valuit: ergo collatio facta ab ordinario tenuit.argu.l.Ponponius. §. sed & his.ff. de procu. etiam si secundo nominato facta fuerit. nam potestas conferendi nõ erat deuoluta ad legatũ nulla facta requisitione ordinarii, & legatus in hoc Franciæ regno non habet præuentionem in istis beneficiis qualificatis. nam solam præuentionem sibi in his papa retinuit, vt patet in rubrica de manda. apost. Receptus est enim saluis modificationibus regni: sed non essent saluæ, si sic conferret, nam indies conferet non qualificatis ergo.&c.

Item valde diminueretur potestas ordinariorũ: nam qualificati semper adirent legatum neglectis ordinariis, & sic confunderetur ordo, cum sua iurisdictio cuilibet non seruaretur, dicit ca. peruenit. 11.q. 1.& nunquam antiquiori prouideretur per legatum, sed primo venienti, & sic elusorium videtur concordatum.

44 Idem eodem tenore dubitari potest, an legatus posit in mensibus præstitutis graduatis gratificare? videtur quòd non, quia contra ordinem concordatorum, & ipsorum mentem venire non potest, vt supra dixi quæst.8.& §.si quis.de colla. sed veniret contra ordinem positum supra in §. si quis vero.ergo,&c.

Legatus in mensibus graduatorum an possit gratificare.

Secundò requisitio facienda est à primo antequam fiat deuolutio.d.§. si quis verò. & ante requisitionem primi non fit deuolutio, ergo collatio fieri non poterit per legatum.

Tertiò collatoribus ordinariis datur gratificatio.§. statuimus. 1. de collationi. sed legatus non est collator ordinarius, ergo gratificare non poterit, quia eorum potestas, licet sit ordinaria, cap.2.de offic.legati.in 6. tamen est extra ordinem inuenta. glos.in cle.vltim.de offic ordina. Multa ad hanc rem facientia tradit d. Renal. Chandonius, iuris vtriusque egregius doctor, in suo respon.de facultatibus legati.

Quarto, si legatus posset gratificare in his mensibus, semper prouidere suis, & pauperes graduati in suis studiis existentes nil haberent, & sic concordatum quod ad graduatos, redderetur illusorũ, quod nõ debet permittere senatus.argum.l.si prætor.ff.de iudic.

Quintò, etiam ordinarij collatores priuarentur ista gratificatione, quæ est eis commodo, quia dicitur esse in fructu. glo. in c.cum olim.de maior.& obedi. in quantum possunt prouidere suis graduatis idoneis: quod non facerent.

In contrarium facit, quia legatus in regno Franciæ potest conferre beneficia regni saluis modificationibus, alioqui manisferè & friuola esset sua potestas, sed quando confert graduatis, debitè insinuatis, & gratificat, confert saluis regni modificationibus, ergo collatio valere debet.

Legatus concurrit cum ordinario.

Secundò, legatus concurrit cum ordinario conferendo beneficia spectantia ad collationem ordinariorum.c.si à sede.de præben.in 6.Intantum, quòd dicit Panor. in c. fi.col.2.de confir.vtili. legatum in legatione sua concurrere cum quolibet ordinario suæ legationis, siue ille collator sit archipiscopus, siue episcopus, siue abbas, siue quicunque alius, ita quod quicquid isti possunt in iurisdictionibus, tam ex iure communi, quàm ex consuetudine, poterit & legatus. Ergo poterit cõcurrere conferẽdo qualificatis, & insequendo leges regni, quia non derogatur legato.nisi in qualificatione.ergo eam insequẽdo poterit cõferre. Bertrand.cõsi.73.legatus, volu.1.secundum no.impressio.

Tertio concordata ista videlicet vt prouideatur graduatis, facta sunt in fauorem graduatorum & literatorum, vt dixi supra sed iste est fauor graduatorum regni, quòd eis conferatur, ergo iis poterit conferri etiam per legatum: & etiam est in fauorem regni, ne pecuniæ à regno extrahantur, & ne res nummaria (quibus veluti neruis respublica subnaxa est) exhauriatur, vt supra in proœmio patet.

Quartò, quod nõ mutatur, cur stare prohibetur? l. saucinus.C. de test. sed non mutatur in legato, nisi vt præuentiones non faciat nõ graduatis, ergo vt faciat graduatis, & qualificatis, vel nominatis antiquioribus, videtur æquum, & iuri conforme, ergo & antiquiori nominato, & graduato rite qualificato poterit cõferrre tam in mensibus nominatis præstitutis, quàm graduatis, & etiam ecclesias parochiales in villis muratis sitas qualificatis conferre poterit per supradicta. & quòd legatus possit conferre & gratificare graduato, qualificato, iudicauit sacrum regis magnum consilium pro magistro Petro de Polestron, contra Ioannem pichon, & alios, Anno 1540. die 17. Augusti, etiam si prius idem legatus contulisset non qualificato, vt sic fuit conclusum 22. Februarij.1534. in hoc senatu inter D.de Gouy, præsidem inquisitionum cameræ, & Ioannem girardum, & idem dictum fuit in eodem anno, die septimo Septembris, in casu præbendæ sanctæ Radegundis Pictauen. pro magistro Germano Cornuto, contra tristandum Fretart, & quid in papa, vide in §.statuimus.1. in gloss gratificare. de collat. in concorda. Et an legatus facta requisitione primi collatoris posit omisso medio conferre

Arrestũ.

ferre? dixi in §.6 quis verò, in verbo ad alium, de colla. supra.

Episcopus quid agere debeat quando duo nominati simul requirunt.

46 Decimotertiò quæro, duo nominati requirunt simul episcopum, is ipse ignorat vter sit antiquior, quid agere debeat? Respō. faciat sibi exhiberi literas nominationum ab vtrisque. Cardina. in capi. mandatum. col.5.q.9. de rescrip. vbi dicit, quòd si duo habent mandata de prouidendo eiusdem datæ, & petunt idem beneficium, tunc prouisores facta eis copia de iuribus vtriusque, consulent peritos, & cōferent ius habenti, & si est dubium, parebunt mandatis vtriusque cum protestationibus. Imò possunt recipere ad præbēdam vnum sine præiudicio alterius: & pro hoc facit capit. eum contingat. de rescrip sic episcopus facta sibi exhibitione nominationum conferet antiquiori, tamen cum episcopus habeat exēplum omnium nominationum, non potest iuræ prætendere ignorantiam prioritatis, vel posterioritatis, posset tamen supradicta facere, vide tamen quæ dixi superius q.14. nu 8 2.

Requisitio iunioris nominati, prodest antiquiori.

47 Decimoquartò, vacauit beneficium tempore nominatis præstituto, secundò nominatus acceptauit, & requisiuit ordinarium, qui contulit non nominato, papa alteri, demum archiepiscopus isti secundo nominato iure deuoluto. Primus nominatus requirit, & ei fit collatio per superiorem, quis habeat ius in beneficio? Resp. primus nominatus beneficio requisitionis secūdi nominati poterit venire, sicut filius in potestate beneficio filij præteriti admittitur. argum. l. filium. ff. de bonor. poss. contra tabul. l.3. §. planè. iūcta glo. ibidem. sicut insinuatio vnius, aliquando prodest alteri. text. in l. cum quidam. §. simili. C. de iure dotium. sic & requisitio. vide Auriol. in c. penult. de concess. præbend. in 6. & ita fuit prolatum (vt accepi) arrestum Parisiis, per l. si mater. in fine. C. de inoffi. testamen. Sic ergo in casu isto dicimus, quia postquā secundus nominatus requisiuerat, non poterat papa (vt supra dixi) præuenire, ideo antiquior nominatus præfertur secundò nominato, & secundò nominatus apostolico: ergo & primus nominatus præferetur apostolico, per illam regulā, si vinco vincētem te, à fortiori vincam te, c. penult. de cō cess. præbend. in 6. nam vincens, cui prima facta fuit collatio, succedit in ius vict. glo. in l. vsucapi. C. de pignor. Refert & sequitur Soci. consil. 28. fuit quidam. numer. 4. in 4. volum. & iurisconsul. ait, cum ego te superaturus sum, multò magis aduersus te obtinere debeo. l. de accessionibus. ff. de diuers. & empor. præscriptio & idem si papa vni contulerit sine derogatione indulti cardinalium, & postea cardinalis, demum nominatus requirat, postquam secūdus vincit apostolicum, & graduatus secundum, ergo graduatus vincet apostolicum per prædicta, & idem si collatio primò fuerit à cardinali facta non graduato, & papa alteri, & graduatus vltimò veniēs istis etiam præferetur, vt in seq. dicetur.

Nec obstat quòd collatio prima est annullanda prosequente primo nominato, & sic collatio papæ valere debet: nam illud non est verum, quia in fauorem antiquioris nominati est introductum, vt non valeat prima collatio, & sic non debet retorqueri in eius odium. l. quod fauore. C. de legibus. quod fieret si collatio papæ valeret. Idem dicerem si primus nominatus inhabilis requireret, & postea aliquis nominatus à papa impetraret, deinde nominatus secundus habilis ab archiepiscopo collationem obtineret, vt ista collatio secundo nominato facta valeat, per supradicta.

Collatio inualida præuenit papam.

48 Decimoquintò quæro, vacans beneficium in mense Ianuarij episcopus contulit non nominato, papa alteri: nominatus postea intra sex menses requirit, & obtinet iure deuoluto collationē, quænam istarum valeat? Respondeo, collatio facta nominato est præferenda. per illam regulam, si vinco vincentem te, à fortiori vincam te. in d. c. penult. de concessio. præbend. in 6. gloss. in authen licet. C de natura. libe Nam nominatur vincit primum non graduatum, nec qualificatum, & primus vincit apostolicum, quia licet papa possit præuenire, vt supra dixi, in rubr. de mandat. apostolic. in gloss. iure præuentionis, tamē hic non præuenit, quia collatio erat facta per ordinarium nō nominato, ergo papa non potuit conferre iure præuentionis, quia locus erat repletus, & ipse erat præuentus per ordinarium.

Quādo dicatur præuentio.

49 Nam præuentio dicitur si fiat collatio ante papam, vel papa ante ordinariū, vt est hic, sicut fit præuentio per citationem in l. si quis postea. ff. de iudi c. proposuisti. & ibi plenè Soci. de foro competen. dico in rub. de mandatis apostolicis, in verbo iure præuentionis. Item quia collatio facta per ordinarium erat valida respectu apostolici, sed ratiōe nominati erat nulla, quod potest esse, vt probatur in l. vir & vxor. ff. ad velleia.

Collatio facta & ab ordinario & à papa secundo nominato, vel ut facta ante collationē primi.

50 Si tamen secundus nominatus vel graduatus obtineat collationem ab ordinario, & à papa ante requisitionem primi nominati, non excludetur per antiquiorem nominatum postea venientem, quia ins habet duplex, & duo vincula sunt vno fortiora. c. 1. de treug. & pace. dummodo vtrāque collationem habuerit ante graduati vel nominati requisitionem.

Et quia ordinatio regia dicit isti nominato vel graduato requirēti non fieri præiudicium per præuentionem, & sic nō vult excludere, quod iste requirens non possit præuenire, nempe quæ inducta sunt in fauorem illius, non debent in odium retorqueri

querit.l.quod fauore.C.de legib. Et ita fuit deciſum in hoc ſenatu,anno 1544.& in vigilia purificationis virginis mariæ pronunnatum.vide Boër.in deciſ.Burdeg.q.308. verum quis,&c.

51 Decimoſextò quæro, vacante beneficio in menſe graduatorum,tutor ſvult præſentare vnũ,eò quòd omnes fructus bonorum pupilli ex conſuetudine lucratur, pupillus alium,quid iuris? Duæ ſunt quæſtiones,prima,an tutor præſentare debeat, an pupillus. Secunda quæſtio eſt,an ſtante conſuetudine quòd tutor lucretur fuctus bonorum pupilli durante tutela,poſsit idem tutor præſentare excluſo pupillo. Ad primã concludit Panor.in c.ſi de conceſ.præbend. quòd tutor præſentabit,ſi pupillus ſit minor ſeptem annis. Idem tenet Ioan. Andr. in cap.ex eo.de electio. in 6. Panormita. in cap.1.de iure patrona..

Pupillus vel tutor an debeat præſentare.

52 Si verò pupillus ſit maior infante poterit præſentare pupillus,& ſi tutor & pupillus præſentant diuerſos,præfertur præſentatus à pupillo,per glo.in d.c.ex eo. Archi. in c.decernimus.16.q.7. tum quia pupillus poteſt facere conditionem ſuam meliorem ſine tutore.inſtitu.de authoritate tutor. in princip.& quando eſt diſcordia inter tutorem & pupillum,quo ad illam non habetur pro tutore,quia ſua res agitur, ideo datur curator.§.fin.Inſti.de authoritate tutor. Feder.conſil.102. nobilis. De Rota deciſ. 321. in antiq.Cæſar. Lambert. in tracta. de iur. patro.in 9.arti.2.q.princ. primæ.partis.2.libri.in ſi & art.ſeq.

Imò etiã poterit hic pupillus maior infante præſentare ſine tutoris authoritate, teſte de Butrio conſilio 29. viſis punct. in fine Tũ quòd pupillus ſit dominus illius iuris patronatus,tum etiam quia ille pupillus poteſt contrahere ſponſalia.c.literas.& per totum.de deſponſa.impube.

Item poteſt aſſumi ad beneficiũ ſimplex ſine tutore.cap.ſi eo tempore. de reſcrip. in 6.c.ſuper inordinatæ.de præben. Hoc tenet Roch.Curt.in tract.de iure patro.in verbo competens.quæſtio.3.& ſequen. vbi plenè videre licet.

Nec obſtat c.ex eo.de electio.in 6. vbi nõ poteſt eligere,quia licet ſponſalia contrahere poſsit,nõ tamen matrimoniũ, Inſtit. de nup.in princip.ſed per electionem contrahitur matrimonium ſpirituale.c.inter corporalia.de tranſ.epiſcopi.quod eſt in præſentatione ſecus.c.quod autem.in verbo inchoatum de iure patro.Pau.de citad. in tract. de iure patr.in 6.parte,art.3.q.40.

53 Quæro,ſtante conſuetudine quod tutor faciat fructus ſuos durante tutela pupilli, vt eſt in conſuetud. Bituriġ.in §.11. de conſuetud.iuris & ſtatus perſona, An tunc poſſit præſentare? Et videtur quòd non, quia creditor non poteſt præſentare.c.cum Bertholdus.de re iudic.etiam ſi faceret fructus ſuos,vt ibi Panormi.& in cap. cõtingit col. 5.de dolo aſſerit.

Stante conſuetudine quod tutor faciat fructus ſuos, an poſſit præſentare.

Secundò,quia tutor non eſt verus patronus,& qui eccleſias obtinent ſine patrono, eas reſtituere debent. cap. ex inſinuatione, de iure patro.

Tertiò,malæ fidei poſſeſſor,qui habet rei alienæ conſcientiam,non lucratur fructus. c.conſultationibus.de iure patro.prout eſt in iſto tutore,& nota.in l. quemadmodum. C.de agricolis & cenſitis.lib.11.

Quartò,conductor ad modicum tẽpus non poteſt præſentare.cap.ex literis.de iure patro.multò magis hic tutor, qui nil iuris habet,niſi regimen tantum in bonis pupilli,& perſonæ.

54 In contrariũ videtur, quia quando quis lucratur fructus,ſicut bonæ fidei poſſeſſor, vt in d.c.conſultationibus.& c. cum eccleſia.de cauſ.poſſeſſ.tunc non tenetur ad reſtitutionem,ſicut in hoc tutore dicitur.§.ſi quis à non domino.inſtit.de rerum diuiſio. c.grauis. de reſtitu. ſpolia. & tunc poterit præſentare tutor,quia præſentare eſt fructus iuris patronatus. d.c. cõſultationibus. & d.c.cũ Bertholdus.& c.ex literis. & præſentare dicitur fructus induſtrialis: quia requiritur induſtria hominis in eligẽdo idoneum. c.decernimus.16.q.7.& intra præſtitutum tempus. c.1.de iure patr.in 6.parte.q. 3.articu.3.deciſi.Rotæ.7.collatio.de iure patro.in no.

55 Itẽ nil vel parum prodeſſet cõſuetudo volens vt omnes fructus lucraretur tutor,niſi & eos haberet,cum etiam & vxor relicta vſufructuaria hos habeat,& poteſt præſentare vt docet Paul.Picus in repet.l.titia.§.titia. q.39 ff.de lega.2. & Rochus vbi ſuprà.q. 28.ergo & hic tutor, licet contrarium teneat Ioan.Crotus,in repe.l.frater. q. 23. ff. de condictio.indebiti.

Vxor relicta vſufructuaria an poſsit præſentare.

56 Item ad maritum ſpectat ius præſentandi,cum ſit dominus rerum dotalium.l. doce ancillam.C.de rei vend.& quia percipit fructus rei dotalis.c.per veſtras.de dona. inter virũ & vxorem.c.ſalubriter.de vſur.Panor. in d.c.fin.de conceſ.præbend. lib. 6. Felin. in c.quoniam.in ſi.de teſtib. Rochus Curt. in verbo ipſe vel is.q.28. & Ioan. Lupus in repe.cap.per veſtras.fol.76.§.43. de donat. inter virum & vxorem. vide plenè Paul. de leazariis in q.4.

Maritus præſentare poteſt ratione bonorum quæ habet ab vxore.

Præterea tutor eſt dominus bonorũ pupilli.l.qui fundum.§. ſi tutor.ff.pro emptor. & ex conſuetudine lucratur fructus, ergo poterit præſentare,cum præſentatio in fructu conſiſtat,vt ſuprà dixi.

Nec obſtat quòd ius patronatus ſit quidam honor,& non fructus proportionabilis, vel commoditas, quam habere debeat tutor,quia cum conſuetudo loquatur generaliter de omni fructu, de iſto etiam intelligi debet, cum tranſeat cum vniuerſitate bonorum.d.c. ex literis. quam habet tu-

tor, & dicitur verus possessor, ergo faciet fructus suos sicut maritus.

Nec obstat de creditore, quia non facit fructus suos, sed excerunt in sortem, & debent in sortem computari. c. 1. & per totum, de vsur. c. illo vos. de pigno. sed ratione consuetudinis tutor facit fructus suos, ideo eos non tenetur restituere, & diuersus est à tutore creditor hic.

Nec refragatur quòd nó sit verus patronus, imò respondeo esse verú quo ad hoc: nam inuenio poss. herem bonorum poss. præsentare, quando lucratur fructus, sic & iste tutor, vt d. c. consultationibus. & d. c. ex literis. & cap. cum ecclesia sutrina. de causa. possessio.

Præterea nil facit dum dicitur quòd malæ fidei possessor nó lucratur fructus: quia hic non potest dici malæ fidei, cum vigore consuetudinis faciat fructus suos.

Nec est æquiparatio bona de conductore ad modicum tempus, id istum tutorem: sed sicut ad longum tempus cóductor præsentare potest, ita & hic tutor, vt in d. c. ex literis. Ex his concluditur, quòd tutor qui vigore consuetudinis, vt in nobilibus communiter est consuetum, lucratur fructus, poterit præsentare, & non pupillus, quod est notandum, quia fuit à me petitú sæpius in palatio, & sic respondi, cogitandum tamen relinquo.

Præsentatus quando præsentationem ostendere teneatur. & resignationem procuratorium.

57 Sed an præsentatus suam præsentationé ostendere teneatur? Dicebatur quòd non, post quam ostendit institutionem, quia nó est verisimile quòd episcopus instituisset nullo præsentante, imò verius contulisset pleno iure, per nota. in c. authoritate. de institutio. quod est verum parti prætendenti habere ius ex impetratione, vel aliàs quàm ex alia præsentatione patroni, nam si ex patroni præsentatione negátis te præsentasse, eo quod sua interest, & non alterius, ob id ostendere tenebitur patrono, vel alteri instituto. per not. in authen. si quis in aliquo, C. de edendo. nec dicitur pars tituli præsentatio, potest enim episcopus conferre sine præsentatione, & valebit collatio patrono non reclamante. c. illud. de iure patro. sicut

Originale procuratorij quando quis teneatur ostendere.

58 dicitur de illo, qui dicit procuratoriú esse falsum datum ad resignandum, nempe si is qui dicitur resignasse opponat, & dicat falsum, debet produci, quia sua interest, secus si tertius hoc dicat, quia tunc tantum sufficiet exhibere prothocollú notarij, & non procuratorium, quod Romæ remansit, si tamen illud ostenderit, non tenetur notam & aliud originale producere, vt fuit dictum in senatu pro Raudin, Anno 1531. die 4. Decembris, cótra Chiuard, qui dicebat se non resignasse.

Arrestum.

59 Decimoseptimò, quæro, vacante beneficio in mense nominatorum, episcopus contulit nó nominato, postea nominatus requirit, episcopus recusat conferre, dicens se fecisse quod in se erat, nominatus requirit vicarium existentem in vrbe, vbi erat episcopus, qui vicarius ignarus collationis factæ ab episcopo, confert nominato, postea aliquis impetrat à papa, quis istorum præferatur? Videtur quod primus, quia in collationibus attenditur tempus datæ. c. eam te de rescript.

Imò videtur quòd apostolicus quis papa potest præuenire ordinarios, & conferre. c. 2. de præb. & hic videtur peruenisse, postquam collatio prima non valebat prosequente nominato.

Item non valebat secunda facta per vicarium, per l. pen. ff. de offi. procósul. vbi proconsul deputatus ad regendá prouinciam, simul atque vrbé ingreditur, deponit imperium propter principis præsentiam & reuerentiam. facit c. volentes. & ibi gl. de offic. lega. glo. in §. visum. in verbo absentia. de collatio. in prag. vbi propter præsentiam episcopi vicarius non potest conferre, nec alios actus iurisdictionis facere. nam facta collatione per episcopum erat facta deuolutio ad superiorem. §. si quis verò. de collatio. in concord. ergo non potuit vicarius conferre.

Collatio facta à vicario an valeat, si quando ista fiat, licet ab episcopo alteri facta sit.

60 In contrarium tamen quòd valeat collatio facta per vicarium, patet, quia vicarius authoritate concordatorum confert, nam vicarij sunt executores concordatorum. §. teneantur. de colla. in concord. ergo bene conferendo poterunt supplere morá domini episcopi, nam licet vicarius non possit expedire ea quæ sunt meræ gratiæ, potest tamen expedire ea quæ sunt iustitiæ, & necessitatis. Guil. de monte Laudu. in cle. vna. de offic. vica. & doct. in c. fin. illo titu. in 6. sed ista collatio nominatis facienda est necessaria, ergo poterit per vicarium episcopi fieri. gl. in §. visum. in verbo vicario. de col. in prag. item quia episcopus poterat iterú conferre, vt suprà dixi. sic & eius vicarius.

61 Et huic sententiæ acquiesco, nec refragatur, quòd episcopus conferendo videatur eum in hoc reuocasse quia isto sanè, licet reuocata sit ordinaria potestas, non tamen apostolica. postquam ergo vicarius authoritate apostolica confert, vt in d. §. teneantur. de colla. in cócord. valebit sua collatio, habet enim in collatione istorum beneficiorum duplex ius, videlicet ordinariú & apostolicum, quod est notandum.

Idem putarem si ordinarius contulisset iuniori nominato, & vicarius antiquiori vt collatio antiquiori facta à vicario valeat per prædicta, quia est eadem ratio, & sic eadem debet esse dispositio. l. illud. ff. ad leg. Aquil. Nó refragatur quòd episcopus non potest. Respond. verum esse, quia suo functus est officio, sed vicarius non, quia nemini contulit. igitur quia tanquam concordatorum executor est superior suo episcopo. argu. c. cum aliquibus. de rescrip. in 6.

in 6.& sic conferre poterit:ad euitandum tamen dubia, assumas semper à superiore collationem,& hoc erit tutius, vel à papa signaturam,& bono signaberis iure.

Hæc quæstio in palatio fuit mihi petita, & nileius causa recepi, ideo eam cogitandam relinquo. Vide etiam de duplici acceptatione domini & procuratoris, vtra præsumatur præcessisse, per Roma. consil. 353. quoad primum.in princ.

62 Decimooctauò vidi dubitari, nominatus acceptauit beneficium, & requisiuit sibi cõferri, dicens vacare per obitum Petri, & tamen vacabat per mortem Ioannis, an valeat illa acceptatio? Videtur quòd non, quia non valet impetratio, si hoc modo fiat, videlicet, quidam impetrauit beneficium vacans per mortem Ioannis, tamen vacabat per mortem Petri, etiam si opponeretur clausula,& quouis alio modo vacet, tamen non debetur impetranti, quando vacat per alteram personã, quàm expressam, nam expresso vno modo vacandi, alius non venit.c.susceptum,de rescript. in 6.nec expresso vno loco venit alius, vt si dicatur in Montepessulano obiit, nec vna persona expressa venit alia, quia mors vnius non est mors alterius, nec mors vno loco & tempore, est mors alio loco & tempore.

De clausula quouis modo.

63 Ideo illa clausula quouis modo, concernit omnes modos, & vacationes, sed non qualitates modorũ. Rota decisio.1 si mandetur.de rescrip & decis. 1. fuit dubitatum vtrum habens.de seq sest. possess. & fruct. & vtrobique in addit. in nouis. quia sicut modus vacationis expressus, & locus, & tempus referuntur ad personam expressam. arg.not.in c.abbate sanè.de re iudi.in 6. ita & illa clausula quouis modo vacet, refertur ad personam expressam, & non ad extrinsecam.l.si ita stipulatus.§.Grysogonus. ff.de verborum oblig. de bellamera decis. 610.licet palatium.argu.l.fin.§.a.ff. de trit. vino & oleo leg.Bonif.in cle.vlti. col. 2. de senten.excom.Card.consil.36. in hac col.2. & istud seruatur ex stilo curiæ Romanæ, vt patet in prouinciali.fol.54. Et ideo inuenta est practica in curia Romana, ad tollendum istam dubitationem, videlicet vt in impetrationibus exprimatur, siue alio quouis modo vacet, vel ex alterius cuiuscunq; persona, seu loco vel tempore, vel alio quocunque genere vacationis. Panor. & alij in cap.ex parte col.3.de conces. præb. Ita tradit Perus.in c.susceptum.col.3.de rescrip.in 6.gl.in §.visum.in verbo aliàs quouis modo de causis.in prag. Milius in verbo gratia.§.secundo. Rota decisio.12.incipien.papa.de præben. in antiquior. dixi in forma manda.aposto. in glo. aliam quancunque dispositionem.

Practica curiæ Romanæ.

64 Contrarium teneo videlicet acceptationem nominati, vel graduati, quando constat de corpore beneficij, valere, quia falsa demonstratio, quando constat de corpore, nõ vitiat.l.demonstratio.de cõdi.& demonstra.l.si quis in fundi vocabulo. ff. de leg.1. §.si quis in nomine.insti.de leg. nã quando in corpus, quod traditur consentimus, in causis verò dissentimus, non animaduerto cur inefficax sit traditio.l. cum in corpus. ff de acquir. rerum domi. & Domi. consil. 119.punctus,&c.

Hãc opinionem tenuit gl.in §. item quod ad dictas.in verbo nominatorum.de coll.in prag. Ruta in deci.16.errori.de refer. decis. 7.licet impetrãs.de cõces.præbend.decis.13. si expectãs.de præbend.in nouis.& decis. 4. quidã obtinuit de refcri.decis.2.not. quod cap.susceptum.de præbend.& decis.19. nota impetrans.de cõces.præb. in antiq.Felin. in c.significante.col.1.de rescr.p.vbi licet videre limitationes, idẽ tenuit Nicol. Milius in verbo beneficium.§.62.

65 Nõ obstant suprà allegata, quia loquuntur in prouisione, secus in acceptatione, quæ non est nisi quædam voluntatis declaratio,& tẽdit ad executionem gratiæ. Ideo non mirum, si erretur in modo vacationis, quod nõ impediatur acceptatio, dummodo sequatur postea vera & effectualis prouisio, quæ dat ius.c.si tibi.de præb. in 6.decis.Rotæ 7.licet impetrãs.de conces. præb. in nouis.nempe si nulla fieret collatio, acceptatio non afferret fructum, per reg.primã de reg.i.in 6.præsertim quando nominatus acceptaret beneficiũ in certo loco constitutũ, vtpote beneficiũ vacans in tali ciuitate, vel in tali loco sic nuncupatũ, tũ quia satis constat de corpore beneficij acceptati, cum nullum aliud ibidem vacauerit, dicetur certum,& valebit collatio, per l.certum. ff.si certum peta.Ioan. Monach. in c.si tibi absenti.de præb.in 6.declara vt per Felin. in d.c.significãte. Quamuis Probus in d. gl.nominatorum.dicat me aliud hic scripsisse, tamen si me intellexisset, hoc non scripsisset. lex fortè aliud habebat in libro suo, quid si in vno die fuerit erratum, vide Calder.consil.1.rub.de fide instru.

66 Decimononò, quæro an teneatur nominatus probare titulum sui prædecessoris. Respon.non, sed sufficit quòd probet illũ prædecessorem in possessione beneficij decessisse,& quòd in vita reputabatur verus beneficiatus,& erat possessor beneficij pacificus.aliàs secus. Panor. & alij in c. illud. de præsump.Cassad.decis.2.& seq.de causa posses. abundantius suprà dixi. Panor. & Felin.in cap.cum venerabilis. de exceptio. allego text.vltra eos in cle.1. vt litẽ penden. vbi Imol.no. quòd ex possessione præsumitur titulus, nedum in fauorem possessoris, sed & tertij. possessor enim præsumitur dominus.l.fin.C.de rei vend. Feder. consil. 13.clericus.col.2.vbi pulchrè tradit.illũ videto,& glos.in verbo inquirant de pacifi. posses. in prag. Lappus allega. 89. in dei

Nominatus titulum sui prædecessoris probare non tenetur.

nomine,&c.col.7.versi.sed quicquid sit. &c. alias fuit in senatu decisum.

67 Vigesimò quæro, quid si nominatus vel graduatus requirat collatorem, vt sibi conferat beneficium in præstitutis vacans mensibus opponendo se ne alteri conferat, vel appellando, an non obstante oppositione possit collator alteri conferre? Respondeo quòd sic, quia episcopus non debet priuari sua possessione conferendi propter oppositionem nominati vel graduati, sicut necsite pendente, c.1. vt lite penden. nec etiam appellatio extraiudicialis impedit potestatem ordinarij collatoris, vt tenet glos. in c. nō solùm de appel.in 6.doct.in c. bonæ illo, tit. Expressè Panor.in cap.pen.col. 2.in gl. s.de causa posse.vbi tenet quòd si canonici appellarent ne episcopus conferret, non tenetur episcopus supersedere, quia appellatio non tollit effectum possessionis, vt not. in c.fin.de supplen.neg. præla, vide Panor. & alios in c.significauerunt.de exceptio. & maximè D.Paris.in 4.not.

Nominatus an possit se opponere vel appellare ne episcopus conferat.

68 Et notandum est quòd licet in beneficialibus appellatio deuoluat ad superiorem potestatem cognoscēdi,& retractandi grauamen,& irritandi attenta, tamen nunquā deuoluit potestatem eligendi vel conferendi, etiam si pronuntiaret appellationem legitimam.not.Ioan.And.in c. cū M. de constit.Innoc.in c. dudum. 2. de electio.prout refert eos Perus. in c. bonæ. nume. 32.cum sequenti.de appella.vbi licet videre fusius. dicam in tracta. de appella. in constitutio. rég.3.tomo.

69 Item curia Romana non solet concedere literas facta collatione contra episcopum qui contulit, quia functus est officio suo, sed contra eum cui collatio facta est. sic: not.Collecta.in cap.pastoralis.in princi. de iure patro.

70 Vltimò, quid si legatus resignationem factam in mensibus graduatis & nominatis, vel aliis, admittere nolit, vt pote quia est episcopus,& suos habet nominatos propicios, quibus vult prouidere, si vacet per mortem, vel habet famulos nominatos & graduatos, quibus vult conferre, vel aliis, vel non vult dispensare regulæ de viginti, vt per mortē suis conferat, quomodo succurretur.glos.in §.quod si quis, in verbo pontificem.de collatio.in prag. dicit, quòd nominatus obtinebit collationem iure deuoluto tacita qualificatione, dicendo quòd beneficium tanto tempore vacauit, quòd eius collatio est ad sedem apostolicam deuoluta, vel quòd collator male prouidit, aut incapaci, & tunc valebit collatio, sed loquitur in papa, nihil dicit de legato, ideo ego dicerem ex æquitate beneficium esse affectum deferēti resignationem. ita quòd si legatus nolit admittere resignationē, vel derogare regulæ, quòd is facta diligentia de habendo collationem ab eodem, poterit postea ire ad papam:& ista collatio papæ, licet sit vltima, quia fortè is, cuius resignationem deferebat. interim sit mortuus, tamen eo quia erat affectum primo deferenti resignationem ideo alteri non potuit conferri, hoc probo sequentibus rationibus.

Legatus an primo venienti cōferre debeat & dispensare.

71 Primò, vt obuietur fraudibus & malitiis, quibus maximè est obuiandum l. in fraudem.ff.de rei vendi.capiti.sedes. de rescript. Et maximè debet obuiare sacratissimus senatus, qui abusus reformat in hoc regno, adeò malitiis obuiane iosa, vt aduersus malitiam possit quis se defendere, quam cum calumnia.glos.singu.in cap. cupientes. in verbo malignantium. de electio. in 6.tex.in l.cum pater.§. Titio.ibi, nec dolo videtur fecisse, cum fraudem excluserit. ff.de lega.2. Imò si decem mutuasti, quæ tibi secreto restitui iterum petis, potero iurare me nihil habuisse, quin soluerim, teste de Butrio.in cap.1.de mutuis petitio.multa adducit Hippo.sing.177.malitiis multò fortius poterit suprema curia illius malitiis legati obuiare.

Iurare an possit se non habuisse si quis restituit petitum.

72 Secundò, videtur legatus quasi contrahere, quia recipiendo legationem & iuramentum in Francia, videtur promittere se executurum suam potestatem, ergo tenetur ex quasi contracta expedire, quod promisit.arg.l.vniea.ibi, promissa restituant. C.de suffra.& bonum esset, quādo in Francia legati recipiuntur, quod sub ista modificatione reciperentur, videlicet vt omnibus & primò venientibus conferant habilibus,& quòd illud iuraret aliàs suis reseruabunt.

Legatus in re quasi contrahit.

73 Tertiò, aliâs daretur materia delinquendi,& resignandi omnia beneficia regni, contra titulum de reseruatio. quas reseruationes Galli tam exosas habent, vt nullam velint non in corpore iuris clausam admittere, sed si ista paterentur, legatus conferret omnia beneficia viuentium ad eum suis consanguineis & famulis, quæ res est pessimi exempli.

Quartò, multi ad inopiam venirent, qui ad eum magno sumptu currerent, & ipse postea reseruaret illud beneficium, & diceret, Dum tu sectaris apros, ego retia seruo. interest reipublicæ ve subiecti sint locupletes.§. fin. Insti. quibus manumittere licet, vel non.

74 Quintò, interest etiā reipublicæ ne quis re sua malè vtatur, vt ibidem scribitur, sed legatus hic faciendo malè vteretur potestate sibi data, ergo senatus debet reformare, alioqui paruus abusus in principio erit maximus in fine, si non extirpetur antequam alij sic vtantur.

Abusus legat. curia reformat.

Sextò, prohibentur prælati ad quæstum trahere suam prælaturam, c. irrefragabili. §.prouideant. de offic.ordi. Et super his vidi prouidere per vetuendissimum senatū, sic

ſic etiam poterit ſuper alijs abuſibus legati, alioqui omnia beneficia regni ad quæſtũ famulorum legati trahentur.

Septimò, cõſtitutio reformatur quando infert grauamen notorium ſuis ſubditis. c. fin. de reb. eccleſ. non alie. c. cum omnes. de conſtitutio, ſed iſta geſta per legatum inferunt notabile grauamẽ ſubditis, ergo ſunt reuocanda, nam in bonis beneficiis ſemper datarius diceret prouidiſſe, licet non eſſet prouiſum.

Octauò, turbaretur ſtatus vniuerſalis Franciæ, quia nullus extra famulos legati poſſet habere beneficia in legatione, & quando turbatur ſtatus vniuerſalis poteſt etiam ſummus pontifex reformari, à fortiori & legatus, & quòd ſummus pontifex poſſet, gloſ. eſt ab omnibus approbata. in c. propoſuit. de conceſ. præbend. & in cap. ſi papa. 40. diſt.

Nonò, legatus contrarium faciẽs venit contra mentem papæ, qui eum commiſit, nam papa conſtituit eum legatum ad conferendum beneficia legationis non expreſsis perſonis, igitur noluit quòd ipſe reſeruaret ſuis famulis.

Cautela pro petentibus collationem à legato qui recuſauit.

Decimò, acceptationẽ in euangelio prohibitam, & in c. nouit. de iudic. papa approbare noluit, ergo voluit vt beneficia petentibus idoneis cõferentur, & ideo putarem dicendum, quòd ſi legatus nollet conferre primò requirẽti, vel regulæ de viginti derogare videtur illud beneficiũ ſibi reſeruare, vel ſuis, & quaſi contractum frangere, nam ſic receptus cenſetur in Frãcia, ob id ſi poſt requiſitionem beneficia per legatum conferantur famulis ſuis, vel eodem die præſumitur facta potius requiſitio, & illa collatio annullabitur, & is qui primo requiſiuit à legato, cui legatus conferre recuſauit, ſi poſtea obtineat à papa collationem, præferri debet etiam primo prouiſo per legatũ per ſupradicta. & alia quædum operæpretium fuerit adducam.

Reſignationes tempore non eſt mera gratia, & peccat prælatus, maxime ſi non diſpenſat.

Dicet quis, non prouidebitur famulis legatorum, nec conſanguineis, cui reſpondeo melius eſſe nõ prouidere, quàm ſi eiſdẽ ex rapto, vel cum præiudicio alterius prouideretur, quod fieret, ſi ſupradicta ſuſtinerẽtur, nec refragatur quod non tenetur quis facere gratiam, nam nõ eſt mera gratia reſignationes recipere. c. vno. de rerum permuta. in 6. imò cauſa exiſtente peccat prælatus non diſpenſando, licet ſubditi non habeant ius cogendi. arg. 2. q. 5. c. quanto ita expreſsè tenet Silueſter. in verbo diſpenſatio. q. 1. gl. in c. domino. 50. diſt. Barb. conſ. 40. col. 3. in 4 volumi. Peruſ. in cap. licet. 3. not. de electio. in 6. alia non ſcribo, ne excitem crabrones.

Quæſt. decimæoctauæ Epitome.

1 *Collationes beneficiorum vacantium temporibus nominatis & graduatis præſtitutis facta alijs extra eoſdem an valeant.*

2 *Deuolutio fit à patrono ad inſtituentem.*

3 *Deuolutio ad quem fiat in exemptis.*

4 *Collatio beneficij quod vacauit tempore nominatis præſtituto facta alteri quàm nominato etiã in tempore non præſtituto, non valet. fallit nu. 9. & ſeq. vſque ad fi.*

6 *Papa iure præuentionis confert etiam in menſibus præſtitutis nominatis.*

7 *Papa iuri iam quæſito non videtur velle derogare.*

8 *Papæ collatio iure præuentionis quando valeat. clauſulæ de verſimili notitia quando derogari poſsit.*

9 *Nominatus poteſt beneficium vacans dimittere: & tunc collatio alteri facta tenet.*

10 *Tranſlatus an ſit à primo monaſterio abſolutus.*

Queſt. xviij. principalis.

1 DECIMOOCTAuo, principaliter quæritur, an collatione beneficiorum vacantium temporibus nominatis & graduatis præſtitutis factæ alijs extra eoſdem valeant? text. in §. ſi quis verò cuiuſcunque. de colla. in concord. dicit quòd non valent ipſo iure collationes, prouiſiones, vel diſpoſitiones illorum, ſed ad immediatum ſuperiorem deuoluuntur, qui eiſdem perſonis modo præmiſſo qualificatis prouidere tenetur, vt ibidem patet, & dixi ſuprà 8. q. princi. verſic. 7. quæro. & ſi ille ſuperior contrauenerit, ad alium ſuperiorem fit deuolutio, donec ad ſedem apoſtolicam fiat.

Collationes beneficiorum vacantium temporibus nominatis & graduatis præſtitutis facta alijs extra eoſdem an valeant.

2 Et ſi patronus eccleſiaſticus cui directæ ſunt nominationes, præſentet non nominatum ad inſtituentem deuoluitur ius inſtituendi, ſiue ſit diœceſanus, ſiue alius qui tenebitur inſtituere nominatum. tex. & glo. ſing. in cle. 1. in verbo diſpoſitionẽ. de ſuplen. negli. præla. quam ſing. dicit Card. & Panor. ibi. & Panor. in c. 1. nu. 10. de elect. & c. 2. de conceſ. præben. Roch. Curtius in tractа. de iure patro. in verbo honorificũ. q. 33. glo. in regu. cancel. 40. ratio eſt, quia quando lex vel ſtatutũ aliquid requirit ad actũ, & vlterius procedit annullãdu, illud cenſetur eſſe traditũ pro forma, adeò quòd actus eſt nullus ex defectu eius quod requiritur ad actũ. Bal. Imol. & Alex. in l. 1. ff. de liber. & poſthu. Bal. & Salic. per illum tex. in l. ſtatutis. C. de ſent. ex libel. recitan. Albert. Brunus in tract. de forma & ſolennitate act. rub. quid & quando aliquid cenſeatur eſſe traditum pro forma. in prin.

A patrono ad inſtituentẽ fit deuolutio.

3 Primò, amplia ſiue fuerit collator exemptus, ſiue non, quia ſemper fiet deuolutio ad immediatũ ſuperiorem, & non valebit prouiſio. d. §. ſi quis verò. & probatur in

Deuolutio ad quẽ fiat in exemptis.

cle.vna.de supplen.negligen.prælat. & collator.immediatius exemplorum quis dicatur, vide quæ dixi in gl.vlti.§. si quis verò cuiuscunque.de colla.in concord.

4 Secundo, amplia etiam si beneficiũ conferret in mense non deputato nominato, vel graduato, quia postquam beneficiũ vacauit in tempore eisdem præstituto, aliis non potuit conferri, etiam tempore permisso, arg. l.quod sposæ.C.de donat.ante nup.& quia res transit cum sua causa, & onere suo, vulgatis iuribus.l.alienatio.ff.de contrahend. empt.c.cum non sit.de deci.

Collatio facta alteri quàm nominato etiam in tempore non præstituto non valet.

5 Fallit in casibus traditis suprà in 15. quæstione.quia postquam in nominationibus non comprehenduntur, ideo collatio alteri facta valet.

6 Vlterius fallit, quando fieret collatio per papam.nã ipse sibi hoc retinuit, in titu. de mandat. aposto. ideo iure præuentionis in præstitutis mensibus vacantia confert etiã aliis quàm nominatis, vel graduatis.glo.in §.item quòd omnia. in verbo scilicet. de colla.in prag.quæ idem dicit in legato, quã opinionẽ ia diu secutus sum, quandiu contrarium verius viderim, & si potuisset procedere tempore prag.non tamen hoc tempore, tum quia concordata ligarent Rom. pontificem, nec fortè potuisset præuenire alios nisi sibi retinuisset, cũ contractus vim habeant, vt patet in procemio concord. & contractus ligãt etiam papam, & principes, imò Deum ipsum, vt est text. & ibi Barba. post alios in c.1.de proba.& dixi in præfa. ad rub.de colla.tum etiam quia legatus est receptus modificationibus regni saluis, vt patet in sua receptione.ergo legibus regni derogare nõ potest, nec parlamenta admitterent, vt concordatis derogaret: & sic non potest iure præuentionis non qualificato conferre saltem iure. restringe qando papa conferret beneficium post requisitionẽ nominati seu graduati, cum eisdem censeatur effectum.

Papa iure præuentionis confert.

7 Et papa iuri iam quæsito non videtur velle derogare.c.quãuis. & c.tibi.de rescri. in 6.& etiam quia non dicitur præuenisse, & non confert nisi iure præuẽtionis.d.rub. de manda.apost.& concursus.vide in rubr. *des preuentions apostoliques*, in ordina. reg. & sic debent iudicare iudices regni seculares. Idem de clausula, dummodo alteri non sit ius quæsitum, vt non tollat ius ex acceptatione prætensum. Rota decis.17.licet de more.de præb.in nouis.Feli.in c.nostra.correl. 18.& c.capitulum.de rescrip.

8 Intellige valere collationẽ papæ iure præuentionis, quãdo erat verisimile quòd impetrans potuit à die mortis vel resignationis accessisse ad papam, aliàs non, vt regula cancella.28.& dixi in §.declarantes.rub. de mandar.aposto.in verbo iure præuentionis. nec admittitur derogatio illius regulæ etiam à papa in Francia, vt aliàs fuit conclusum, & in mense curiæ retentum, vt dicitur tempore legati de ambasia, die vltima Aprilis, anno 1513.nisi in vim resignationis Romam misisset.quia tunc sufficit tempus esse verisimile à die resignationis, regulæ de rogando.secus si nulla sit resignatio. quia tunc à die mortis computabuntur, & derogatio nil facit quo minus tempus debeat esse verisimile à die mortis ad collationem papæ, quod est not.

De clausula de verisimili notitia quando ei derogare possit.

9 Fallit, quando nominatus nollet vti sua nominatiõe, vtpote, quia beneficium est tenue, & contemnit illud acceptare, tunc collatio alteri, non nominato vel graduato facta tenet.glos.in §.quod si quis cuiuscunque.in verbo irritum.de colla.in prag. priuilegio enim in fauorem suum introducto potest renuntiare.c.si diligenti.de foro competen.l.penult. C.de pact. intelligitur enim beneficium esse nominato effectum, si is ipse velit.§.fin.ibi, nominatis illa prosequentibus.de colla.in concord.& ibi dixi, & in ordina.regii. rubri. *des graduez simples*, articu.14.glo.in §.ordinariĳ.in verbo alio.de colla.in prag.Do.Aurioli.in c.si tibi absenti.de preben.lib.6. inuito. enim non datur beneficium.l.inuito. ff. de regu. iur.potest renuntiare beneficio iam acquisito.cap.admonet.cap. quod in dubiis, de renuntiatio.Fortius & acquirendo.cle.gratiæ.de rescrip.de Selua in tracta.de benefic. t.48.partis tertiæ.sic valebit collatio beneficiĳ facta primo.quando secundus habens clausulam anteferri renũtiauerit ante collationem factam primo.Ioan.And.in c. statutum de præbend.in 6.in nota. & in c. penult.de conces.præbend.eodem lib.glos.in §.cui rei.in verbo ante lationem.de colla.in pragma.

Nominatus potest beneficium vacans demittere.

10 Item si papa transtulerit episcopum absentem, & absoluat eundẽ à vinculo priori, tamen non vacat prior ecclesia, si translatus nolit, quia illa absolutio non est pura, sed conditionalis, si translatus consenserit. Io. Monach.in c.in generali.col.penul.de elec. in 6.vbi dicit semper intelligendã cõditionem si placuerit, seu voluerit, per cap.si tibi absenti.de præb.in 6.facit l.si ita legatum. §.illi.si volet.ff.de lega.1.l.inuitũ.C. de contrahend.emptio.l.nec emere de reg. iur. sic expressè tenet Dec.in c. cum in cunctis.§. cum verò.col.2.de elect.

Translatus an sit à primo monasterio absolutus.

11 Vlterius, fallit quando nominatus esset inhabilis: & indignus, de quibus satis superque dixi in tracta.de pacific.possessio. in 4.limita. vbi enumeraui triginta personas inhabiles.

12 Fallit etiam quando non haberet qualitatem requisitam in beneficio, vt in capitulo ei cui.de præbend. in sexto. & dixi suprà. Et an eùm non habent eam qualitatem possit fieri permutatio, vide gloss. in verbo alio. §. ordinariis. de collatio. in pragmatica. de Selua in tractatu de benefic.

neficio in 3. parte q. 54. & quæ scripsi in §. statuimus, 2. de colla. in concorda.

13 Item fallit quādo prouisio fieret vigore mandati de prouidendo, quia mandatarij præferuntur nominatis, ideò collatio eisdē facta valet. rub. de mand. apost. §. 1. vbi dicitur procedere quando mandatarij prosequebantur sua mandata, alioqui contra.

14 Præterea limitatur quando nullus nominatorum eo anno insinuasset, tunc collatio alteri facta valet. § teneantur. versi. & si collatoribus. de colla. in concord. nisi esset ecclesia parochialis in ciuitate, vel in villa murata, vt superius in 16. q. dixi.

Quæstio. decimænonæ Epitome.

1 *Collaterales beneficia vacantia temporibus nominatis præstituta, conferentes aliis, quàm ipsis nominatis, quibus pœnis afficiantur.*

2 *Conferens euicto beneficio tenetur prouidere ei à quo est euictum: quod intellige, vt nu. 3.*

3 *Ignorans non delinquit. fallit nu. 4.*

5 *Collator denegans beneficia prouenientibus tenetur nominato prouidere, donec ei de beneficio prouideat.*

6 *Et priuatur potestate cōferendi per octo menses.*

7 *Collator qui sine causa noluit implere mandatum papæ tenetur stellionatus. & indignationem papæ incurrit. num. 8.*

9 *Periuri an sint infames.*
Infames qui dicantur.

10 *Mandatis regis vel papæ non obtemperans quomodo puniatur. & nu. 13.*

11 *Hæreticus est qui asserit ecclesiam non habere potestatem.*

12 *Collator non conferens nominatis est deponendus.*

14 *Collator ad omnes expensas damna & interesse quæ passus est nominatus eo quia sibi non fuit facta collatio, tenetur.*
Lex pœnalis loquens in reo extenditur ad actorem.

Quæstio xix. principalis.

1 DECIMONONO, principaliter quæritur, Quomodo puniantur collatores alteri quam nominato vel graduato conferentes beneficia temporibus eisdem assignatis vacantia? Respond.

Quibus pœnis collatores non nominatis beneficia conferentes afficiantur.

Primò, collatio est nulla, vt suprà dixi. & quando annullatur actus in odium personæ facientis cōtra præceptum sibi factum, dicitur pœna. c. si religiosus. de elect. in 6. tex. iuncta gl. in c. decete. de immu. eccle. in 6. gl. & ibi doct. in c. 2. de constit. Bal. & alij in l. non dubium. C. de legib. Petrus. & alij. in c. si. col. 1. & seq. de elect. in 6. Maleret. in tract. de elect. fol. 52. col. 2 vers. vtrum nullitas actus. Ias. & alij in l. non dubium. C. de legi. Soci. consi. 112. quod collatio. in 3. vol. dixi in gl. nullitatis pœnam, in §. monemus. de colla. in concorda.

2 Secundò, quia remoto beneficio à non nominato, cui collatum erat in mensibus assignatis qualificatis, tenebitur is, qui contulit, eidem prouidere de alio, per text. sing. in c. inter cætera. in fi. de præben. Auffre. in decisio. Tholos. q. 71. si Titius. & Ias. in l. si domus. §. de euictione. col. 3 ff. de leg. 1. vbi dicit esse casum mirabilem, in quo donator tenetur de euictione, licet regulariter contra, vt in l. Aristo. ff. de donat. nā, vulgò dicitur, equi donati dentes respicere noli. l. ad res donatas. ff. de ædil. ædict. gl. in cle. 2. in verb. gratiosè. de censib. Ias. in l. quoties. nu. 13. C. de rei vendica.

Conferens euicto beneficio tenetur prouidere ei à quo est [illegible]

3 Intellige nisi episcopus ignorasset, vt pote quia insinuatio eidem facta non fuisset, sed prædecessori, vel vicario in episcopi absentia, quia tunc non teneretur episcopus prouidere illi, cui contulerat beneficio euicto. Panor. & Imol. d. c. inter. gl. not. in §. statu. t. in verbo mane. de collat. in prag. quia cessaret fraus, quando esset ignorans, & scientiā, & non ignorantiam volumus obligari. l. generali. C. de tabul. lib. 10. & ignorans non delinquit. gl. not. in l. ex maleficiis. ff. de act. & obli. in verb. ignorās. quam auream not. Bal. in l. 1. C. qui accu. non pos. vt refert Ias. in l. mora. col. 6 ff. solu. mat. & Decius in c. 2. de except. Barba. consi. 51. illud. col. 2. in 3. vol. & consi. 51. illud. col. 1. in 4. volu. ac consil. 62. Paulus. col. 7. ibidem. & consi. 74. scripsit. col. 7. & consi. seq. col. penult. & consi. 77. col. penul. ibidem.

Ignorans non delinquit.

4 Fallit quando igorantia esset crassa, quia tūc paria sunt scire, vel scire debere. l. quod te. ff. si certum peta. & semper collatores allegarent ignorantiam. hodie quia tot sunt nominati, & vbique, vt ignorare non possint se habere. nam vulgò dicitur; Gargara quot segetes, tot tēpium nominatos, atque indoctos doctis prætulit hic. similis adhuc posset episcopus ignorare insinuationem factam, quæ etiam vix excusaret eum, & caueat ab ignorantia affectata. c. 2. de tempo. ordinan. in 6.

5 Tertiò tenetur collator alteri quām nominato conferens beneficia eidem debita, prouidere in singulos annos illi de suis prouētibus, donec de beneficio nominato prouideat. c. dilectus. filius in 1 & 2. de præben. & hoc est iustum & rationabile vt puniatur in quo deliquit. ca. postulastis. vbi dixi de cleri. excom. minist. vide latè Federicum consil. 290. quia in parte in fine. & doctores in d. c. delectus. in 2. quæstione 8. & postquam malitiosè idoneum recusauit admittere. text. in c. pastoralis. in fi. de iure patro. & ibi gloss. & doct. tradunt quando præsumatur malitia in episcopo recusante nominatum

Collator de prouētibus tenetur nominato prouidere.

natum idoneum, quod vix posset obtineri, cum prosequente nominato collatio sit nulla vt superius dixi, & vide Siluestrũ de prierio in sua summa. in verbo beneficium, in 2.q.8.

6 Quartò, priuatur potestate cõferendi per octo menses, quos liberos ad collationem habebat. §. fi. de colla. in concor. dixi sufius in 4. notabi. in repet. d. c. postulastis. & in d. §. finali.

7 Quintò, qui sine causa noluit implere mãdatum papæ, in præiudicium impetrantis, crimine stellionatus tenetur. l. 1. ff. de crimi. stellio. & l. 1. de pigno. act. & accusationem criminalem, vel denunciationem ciuilem prosequitur impetrans. Inno. & alij in d. c. dilectus. 2. in fin. quia pro hoc crimine non est expressa pœna in iure canonico, licet posit ampliari pœna. c. nulli. de rebus eccl. non alienand. l. iubemus. §. œconomus. C. de sacrosanct. eccles. ideò relinquetur arbitrio iudicis. l. 1. ff. de effract. declaratur in concord. rub. de pœna temere venientium contra concord.

Stellionatus crimine tenetur collator.

8 Sextò, indignationem summi pontificis incurrit, vt patet in concord. rub. de cõclu. Latera. cõcilij, in fi. & aliis pluribus locis, & qui principis incurrit indignationẽ, debet feudo quo ab eo tenet, priuari. gl. in §. porrò. versi. sed si delator. in verbo perdet. quæ fuit prima causa beneficij amittendi. & ibi Bal. dicit, quòd qui incurrit indignationem papæ, meretur priuari beneficiis ecclesiasticis. quem sequitur ibidem Aluarot. Idem tenet Bald. ibi, & Ioan. Baptista. in repetit. l. cunctos populos. C. de summa trinita. Feli. in c. veniens. col. 1. de præscrip. Socin. consi. 87. visis inuestitura. col. 3. in 3. volumi. text. in §. item qui dominum. quæ fuit prima causa beneficij admittendi. l. 2. C. de petit. bono. sublat. lib. 10. cle. fin. de celebratio. missa. Iacob. in tracta. de feud. in verbo dictique vasalli. in 13. causa. Domi. Ioan. Samson in consuetud. Turonen. rub. *des amendes*, artic. 2. vbi extendit ad murmurantes contra indulgentias. ideò hic nõ conferendo nominato vel graduato tempore eis præstituto, collator incurrit indignationem tam papæ, quàm regis, ergo & beneficiis debet priuari, & feudo spectante ad regem, licet Bart. in extrauagan. qui sint rebelles. in fin. dicat se huius clausulæ, indignationem se, &c. nullum effectum inuenire. quem sequitur Ias. in l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtempera. not. tamen quæ suprà dixi, est etiam excõmunicatus qui non seruat constitutiones papæ. c. generali. 25. quæstione. 1.

De indignatione papa incurrente.

9 Septimò, sunt periuri. nam veniùnt contra iuramentum quo seruare cõstitutiones & præcepta Roma. pontificis promiserunt. c. ego N. de iureiur. & ibi Felin. col. 3. & periurus est infamis. l. si quis maior. C. de trãsactio. glossa tamen distinguit in l. Lucius. ff. de his qui notant. infamia. Bald. in margarita. in verb. infamis. quæst. 11. Bart. & alij in l. quoties. C. de dignitati. lib. 12. Paul. in l. iusiurandum quod. §. fin. ff. de iureiur. Domi. & alij. in c. generali. de elect. in 6. textus expressus in c. infames. 6. quæstio. 1. qui sic loquitur, infames esse eas personas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, id est omnes qui christianæ legis normam abiiciunt, & statuta ecclesiastica contemnunt. facit textus in c. si autem. 11. quæstione 3. cuius verba sunt, si autem nobis episcopis non obedierint omnes presbyteri, & reliqui clerici tam maioris ordinis, quàm minoris, atque reliqui populi, non solùm infames, sed etiam extorres à regno dei, & consortio fideliũ, & à liminibus sanctæ dei ecclesiæ alieni erunt. Barb. in rubri. de iureiuran. in clemen. colum. 5. & propter periurium clericus saltem est suo priuãdus beneficio. textus in c. a. de rescriptis. c. querelam. de iureiu. sic & collatores qui beneficia nominatis & graduatis debita non conferunt. dixi in tractatu, de pacific. possessio. in 4. limi. versic. 23. periurus, &c.

Periuri an sint infames.

10 Octauò, peccãt mortaliter, quia non obtemperant mandatis papæ, nec regis, & dicitur ad Roma. 13. ca. Qui autem resistunt ipsis, sibi damnationem acquirunt. ca. qui resistit. 11. quæst. 3. & ca. quod præcipitur. 14. q. 1. summa Angel. in verb. lex. §. 3. & ibi Siluester. quæst. 8. Panormitanus & alij latè in c. nam concupiscentiam. de constitutio. Astensis. in sua summa. titu. 20. rubrica, de partibus iustitiæ. articu. vltim. gloss. in c. 2. de constitut. in 6. Panor. & alij in ca. clerici officia. de vita & honestate clericorum. & c. nulli phas sit sine status sui periculo, vel diuinas constitutiones, vel apostolicæ sedis decreta temerare. 25. q. 1. & qui hoc facit, blasphemat in spiritum sanctum. c. violatores. ibidem.

Nõ obtemperãs mandatis papæ vel regis, quomodo puniatur.

11 Nonò, qui contemneret seruare canones, & papæ præcepta. ex malitia, dicens papam nõ habere potestatem statuendi, neq; ligandi, puniri deberet tanquam hæreticus. glos. singul. in c. generali. in verbo inhibemus. de elect. in 6. per text. in d. c. nulli phas. 19. distinct. sequuntur docto. in c. 1. de constit. glossa penultima, in extrauagãti, execrabilis. Ioannes 22. Barbatias in capit. quod quibusdam de fideiussoribus. clementina 2. columna 41. de electionibus. text. in cap. sunt quidam. 25. quæst. 1. Castellio. in disputatio. incipiente, statuto ciuitatis. Iason in l. 1. columna 1. ff si quis ius dicenti non obtemperaue. & ille dicitur contemnere, qui contrauenit sine causa. glossa in ca. Metropolitanam. 3. quæstione 7. Felinus in d. cap. ego N. columna 2. Item infidelis est. Hieronymus in cap. si apud. 23. quæst. 5. ibi, quomodo enim potest fidelis esse in substantia dei, qui carnali domino fidem exhibere nõ potuit? c. fin. 25. quæstio. 1. & de dolo tenetur. l.

Hæreticus est qui asserit ecclesiam nõ habere potestatem.

tur.l.1.in princip.ff.de dolo.

Deponēdus collator non confe- rēs nominatis.

12 Decimò, sine spe veniæ est deponendus.c. omnia.25.q.1.cuius verba insero, omnia decreta prædecessorum nostrorum cōstituta, quæ de ecclesiasticis ordinibus & canonū sunt.promulgata disciplinis, ita ab omnibus episcopis ac sacerdotibus generaliter custodiri debere mandamus, vt si quiddam in illa commiserint, veniam sibi bonoris deinceps nouerint denegari.

Non obediens mandato principis morte plectitur.

13 Vndecimò, morte debent plecti. Deutero. cap.17. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, ex decreto iudicis morietur homo ille.cap.absit.11. q. 3. & qui non obedierit principi, morte moriatur.c. 2.de maior.vbi dicunt doctor. posse etiam excommunicari.ca si quis omnem. 1.q.7. Ad quod aduertant collatores ordinarij, & nominatis & graduatis, vt tenētur prouideant: etiam in hoc recusantes consiliarij animaduertere debent, vt pœna vnius sit metus multorum.l.1.C.ad legem Iuliam repetunda. vnde dicit Bald.consi.271. quæritur.in 2.vol.ꝙ contemptor mandati regis est capitaliter puniendus, tanquam violator legis, l. fin. C. de veter.numisma. potestate.lib.11.& gl.in verb.immortalitate.rubric.de legib.in lib.placitoram seu consti. neapolit. Et 1.Esdræ.c.7.in fi. & omnis qui non fecerit legem regis, dilīgēter iudicium erit de illo, siue in mortem, siue in exilium, siue in condemnationem substantiæ eius, vel certè in carcerem. Incurrit etiam sacrilegij crimen.l.1.& 2.C. de crimine sacrilegij & idem Bald.consi.159.super eo.col. penul. in 3.volu.& consil.367.venerabilis.col.2. in eod.volumine.

Collatores ad expensas tenētur quando nō prouidens nominatis.

14 Vltimò, dico collatores teneri omnes expensas, damna, & interesse, quæ nominatus passus est, vel exposuit, eò quia non est eidem facta collatio, probatur in §. fina. de collat.in concord. vbi dicitur nominatum teneri ad interesse, damna, & expensas, si ordinarium molestauerit. Idem dici debet si collator molestauerit nominatum, correlatiuè.per l.fi.C.de indict.vidui.tollen. hoc etiam suadeo ex d.§.fin. ibi, eodem vinculo collatores,&c. & §. domino. si de feudo conten.fit inter do.& agnat.vassa. & §. dominus.de forma fideli. vbi si dominus delictum cōmiserit, propter quod vasallus, in dominum cōmisisset, perderet feudum, debet feudo priuari ratione correlationis. d.l.fi.C.de indicta vidui. tellen. & ista decisio est sancta, & iusta. secundum Bald. & Aluaro.ibidem Barb.cons.62.illud in medium.col.13.in 1.volu.text.& ibi glos. in c. de forma.22.q 5.Iacobi.in tracta. de feud. in verbo qui quidem inuestit. columna 4. versi.sed nunquid ecōtra. facit text. in l.fi. C.de fructib.& litium expensis. vbi si quis babet priuilegium super expensis litis non soluendis, extenditur ad aduersarium propter qualitatem. facit text. iuncta glos. in c. 2.in verbo reus.de confessis.in 6. vbi dicit Domi.quòd lex penalis loquens in reo, extenditur ad actorem: & qui obtinet aduersarium compelli ad iudicium venire personaliter, idem pariter tenetur. c.1. de iudi. in 6.Rota decis.2.de dolo.Domi.in c.1.col. 2. de dolo.lib.6.c.2.& ibi Feli.latè de mutuis peti.l.1.& ibi docto.ff.quod quisque iuris.

Ergo sicut nominatus si molestet ordinarium, punietur ad expēsas, damna & interesse, ita & ordinarius molestans nominatum.& hanc opinionem tenet Io. Andr. & Imol.in c.dilectus,2.de præben.c.sanè.&c. veniens. de renunciatio. vbi dicunt quòd ille, cui non est collatum beneficium sibi debitum, potest agere contra conferentem ad omnes impensas, & maximè in conscientia, in qua damnum quod tua causa patior, teneris mihi sarcire. Exodi 21.c.& dico in præfa.ad l.vnam.q.1. C. de sentent. quæ pro eo quod interest proferuntur, si non potuero exigere ab eo cui collatū erat collitigante. Et sic aduertant ordinarij, vt graduatis & nominatis conferant temporibus eisdem præstitutis, & nō suis inhabilibus. vide Card.in c.mandatū.q.28.& seq.& 33.de rescri. alias pœnas in præsentiarum missas facio, ne irritem crabones.

Quæstionis vigesimæ Epitome.

1 *Nominatus & graduatus intra quod tempus petere debeant beneficia vacantia sibi conferri.*

2 *Nominatus non negligens non perdit beneficiū sibi debitum.*

Quæstio xx. principalis.

Nominatus intra quod tempus beneficium petere debeat.

1 VIGESIMO, principaliter quæritur, intra quod tempus debeat nominatus & graduatus petere beneficium vacans sibi conferri, & illud requirere, & acceptare? Respond. per glossam in §. item quod omnia. in verbo scilicet. de collat. in prag. quòd non inuenitur à iure tempus præstitutum, ideò arbitrio boni viri relinquendum est.argum. l.1. ff. de iure deliberand. cap. si clericus.de præben. in 6. bonus autem iudex arbitraretur quòd petere debeat intra sex menses, intra quot ordinarius potest cōferre.c.2.de conces.præb.& patronus clericus habet sex mēses ad præsentandū, laicus quatuor.c.vno.de iure pa.in 6. Igitur si nominatus nō petat intra sex mēses, reputabitur negligens quo ad illud beneficium, ideò non poterit illud postea petere, etiā à superiore, ad quem est ius deuolutum, vt nota. in capi.tibi qui.in fine.de rescriptis.in 6.de Selua in tractatu, de beneficio. in 3. parte.

quæst.

quæst.64.& Brunel.in d.conclu.19. decla. 6.& ita se habet consuetudo secundũ eos.

2 Fallit quando fuisset absens, vel fortè captus per sex menses,& procurator medio tempore quem dimiserat, mortuus fuerat: tunc cum non dicatur negligens, non perdit beneficium sibi debitum, arg. cap. quia diuersitatem.de concess.præben.ita expressè tenet glo.in d.versi.scilicet,in fine. quæ est not.& gl.& doct.in c.si clericus. de præbẽ. in 6.dixi suprà.vltra non prosequor. Quia vix.eidem hoc casu succurretur,nisi de industria collator nominatum in carceres detruserit,vel eo procurante factum sit.

Quæstio.vigesimæprimæ Epito.

1 *Nominatis pluribus concurrentibus antiquior præfertur.& nn.8.9. cum multis seq. fallit. nu. 22.cum seq.*

Tempus datæ in rescripitis attenditur.

2 *Claues apud antiquiorem esse debent.*

3 *Antiquior aduocatus præfertur iuniori. fallit num.4.*

5 *Collatio nominato & graduato quomodo fieri debeat.*

6 *Antiquior quis dicatur.& nn.8.*

Antiquior de collegio conuocare debet capitulũ deficiente rectore,priore,seu decano.

7 *Antiquior consiliarius quis dicatur.*

8 *Magistri artium quoad sacerdotia theologis præferri debent, si sunt antiquiores,secus quo ad honores.*

Paria sunt non esse,& inhabilem esse.

9 *Præsentatio prius facta nõ nocet antiquiori, nec receptio.nu.10.*

11 *Nepos collatoris nõ præfertur antiquiori nominato.*

Nobilis data paritate,ignobili præfertur.

12 *Collatio facta intra sex menses posteriori,non nocet antiquiori.*

13 *Scholaris excellentis doctrinæ,procedit doctorem inductum.*

14 *Doctor inductus non debet gaudere priuilegiis doctorum.*

Doctus quis.

15 *Collator iurans conferre primum vacans, non tenetur conferre beneficium nominatis debitum.*

Authoritas superioris semper videtur excepta.

16 *Antiquitati non derogant nobilitas,diuitiæ, nec vita sanctitas.17.*

18 *Vniuersitates regni quoad nominationes sunt æquè priuilegiatæ.*

19 *Promotus sub doctore famoso doctus præsumitur.*

20 *Filius doctoris non præcedit antiquiorem nominatum.*

21 *Doctor factus à papa vel Rege non præcedet antiquiorem nominatum quo ad beneficium.*

22 *Papa confert iuniori nominato iure præuentionis.*

23 *Priuatus nominationibus & postea restitutus perdit prioritatem.*

Restitutio fit sine præiudicio tertij.

25 *Nominatus quibus ex causis repulsus dicatur.*

26 *Primo negligente, secundus nominatus admittitur.*

27 *Ordinarius optionem habet,quando eodem momento vacant beneficia.*

28 *Antiquiori nominato quando est prouisum de beneficiis vsque ad 200.aureos secundo nominatus admittitur.*

29 *Idem si primus esset nominatus sub conditione quæ tempore vacationis beneficij non esset purificata.*

30 *Antiquiori iunior præfertur,si antiquior non insinuauerit.*

31 *Renuntiatio primi nominati an prosit.*

32 *Nominationes multæ nullam prioritatem inducunt.*

33 *Antiquior non habens qualitatem excluditur.*

34 *Ordinarius non videtur grauatus vt bis vni conferat.*

35 *Primus nominatus iurans non acceptare primũ an ligetur.*

36 *Impetrans beneficium viuentis illius est incapax.*

37 *Nominatus procurans mortem beneficiati,ab illius beneficio excluditur.*

38 *Ordinarius quando gratificare possit in villis. muratis.*

39 *Salens quid sit.*

40 *Promotus per saltum quis dicatur.& num.42. 44.*

41 *Sententia per saltum lata quæ.*

43 *Vniuersitas an super tempore possit dispensare.*

45 *Statuta vel eorum solennitatem qui dicit non seruata,probet.*

46 *Nominati quando sunt in data pares, quomodo beneficia habere debeant.*

47 *Doctoribus pluribus concurrentibus in diuersis facultatibus, doctor theologus præferri debet.*

48 *Doctor iuris canonici præfertur doctori iuris ciuilis:& doctor iuris ciuilis,doctori in medicina. 49.fallit nn.51.*

50 *Idem in licentiatis & baccalaureis quod in doctoribus obseruandum.*

52 *Consuetudo vt doctor antiquior præferatur, seruanda.*

53 *Gratificare quos debeat collator.*

Actus debet intelligi de habili.

54 *Prælatus collator gratificans in mensibus graduatorum debet non beneficiatum beneficiato &c.præferre.& num.55.56.& 57.cum sequentib.*

57 *Legens gratificandus,& is qui libros composuit. & nn.58.*

60 *Collator gratificans meliorem præferre debet.*

61 *Vir bonus rarus sicut Phenix.*

62 *Verbum voluerint.quid importet.*

63 *Papa licet habeat in beneficiis plenißimam potestatem, indiscretè tamen & sine causa non potest disponere.*
64 *Papa circa beneficia plena potestas in quibus consistat.*
65 *Beneficiis priuari etiam à papa sine causa quis non potest.*
66 *Causa in principe præsumitur intellige condendo legem generalem: secus quando scribit ad alicuius supplicationem.*
67 *Rex Franciæ in beneficiis habet plenariam potestatem: in spiritualibus papa.*
68 *Intellectus can. si quis deinceps. 12. q. 7. Laicus beneficia non confert.*
69 *Papa beneficia temporalia etiam in curia vacantia non potest conferre.*
70 *Laicos beneficiorum esse capaces iuris non est ambigui, intellige beneficiorum temporalium.*
71 *Beneficia temporalia clerici non possunt habere.*

Quæstio xxj. principalis.

Inter plures nominatos quis præferatur. 1

VIGESIMAPRIMA principalis quæstio est, pluribus nominatis concurrentibus quis præferatur? Regula est quòd antiquior. §. statuimus. de colla. in concorda. quia in rescriptis tempus datæ attenditur. cap. eam te. de rescrip. & ca. si eo tempore. illo tit. in 6. facit l. si permittente. C. ad Macedo. & qui prior est tempore, in dignitate debet esse potior, regula, qui prior. de regul. iur. in 6. l. qui balneum. in princip. & l. qui potior. ff. qui potiores in pig. habeantur. vnde dicit Bald. in l. si plures. colum. 1. C. de condi. insert. quòd qui habet primum esse, habeat primum frui, & primum gaudere. refert Ias. consil. 192. exorta. colum. 4. versic. 3. facit in 2. volum. Et pulchrè Anto. Negusantius in tractatu de pignn. & hypothe. in secundo membro quintæ partis.

Apud antiquiorem claues esse debent.

2 Item valde absurdum est quòd iuuenes antiquis præferantur. c. statuimus. 61. dist. & apud antiquiorem debent esse claues, & remanere. l. procurator. & ibi doctores. C. de edendo.

Aduocatus antiquus præcedit iuuenem, fallit in doc.

3 Item antiquior aduocatus præfertur iuniori. l. prouidendum. C. de postulan. quia dicitur melior in practica. licet sit minoris interdum scientiæ, secundum Alber. ibi dicentem cauendum esse à medico iuuene, quia est pestis in patria.

4 Si tamen iunior aduocatus fuerit doctor debet præcedere antiquiorem aduocatum, non doctorem. textus in l. vna. versicu. ad istũ, ibi, & vir illustris ex magisterio, & iuris doctor in hac alma vrbe Theophilus, viri etiã disertißimi togati amplißimi fori tuæ sublimitatis Dioscorus. &c. C. de iustinia. Cod. confir. vbi sumendo argumẽtũ ab ordine literæ, hoc probatur, quia ibi prius nominatur doctor quã aduocatus. & hoc expressè dicit Signorel. Homodeus cõsil. 129. col. antepenult. per illum text. clamans contra aduocatos antiquos volentes præcedere doctores.

Collatio nominato quomodo fieri debeat, & graduato.

5 Notandum est, quod quando confertur antiquiori nominato, vel alteri, debet exprimi, tibi graduato & nominato conferimus. vel tibi tãquam nominato & graduato aut aliud æquipollens. aliàs non valet collatio, quia voluntas & potestas non videntur concurrere, vt ius requirit, in c. cùm super. de offic. deleg. sed voluntas conferendi graduato, nominato non apparet, cum quælibet collatio solebat fieri tibi tãquam idoneo, ergo non valebit. Item hoc est introductum partim in fauorem aliorum nominatorum, ne eis per istas collationes fiat præiudicium: & vt si videant non sic esse factam collationem, requirant sibi conferri. partim etiam, vt iudices regij protectores concordatorum sciant an sit concordatis satisfactum, nec admittetur probatio istius qualitatis per testes, si non esset in literis collationis expressum, arg. text. in c. si motu proprio. de præben. in 6. Alioqui indies cogitaretur materia fabricãdi falsum, & inueniendi testes hoc deponentes. In mẽsibus tamen graduatorum, quia episcopus potest gratificare vnum ex graduatis, sufficit si episcopus cõferat tibi idoneo, quia alter graduatus nõ potest quæri, licet non expresserit illam clausulam, tibi tanquam graduato, si ille cui facta est collatio, erat graduatus, & ritè qualificatus. & idem si conferatur beneficium parochiale in villa murata existens extra menses nominatorum, ita arresto conclusum extitit ab hoc venerando senatu in causa magistri Guillelmi Eselissonis appellantis cõtra magistrũ Leonardum Marin, hoc anno 1536. circa festum Penthecostes. ideò iuribus non aliter probabo, quia mihi sufficit tanti authoritas senatus. Quod est verũ nisi collatio se referret ad certum, vtpote ad instrumentum refutationis, vel diceretur, prout requisisti, conferimus, vel aliàs, vt iudicauit senatus, anno 1549. die 7. Decembris, pro Thoma Cuelly, contra Beguir. in 2. inquisitionum camera: quia paria sunt aliquid exprimere, vel se referre ad aliud certum. l. ait prætor §. si. ff. de re iudic.

Arrestum.

Arrestum.

6 Et antiquior dicitur non ætate maior. §. ordinatione. in authen. de mona. colla. 1. alioqui quilibet diceret se antiquiorem, & plures annos quã haberet. Nec gradu: videlicet vt qui prius sumpsit gradum, is præferatur, sed tẽpore, id est qui prius fuit nominatus. tex. in c. si. 17. dist. & ibi gl. dicit generale esse, vt q̃ prius dignitatẽ receperunt, aliis præferãtur. gl. in verbo antiquiores. in c. si. de cõsu. in 6. c. episcopo. 74. dist. l. 1. & l. pe.

C. de

C.de dignita.lib.12 l.1.de præpo. sacri cubi cu.eo.lib.Bunel.in tracta.de dignitate leg. in conclu.22.quod est verum si omnes sint præsentes,alioqui ille dicitur antiquior inter præsentes,qui prius institutus & receptus est,licet alius absens fuerit prius institutus,quàm iste præsens.& sic fuit declaratum in hoc senatu,anno 1557. die 26. Iulij, pro capitulo Carnoten. & inter doctores eiusdẽ professionis ille præferri debet, qui prius fuit effectus doctor.Barto.in l.1.ff.de obsequiis.& d.l.1.C.de dignita.& l.fi. C. de tyro.lib.10.Et conuocatio capituli spectat ad antiquiorem de collegio deficiẽte rectore,vel priore,seu decano.Bartol.in l.1. ff. de albo scrib.per tex.in l.2.C.de decur. lib.10. Ias.in l.cum quid.in 2.lectura col.pen. & vltim.ff.si cert.peta.

Arrestum.

Cõsiliarius antiquior quis dicatur, & miles sancti Michaelis.

7 Et antiquior cõsiliarius vel canonicus dicitur,qui primò receptus est,licet sit ætate iunior.Bart.in l.qui ad tempus.ff. de decur. Deci.consi.161.pro domino præposito. Idẽ in militibus ordinis sancti Michaëlis, vt præferatur is qui prius à rege habuerit ordinem.quod fallit in regibus,& ducibus. hi enim ordinem prætermittim ob dignitatis eminentiam habebunt,vt vidi statutum in ordina.ordinis sancti Michaëlis à rege Ludouico editis.

8 Amplia etiam si vltimus nominatus esset doctor,primus verò esset tantum baccalaureus,vel artium magister,quia illa qualitas nil facit nisi in data concurrentibus. argu. c.si à sede.de præben.in 6.gl.in §.ita tamen in verbo,quibuscunque.de collat. in prag. etiã si esset doctor in theologia,vel in vtroque.quia text.tantum præfert antiquiorẽ, ergo quemlibet,cum non distinguat.argu. l.de precio.ff.de publi.in rem actio.gl.in 6. parte regul. Iulij secũdi.Ideò substinui conclusionem,quæ est 22. meæ secundæ repetitionis,quæ sic dicit,Magistri artium theologis,quo ad sacerdotia, præferri debent, quæ cõclusio debet intelligi vt suprà dixi. quando magister artiũ est antiquior, nam ex tempore ius est isti acquisitum,ideo non potest tolli per theologum postea venientem:secus dicerem quo ad honores, in quibus theologus præcedit artium magistrũ, etiam si esset centum annorum. docto. in c. clerici.de iudici.& in l.cũm quid.ff. si cert. peta.Idẽ in mandatis arbitror vt antiquior præferatur.c.duobus.de rescri. Idem si sint eiusdem datæ mandatorum,sed artium magister prius præsentauit. ibidẽ dicitur esse præferendum.& hæc conclusio mouit bilem quibusdam theologis eam non intelligentibus.

Conclusio. Magistri artiũ theologis quoad sacerdotia præferri debent.

Postea in conclusione sequẽti dicebatur: Imò his præferendos esse medicos iure constat,quæ debet intelligi, quando medicus insinuasset illo anno,& theologus nõ, nec magister artium,tunc medicus præferetur. §.teneantur.de colla.in concor.

Idem etiam dicendum est, quando medicus & theologus impetrassent mandata eodem die,& essent æquales : tunc si medicus prius præsentauerit,erit præferendus theologo quo ad sacerdotia.d.c.duobus.

Item si theologus erat inhabilis, quia paria sunt non esse, & inhabilem esse.l. quotiens.ff.qui satisda.cogan.glo.in l.si plagij. C.ad legem flauiam.de plagia.

9 Secundò,etiam si vltimus prius nominationes præsentasset.c.eum cui. de præbend. in 6.c.tibi qui.de rescript.eo.lib. glos.in §. ita tamẽ.in verbo præferri.de colla. in pragmat.quia non attenditur præsentatio,vbi

Præsentatio prius facta non nocet antiquiori,nec receptio.

10 data est potior.

Tertiò,procedit etiam si vltimus esset receptus in canonicũ sub spectatione præbendæ.d.c.eum cui.& d.c.tibi. Feli. in c.capitulum.colum.3.de rescript.Inn. in c. statuimus.de maiori.& obedi. vbi dicit iniustum esse,si per secundos primi ius amitterent.c.duobus.de rescrip.in 6. aliàs quotidie fieret fraus, & antiquiori nũquam prouideretur.Peruſ.& alij in cap. quia sæpè.de præbend. in 6.

11 Quartò,auge procedere etiã si posterior esset nepos collatoris,filius galliox albæ, quod per se magnũ est,vel filius Baronis,Comitis, aut alterius principis.tex. & ibi Bald.in l. si fundus.C.qui potior. in pigno. habeant. quia tunc omnino excluderetur, quia licet data paritate nobilis præferatur ignobili. Panor.in c.venerabilis.de præben. Bald. in l.nemini.C.de aduoca.diuerso.iudic.Feli.in c.super eo.colum.3.de testib.tamen nõ procedit quãdo non est paritas,vt ibi per eosdẽ licet videre glo.in regula Iulij secundi. in vltima parte.

Nepos collatoris non præfertur antiquiori nominato.

12 Quintò etiam ampliatur,si collatio esset facta intra sex menses posteriori, quia primo prosequente annulabitur, quatenus de facto processit,vt suprà dixi, nec ius à primo ob illam abortiuam collationem auferetur,alioqui collatores quotidie illã fraudẽ exercerẽt.Peruſ.in c.executor.de cõcessio. præbend. etiam si ille primus possedisset quatuor menses.Bald.consil.182.ad euidentiam.in 2. volumi.

Collatio facta posteriori non nocet antiquiori.

13 Sextò,extende etiam si iunior esset excellentis doctrinæ,quo casu scholaris præcedit doctorem indoctum.gl.in l.1. C. de anno.ciui.libr.11.Panor.& alij in c. clerici. de iudi.Barba.in proœmio.clem.in 2. lectura. colum.12. Feli.in c.pastoralis.col.1.de offic. deleg.& in rubr.de magist.col.vlti.Iaſ.in l. cum quid. ff. si certum petatur. Bonus de curtili,in tractatu nobilitatum. in 3. parte. numero 109.

Contra doctores indoctos.

14 Et talis doctor indoctus non debet gaudere priuilegiis doctorum. Panor.& alij in d.c.clerici.& ille dicitur doctus, quem auditores doctum referunt. l. cum scriptum. ibi,Seruij auditores retulere.ff.de dote prælegata.l.quæsitum.in principio, de fundo instru

instruct. latè dico in interpret.authen. habita.C.ne filius pro patre. Imò si doctor publicè legēs secum facit intrare famulos, vtpote quia non habet scholares, est infamia secundum Angel.in l. vna. C.de stud. libera.vrb.Romæ.lib.11.refert Valac.in repet.l. imperium.col.27. ff. de iurisdict. om. iudi. & tales inutiliter legētes scholaribus possunt reprobari.l. grammaticus. C. de professo.& medic.libro 10.& vellet deus quòd iterum exeminarentur, & reprobarentur, si idonei non essent, vt vult Bartho.in l.sed & reprobari. ff.de excusa. tuthi enim sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur.2.Petri.2.cap.& asinæ Balaam comparantur.cap.secuti.2.quæst.7.Floren.in 3. partæ summæ.in tit.5.capitulo 2.§.10.doloresque dicuntur, vel doctores in culina. tamen in his nominationibus. antiquiores, quia præsumitur quòd sint doctiores, præferuntur etiam si non sit ita. glos. in regu. cancella.15.in 2.prærogatiua.Barb.in c.clerici.col.4.de iud.

Iurans conferre primum, nō tenetur conferre nominatis debitum.

15 Septimò, amplia etiam si episcopus, aut alius collator iurasset cōferre primum secundo nominato, quia tūc illud iuramentum non ligabit eum quin teneatur cōferre antiquiori: nam debet intelligi de primo libero, quod libere episcopus poterit conferre, videlicet in beneficio vacante extra menses nominatis deputatos. nam semper intelligitur excepta authoritas superioris.cap.venientes.de iure iurand glo in l.fi. ff. qui satisda. cogant. & authoritas superioris est in concordatis, vt antiquiori conferantur beneficia in mensibus nominatis deputatis vacantia, ergo illa censetur excepta, alioqui istam fraudem cogitarent, ac fortè collatores exercerent, quibus est obuiandum.

16 Octauò, etiam si secundus esset nobilis aut diues, etiam si diuitias Midæ, vel Crœsi haberet, nempe hoc casu nil vtilitatis afferunt diuitiæ, sed potius nocumento sunt, quia non beneficatus præfertur beneficiato, & pauper diuiti.reg cancella.15. & not. Fel.in c.capitulum.de rescri. & doct. in ca. cum secundum. de præbend.quod est verum de iure. sed hodie habenti, & diuiti datur.

Sanctitas viri non derogat antiquitati.

17 Nonò, etiam procedit si secundus esset presbyter Andreas, & santus, quia propter sanctitatem vnius non debet alteri iniuria inferri, & vnum altare non debet euelli, vt alterum cooperiatur.l. assiduis. C. qui potior.in pignor.hab.capitu. cùm olim. & ibi Bald.de consuet.facit cap.ex parte.de foro competent.cap. cum causam. de præbend. quamuis in multis casibus derogetur regulis iuris propter viri sanctitatem, & honestatem.cap.nisi essent. & ibi dixi. de præb. multos casus cogetit Hippol. conf. 1. circa fi.ibi cernere licet.

18 Decimò, amplia etiā si vltimus esset nominatus in vniuersitate Parisien. primus in alia vniuersitate nō ita famosa, cùm nulla sit sub cœlo tam famosa, quo ad theologiam & artes, tamen cùm omnes vniuersitates regni quo ad nominādum sint æquè priuilegiatæ, non fiat aliqua differentia.gl. in §. ita tamen. in verbo non teneantur.de colla in prag.sequitur domi. Chassa in cathalo.gloriæ mundi, in decima parte, considera.12.istæ enim qualitates non tollunt temporis prærogatiuam. Innoc.in c.statuimus.de maior.& obedien. Bart.in l. 1. ff.de obseq.Dec.in c.clerici.col.5.de iud

Vna vniuersitas non est quo ad nominationes magis priuilegiata quā alia.

19 Licet promotus in vniuersitate famosa, & sub doctore famoso, maiorē habeat primo aspectu scientiæ præsumptionem Ioā. de Ana. in rub. de torne. referunt moder. in prœmio.ff.& bonum est habere doctorem famosum, quem imiteris

Promotus sub doctore famoso præsumitur doctus.

20 Vndecimò, extēde etiam si secūdus nominatus esset filius doctoris, qui & si alios in data pares præcedere debeat. Baldus in l.iubemus per illum tex.C.de aduoc. diuerso iudic. Alexand.in l.1.C. de dignit. lib. 12. Ioann. de platea in l.in filiis.C. de decurio. lib.10.Carb.in proe. cle. in verb.salutem.in 2.lectura.colum.13. tamen hic non præcederet antiquiorem. Purpu.in d.l. cum quid. ff.si cer. pet.

Filius doctoris nō procedit antiquiorem nominatum.

21 Duodecimò, etiam procedit si vltimus esset factus doctor à papa, rege, vel imperatore, qui licet alios debeat præcedere, vt no. Alexād.in l.1.ff.de albo scriben. Rom.in repet.l.si verò.§.de viro.49.fallen.ff.solut. matr.Fel.in c.per tuas.colum.1. de maiori. & obedien.Ias.in l.2.§. prius. in 3. conclus. ff.de vulga.& in l.si quis maior.colum. fin. C. de transactio. Dec.in c.clerici.de iud.tamen non præcedet hunc antiquiorem nominatum quo ad beneficium, quia ei est iā ratione temporis ius quæsitum, cui princeps non videtur velle derogare.argu.l.nec auus.C.de emancipa. libro.l.ex facto.ff. de vul.si omnes supradicti essent postea nominati, per suprad.cta.

Doctor factus à papa, alios præcedet.

22 Primò, regula illa perdit officium suum quando papa iure præuentionis non nominato, vel nominato iuniori contulisset, quia postquam potest conferre non nominato multo magis iuniori nominato, & secundo nominato, vt not. Ioan. de Selua, in suo tract.de beneficio in 2.perte q.29. per §.primum.rubr.de manda.aposto.supra.

Papa confert iuniori nominato.

23 Secundo, limitatur quando primus esset à doctoribus, & ab vniuersitate, gradu, & nominationibus, quod raro euenit priuatus, & postea per principem fuisset restitutus, tunc nominatus medio tempore, videlicet ante restitutionem, præfertur isti, quia restitutio fit sine præiudicio tertij. capitu. quamuis.de rescrip.in 6. Vnde dicit Barto. in l.secunda.in princip.ff. de decurio.per illum text. quod doctor, de collegio expul-

Priuatus nominationibus, & postea restitutus perdit prioritatem.

y sus,

lationib in prag.

*Nominationes ... nullam ... tatem ... *

32 Decimo, non procedit quando nominationes primi nominati essent nullæ, quia quod nullum est, nullum debet operari effectum l.non dubium C.de legib. Felin. in c.ex tenore de rescri.ita in l.2.§.quòd si in patris col.5.ff.solut.matr.& l.causas.in fin. C.de transa.1.Dixi in repetit l.quòd iussit. in 2.notab.fallen.4.ff.de re iud.

Antiquior, nõ habens qualitatem ... excluditur.

33 Vndecimò, perdit officium suum hæc regu.si primus non haberet qualitatem requisitam, quia fortè beneficium requirebat sacerdotem ex fundatione, & secudus erat sacerdos, primus non, nec in ætate 25.annorum, & beneficium erat curatum, tunc præfertur secundus.ca.ei cui.de præb. in 6. Feder.consil.69.casus talis, &c. Barb.in ca. dilectus.nume. 19.de offic. lega. alioqui si beneficium non requirebat sacerdotem, semper præferetur primoreceptus.Præpos. in c.fin.75.di tinct. Item si vacaret præbenda theologalis, & primus nominatus non esset theologus, tunc theologus etiam vltimo nominatus præferri debet.in §.1.de collat.in concord vbi dixi.

Idem si secundus expressit dignitatem, primus non.c.quia sæpe de præb. in 6. vel secundus erat canonicus creatus in illa ecclesia ad effectum obtinendi dignitatem, antiquior non, tunc præferetur secundus, per rub.de reserua.supra.& ibi dixi.

Ordinarius nõ videtur grauatus ... maioras.

34 Duodecimò, fallit quando primo nominato esset semel prouisum per eundem episcopum, licet non vsque ad illam summam ducentorum florenorum auri de camera, tamen quia non videtur bis grauatus, vt vni conferat, præferetur secundus, quia omnis actus debet intelligi de primo arg.l. boues.§ hoc sermone.ff de verb. signif. facit quòd nemo videtur bis grauare aliquẽ. c.mandatum.de rescri nec bona fides patitur, vt bis ab eodem exigatur. reg. bona fides.ff.de regu.iur. vide quæ scripsi in §.statuimus & § volumus.de coll. in concord.

Idem si collator modicum dederit beneficium primo, vt renunciaret iuri suo in beneficio, quod vacauerat in mensibus nominatorũ, cui iuri renunciauit primus. Cardi. in c.mandatum.col.3.qõ.1.de rescri. dicens idem in mandatario primo, qui compulsus miseria, & fatigatus laboribus cessit, vt secundus possit venire.arg.c.si.illo situ. intellige vt dicunt ibi, & dixi in gloss. prosequentes de manda.apost.in concord.

Primus nominatus iurãs nõ acceptare primum ... ligatur.

35 Decimotertio, fallit quando primus nominatus promisisset, & iurasset non requirere, nec acceptare beneficium primò vacaturum in præiudicium secundi, tunc illa conuentio valebit, & secundus præferetur primo. Rota decis. 121. nota quòd vbi primus.in antiq glos. & doct.in capitulo cùm inter.de renunciat. quia iuramẽtum potest seruari sine detrimẽto salutis æternæ, ideo venit seruandum.c. si verò. de iureiurand. & si semel renunciauit, etiam si sit adhuc intra sex menses non poterit petere, sed secundus sic l.1.§.qui semel.ff.de successo. edic.vbi sic dicitur, qui semel noluit bono. posse.petere.perdidit ius eius, & si tempora largiantur. vbi enim noluit, iam cœpit ad alios pertinere. Idem si primus consenserit, vt conferatur secundo.cap.si tibi.ibi, nisi consenteris.de præben.in 6. quod raro euenit.

De impetrante beneficiũ viuentis.

36 Decimoquarto, non procedit, quando antiquior nominatus primo impetrasset illud beneficium nunc vacans, & tamen tempore suæ impetrationis non vacabat, & sic viuentis beneficium impetrauerat: nam nũc est incapax ad illud, quamuis vacet in mensibus nominatorũ, & sic iunior nominatus poterit illud beneficium habere.gloss.in regula cancel.20.Innocen.8. per ca.1.& ibi nota.de concess præbend. & ibi dixi hoc anno interpretãdo illum titulum. de hac impetratione beneficij viuentis tradit plenè Ioann. Dayma in prooemio concorda.in gloss adiunctum. Ego abundantius in praxi beneficiali in rescripto resignationis.

Nominatus procurans mortem beneficiati ab illius beneficio excluditur.

37 Decimoquinto, fallit quando antiquior fuisset causa mortis illius, per cuius obitũ vult habere beneficiũ, tunc enim non posset illius beneficium obtinere: sed secundus veniet.argu.l.si ab hostibus § fina. ff. solut. matri.vbi maritus occidens vxorem, non potest aliquid ex dote lucrari: quod intellige quando hic nominatus fuisset in causa & in culpa, alioquin contra. Fel. in c. in nostra.correla.37 in fi.de rescri.

Ordinarius gratificare quãdo possit in vel lis muratis.

38 Decimosexto, præfertur secundus nominatus quando ordinarius eum gratificasset conferendo eidem ecclesiam parochialem sitam in ciuitatibus, vel villis muratis, quæ vacauerat in mensibus ordinariorum, quia tunc ipsi liberè possunt conferre, idoneis tamen, & qualificatis §. præfatique ordinarij.de colla.supra. vbi dixi. & in §.statuimus.2.

39 Decimoseptimo, limitatur quando gradus esset nullus, vtpote quia eo esset priuatus, vt tenet gl.in regula cance.Iulij secundi in 3.parte.in fin vel si esset quasi per satyram promotus, vt in procemio ff.habetur in §.&primo quidem:id est per saltum. in §.monemus. de colla.in concor.ca. monachos.16.q.1.

Saltus quid sit

Et dicitur saltus locus densus siluestris & inuius, vbi arbores in altum saliunt. Lucas in rubri.de fund.rei priua. C.libro 11.l. ex duobus.ff.de nego.gest. & quidam sunt æstiui, quidam hyberni.l. qui saltum. ff.de legatis 3. Et custodes saltus dicuntur saltuarij.l.cum quæreretur.§.fin.ff.de legat.3. l.instrumenta.in fin.de fundo instruc. Item saltus dicuntur actus saliendi à saliendo dicti.gloss in clem.ne in agro.§.porrò.de statu monachorum.

per saltum pro motus quis dicatur.

40 Et tunc dicitur per saltum promotus, quando gradum licentiæ suscepit ante gradum baccalaureatus, vel doctoratum ante licentiam:nam bene saltuit de baccalaureatu ad doctoratum, quia gradatim ascendendum est.l.vt gradatim. ff. de muneris.& honor.l.fi.C.de decurio. lib. 10. & l.1.& per totum.C.vt dignitatum ordo seruetur libr.12.c. legimus.93. distinct. casum apetit,qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum. c.sicut. 48.distinct.Sic dicitur per saltum promotus qui suscepit ordinem sacerdotij post quatuor minores, vel primum sacrū, vel post subdiaconatum, vt traditur in rubric.de clerico per saltum promoto: & ibi declarat Host in summa.& Asten. in summa in rubr. de collatio. ordinum. libro 6. articu.3.

41 Item sententia dicitur lata per saltum, quando à litis cōtestatione saltauit ad sententiam omissis mediis. Bal. in l.prolatam. col.pen.C.de senten.& interlo. omnium iu dic.& ista propriè dicuntur per saltū fieri.

42 Item dicitur largè per saltū promotus, qui ante tempus quinquennij sumpsit gradum, vel triennij in nobilibus, licet postea studuerit.§. monemus. de collatio. in concord.& in 4.par. regula. cancella. Iulij secundi.facit tex.in l.iubemus.ver. pro sportulis. ibi, nec de cætero quenquam antequam per statuta tempora legū cruditioni noscatur inhæsisse,supradicto consortio sociari.C.de aduocat. diuers. iud. Auriol. in additio. ad Guliel.de mōte laudu.in c.cum ex eo.de elect.in 6 & dixi in §. præterea in gl.studuerint.de col in concor.

Vniuersitas, an possit super tempore dispensare.

43 Nec poterit facultas vel vniuersitas dispensare, quòd quis sumat gradum ante quinquennium, vt expressè tenet gloss. in verbo studuit.in §. ordinat.de coll.in prag.

Nec proderit illa dispensatio quo ad nominationes,per ea quæ not. Innocē.& Panor.in ca.2.de eo qui furtiuè ordines recepit. Et quid si senatus decreto cautum sit, vt quis post biennium possit sumere gradum baccalaureatus, an possit sumere nominationes, & an iste gradus prosit,ex supradictis poteris dicere, & ex aliis quæ poteris hic addere, & dixi in §.præterea.in glo.studuerint.de coll.in concor.

44 Item etiam dicitur largè per saltū promotus, quando statuta vniuersitatis non fuerunt seruata in sua promotione.d § monemus. in concord. & vniuersitates tales sic nominantes puniri debent,quia ad tempus debent suspendi: & quomodo debeat intelligi,vide gl.in l. vsuræ.C.de vsur. Barba.in ca.ex literis. col. 12.de cōstit. nu. 48. & in consi. 19. col.3.in fin. volu.1.& in, ord. regiis Ludo.12 primò publicatis. art.14. & dico in d.§.monemus.

45 Et oportet eum qui dicit statuta,vel solennitatem statutorum non esse seruata probare.per l.a.ff.de proba. quia præsumptio est pro nominato.Imo sufficeret nominato, si illa solennitas esset seruata, quæ ad temporis obseruabatur in illa vniuersitate licet alia esset in statutis quæ per contrarium vsum tolli potuerunt: vt est in proæ. instit.in §.igitur.& doct.in l. de quibus. ff. de legib.

Quando nominati sunt in data pares,quo modo beneficia haberi debeāt.

46 Si verò nominati sint in data pares,tunc doctores licentiatis, licētiati baccalaureis, dēptis baccalaureis formatis in theologia, qui licentiatis in iure canonico, ciuili, aut medicina, præferuntur:si verò esset licenciatus in vtroque iure, non præferretur, cum in vno tātum loquatur textus: & non de vtroque, vt baccalaureus formatus cidem præferatur: & in simplicibus, non venit regulariter mixtum.l.2. ff. de verb. oblig.& ibi gloss Iason, & alij. vide in regula Cancel.Iulij secundi in 4.parte & in sexto. esset tamen in praxi difficile obtinere:baccalaurei iuris canonici, vel ciuilis, magistris artiū præferuntur.§.statuimus de coll. in concord.

Subiectū theologiæ.

47 Concurrentibus pluribus doctoribus in diuersis facultatibus doctor theologus est omnibus præferendus aliis etiam extra præbēdam theologalem, quia ratione subiecti dignior reputatur, cum subiectum illius sit deus, vt iidem theologi asserunt in proœmio quarti sententiarum. & Tho. in 1.parte summæ.q.1.art.7. quia quæ ibi traduntur, rendunt ad notitiam dei: ideo dicitur quasi sermo de deo.Ioan. de turre cre ma.in proœmio decreto.estque theologia, omnium artium, & scientiarum suprema, teste Bald in cons. 5a. literis col.1.in 5.volu.

Subiectum iuris pontificii.

48 Doctor verò iuris canonici doctori iuris ciuilis præfertur, quia habet subiectum nobilius quod est homo dirigibilis ad deū, & ad bonum publicum. Helias Raynier, in regula possessor.de regul.iur.in 6. vel est bonum ciuilitatis Christianæ.Ioā. de turre crema. vbi supra. Vel bonum humanum ecclesiasticum est subiectū canonicæ scientiæ,teste Card in proœ. decreta & finis huius iuris est dirigere animas ad deum glos. in c cùm contingat de iureiurand. Barb. in cons.61.scripsit.col.penul.in 2.vol. Raynal dus.col 80.& col.113.de testa. Et nō minus. prodest ecclesiæ,quàm theologia. Fel. in ca. fi.de magist. Etq; practica theologiæ ideo est theologo necessaria Floren. in 3.parte summæ titulo 5.c.a §.2.gl. in § ordinat.in verbo,legere.de colla in prag. & canonica scienria etiam vocatur diuina. c. peruenit. iuncta gl.de censi.plenè Barb. in c.1. nu. 32. cum seq.de iura.calum.

Subiectum in medicina.

49 Doctor iuris ciuilis doctori in medicina,præfertur, cū etia subiectū sit nobilius, nam subiectū iuris ciuilis est homo dirigibilis ad bonum publicum glo. in §. videlicet.in verbo medicina. de collatio.in prag. Subiectum verò medicinæ est,non vt quidam

dam dicũt, ſtercus & vrina, ſed homo ægrotus: & quia legalis ſcientia bonum reſpicit publicum, medecina priuatum, ideo præfertur legalis, multa tradit d.Caſſa. in cathalog.gloriæ mũdi, in 10. parte per totum.

50 Idem in licentiatis & baccalaureis ſeruari debet, vt licentiari (quos Præſentatos dicũt in theologia) aliis cuiuſlibet facultatis præferantur licentiatis, & baccalaurei baccalaureis. vt ſup.dictum eſt.

Et ſi in eiſdem gradu & facultate concurrant, præfertur antiquior graduatus. l. 1. ibi antiquiſsimus quiſque prior eſt. ff. de albo ſcriben.l.1.C.de conſulib.llibro 12.&l. 2.vt dignitat.ordo ſeruet.ibidem. & Io.de platea.in l.fi.de Tyro.lib.eodem. Dec. in c. Nicolao.de appella.

51 Fallit quando vnus eſſet doctor in vtroque, quia alteri doctori in vno tantùm eſſet præferendus, etiam antiquiori in gradu.quia duo vincula ſunt vno fortiora. ca. 1.de treuga & pace.& ſic præfertur frater ex vtroque coniunctus alus ex vno tantum ad ſucceſsionem. authen. itaque. C. commun.de ſucceſsio.Dec.latè con.161. pro domino præpoſitio.& ſuprà dixi.

Intellige quòd doctor in vtroq; præfertur doctori in altero iure, ſed non præfertur doctori in theologia, nec doctor in medicina, & in artibus magiſter, debet præcedere doctoré legum, licet debeat præcedere doctorem in medicina, qui non eſt artium magiſter.gl.in ſexta parte regularum cancel.Iulij ſecundi. Barb.in c. clerici. col. 3.de iud. Roma.conſ. 333. quo ad primum, in fine.

Conſuetudo vt doctor antiquior præferatur.

52 Limita quando conſuetudo eſſet vt antiquior præferretur non habita ratione facultatis, vt apud Biturig.doctor antiquior, ſiue ſit doctor legum, ſiue decretorum, præfertur.quia in his prælationibus conſuetudo attendi debet. Bal.in l.obſeruare.§.antequam.ff. de offi.proconſul.ca.cùm olim.de conſuet.Deci.in d.c.clerici.ideo Bituris Auguſt.alios fratres præcedũt, quia antiquior fuit eorum fundatio apud eoſdem, & ſic de iure fratres prædicatores omnibus aliis præferantur.text.in cap.quorundam. de elect. in ſexto.

Gratificare quos debeat collator.

53 Et ſi in omnibus concurrant, tunc collator eligere, & gratificare poterit: argu.cap. duobus.de reſcrip.in 6.gloſ.in §.inſuper.in verbo medicina.in fin.de colla. in prag. & idoneiorem.argu.l.2.ff.de popula.actio.

Item poterit gratificare in menſibus Aprilis, & Octobris, vt dicitur in §. ſtatuimus.1.de colla.in concord.Non poterit tamen gratificare illum, qui non inſinuauit illo anno, vt eſt in ordin.regiis iam citatis. rubr. *des graduez ſimples*. articulo 13. nec graduatum per ſaltum, ſed habiles & idoneum, quia actus debet intelligi de habili. l.prima.C.de ſacroſanct.eccleſ.dixi in trac. de pacificis poſſeſſ. in princip. de hac electione, & gratificatione: ideo etiam non poſſe gratificare illum, qui nuper eſt graduatus, & adhuc non inſinuauit, prout etiam dixi in §.præfatique graduati. in gl. ante vocationé.Et poteſt gratificare in his menſibus nominatũ, ſi velit, quia graduatus eſt, vel graduatum ſimplicem ſine nominatione, quia text. loquitur tantùm de graduato, ergo de quocunque graduato, indefinita enim æquipoller vniuerſali. cap. vt circa.de electiõn. in 6.l.ſi pluribus. ff. de legatis 2.

54 Aduertendum eſt, quòd quamuis prælatus collator poſsit gratificare in menſibus graduatorum, debet tamen non beneficiatum beneficiato, & minus beneficiatũ magis beneficiato præferre. gl.in §. item quod vniuerſitates.in verbo numerum. de colla. in prag.& in regula cancell. Iulij ſecundi. in 8.parte.& in ordinationibus. vide latè qui ſint præferendi. Hodie habenti datur, & ei qui nil habet, vel illud quod habet, aufertur, vt dicitur in euangelio Mar.4.ca.facit.c.quantumlibet.47.diſt.

55 Item oriundum non oriundo præferre debet collator, gloſſ.in d.reg.cancellæ.15.& 35.bonum & prouidum, ac honeſtum peruerſo, ſicut Dauid prætulit bonitatem, & diſciplinam, ſcientiæ.no. in capitulo niſi. de præbend.

56 Item doctũ debet preæferre ignaro, cum doctis beneficia ſint conferenda. cap. cum ex eo.de elect.in 6.cap.de multa.in fine de præb.Et ab ignaris auferenda.ca. fi.de ætã. & quali.alioqui peccat, quia epiſcopus debet eſſe bonus parerfa. & diſpenſate bona eccleſiaſtica cui cunpue porut opus eſt: & ſic limitatur ca.relatum, de præben.vbi epiſcopus habet liberam facultatem in electione perſonarum: nam hoc procedit data paritate perſonarum ſecundum Panor. in ca. tuis.in gl.1.de præbend.

Legens gratificandus, & is qui libros compoſuit.

57 Præterea debet dræferre legentem non legenti.l.2.C.vt dignit. ordo ſeruet.lib. 12. not.in l.eum qui.ff.ſi cer.pet.

58 Debet etiam præferre eum qui librum compoſuit, quod vigilarum plenum, ſudoriſque negotium eſt Lucas de penna in l.mulieres.col.penult.C. de dignita.lib. 12. qui non ſolum ſibi laborant, ſed omnibus exquirentibus veritatem. eccleſiaſtici 24. in fine. Et fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti; qui ad iuſtitiam erudiunt multos, & quaſi ſtelæ in perpetuas æternitates. Daniel. c.12.Suntque lumina ardentia ſuper cãdelabrum in domo domini.c.1. de reliq. & vener.ſancto.in 7.Et de his poteſt dici, Beati qui ſeminant ſuper aquas. Eſaiæ 32. cap.in fine,& cap. cum Marthæ.§. verum. in fin.de celebratio. miſſar. Semen quippe in chartis ſarum perpetuò manet, & quilibet lector inde metens poteſt ſumere incrementa.ſed quod verbo diffunditur, tanquam naturaliter fluidum, non fie de facili

 germinat,

germinat, cùm interdum supra petram, & secus viam, & inter spinas cadat, vt est in Euangelio Lucæ 8.

59 Vnde respond. pro D. Alnaldo, contadis Narbonem. quòd postquam compillauerat tra.ta de bon. possessio. non debebat rigorosum examen subire, cùm testimonium haberet totius populi. c. nullus. 23. dist. Panor. in ca. constitutus. de appel. & seruant Tholosates in extraordinariis, & commissis, vt remittat eis vnum examen, licet multi precibus, pecuniis, & non meritis admittantur. Item & si statutis vniuersitatum fermè cautū sit neminem munere regentiæ donari, nisi publicè de iure respōderit, si tamen quis cōposuerit libros, potest admitti, etiam si non disputet, quia testimonium totius populi habet, vt dixi: & quia est satis probatus: & ita videtur tenere Vincen. Cigault. in tract. de aliena. iusti. Ego verò quamuis repe. in l. diuus. ff. de senatuscon. sylla. & in l. quod iussit. ff. de re iud. ac in l. vnam C. de sent. quæ pro eo quod interest, & alia opera in apertum protulissem, iuraque in omnibus ferè Galliæ vniuersitatibus tam canonica, quàm ciuilia diu interpretatus fuissem, hic Parisi. tamen de more iuxta senatus decretum publicè semel, & iterum de iure respōderenō sum grauatus: In prima repetitione interpretatus fui ca. Raynutius. cui dedi nouum intellectū 72. conclusiones in materia substitutionum sustitui à sexta hora matutina vsq; ad septimā vespertinā, & in secunda interpretatus fui rub. de resc. & 50. sustinui cōclusiōes pariter, & multas hic elucidaui, laus Deo.

Melior est præferendus. 60 In omnibus tamen collator consideret, vt meliorem secundum quid præferat. Siluester in sua summa in verbo restitutio. 3. q. 12. dist. a. & dixi in repet. d. c. postulastis. in 4. notab. Nam quamuis collator in men sibus graduatis deputatis possit gratificare vnum ex pluribus graduatis, tamen meliorem, & ecclesiæ vtiliorem gratificare debet, alioqui damnationem sibi incurrit, vt dixi, quia magis deo quàm proximo gratificare debet, dicit Bald in l. 2. col. 6. nu. 40. C. de seruit. & aqua.

Bonus vir, rarus sicut Phœnix. 61 Nam bonus vir non vbique reperitur, & vix in quinquagesimo anno nascitur, sicut phœnix. Bal. in c. quoniam abbas. col. 2. de off deleg. ita expressè dicit, sed salua pace Bald. quilibet nascitur bonus, castus, pudicus, & sobrius: & ideo hæc qualitas dicitur intrinseca quæ præsumitur. gl. in l. 6 verò. §. fi. ff. qui satis. cog. gl. sing. in ca. si forte. de ele. in 6. doct. in l. sciendū. ff. de verb. ob. dicit etiam Bal. in ca. 1. de renun. quòd forma vnius boni viri est vmbra gratissima, sub qua multi quiescunt: ergo ipse multifariam sub tali vmbra qu escere concupiui, sed sub vmbra alarum domini Iesu satiabimur.

Verbum volue 62 Nec obstat verbum voluerint positum in §. statuimus. de colla. in concord. quod importat liberam voluntatem. l. fideicommissaria libertas. ff. de fideicommis. liberta. Bart. in extrauag. ad reprimēdum. in verbo videtur. quomodo in læsæ maiest. cri. proceda. doct. in l. si sic. ff. de leg. 2. Resp. quòd non ob id poterit iniquè agere, nec censentur remissa ea, quæ iuris sunt diuini. Barto. & allij in l. filius familias ff. de donat. Geor. Nathā in regestis. cle. sæpe. §. non sic. col. 17. de verbo. signifi & hoc probatur in §. beneficia. in d. tract. de coll. vbi illa beneficia quæ liberè conferre potest, tamen non potest conferre nisi idoneis, multo fortius alia, in quibus habet tantùm opinionem personarum: & istud est in conscientia tenendū, quicquid in foro seculi teneri possit. Vide Dec. in c. dilecti. nu. 5. de iud. *rint quid importet.*

63 Nam & si papa in beneficiis habet plenissimam potestatem. c. 2. de præb. in 6. tamen nō potest indiscretè, & sine causa disponere. vt no. in c. quæ in ecclesiarū. de constitut. Et dixi plenè in illa conclusione, quam nuper sustinui, videlicet plenaria beneficiorum dispositio ad Papam pertinet, in qua Plenè scribit Panor. in 1. disputatio. incipien. episcopus col. 1. Imò rex Franciæ in beneficiis habet plenam potestatem: ne quis miretur in intellectu harum conclusionū, declaro: de Papa non dubitauit quidam theologus ordinis sancti Dominici vtriusque censuræ, etiam professor Lancelotus Politus (vt dicitur) nuncupatus, qui vehementius argumentis mecum congressus est, & pluribus partim iuris diuini, partim canonici, partim iuris ciuilis, cui Deo adiutore optimè respond. quin plenariam Papa in beneficiis haberet potestatem. per clementi. primam. vt lite pendente & dicit gloss. in ca. consequens, vndecima distinct. Papæ potestatem plenam, episcoporum semi plenam Barb. in c. quod translationem. num. 92. cum sequen. de offic. de leg. Vnde potest præuenire omnes ordinarios. c. 2. de præben in 6. ca. qui diuersitatem. & ibi Pano. de concess. præb. Feder. in tract. permu. quæst. 4. Ioan. de Selua, in tracta. de beneficio. in 2 parte. q. 1. & in 3. parte. qō 46. & q. 65. quia Papa eisdem collatoribus concessit collationem per vim legis, quam reuocare potest, sicut legem. c. 1. de constitutio. in 6. cum tituli beneficiorum sint de iure positiuo. cap. 1. 22. dist. Panor. in c. constituens. de religio. domi. Ioan. de Selua, in 1. *Conclusio. Plenaria beneficiorum dispositio ad papā pertinet.* *In quibus est plena papæ potestas.*

64 parte tractatus de benefi. qō. 4. tam plena potestas est, vt possit reseruare beneficiorum collationes. c. dudum. de præb. in 6. in regno tamen Franciæ non reseruat. cùm in eo reseruationes sint prohibitæ, vt patet in concor. in rub. de reseruationib. tam generalibus quàm specialibus sublatis: & ibi dixi. Imò sine reseruatione potest concurrere cum omnibus collatoribus. c. si à sede. de præb. in 6. Io. Monach in c. si eo tēpore. de elect. in 6. Bald. in ca. 1. in prin. de his qui feu da

fen.dare poſſunt.& in rubric.quis ſit comes, dux, vel marchio. Et poteſt ad tempus & ſub conditione beneficia conferre, licet alius inferior non poſsit. capit.ſi gratioſæ de reſcript.in 6.& ibi gloſ.& in c.2.de elect. in 6.Poteſt etiam dare ius ad vacatura.ca.mandatum de reſcrip.clem gratiæ.illo titu.cle.ſi Romanus.&ibi Bonifac.in princip.de præb. fundationeſque beneficiorum ac hoſpitalium ex cauſa immutare &declarare poteſt text.in cle.quia contingit, & ibi gloſſ.in verbo ſedis apoſtolicæ. de religio. domi.facit cap. ſignificatum.de præb.Dec.in cap.cum veniſſent.colum.2.de iudic.

Item in his beneficiis poterit ſententiam ferre contra non citandum ratione plenariæ poteſtatis. Panor.in cap.inter quatuor. de maior. & obedient. ſequitur de Selua in tract.de beneficio.in 2. parte.q.4.nume.13. quod Gallis & cæteris durum eſſet, Poterit etiam epiſcopum ſuo beneficio priuare. glo.in cap. per principalem 9.q.3.quia tantum aufert adminiſtrationem.c.2.de donat. omnes verò non poſſet, quia eſſet vniuerſalem eccleſiam turbare Do.in ca.in iſtis.4. diſt.c.1.10.diſt col..3.& in c.ſi gratioſè. de reſcript.in 6.Panor.in c.1.de clerico ægrotan.

Sine cauſa non poteſt quis priuari beneficiis etiam a papa

65 Hoc tamen ſine cauſa non debet conquærente.de reſtitutio.ſpolia.nam licet plenariam habeat poteſtatem, intelligitur ſuadente cauſa. Barb.conſil.11.à Ioue.col.5.vol. 3.quia debet eſſe fidelis ſeruus & prudens is quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam vt patet in Euange.Et ſatis peruerſum eſt (inquit Gregorius) quòd voluptatibus quorundam quis ſuis priuetur officiis,vel beneficiis.ca.ſatis.56.diſt.quia beneficia debent eſſe perpetua.cap. præcepta. 55.diſt.& pleniſsimam habet antequam conferat,poſtea non vt auferat. Barba.in d.cap. quod traſlationem. nu.121.de offic.leg.per ca.inuentum.16.q.7.Panor.in ca.fi. de cōfirma.vtilit.glo.in verbo.reſeruationes. de reſeruatio.in prag.

Cauſa in principe præſumitur.

66 Nec obſtat quòd cauſa in principe præſumatur.glo.in ca.relegati.ff. de pœnis.not. & alij in ca.quæ in eccleſiarum, de conſtitutio.quia hoc debet intelligi cōdendo legem generalem,ſecus quando ſcribit ad alicuius ſupplicationem : tunc enim per importunitatem videtur emanaſſe.l. 1. C.de peti.bonorum ſublat. libr.10.Et quædam eſt ordinaria poteſtas, quædam abſoluta:de qua Dec in ca.fi.de confirm.vtili.Suſtinui etiam concluſionem,videlicet.

Concluſio. Imo rex Franciæ in beneficiis habet pleniſsimam poteſtatem.

67 Imò rex Franciæ in beneficiis habet pleniſsimam poteſtatem. intellige quòd aliud eſt beneficium ſpirituale, aliud temporale. text.in ca.fœlicis.§.ſi quam vero, de pœnis in 6.Et in beneficiis ſpiritualibus papa habet plenariam poteſtatem. vt ſuprà dixi.in beneficiis vero temporalibus, vt in ducatibus, comitatibus, & baroniis,& aliis feudis,& beneficiis, rex habet pleniſsimam poteſtatem,quia illa vendere poteſt. Papa verò non ſpiritualia. Bald.in d.cap.1.qui feud. dare poſſunt. Et hæc feuda dicuntur beneficia etiam de iure canonico.ca.ad audientiam.in fi.de præſcri.ca.in ſacris.ibi,quidam autem laici, qui vel in propriis,vel in beneficiis ſuas habent Baſilicas 16.q.1.Bald.in ca. ex parte 1.col.2 de teſt.ideo rex poteſt dare ius ad iſta beneficia & officia etiam vacatura & conferre & tollere.Io. Fab. in §.cum autem col. 2.inſti quib.modis ius patriæ poteſta. ſoluit Bald.in l.reſcripta.circa.fin.C. de præcib.imperat.offerē.& ideo habet rex in his beneficiis ſicut papa in aliis ſpiritualibus plenam poteſtatem Moder. in repetit. ca.per veſtras in princ.col.2.de donat.inter virum & vxorem. & verbum iſtud beneficium,debet intelligi ſecundum qualitatem perſonarum, ad quas refertur.l.plenum §. equitij.ff de vſu & habita.ca.cum de beneficio.de præb.in 6.facit quod nota. Bar.in l.ſi non ſortem.§.libertus.ff.de condict.indebiti. Hippol.in rub.de prob.fo.3. Barb.in c.abbatem.col.penut.nu 17.de reſcript.

Laicus beneficia nō confert.

68 Vnde non obeſt text.in ca. ſi quis.deinceps epiſcopatum, vel abbatiam,de manu laici ſuſceperit, nulla audientia ei concedatur, & gratiam beati Petri, & introitum eccleſiæ interdicimus. Idem ſi quis imperatorum vel regum, vel quilibet ſecularium poteſtatum inueſtituram epiſcopatus, vel alicuius eccleſiaſticæ dignitatis dare præſumpſerit.cap.ſi quis deinceps.16.q.7.nam loquitur quando princeps ſecularis conferre præſumit propria authoritete ita loquitur cap. maſſana ca.ſacroſancta.& ca.quiſquis.de elect. tamen ſecus eſt ſi hoc habeat ex priuilegio, vt rex noſter Fraciæ,& ſuprà dixi in princ.huius tract. & pulchrè dom.Ruſe.in tract. de iure regalio.fol.7. & ſeq.vbi idem dicit ſi In fundatione collationem ſibi retinuerit,& illud approbauerit papa.cap. Eleutherius.18. quæſt.2.ca quando.de cenſib.& ibi Panor.Do.in ca.cum ex eo.in vlti. notat. de elect.in 6.& iſta tanquam omnibus nota miſſa facio.

Papa beneficia in curia vacantia non poteſt conferre.

69 Vnde dixit regem beneficia hæc,videlicet temporalia vacantia,etiam in curia conferre poſſe: & papa iſta beneficia conferre non poteſt. & ſi papa contulerit, Rex qui eſt ordinarius,ea conferre iure poterit,quia pro non dato habetur, quod ab illo datur,qui non poteſt de iure donare. ca.quod autem. de iure patro.vel ſi papa contulerit inhabili beneficium etiam ſpirituale in curia vacans poſt menſem ordinarius conferre poterit habili d.ca.ſtatutum. Vel etiam poteſt intelligi, quilibet ordinarius,videlicet in curia exiſtens poteſt conferre beneficia vacantia, ſcilicet extra curiam.vt not. Io.Franciſcus in tract.de offic. & poteſtat. capituli ſede vacante, in prima quæſtione ſecundæ partis. & nota. in dicto capit.tertio. Vel poſt menſem, in capit.ſta-

tutum.de præb.in 6.Vel etiam ordinarius vacantia confert in curia litigiosa.clem.1.vt lite pend.Et etiam confert,vacante sede,vt in ca.præsenti.& ca.si apostolic. de præb.in 6.& an beneficia in curia vacantia conferat papa,si collatio spectaret ad regem.Cassado,quód sic decii.3.vt lite pendent. quod vix seruaretur in regno,vt alibi scripsi.

Conclusio. Laicos capaces esse beneficiorũ iuris nõ est ambigui.

70 Sic etiam potest intelligi alia conclusio, videlicet, Laicos beneficiorum esse capaces,iuris non est ambigui, videlicet temporalium, vt suprà dixi.potest etiam habere præbendam consistentem in mera temporalitate, non quando est annexa canoniæ. glos.& Panor.in c.cum M.in verbo receperunt,de constitutio.& Panor.in ca. maioribus de præbend.

Conclusio. Imo clerus beneficia habere non possunt.

71 Et hæc beneficia temporalia, puta ducatus clerici habere non possunt.c.vno an mutus vel imperfectus. ibi, quia ipsum seruire non valet, retinere non potest: & statim atque efficitur clericus, hoc beneficium amittit. §. qui clericus, si de feudo defuncti contentio sit inter do.&agnar.vass.c.1.de beneficio fœminæ.Alexand.Consi.92.in 6.volum.Curt consi.62.& seq.decis. Neapol.q. 320 Benedict.in verbo& vxorem.num.522. de testa. Vel etiam intellige clericos coniugatos non posse habere beneficia spiritualia.cap.diuersis fallaciis.de cleric. coniu. & per totum vel clerici inhabiles, vt pote simoniaci & hæretici,non possunt habere beneficia,vt dico in tracta.de pacific. possesso. in 4. limitatio. Has conclusiones volui declarare quia quibusdam videbantur falsæ, & eas non potui plenè inter disputandum elucidare.Igitur hæc scripsi,ne ineptæ & terribiles videantur.tu lector boni consule.

Quæstionis xxij. & xxiij. Epitomæ.

1 *Opponi quæ possint contra nominationes & gradus: & quomodo possunt illa opposita euitari.*

Nominationes præsumuntur legitimæ:& qui contra eas opponit,probare debet.

2 *Facultas non nominat,sed vniuersitas.*

3 *Priuilegium meretur amittere qui permissa sibi abutitur potestate.*

Verbum suspendemus,est futuri temporis denotans per sententiam.

4 *Nominationes esse concessas ab vniuersitate extra regnum,opponi potest.*

5 *Opponi potest contra graduatum quod fuit graduatus in alia vniuersitate, quam in illa in qua fuit nominatus.*

6 *Nominationum capax non est non graduatus.*

7 *Nominatus quod non sit clericus. & sic beneficium non potest obtinere,opponitur.*

8 *Dispositio debet intelligi de vno actu.*

Beneficio vno regulariter quis contentus esse debet.

9 *Beneficium possessum in nominationibus exprimi debet.*

10 *Nominato opponitur quod est ei prouisum vltra ducentos aureos.*

11 *Item quod litigabat super alio beneficio incompatibili cum isto.*

12 *Ordinatus à non suo episcopo non gaudet priuilegiis clericorum:nisi illud factum sit de licentia sui episcopi.*

13 *Esse in possessione clericatus an sufficiat. Intellectus,cap.si iudex.de sentent.excommunic. libr.vj.*

14 *Clericatus potest probari per vnum testem.*

15 *Inhabiles repelluntur à beneficiis.*

16 *Exteras nominationes in hoc regno impetrare non potest:nisi literas naturalitatis ante nominationes à Rege obtinuerit.*

17 *Opponitur contra graduatum,quod est graduatus per saltum.&c.*

18 *Item quod steterit per quinquennium extra studium,& sic perdidit priuilegium.*

16 *Famosa vniuersitas quæ dicatur.*

Quęst. xxij.& xxiij. princ.

Opponi quæ possint contra nominationes.

1 VIGESIMO secundò & tertio, principaliter quæritur, quæ possint opponi contra nominationes & gradus? & quomodo possint illa opposita euitari? Hæ duæ simul quæstiones vno tenore decidentur. Respond. primò permittendo, quod is qui opponit contra nominationes debet probare, nam præsumptio est quod vniuersitas legitimè eas concesserit. ca.vno.in fin.de syndico.vbi Panorm.tradit, quod quando actus habet debitam formam, habilitas personæ præsumitur. text. notab. in ca.in præsentia.& ibi Panor.Decius,& alij de probation. Bald. per illum text.in l. cum te.colũ.1. C.illo titul. & l.1.circa finem. de precib. imperat.offerend.& omnis contrahens præsumitur esse legitimæ ætatis. text.in l.ab ea parte.ff.de proba.& in l.1.& ibi Bald. C.si minor se maiorem dixer.vnde producens testamentum factum à minore 25. annis, non tenetur probare quod esset maior 14.annis,ad testamentum enim quilibet habilis præsumitur, nisi probetur inhabilis.authē.omnes peregrini.C.communia.de successio.& ibi Bald.Panorm.in cap. cum virum.not.4.de regula.

Nominationes præsumũtur legitimæ.

Facultas non nominat.

2 Ideo in primis potest opponi ex parte concedentis, videlicet quod nominationes fuerunt concessæ à facultate, & non ab vniuersitate, vt decet, quod probatur in §. præfati. 1. ibi, & per vniuersitates nominatis. & §.monemus ibidem.dixi suprà in 6. quæst.principali. & istud non potest euitari si probatum fuerit.

3 Secundo potest opponi quod fuerunt concessæ nominationes ab vniuersitate suspensa priuilegio nominandi, vt habetur in §.

in §.monemus de colla.in concord.

Et hoc debet probare opponēs. Nec suf ficeret probare, quòd vniuersitas concesſit nominationes inhabili.nam & si priuilegium mereatur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate,c. vt priuilegia.de priui leg. tamen vniuersitas non est ipso iure suspensa per concesſionem factam inhabi li,sed debet susp endi per sententiam. hoc probat verbum suspendemus. di.§.monemus quod est verbum futuri temporis,denotans per sententiam. glo.in l.in crimina li.C.de iurisd.omnium iud.Felin.& alij in c. Rodulphus. de rescript. dixi in d.§.mone mus.Et hoc non posset euitari,quando verum esset,sed nunquam vidi vniuersitatem sic suspensam,licet comminatio ponatur in concordatis.

4 Tertiò,opponi potest quod fuerunt con cessæ ab vniuersitate extra regnum cui non est data potestas, vt dixi suprà quæst. 6.& istud etiam non potest euitari,si hoc probetur. Vel etiam potest opponi quod sunt datæ nominationes ab vniuersitate regni, ad beneficia tamen extra regnum: quòd non potest esse, argumen.cap. fina.de constitution. Et istud etiam euitari non potest vt dico q.6.suprà,si probetur. & ibi po teris alia elicere opponenda ex hac parte. Etiam opponi potest quòd extra quadragesimam concessæ sunt,ideo non valent,vt ple nè suprà visum fuit.q.7.

5 Quartò,ex parte eius cui sint concessæ, opponi potest quod est graduatus in alia vniuersitate quàm in illa in qua fuit nominatus, quod non debet esse, ne causæ continentia diuidatur.l. nulli.C.de iud.glos.in §.item quod ad dictas,in verbo suorum. de colla.in prag. Vbi expresſè tenet, quod graduatus in vna vniuersitate,non potest nominari ab alia.& hoc an posſit excusari si sit aggregatus,vt dicitur,vel adoptatus,vide quæ dico infrà eodem.

6 Quinto,opponitur quod non est graduatus, & non graduatus non est capax nominationum. glo. in §.insuper.in verbo graduatis de col.in prag.& text.in concor.in §. teneantur.eod tit.& istud etiam vitari non potest si verum sit & probetur.

7 Sexto, opponitur quod nominatus non est clericus,& sic beneficium non potuit ob tinere.cap.cum adeo. & ca.capitulum.& ibi Card.in 2.nota.de rescript.& istud non po test euitari quando est verum, & fuit probatum. vide quæ dico in tractat.de pacific. posseſſo.nu.188.

8 Septimo,opponitur contra primum nominatum quod iam fuit eidem prouisum ab episcopo, ideo debet permittere vt aliis prouideatur,nam dispositio debet intelligi de vno actu l boues.§.hoc sermone. ff de verbor. signific.& quia hoc casu collator impleuit mandatum sibi factum.ca.ad audientiam.2. de rescrip.l.1.ff.qui satisd.co gant.& quia vno beneficio quis debet esse regulariter contentus. capitul. in nostra.& ibi Card. notab.1.de rescrip.sed hodie execrabilis ambitio omnes ferè excæcat.

Saluari potest quia ei fuit prouisum in vim mandati, seu per viam collationis ordinariæ,quæ nihil commune habere videntur,argumen.l.naturaliter.§.nil commune. ff.de acquir.posseſſ. cap. mandatum.ibi,per nostras literas obtinente.de rescript.dixi su prà.q.21.limitat.12.

9 Sexto, opponitur quod non expresſit beneficia quæ habebat tempore impetra tionis,vt debet,per §.volumus. de collat.in concord. *Exprimi debet beneficium possessum.*

Saluatur quando non erat beneficium ecclesiasticum, sed oratorium,vel feudum, vel acquisitum post nominationum impetrationem. tunc ea exprimere non teneba tur in nominationibus, vt dixi in quæst.9. vbi vide quæ sint exprimenda. & si illa in nominationibus non sint expressa, opponas.alioqui melius facies si te inanibus ex pensis & laboribus non vexes, cum opti nere spem non labores.l.1.ff. de inoffic.testamen. & consulo in conscientiam nunquam aliquid opponere,nisi verum esse pu tes, alioqui periculum animæ incurris. Vel saluatur quando nomine alieno posſide bat vt dico in gloſſ.posseſſa.in fin.in d.§.volumus.

10 Nono,opponitur etiam quod est eidem prouisum vltra ducentos aureos. §. volumus. eodem titu. in concord. & ibi dixi.

Saluatur, quando post acceptationem beneficij, vigore nominationum factam, vel gradus, fuerunt sibi collata alia beneficia,quia qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi.l. in delictis. §.fin.extraneus,ff. de noxa. actio scripsi ple nè in §.volumus.de colla.in concord.

11 Decimo opponitur quod litigabat super alio beneficio incompatibili cum,isto,ideo gratiæ suæ renunciare videtur, qui aliud beneficium adeptus est.clement. gratiæ.de rescript. & ibi dicit gloſſ. & Card.q.5.post Innocen.in cap.in nostra.de rescript. quod qui recipit vnam ecclesiam, videtur renunciare liti quàm habet super alia. quod euitatur quando illud beneficium secundum potest retineri cum primo super quo liti gat.alioqui non.capit.ex parte.in 3.de decimis.vide quæ super hoc docui in dicto §. volumus.

Item non videtur liti renunciare,si pendente lite super primo beneficio nominatus recepit secundum etiam incompatibile,super quo etiam sibi mouetur lis,cum hoc non sit iure cautum, quia posseſſio pacifica requiritur capi.de multa.de præbend & d. ele.gratiæ dixi tamen suprà q.9.

12 Vndecimo,opponitur quod erat ordina tus ab alio episcopo quàm à suo, & sic ordinatio non valebat.ca.sanctorum.&ca.nemine

inhabilis ad illud habendum cap.1.de conceſsio. præbend. Guido, conſil.107.& 189. circa Dec.conſil.398.quod euitari poteſt,ſi iuſta ignorantia deceptus fuit, vt pote quia fama publica erat illum eſſe mortuum. per l.final.ff. de decret.ab ordin. faciend.Gomez.in regula 20.quæſtio.3. ſcripſi in praxi benefic.in 3. parte titul.de reprobata benefici.vniuerſitatis impetratio.

23 Vltimo poſſunt opponi illa triginta quæ dixi in 15. principali q. & contra antiquiorem nominatum. ea quæ dixi in q.21.ſuprà.nam poſtquam illa beneficia in nominationibus non comprehenduntur. ſi nominatus acceptauerit illa, opponetur contra eum illa ſibi non deberi, & vix poſſunt illa probata euitari. vide ibi alia multa. Adderem hic etiam alia ſexcenta, quæ poſſunt opponi, ſed ea de induſtria miſſa facio,ne materiam calumniandi & opponendi præbeam. Quicunque viderit quæ ſuprà dixi, poterit rectè opponere,& non rectè oppoſita vitare. Rogo ne quid contra conſcientiam opponas, ne animam perdas,quam Deus optimus maximus ſuo ſanguine precioſo redemit,eam ergo illi conſeruare debemus. Vide quæ poſſunt opponi contra prouiſiones apoſtolicas,& diſpenſationes minoribus conceſſas,per Oldrad. conſi.325. thema.& conſil.ſeq.& pro minoribus, vide conſil.329.has allegationes.

Quæſtionis vltimæ Epitomæ.

1 *Nominationes quot modis perduntur.*

2 *In proceſſu poſitus quandoquis dicatur.*

3 *Intellectus cap.vt ſuper,de appell.lib.vj*

4 *Moleſtia quomodo intelligatur.*

5 *Nominatus an perdit gradum cum nominationibus.*

5 *Priuatus ſemel nominationibus an poſſit iterũ impetrare.*

7 *Priuatus beneficio in vna eccleſia poterit ad aliud in eadem eccleſia promoueri.*

8 *Intellectus cap.commiſſa.de elect.lib.vj.*

9 *Nominationibus priuatur habens dua præbendas in eccleſia cathedrali: intellige numero 30.*

Pauper non dicitur qui in reditibus habet ducentos florenos auri.

11 *Habens quadringentos aureos in bonis adhuc nominationes impetrat.*

12 *Nominationes amittuntur non expreſsis ijs quæ debent exprimi.*

13 *Irregularitate & inhabilitate perduntur nominationes & mandatum.*

14 *Contrahens matrimonium an & quando priuetur beneficio & nominationibus.*

15 *Nominationes habere pro derelicto videtur eas per xxx.annos non inſinuans.*

16 *Nominationes perduntur quando vniuerſitas reuocat.*

Argumentum à ſolitis validum.

17 *Renunciare nominationibus quis poteſt expreſsè & tacitè.& nu.18.19.*

19 *Tacitè renunciare nominationibus quibus modis quis dicatur.*

20 *Nominationes perduntur forma concordatorum non ſeruata.*

21 *Item quando moritur nominatus.*

22 *Rex & papa an poſsint nominationes reuocare,*

23 *Princeps pro officio pecunias recipiens, non poteſt dantem deſtituere.*

24 *Nominationes perduntur ſi eccleſia regularis erigatur in ſecularem,& contra.*

Magalonenſis eccleſia regularis in ſecularem redacta, & tranſlata ad Montempeſſulanum anno 1536

Quæſt. vltima principalis.

1 VLTIMO, quæritur, quomodo perdantur nominationes vel gradus? Reſpon. primò ſi nominatus aut graduatus in menſibus deputatis collatoribus beneficium vacans in proceſſu poſuorit.vel taliter moleſtauerit ordinarium. §. vltim.de collat.in concorda. vt puniantur in quo deliquerunt, vt dixi in repetit. capt. poſtulaſtis. in vltim.not .per illum textum in de cleri. excommu.miniſtran.licet in ordina regiis Ludouic.12.primo publica. articu. 10.mitius puniantur, tamen quod hic ſtatuitur,tanquam nouiſsimum tenendum eſt. *Nominationes quod modis perdantur.*

2 Dubitatur quis,quando dicatur poſitus in proceſſu? Videtur quando ſententia eſt lata.capit.vt ſuper.de appel.in 6.Reſpon. tunc dicitur in proceſſu poſitus, videlicet per citationem,& litis conteſtationem, quãuis ſententia non ſit lata.Bartol. & alij in rubr.ff. de in ius vocand.& Paul.in l.libertus.illo titul. vbi dicunt proceſſum non eſſe inchoatum per citationem, quando actor non comparuit, quia citatio eſt circumducta.l. & poſt edictum. §.quòd ſi is. ff.de iud. & quia actor non comparendo, videtur tali citationi renunciare. Baldus in cap.conſuluit. colum.2. de offic.delegat.& quia citatio non habet ſuum perfectum eſſe, ſecundum eum: ſi comparuerit,& in cauſa proceſſerit, tunc proceſſus dicetur inchoatus. nota.in cap.ſi iudex.de ſentent. excommunicat.in 6.tamen non dicetur in proceſſu poſitus, ad hoc vt nominationibus vel gradu ſit priuandus,& ideo ſi nominatus in primo termino liti renunciauerit, non perdit nominationes, quia non dicitur poſuiſſe in proceſſu. ſed ponere voluiſſe. l. amplius. ff. rem ratam haberi. probatur.in l.quidam hyberus.& ibi dixi,ff. de ſer. vrb. præd. vbi ſi in primo termino quis confiteatur,non debet in expenſis condemnari. Felin.cap. licet Hely.colum.3 de ſimonia.Iaſ.in §.ſic itaque.de actio. inſtitu. & in l.certi,in princip.ff. ſi cert.peta.& in l. *Quando quis dicatur in proceſſu poſitus.*

prope

properandum.§.si autem alterutra.colum.3.in 7 limita C. de iudi. Licet appellatione processus veniat tam processus iudicis, quam partis. Bald in d cap. consuluit.colũ.3.tamen ante litem contestatam non punietur nominatus vel graduatus. Imò dicit tex. puniendos, qui vsque ad finem litis oppugnauerunt testamentum, sic dicemus hic. l. cdi'to.in fi ff de iure fisci.

3 Nec obstat d.c. vt super. vbi appellatione processus venit sententia diffinitiua, quando profertur in materia, quæ ipsi sententiæ adaptatur. Dom.& alij in d.ca. vt super. per gloss. in clement. appellanti. de appella. cap. cùm. I.& A. vbi Bald. col. 2 de re iudica. Et etiam comprehendit omnia, quæ ante sententiam fiunt. Felin. in ca. quoniam contra. colum. 6. de probat.

Item quando in constitutione est facta mensio processus, non venit sententia. Dec. per illum textum in cap. prudentiam. in vlti. not. de offi. delega.

Intellectus ad tex concord. in vita de solias.

4 Item in text. concordatorum habetur, & taliter molestauerit: & intelligerem de molestia quæ fit per. processum, videlicet si nominatus molestauerit ordinarium per processum, quòd fructu suarum nominationum vel graduum priuetur. Et si nominatus vel graduatus molestauerit ordinarium de facto extra processum, non perdet suas nominationes secundum hunc intellectum, quia in text. dicitur, in processu posuerit, & taliter molestauerit, videlicet per processum, argum. ca. 2. de tempo. ordinan. & cap. ex frequentibus. de institu.

De molestia.

Item si molestauerit etiam per processum, iure tamen, quia impetrauit beneficium inhabili collatum, non priuabitur suo gradu, vel nominationibus, quia hic text. debet intelligi de molestia facti, & quando nominatus vel graduatus in vim nominationum molestat, vt puniatur in quo deliquit, secus si alia ratione molestarit, quod probatur in cap. in præsentia de probatio. & l. quidam. ff. de verbor. obliga. per d. Bald. in l. 1. C. de vsufruct. vbi si testator priuet heredem, si molestauerit vxorẽ suam in vsufructu, nihilominus poterit hæres exigere cautionem ab ea de vtẽdo fruẽdo arbitrio boni viri, quia testator de molestia tantum facti intellexit secundum eum. & Alexand. in l. quòd de bonis. §. 1 ff. ad l. falcid. Barb. consi. 56. à Ioue. colum. 5. in 3. volum.

Idem si hæres priuetur hæreditate, si molestauerit vxorem testatoris, intelligitur de molestia facti, non iuris. Bald in l. 1. C. de his quæ pœnæ nomine. per gloss. singu. in l. si seruum. §. prætor. in verb. abstinet. ff. de acquirend. hæredit. sequitur Corset. in singu. incipiente, molestia Sic & in hoc §. intelligitur de molestia facti ponderando verba lit. §. si quis autem. de colla in concord. ibi, in vim gradus, aut nominationis. Ergo si in vim alterius impetrationi non perdit nominationes, nec gradum, alioqui nullus graduatus posset impetrare beneficia inhabilium, & esset in hoc deterioris conditionis quam non graduatus. quod non est dicendum, quia in fauorem eorum est introductus gradus, ergo non debet in odium eorum retorqueri. l. quod fauore. C de legib. Et ideo multa priuilegia confert gradus, quæ licet videre per Barba. in proœmio clemen. & per Alexand. in addit. ad Bartol. in l. 1. C. de dignita. libr. 12. Fel. in rubr. de magist Bologni. in reper. authẽt. habita. C. ne filius pro patre, & per Petrum de lesnaudiere, in opusculo de doctorib. per totum.

Alij habent in eodem §. si quis, & aliter molestauerit. & tunc intelligetur aliter quàm per processum, quia tex dicit, in processu posuerit, & aliter molestauerit, &c. ideo si nominatus de facto expulerit eum, cui ordinarius contulit in suis mensibus, dicens beneficium ratione nominationis sibi deberi, licet iniuste, tunc priuabitur fructu suarum nominationum probatur in cap. 1. & in ca cum seculum. de iure patron. cap. prohibemus. de censi. alia secundum hunc intellectum scripsi in d §. fina. Aliquando intelligitur de molestia tam iuris quàm facti. l. vna. C. de nundin. Alexandr. consil. 52. viso testamento. in 2. volumi. & consi. 151. viso themate. in fin. eod. volumi. & consil. 177. viso testamento. in 5. volum. Ias. in l. vbi, circa. fi. C. de transact. & hoc statutum esse reor, vt audacia graduatorum reprimatur tam in iudicio, quàm extra, quia sæpius perpetrant plurima mala & abusus. Nunquam tamen vidi seruari, vt nominati fuerint suis nominationibus priuati, aut graduati suo gradu, per hanc molestiam, posset tamen fieri, si bonum videretur, & hoc intellige si in vim gradus vel nominationum, vel in vim vtriusque in processu poneret ordinarium, per l. certi conditio. §. quoniam. ff. si cert. petat. & d. §. fin.

5 Dicerem etiam, quòd licet nominatus (vt suprà dixi) molestando suas perdat nominationes, vel graduatus suum gradum, tamen nominatus non perdet suas nominationes, & suum gradũ simul. & si tex. dicat à fructibus sui gradus, & nominationis priuandum esse, quia singula sunt singulis referenda, vt videlicet nominatus sua nominatione, graduatus suo gradu priuetur. glos. in l. fin. C. de fideicom. cap. cum singula. de præbend. in 6. & sic postea nominatus suis nominationibus priuatus beneficia ratione sui gradus adhuc obtinere posset, videlicet beneficia in villis muratis, quia pœnæ molliendæ sunt, & restringendæ l. interpretatione ff de pœnis. cap. pœnæ. de pœnitẽt. distinct. 1. regula, in pœnis de regul. iuris. in 6. Dom. consi. 126. Martinus, &c. & quia

Nominatus an perdat gradũ cum nominationibus.

dupli

quis puniri. c.atsi clerici.in fine.de iudic. & ibi glos. allegat alia iura quæ licet videre. dixi in §.monemus.de colla. in concord. in glos.suspendemus.nec si habeat plures nominationes, omnibus priuabitur, sed tantum illis quibus abusus est, ne pœna extra delictum extendatur.not.in c.fraternitatis. de hæreti.

Item talis molestans est priuandus per sententiam, & non est ipso iure priuatus, per tex in concord. in verbo priuandum, quod denotat sententiam.c.vno.de sagitta. glo.& docto.in l.in criminali.C. de iurisdi. omnium iudi. Feli.in c. Rodulphus. versic. vlti de rescrip.& dixi in d.§.fin.

6 Quæro an semel priuatus nominationibus (quod rarò euenit) alias possit impetrare? Videtur quòd non, ne ludibrio fiat priuatio.cap.commissa.de elect.in 6.cle ne in agro §.cæterum.de statu monacho.facit l.si prætor.ff.de iud. & ne lex verbis imponatur.l.2.C.communia de lega.

Priuatus semel nominationibus an possit iterùm impetrare.

Contrarium est verius, quod probatur per extraua. execrabilis. §. statuimus.de præben. in extraua. Ioan. 22. vbi dicitur, quòd si quis fuerit adeptus beneficium secundum incompatibile cum primo, ipso iure est priuatus primo, ad quod nunquam potest redire sine noua collatione. ergo sumendo arg. à contrario, cum noua collatione poterit redire per c.2.de renuntia.sic & cum nouis nominationibus poterit iterum impetrare beneficia.

Item si quis renūtiauerit bonis paternis cum iuramento, poterit illa petere non obstante iuramento, si instituatur hæres. Alex. & alij in l. stipulatio hoc modo concepta. ff.de verb oblig.docto. in l. pactum quod dotali C.de pact. & de coll. & cap. quamuis.de pact.in 6.Benedi.in repet. c. Raynutius.in verbo duas nu.286.cum seq.de rest.

7 Adde etiam quòd priuatus beneficio in vna ecclesia, poterit ad illud in eadem promoueri.cap.literas.de concessio. præbend. ibi Imol.nota.3. & si quis per subreptionē vel adoptionem priuetur rescripto, tamen postea poterit aliud impetrare, in quo veritatem imprimet.l.2.C.si contra ius. c. super literis.& ibi no.de rescript. & rescriptū ab excommunicato impetratum, licet sit nullum.c.1.de rescrip.in 6 tamen eo absolu to poterit aliud impetrare, vt ibidem not. Idem ergo in nominato, vt licet suis sit priuatus nominationibus propter molestiam, vt possit alias impetrare, vt vna pœna contenti simus, prout dicitur in c. at si clerici. §.si.de iud.& dupliciter puniretur, si annullarentur nominationes, & prohiberentur ne amplius impetrarentur, ideo quia hoc non dicit text. ergo non extendetur.l. cum quidam.ff. de lib. & posthu. igitur poterit alias impetrare, licet primis sit priuatus.

8 Nec obstat cap.cōmissa.de electio.in 6. Quia respond. quòd ista priuatio non est ludibrio, licet alias nominationes impetret, quia perdet prioritatem temporis, quæ magna est.regu. qui prior.de reg. iur.in 6 texto. & postea vigore nominationum secundo loco impetratarum fortè nunquam obtinebit beneficium, tanquam antiquior. Et sic dicerē, quòd licet quis suis priuetur nominationibus, vel gradu, tamen non perdet beneficium, si quod ex illis aliàs consecutus fuerat, argu.cap. ibi.de rescript in sexto.& c.si clericus.de præben.eodem lib. vbi quando clericus priuatur gratia propter negligentiam suam, tamen si ratione illius gratiæ fuerit in ecclesia canonicus receptus, illum nō perdet, nisi fuerit sibi collatus ad effectum præsentium duntaxat. sic in nominationibus arbitror.facit quod dicit Ancha.in cōsil.171. casus est talis, quidam in fi.vbi concludit feudum posse concedi ei qui semel.fuit priuatus, propter inuestituram non petitam, vt ibi per eum.

Responsio ad cap. commissa.

9 Secundò, priuatur quis suis nominationibus, quando habet in ecclesia metropolitana, vel cathedrali, seu collegiata, duas præbendas, seu dignitatem cum præbenda, vel vnam præbendam, seu alia beneficia, quorum fructus ascendunt vsque ad ducētos florenos auri de camera.§. volumus. de colla. in concorda. quia gratiæ tuæ renuntiare videris, si beneficiu pacificè adeptus es.cle.gratiæ de rescrip.& cap. si pauper.de præbend. in 6. Nam mens ecclesiæ Gallicanæ, ac etiam papæ, & regis fuit, vt prouideretur pauperibus scholaribus, qui exhausto suo patrimonio in acquirendo scientiam sumpserunt nominationes & gradus Et non dicitur pauper, qui in redditibus habet ducentos florenos auri, siue habeat beneficia in titulum, siue in commendam, & ideo honestè ex illis poterit viuere. not. in c. postulasti.de rescrip.

Nominationibus priuatur habēs duas in ecclesia cathedrali præbendas.

10 Intellige tamen, vt dixi in §.declarantes. in glos prosequentes.de mandat.apostol. in concord.

Et intellige quando haberet duas præbendas in ecclesia cathedrali, vel metropolitana, etiam si non ascenderent ad valorē ducentorum aureorum, tamen non poterit is nominationes impetrare, nec impetratis vti, vt tenet glo.in § quòd si quis ex dictis, in verb.duas de colla.in pragma quòd rarò contingit. Et hoc procedebat per prag.sed per concordatū posset nominationes impetrare, & eis vti, qui duas haberet præbendas minoris valoris, vt patet in concorda. in §.si quis verò ex dictis.vbi si refert ad dictam summam tam in præbendis quam in aliis beneficiis.& hoc probatur in d. §. volumus. ibi, quorum insimul. & quia ibi est tantum vna clausula, in pragm.secus quod notes, quia multa erāt vera tēpore pragm. quæ nūc nō sunt, ideo nō cōfidas gl. prag. quæ licet bene dicat secundū sua tempora, & text.cui addidi glosemata, nō tamē nūc,

Duas mediocres obtinens præbendas an nominationes petere possit.

& aliàs fecit me errare, dum sequerer suam doctrinam simpliciter. ideo tu debes videre nunc text. concordatorum si dissideat à prag. & secundum tex. iudicare.

Habēs quadringētos aureos in bonis nominationes impetrat

11 Notandum est, quòd si quisquam haberet redditus in bonis secularibus vsque ad quadrigentos aureos, vel vltra poterit] adhuc impetrare nominationes, &]viuere ex fructibus beneficij, licet habeat amplū patrimonium, quia postquam altari seruit. de altari viuere poterit. ca. cum secundū. de præben. latè Barba. in tracta. de præstantia Gardina. in prima parte q. 6. hic tantū excludit habentem redditus beneficiorum, secus si in patrimonio, vt patet in dicto. §. volumus.

12 Tertiò, amittuntur nominationes, si non sint expressa ea, que debent exprimi. de quibus dixi suprà q. 9. & in d. §. volumus. & idem in mandatis asseritur in c. ad aures. c. in nostra. de rescrip.

13 Quartò, si nominatus vel graduatus efficitur inhabilis, vel irregularis, quia etiam sic perditur mandatum. Ancha. consil. 58. circumscriptis

Cōtrahens matrimonium an priuetur beneficio, & quando

14 Quintò, quando nominatus contraheret matrimonium, aut sponsalia de præsenti, tunc suis videtur renunciare nominationibus. glos. & doct. in c. vno. de cleric. coniuga in 6. Panor. in c. 1. illo titu. Aufrer. in suis decisionibus. quæst. 239. Ias. in l. vbi pactum. col. penult. C. de transactio. Etiam si sponsalia essent nulla. Quia fecit, quod in se est, & contrarium actum clericatui, ob id renuntiauit literis, & quia nō debet esse melioris conditionis quàm peritus. c. cum qui. de præben. in 6. Ias. in d. l. vbi. Si tamen contraxerit matrimonium, & nō renuerit sed sponsalia de præsenti interuenerūt, tūc diceremus beneficium quod obtinet, non vacare, per regulam non præstat impedimentum, quod de iure nō sortitur effectum, de reg. iur. in 6. & dificilius perditur acquisitum beneficium, quàm acquirendū, & ius in re, quàm ad rem. cle. gratiæ. de rescript. & ibi hoc firmat Cardi. & sic cōciliari possent opiniones contrariæ. & in l. causas, in fi C. illo tit. vide Imol. in cle. gratiæ. col. pe. de rescrip. imò vxore mortua non licet vti mea gratia. Ioan. Andr. in d. c. vnico. Ange. & alij in §. 1. insti. quib. mod. ius patriæ potesta. soluitur. Ex his ferè modis amittuntur mandata apostolica, de quibus vide in tract. de manda. aposto. in vlt. parte, per do. Ruseum. dico in rub. de mand. apost. in cōcorda. §. declarantes. in gl. prosequentes.

Sexto, si ex aliqua causa suo priuaretur gradu quod potest fieri, vt probatur in ca. ex literis. de cōsti. & ibi plenè traditur per Felin. & alios.

15 Septimo, si eas non insinuaret per' triginta annos, quia tunc eas videtur habere pro derelicto, & eis renunciare. argu. l. licet. C. de iure deliberan. dixi suprà in 14. q. principali, vbi amplè videre licet.

16 Octauò, perdunt quando ex causa vniuersitas reuocaret nominationes, quod pōtest, vt tenet glos. §. item quod ad dictas, in verbo nominare. de collatio. in pragm. sed non est solitum fieri, & bonū est argumentum à solitis l. si quis donaturus. ff. de vsufructu. l. certi cōdictio. §. si nummos. si cer. pet. Ratio est, quia postulantes re integra à postulatione recedere possunt. c. bonæ. in 2. de postulatio prælato. Si vniuersitates sine causa nominationes reuocarent, posset ab eis tanquam ab abusu appellari, qui à senatu reformaretur. Itē legatus qui reseruauit beneficium pro aliquo, potest reuocare, & alteri prouidere. Hostien. in c. cū dilectus. de iure patrona. Ioan. And. in c. præsenti. de offic. leg. in 6. & limitatur tribus modis, per Perus. vt ibi cernere licet. & idem si papa reuocaret mandatum cōcessum. cap. pen de præben. in 6. & c. vlt. de conces. præbend. illo libr. vide Hippo. singul. 166. inconstantia.

Renunciare nominationibus quis potest expresse & tacite.

17 Nonò, quando nominatus eis renuntiauit, vt in cap. audita. de restitu. spoliat. facit text. in l. filio præterito. ff de iniusto rupt. nam potest quis priuilegio in fauorem suū introducto renunciare. l. si quis in conscribendo. C. de episcopis & cler & C. de pact. cap. si diligenti. de foro competen. Io. And. in c. penul. de præben. in 6. cle. gratiæ. de rescrip. Card. consil. 105. super præmisso. glos. in verbo irritum. §. si quis cuiuscunque. de colla. in prag.

18 Intellige siue expessè renuntiauerit suis nominationibus, siue tacitè, quia hoc casu tantum operatur tacitum sicut expressum. arg. l. cum quid. ff. si cert. peta. & ibi amplè Ias. & aliàs consului pro venerabili viro domino Ioanne de Lausergio sacrista Magalonañ. mihi consanguineo colendissimo ac doctissimo, & obtinuit in senatu Tholosano. Et censetur renunciare, quādo est sibi prouisum ab vno quo ad illum, quia ille qui semel vni prouidit, nō tenetur amplius eidem prouidere. argu. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signific. & suprà dixi. Nec potest eum gratificare, alioqui omnia beneficia ei conferret episcopus, & ille ebrius esset, & alij esurirent, & si haberet nepotem graduatum, eidem conferret omnia beneficia, & ille semper ea resignaret, & alij nihil haberent, quod valde est absurdum, vt dico in glo. gratificare. §. statuimas. 1. de coll. in concord.

Tacitè quis dicatur renunciare.

Item tacitè dicitur renunciare, si fuerit effectus miles arg. 51. dist. c. 1. & 2. c. cos 20. q. 3. nam tunc si arma militiaria exerceat, perdit priuilegium clericorum, quia facit actum contrarium clericatui, quibus conuenit, nobis non licet interficere quenquā. not. Inno. in c. 1. de aposta. & c. in audientia. de sent. excō. Chassa. in consuetud. Burg. in rub. *des iustices*. §. 5. glo. *s'il n'a grace*. nu. 52. & seq.

& sequen. versicu. fall. vel habitum cle ricale rei ... de apostat. professio. C. de m... patrimo lib. 10 idē sentētia an... nominationes contra nominatum lata fuit, cui ac iuxta ... glos. singu. in c. in. de concessio. præbend. Idem si concludat cum ... super uno beneficio, quod poterat obtinere, sed cōposuit cum illo, tunc quia ... haberet illud, ei imputatur. l. in iure ff. de regu. iur. & qui actionem ad rem habet, ipsam rem hab ere videtur. l. qui actionem. ibi Panor. in c. ad audientiam. 2. in 4. no. de rescri. Idem si renunciauerit ius quod per nominationes habet, tunc licet is cui renunciauerit, succumbat, adhuc videtur exclusus. arg. l. quod dictum in § si compromissero. ff. de euictio. vide quæ scripsi in §. volumus. de collatio. in cōcord. Card in ... mandatum. col 3. q. 1. de rescrip. dicens iisd. ... modis mandatum a ... & ideo firmetad intellectum tituli de mandatis apost. in concordatis. vbi scripsi in glos. prosequentes. §. declarantes. & quot modis tacite quis renuntiet, docui in praxi benefic. in 3. parte titu. de tacita renuntia.

20 Decimò, perduntur nominationes, quando forma non est seruata quæ est posita in concordatis, quia factum corruit non seruata forma c. cum dilecta, de rescrip. l. cum hic §. si prætor. ff. de transact. Et illa est, quæ dat esse rei, & eam in esse conseruat. l. Iulia. § 1 ff ad exhibend Albert. Brunus in tract. de forma & solennita. actus fol 3. rubr. de generali cognitio. formæ. & rub. de potentia & effectu formæ fol. 44. col. 3 cum seq. ... c dixi quando quis impetrauit mandatum non seruata forma, vt sit nullum in forma de manda aposto.

Forma nō seruata, perduntur nominationes.

21 Vndecimò, quando moritur nominatus. Ancha consil 58. circonscriptus. vbi tradit sex modos finiendi rescriptum, quia mors omnia soluit §. deinceps. in authen. de nup. collatio. 4. ... si velis videre casus in quibus mors soluit, vide per Hippo. in l. fina. nu. 10. cum sequen. ff. de quæstio. nec dubitatur hoc etiam casu solui mādatum, per prædicta,

22 Duodecimò, quando papa cum rege eas reuocaret cum eorum sit destruere, quorū est condere. l. omni. C. de sacrosanctis ecclesiis. summus pontifex reuocat gratias per eum concessas c. penul & fi. de concel. præbend. in 6. Vnus verò sine altero non potest, cum concordatum habeat vim contractus, vt patet in rubri de robore & firmita. concorda & vnus altero inuito à cōtractu non discedi. l sicut C de actio. & oblig. & rub C. ne licet ab emptione discedere. text. sing in c 1. & ibi omnes doct. de probat. vbi Bal ampliat etiam ad successorem, vt solus contractu reuocare non possit, iam perfectum. Domi. consil. 56. inter. Roma. consil. 352. quæritur col pe. & seq & cōsil 325. col. penult. Iaf. consil. 1. in 1. volu. & consil. 227. Carolus in 2. vol. col. 5. dico in præs. ad gl. concor. rub. de colla. vbi licet fusius videre.

Papa & Rex an nominationes possunt reuocare.

23 Idem est in principe recipiente pecunias pro aliquo officio, vt non possit dantē destituere. c. vno. de natura feudi. Bal. in l. qui se patris. col. 8. C. vnde liberi. Boer. in decis. Burdeg quæst. 549. an rex Franciæ. Barba. in c. 1. num 14. de proba. l 1. ff. de obsequiis. Anch. consil. 366. Iasconsil. 56. in causa. in fin. volu. 1. & consil. 105. col. 3. ibidem. Bened. in c. Raynutius. in verbo duas habens, nu. 36. cum seq. de test. quia recipiendo pecunias videtur secum contrahere vt amplius eum sine causa non destituat. Et sic prodest dare pecunias pro officio, vt non possit destitui. sed à tali prodesse liberet nos deus, dicit gl. in simili in l. si seruus. §. fin in verbo corri. ff. de condict. furtina. l. si quis cum totum §. planè. de excep. rei iud. Sic dicitur de paupertate, quod prodest. l si. quis ad. C de episco. & clerici. §. institu. quib. manu. licet vel non. sed à tali prodesse liberet nos pater & filius & spiritus sanctus. & ab hoc munere vellem esse immunis, cum filiolis meis. ita in propriis terminis dicit Barb. in c. significauit. nu. 22. de offi. deleg.

Princeps recipiens pro officio pecuniam nō potest dantem destituere.

24 Vltimò, perduntur nominationes si ecclesia regularis erigatur in secularem, vt nuper ecclesia sancti Saturnini Tholosæ, tunc nominationes regularium expirant, & deinceps seculares poterunt illi ecclesiæ nominari. idem econtrario. text. in c. ad audientiam. a. de eccles. ædifi. laté Perus. in tracta. de mutatio. status ecclesiæ. c. 1. Sic tempore Caroli Calui regis Franciæ ecclesia sancti Martini Turonēn multis opibus abundans in secularem erecta fuit, cuius terminatis canonici mox pœnas luerunt, nam missa in eos cœlitus pestilentia omnes (præter vnum Vedastum qui in numerum sanctorum relatus est, & nomini eius ibidem sacellum dicatum) extincti fuere, quo facto auditio canonici diui Martialis Lemouicē. relicto seculari habitu se ad monasticam vitam conuerterunt. teste Gagui. lib. 5. paulò post principium, sic hoc anno 1536. ecclesia Magalonensis regularis reddacta est in secularem, & trāslata ad Montempessulanum, quod faustum felixque viris Pessulaneñ sit, & eorum vxoribus Circa hoc tamen fusius dicendum esset, sed multis obrutus negotiis & lectionibus, non superest latius inuestigandi opportunitas, at dum per ocium licebit, hæc maturius fortè digerentur. Interim lectores, boni æquique consulite, vt animum meum ad maiora incendatis: quod fieri facilè poterit aniuuante deo, qui in trinitate perfecta viuit in secula. Amen.

De ecclesia Turonen exemplū mirabile.

Finis Tractatus nominationum.

TRACTATVS

DE PACIFICIS POSSESORIBVS, TOTO IN ORBE FREQVENS AC VTILIS, AB EODEM AVTORE D. P. REBVFFO EDITVS.

*

Et nuper arrestis supremæ Curiæ, & Rotæ decretis auctus, recognitúsque.



LVGDVNI,

Ad Salamandrę, apud Claudium Sennetonium.

M. D. LXVI.

AMPLISSIMO VIRO, DO. Francisco à sancto Andrea, in senatu Parisiensi præsidi meritissimo, Petrus Rebuffus I. V. doctor, S.

***

ATHENIENSES Berosi astronomi sapientiā diu experti, post multa ab eo prædicta, quæ tempus verissima declarauerat, statuam æneam lingua aurea in suo gymnasio ei posuerunt, vt quæ oracula verissima protulisset, ex auro velut emanata sibi quisque persuaderet. Quæ cùm ego mente mea reuoluo, dignissime præses, quanquam vir ille fuerit clarissimus, cùm tamen eum tibi conferre statuo, muscam elephanto comparare videor. Ille enim fortuito vaticinabatur, vt Trasyllus & Asceletarion, vel cacodæmonum aliquo suggerente, & quæ à se prædicta fuerāt, ad euentū perducente. Tu verò non ea su, sed diuinis ac vtriusque iuris peritia instructus, hactenus vera ex tuis intimis semper deprompsisti. Dicamne à pueris quàm magnam expectationem omnibus de te præbebas? Quotusquisque enim erat, qui te vel à prima ætate diuina quadam prudentia genitum, ad hunc dignitatis, & maiorem gradum venturum non iudicauerit? Iudicauerūt & præceptores, qui indies tot scientiæ fercula vix tibi, quin memoriæ omnia mandares, porrigere sufficienter poterant. Iudicarunt (inquam) doctores iurium Tholosates, quos argumentorum iaculis eos in singulos dies impetebas. Quid referam, cum ad iuris nodos explicandos peruenisses? Non vt Hercules gladio, sed iure optimo responsa prudentum tam facūde, quàm subtiliter, & diserte, omnibus lucida tradebas. Scholasticos veluti quidā Orpheus, ita alliciebas, vt qui te semel audissent, à tuis nemo vnus lectionibus discedere potuisset. Missa faciā quanto cum mœrore pubes scholastica tuum tulerit discessum, & quanto cum gaudio à Parisien. hominibus receptus fueris. Fuit enim tuus adeò gratus, celebris, & notus aduentus, vt ad aures opt. max. principis nostri celeriter peruenerit, qui te primo quoque tempore senatorio munere decorauit, quo in munere collegis, & aliis ita te probasti, vt omnibus gratissima & admiranda esset tua fides, integritas, atque iustitia, quibus cōmotus princeps, ad te non ambientem neque petentem præsidis officium (quod inquestarum dicunt) detulit: demum prospiciens quanta cum industria & peritia id munus gereres, ad præsidatum longe digniorem te extulit, multò maiora tibi debere arbitratus, quæ tempore demonstrabuntur, hoc enim meretur tua singularis atque præclara iustitia, quam si laudandam pro dignitate susciperem, succumberem oneri: id tantum dicam, Alexandrum magnum quidem summis attollunt laudibus, qui cum in capitalibus causis iudex sederet, accusatori alteram aurem occludebat, rogatus quid illud faceret: alteram, inquit, integram, seruo reo. Tu verò pro tua sapientia ambas & actori & reo præbes, vt nihil præcipitatum, nihilque non matura deliberatione decretum ex te prolabatur. Asclepiadem medicum alii commendant, commendant inquam, quod aliquem qui pro mortuo ad funus efferebatur, sistere iussit, veræque & pristinæ valetudini restituit, quod Erophilo Cleophanti medico etiam contigit. Tu verò quot tua excellenti iuris prudentia pro mortuis habitos restituisti, nemo vnus ignorat, quotve perditos homines pro bonis vulgo habitos profligasti. His igitur impulsus, etsi tua excellens dignitas omnia summa meretur, fretus tamen tua, qua semper erga me vsus es humanitate, hunc breuem, De Pacific. Possess. tractatū tibi maxime conuenientem nomini tuo nuncupare non sum veritus: quem si tuendum ab inuidis receperis, & album calculum adiiciendo, æqui bonique consulueris, spero complures tuū egregium iudicium secuturos. Vale. Lutetiæ, 17. Calend. Iunii, anno domini sesquimillesimo trigesimo sexto.

TRACTATVS DE pacificis possessoribus, Epitome.

1 *Pacifici multiplex acceptio.197.& seq.*

2 *Pacifici & quieti differentia.*

3 *Mulier non debet post triennium in beneficiis molestari.*

Dictio quicunque, tam masculos quàm fœminas comprehendit.

Dispositum in monachis & abbatibus extenditur ad moniales.

4 *Antecedens qui vult, vult & consequens necessarium ad illud.*

5 *Masculinum in fauorabilibus concipit fœmininum.*

Ratio eadem vbi subest, & eadem dispositio esse debet.

6 *Capitulum & conuentus iuuatur beneficio edicti de pacifi.poss.*

7 *Collegium & capitulum vicem personæ substinet.*

8 *Molestari in beneficiis post triennium in foro conscientiæ an quis possit.*

9 *Restituere rem post præscriptionem quis non tenetur etiam in conscientia.*

10 *Tutus authoritate canonis inducentis præscriptionem, an de conscientia dubitare possit.*

11 *Lex ciuilis in conscientia seruanda, & numero 12.*

13 *Intellectus cap. si à sede. de preben. libr. 6.*

14 *Papa confirmando inualidum titulum videtur de nouo concedere.*

15 *Papæ tollerantia an det ius in beneficij & nu. seq.*

17 *Papa titulum inualidum validum facit.*

18 *Possessionem habens præsentat.*

19 *Cui conceditur vnum, videtur concedi aliud quod sequitur ex illo.*

20 *Papa mandans non molestari super fructibus an adiudicet beneficium.*

21 *Inuestitura pro collatione habetur.*

22 *Intellectus §. monemus. de pacifi. pos. in concordan.*

Præscriptio non currit regulariter sine titulo.

23 *Ordinarius post triennium non inquirit contra possessorem beneficij cum colorato titulo.*

24 *Possessio non inducit collationem nec petitio operarum facit indictionem earum antequam indictæ sint.*

Possessio est facti, nec tribuit ius in re.

25 *Possessor triennalis tam in possessorio, quàm in petitorio iuuatur edicto de paci. poss. contra Gomes.*

26 *Possessor triennalis non debet molestari etiam per viam denuntiationis euangelicæ.*

27 *Denuntiatio euangelica quibus ex causis fiat. & nume. 28.29.30.31.& 32.*

32 *Mala fides non iuuat triennalem possessorem in conscientia contra Gomes.*

33 *Bona fides præsumitur, si allegetur.*

34 *Agere triennalis possessor coloratus an possit, & nume. seq.*

35 *Molestare quando quis dicatur.*

36 *Præscribens post rem acquisitam agit.*

37 *Actio ex lege quando oriatur.*

38 *Actio ei competit, cuius contemplatione dispositio fit, licet ad eum verba expressè non dirigantur.*

40 *Decretum de pacifi. pos. quare inuentum. & nume. seq.*

41 *Decretum de pacifi. pos. omnibus obest.*

42 *Coloratus quando dicatur titulus, & quando incoloratus. & nume. seq.*

43 *Institutio an sufficiat præsentato à laico si agatur possessorio ad colorandam suam possessionem.*

44 *Probare quando quis teneatur post triennium coloratum titulum. cum nume. seq.*

47 *Commenda censetur canonicus titulus. & numero seq.*

48 *Commendatarius potest constituere procuratorem ante litem contestatam ad item permutare beneficium commendatum cum alio dato in titulũ. &c. & nume. 49.50. & seq.*

50 *Commendatario abbati vel priori ab intestato succedunt consanguinei.*

53 *Commendatarius abbatiæ censetur verus abbas.*

54 *Cõmendatarius intra annũ promoueri tenetur.*

Dispensatio est stricti iuris.

55 *Practica notabilis in commendis. 56.*

57 *Commenda an possit fieri ab inferiore ab episcopo, & an ad vitam.*

58 *Intellectus cap. nemo. de elect. lib. 6.*

59 *Commenda an incompatibilitatem inducat.*

60 *Commendatarius an possit remoueri. 62.*

61 *Commendatarius an possit fructus beneficij dissipare.*

63 *Pacificus possessor beneficij sine titulo non potest molestari post triennium 64.*

65 *Possessio ex sola signatura capi potest.*

Intrusus quis dicatur.

66 *Confirmatio vbi requiritur, non sufficit sola electio.*

67 *Tituli multiplex acceptio, remissiuè.*

68 *Præsentatus post institutionem iuuatur decreto, de pacifi. poss. s.*

70 *Translatus authoritate papæ gaudet decreto, de pacifi. poss. s.*

71 *Intellectus cap. cum in illis. de prebend. lib. 7.*

72 *Decreto de pa. pos. quis non iuuatur sine titulo.*

73 *Praxis tituli de pacifi. poss. s.*

74 *Possessor ex collatione per laicum facta, an post triennium possit molestari. 75.*

Conferre de iure laicus non potest: & quid de cõsuetudine. 75.76.

77 *Collatio laici de quo prosit.*

78 *Possessor beneficij principalis, an possit post triennium super vnito molestari.*

79 Prælatnræ appellatione quid veniat, item & prælati.8..83.
81 Prælati vnde dicuntur.
83 Prælatorum sex æta.
84 Dignitas quid sit,& an veniat appellatione beneficii.93.
85 Personatus quid dicatur.
85 Officium quid.
87 Administrationis acceptio.
89 Dignitatem prophanam habens non innatur decreto de pacifi.poss.
90 Dignitatem vel beneficium ad tempus habens potest post triennium molestari.
91 Vicarius episcopi si destituatur,non innatur decreto,de pacifi.poss.
Fallit si à papa fuerit confirmatus.92.
94 Hospitalarius an post triennium molestari possit.
95 Hospitale quando dicatur cōcedi in beneficiū
96 Beneficium situm in villa murata possidens,an post triennium molestari possit.
97 Pacificus possessor non debet molestari etiam si qualitas fuerit omissa.
98 Possidens beneficium per alium an innetur decreto,de paci.poss.
99 Possessio quando dicatur pacifica.
100 Pacificè quis possidet, licet non recipiat fructus.
101 Decretum de pacifi. possess. an habeat locum in beneficio sequestrato.
Sequestratio necessaria non priuat quem possessione.
102 Possidens capellaniam vel altare innatur decreto de pacifi.poss.
103 Capellas in ecclesia ædificans non tenetur eas dotare.
104 Capella vnde dicta.
Simonia ita in capellanis committitur, sicut in aliis beneficiis.
105 Præstimoniæ an innentur decreto de pacific. possessoribus.
106 Præstimonia quid,& quare instituta.
107 Communitates ecclesiarum non sunt beneficia ecclesiastica.
108 Decretum de paci. pos.an habeat locum in pensionibus,& quibus.
Pensionem non soluens triennio non innatur hoc decreto.
Causa fructuum non est beneficialis.
109 Pensionis acceptio variæ multisque modis fieri potest.
110 Ordinatio regia de pensionariis declaratur
111 Pensio quid sit.& numero 112.cum sequentibus.
114 Vicarii quidam certam portionem seu pensionem habent.
117 Pensio vnde dicatur.
118 Pensionum duplex genus, licitum & illicitum.
119 Pensionem quis possit constituere.& numero sequentibus.
122 Pensionis a papa impositæ,& ab episcopo differentia.

123 Pensio non constituitur sine causa,& quare.
Fallit in papa,nume.126.
124 Pensionis imponendæ causæ quæ sunt.
125 Pensio debet commensurari causæ vt non excedat.
126 Causa non requiritur in papa imponente pensionem.
127 Pensio in tribus tantum casibus in hoc regno imponitur.
128 Patronus reseruare potest sibi pensionem.
129 Primogenitus ingressus religionem an præsentet.
130 Pensio certa potest clerico constitui duratura donec sibi de beneficio fuerit prouisum.
131 Pensio in fraudem imposita non valet quod præsumitur,nisi de causa appareat.
Episcopus pensionem suo imponi an possit reseruare.
132 Pensio an veniat nomine beneficij.
133 Pensio an sit exprimenda in impetratione beneficij.
134 Pensio qualis possit constitui.
Pensio vsque ad quam summam imponitur.
135 Collator nō potest sibi reseruare pensionem,alias est excommunicatus.
136 Conuentio omnis in spiritualibus cessare debet.
137 Papa ecclesias regni non reddit tributarias.
138 Pensionarius ad onera & decimas an teneatur.
Et an ad reparationes.139.
140 Pensionis reformatio quando peti possit.& nume seq.
142 Pensio secunda non facta mentione primæ, an valeat.
143 Pensio an possit permutari vel sequestrari. & nume.144.
144 Pensio an debeatur ante literarum præsentationem.
145 Pensionem debens quomodo compellatur.
146 Pensio quando debeatur 148.
147 Pensio potest solui procuratori generali etiam non habenti liberam administrationem.
150 Pensio est quid merè temporale,ideo potest vendi nume.152.
151 Pensio laico potest assignari.
153 Pensionarius non subiicitur examini.
154 Litigans super beneficio, pensionem tenetur soluere.
155 Vexationes iudiciarias licitum est pensionibus redimere.
156 Bullis non leuatis an quis teneatur pensionem soluere.
Ius in beneficio non habens non potest imponere pensionem.
157 pensio morte finitur.
158 Noua impetratio beneficij post triennium est nulla.
159 Regularis qui possidet beneficium seculare, aut contra, an innetur decreto de pacificis possessoribus.

Possess

Possessio triennalis non alterat naturam beneficij, sed confirmat titulum coloratum.

160 *Decretum de pacific. possess. an procedat in optatione beneficij.*

161 *Ius in beneficiis propria authoritate quærimus.*

162 *Canonica institutio quando dicatur.*

163 *Rediens ad suum beneficium coniungit tempus præteritum.*

164 *Resignans beneficium sine noua collatione an ad id redire possit. & numero 165.166. cum seq.*

166 *Permutans beneficio euicto an ad suum beneficium redeat absque noua collatione. 177. nume. 353.*

167 *Procuratoris constitutio an possit reuocari, & an post annum valeat.*

168 *Clausula in permutationibus beneficiorum poni solita.*

169 *Intellectus capitu si beneficia. de præbendis. libro 6.*

Dimittere beneficium vel aliam rem quis dicatur.

170 *Factis declaratur voluntas.*

171 *Intellectus nouus cap. quod in dubiis. de renuntiatio.*

Intellectus §. fina. institutia. de rerum diuisione.

172 *Paria sunt tacitè vel expressè renuntiare.*

173 *Intellectus l. cum precibus. & l. rebus. C. de rerum permu.*

174 *Inuestitura habet vim collationis.*

175 *Intellectus ca. fané & cap. si per hoc de renuntiatio.*

176 *Intellectus cap. ex parte j. de officio delega.*

178 *Renuntiationes in fauorem quando valeant.*

179 *Resignans coactè permittitur ministrare in eadem ecclesia non obstante renuntiatione.*

180 *Resignatio non tenet, quando procurator alio modo resignauit.*

181 *Titulus per renuntiationem semel extinctus an reuiuiscat sine noua collatione.*

182 *Resignationes per fraudem extortæ sunt nullæ.*

183 *In casibus in quibus quis potest redire ad suum beneficium sine noua collatione, debet intelligi quando beneficium dimissum non erat occupatum.*

184 *Beneficium permutatum habens an tueatur hoc decreto.*

185 *Triennis sui authoris an quis iuuari possit. & nume. 187. 88.*

186 *Praxis quando euictum est beneficium.*

189 *Molestare licet triennalem possessorem ex causa de nouo orta.*

Molestari potest non promotus, & qui duo tenuit incompatibilia beneficia.

190 *Contrariis rationibus respondetur.*

161 *Intellectus tex. pragmat. sanct. ibi ratione iuris nouiter impetrati.*

192 *Possidens sine titulo non iuuatur decreto de pacif. pos.*

193. *Sententia an det titulum & quid in confessione partis. 194.*

195 *Collatio si non sit in registro an valeat.*

196 *Verba vbi non conueniunt, tunc eorum dispositio.*

197 *Pacificè quando dicatur. 198.*

198 *Pacificè possidere an dicatur is, qui habet recredentiam.*

199 *Lis super possessione impedit pacificum possessorem etiam super proprietate.*

200 *Pacificus possessor dicitur quoad illos, qui litem non mouerunt.*

201 *Triennalis possessor post recredentiam non potest molestari.*

202 *Lis si moueatur super vna re, non minus dicitur quis pacificus possessor.*

203 *Possidere aliud est, & aliud in possessione esse.*

Tria ad hunc titulum requisita.

204 *Lis quando habeatur pro contestata.*

205 *Annus qui datur ad promouendum quomodo computetur.*

205 *Inhabilis non iuuatur decreto de pacificis possessoribus. & qui sint inhabiles ad hunc vsque ad nume. 313.*

Possessio lõgi temporis non habilitat incapacem.

207 *Inhabilis quis dicatur cum nume. multis sequentib.*

208 *Infans est inhabilis ad beneficium ecclesiasticum.*

209 *Minor quæ beneficia possit habere. & nume. 210. 211.*

212 *Minor quando possit iuuari decreto de pacifi. pos. & nume. seq.*

213 *Minor an ad beneficium post triennium restitui possit.*

214 *Habilis ad canonicatum in qua ætate quis sit. & nume. 215.*

215 *Habilis ad prioratus in qua ætate quis sit nume. 219.*

217 *Presbyteratus in qua ætate quis fiat.*

218 *Aetas quæ requiratur in dignitatibus minoribus, & in beneficiis curatis.*

220 *Episcopus cuius ætatis esse debet.*

221 *Furiosus est incapax ad beneficia.*

222 *Coniugatus inhabilis est ad beneficia: ideo non iuuatur decreto de pacific. pos.*

223 *Beneficium perditur per sponsalia de præsenti contracta.*

224 *Non tonsuratus inhabilis est ad beneficia. & nume. 225.*

225 *Petens beneficium debet probare se clericum.*

226 *Tonsuram accipere post adeptum beneficium non prodest.*

227 *Collatio facta ordinato à non suo episcopo non valet.*

228 *Tonsuram bis suscipiens qua pœna puniatur.*

229 *Intellectus ca. presbyteri. §. quid ergo. 68. distinctio.*

230 *Promotus per saltum inhabilis est.*

231 *Ordines suscipere extra tempora præfixa non licet.*

Bigamus

232 *Bigamus est incapax beneficiorum.*
233 *Bigamia quot modis contrahatur. & numero 234. 235.*
234 *Contrahens cum virgine spuria an sit bigamus.*
235 *Desponsans puellam corruptam an gaudeat priuilegio clericali.*
236 *Haereticus, & is pro quo supplicat sunt inhabiles ad beneficia.*
237 *Haereticus quis sit.*
238 *Schismaticus incapax est beneficiorum.*
239 *Simoniacus non iuuatur decreto de pacificis possessorib.*
240 *Collationes in fauorem quando valeant.*
241 *Renunciationes simoniacae an & quando valeant.*
242 *Corrumpens iudicem in causa beneficiali est simoniacus.*
243 *Donans laico pecuniam, vt à Rege nominationem ad episcopum obtineret, est simoniacus.*
245 *Rogari ordinarius potest, vt conferat post resignationem Titio.*
246 *Committens crimen lesae maiestatis est incapax beneficiorum.*
247 *Sortilegus non potest obtinere beneficiu.*
248 *Sacrilegis est inhabilis ad beneficia.*
249 *Bannitus an beneficia habere possit.*
250 *Falsarius literarum papae beneficiorum est incapax.*
251 *Falsarius literarum quarumcunque qua poena punitur in Francia.*
252 *Possidens beneficium cum falso titulo non iuuatur decreto, de pacifi. poss.*
253 *Excommunicato beneficia conferri non possunt.*
254 *Suspensus ab officio est inhabilis ad beneficia.*
255 *Apostata ad clericatus officium admitti non debet: & est infamis.*
256 *Sodomiticus est inhabilis.*
257 *Concubinarius publicus est incapax beneficiorum, & ad eu inhabilis.*
258 *Homicida non potest ad beneficia admitti.*
259 *Miles qui frequentauit bellum est inhabilis ad beneficia.*
260 *Morbo laborans caduco efficitur inhabilis ad beneficia: nisi forte post triennium sanus fieret.*
261 *Illiteratus est beneficiorum incapax & quis dicatur. 262. 263.*
264 *Illiteratorum est infinitus numerus, qui hodie habent meliora beneficia.*
265 *Exterus in regno beneficia obtinere non potest ex priuilegio dato regibus franciae.*
Arresta de exteris & bastardis.
266 *Consensus regis post impetrationem beneficii an valeat*
267 *Priuilegium exterorum quoad lites.*
Iudaeus baptizatus in regno non est exterus.
268 *Periurus est beneficiorum incapax, & collatio illi facta est nulla.*
269 *Periurus est ipso iure beneficiis priuatus.*
270 *Periurus est infamis.*
271 *Poena priuationis non imponitur nisi à lege.*
272 *Intellectus cap. post electionem. de concessio. praebend.*
273 *Vlatio ex diuersis non fit.*
274 Intellectus cap. tua de iureiurand.
275 *Iuramentum promissorium producit actionem.*
276 Illegitimus est inhabilis ad beneficia.
277 *Filij beneficia paterna habere non possunt: nec nepotes.*
278 *Illegitimus quando beneficia obtinere possit.*
279 *Exceptio extenditur ad similes casus ex identitate rationis.*
280 *Irregularis est inhabilis: & an eius beneficium possit impetrari.*
281 *Vsurarius manifestus beneficiorum est incapax.*
282 *Violentus possessor non iuuatur hoc decreto.*
283 *Metus resignans beneficium etiam post triennium illud potest repetere.*
284 *Professio metu facta non valet.*
285 *Procuratorium ad resignandum metu extortum non valet.*
286 *Violentus perdit ius quod habet in beneficio: & quomodo intelligitur. numero 287. & 288.*
Fallit nume. 289.
290 *Beneficium authoritate propria ingrediens sine violentia cum iusto titulo, eo non priuatur.*
291 Intellectus c. cum qui de praebend. libr. vj. & numero 292. 298.
292 *Authoritate propria an officia quis capere debeat.*
294 Possessionem beneficij an quis propria authoritate apprehendere possit. cum nume. seq. vsque ad nume. 307.
295 *Collatio habet vim electionis & confirmationis.*
296 *Consuetudo potest operari ne possessio acquiratur nisi certo modo.*
297 *Intellectus l. si ex stipulatione. ff. de acquir. possessione.*
299 *Legatum quando possit apprehendi.*
Intellectus legis non dubium. Codice de legatis.
300 *Ecclesia quae labitur in haeresim, vel schisma perdit iura sua, & possessionem illorum.*
301 *Episcopus confirmatus statim administrationem habet: conferri beneficia &c.*
302 *Temerarius quis dicatur.*
303 *Beneficij vnius non debet quis propria authoritate apprehendere possessionem.*
Idem si concessum sit in commendam. numero 304.
Patientia domini [illegible] in acquisitione iurium incorporalium.

Confir

307 *Confirmatio papæ an faciat titulum coloratū qui est violentus.*

Confirmata nunquam intelliguntur quæ sunt iuris contraria.

308 *Violentus cui papa ex certa scientia de nouo concedit mentione habita intrusionis & violentiæ post triennium non poterit molestari.*

309 *Spoliatus an & quando tuetur decreto de pacific.poss.*

310 *Fratres minores incapaces beneficiorum.fallit in episcopatu & archiepiscopatu quos ad nominationem regis habere possunt.*

311 *Regularis est inhabilis ad beneficia secularia: & contrà.*

312 *Mulier inhabilis est ad beneficia ecclesiastica.*

313 *Impetrans beneficium viuentis non iuuatur hoc decreto.*

314 *Homicida an sit ipso iure priuatur beneficio & an resignare possit.num.315.316.*

316 *Cautelæ pro homicida.*

Differentia inter priuatum beneficio, & priuandum.

317 *Dispensare cum homicida qui possint.*

318 *Beneficiis quis non priuatur ipso iure: sed venit priuandus per sententiam.fallit numero.319.*

319 *Casus in quibus quis est ipso iure priuatus.*

320 *Triennium debet esse completum, vt quis non possit molestari.*

321 *Tempus prædecessoris an possit coniungi cum tempore successoris.*

322 *Resurgens miraculosè beneficium non recuperat, nec vxorem.*

333 *Intellectus l. Pomponius.§. cum quis de acquiren.possess.*

324 *Intellectus cap.cum de beneficio.de præbend. libr.vj.*

325 *Possessio præsumitur continuata probatis eius extremis.*

326 *Possessio interrupta an continuetur.327.*

328 *Resignans metus an hoc decreto iuuetur.*

329 *Beneficium non perpetuum non comprehenditur in hoc decreto.*

330 *Monachus an possit post triennium molestari super manuali beneficio.cum num.seq.*

Monachus seruo æquiparatur.

331 *Monachus destitutus quando possit officium superioris implorare.cum n.seq.*

332 *Prior manualis per mortem abbatis non censetur reuocatus.*

333 *Consuetudo non valet, vt manuale sit irreuocabile.*

335 *Monachi à papa confirmati non possunt remoueri.*

336 *Collatio intelligitur facta cum sua qualitate.*

336 *Vnio de manuali beneficio non valet sine expressione.*

340 *Collationem beneficiorum possidens non iuuatur hoc decreto,*

341 *Collationem pro infecta papa habere potest.*

342 *Resignans post resignationem non iuuatur hoc decreto.*

343 *Oratorium triennio possidens potest molestari.*

344 *Beneficium ecclesiasticum quot modis cognoscatur.cum num.seq.*

347 *Beneficium ecclesiasticum purè conferri debet: & non sub conditione.*

348 *Beneficium ecclesiasticum in perpetuum confertur regulariter.*

349 *Laicus quādo ecclesiam pleno iure dare possit.*

350 *Possidens beneficium in curia vacans per collationem ordinarij, an possit post triennium molestari.*

351 *Possidens beneficium iure regali debitum poterit intra triginta annos molestari.*

Reseruata principi in signum superioritatis non præscribuntur.

352 *Regalium ius cedi non potest.*

353 *Beneficium suum permutans potest redire altero sibi euicto.*

354 *Praxis contra eum qui in permutatione dedit beneficium non suum.*

355 *Resignans non iuuatur hoc beneficio, nec resignatarius secundus.cum num.seq.*

356 *Beneficium non vacans non confertur.*

357 *Resignatio secunda non valet non facta mentione primæ.*

358 *Resignatarius an possit se multiplici resignatione iuuare.cum num.seq.*

360 *Possidens pendente compromisso quod durauit triennio, non poterit iuuari etiam posteà hoc decreto.*

361 *Partes an triennium prorogare possint.*

362 *Titulus de pacificis possessoribus quomodo intelligatur.*

363 *Titulo alterius post triennium an iuuari quis possit.& nu.seq.*

364 *Triennium an prorogari possit etiam à papa, nume.365.*

366 *Collationem à rege habens alio non potest iuuari titulo.*

367 *Collationes plures quando facta sunt eodem die ab vno, quæ valeant.*

368 *Duo eiusdem datæ si conueniant, an impedidt sequentem prouisum.369.*

369 *Collatio secunda facta in fraudem non valet*

370 *Collatio secunda facta habili valet.*

371 *Intellectus cap.si à sede.de præbendis, libr.vj. 372.373.374.cum seq.*

372 *Collatione facta ab episcopo & eius vicario, vltra præfertur.*

373 *Possessionem sufficit semel habuisse.*

374 *Cap.si à sede.de præbend.libr.vj.procedit in officiis.*

375 *Possessor in duobus testamentis eodem die confectis præfertur.*

376 *Possessio iniusta non prodest.*

377 *Acceptatio præfert acceptantem.*

378 *Clausula motus proprij facit præferri impetrātem.*

379 *Collatio reseruationi præfertur.*

380 *Collatio si fuerit facta ab archiepiscopo & episcopo eodem die vltra valeat.*

381 *Debitum priuilegiatum præfertur.*

382 *Remedium ordinarium facit cessare extraordinarium.*
381 *Horæ appositio quid operetur.384.386.*
384 *Apparere quando dicatur.*
386 *Testes præsumuntur falsarij si de hora deponant.*
387 *Surreptitia impetratio nõ iuuat poss. sorem.*
388 *Procuratoria duo ad resignandum quando sunt, vtrum valeat.*
389 *Cautela gratificationis pro impetrantibus.*
390 *Collatio nulla non iuuat possessorem.*
391 *Collationem haben. per resignationem, præfertur habenti per mortem.*
392 *Triennium non currit durante hostilitate. 393.*
394 *Præscriptio non currit peste durante.*
395 *Præscriptio non currit infirmo, & an excommunicato.396.& an furioso.397.*
398 *Restitutio post triennium an minori concedatur.*
399 *Captus à turcis post triennium agit.*
400 *Impeditus quando non excusetur.*
401 *Impeditus protestari debet: fallit num.402. & 403.*
403 *Triennium quando prorogari possit.*
404 *Resignatio non potest admitti ab alio, quàm ab episcopo.*
405 *Permutatio ab inferiore episcopo approbari non potest.*
406 *Præueniri an dicatur papa per requisitionem.407.cum sequen.*
407 *Præuenire quando quis dicatur.cum seq.*
409 *Dolus non debet alicui prodesse.*
410 *Conditio habetur pro impleta, quando non stat per eum, qui illam implere debet.*
412 *Intellectus capit. vlt. de concessio. prebendæ. libro vj.*

REGVLA in hac materia est, quod quicunq; possederit beneficium ecclesiasti cum triennio, non poterit molestari in possessorio nec in petitorio, hoc statutũ fuit etiam in pragm. eo. titu. & in reg. cancel la.33. & nuper in his concordat. isto titul. Et hæc triennalis præscriptio fuit elicita ex con cilio Alphricano, de quo in capitu.1. vbi scripsi de præscript. & quia de pacificis loquimur.

1 Notandum est, quòd secundum theologos pacifici dicuntur tribus modis. Primò hi qui mandatis Dei obtemperant. ad Roma.5.ca. Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum, quæ datur hominibus bonæ voluntatis. Luc.2.c.

Pacifici tribus modis apud theologos dicũtur.

Secundò dicitur etiam pacificus is qui refrænat illicitos motus. Ioan.5.c. Scias quod pacem habeat tabernaculum, id est corpus. & August. super Matth.5. capit. ibi, Beati pacifici, ait Pacifici sunt in seipsis, qui animi motus & carnales concupiscentias habent edomitas, & rationi subiectas.

Tertio, qui quærunt pacem cum proximo. ad Roma. 12. ca. si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes & Chrysost. super Matthæ.5.c. Pacifici sunt, qui nec odiunt, nec litigant, sed litigantes & discordes ad pacem reducunt. vlti perbelle facis, dignissimè præses, & hi filij Dei vocantur, quia vnigeniti fuit hoc opus, videlicet congregare dispersa, & pacificare inter se prælãtia. Dauid. Psal.119. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. ita expressè tenet Florentin. in 4. parte summæ, titu.7.c.6. Vnde pulchrè dicit Augustin. in ca. quisquis. in primo 23.q.4. Quisquis vel quod potest arguendo corrigit, vel quod corrigere non potest, saluo pacis vinculo excludit, vel quod saluo pacis vinculo excludere non potest, æquitate improbat firmitate supportat, hic est pacificus, vnde Christus dicitur rex pacificus, quia vt pacem doceret, in hunc mundum venit, & pia miseratione disposuit sibi subditos fore pudicos, pacificos, & molestos in proæm. decret. rex pacificus & text. in ca. decet. in princip. de immuni. eccl. in 6. plus dicit per os prophete, Psalm.36. Custodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. Istæ igitur nobilis & doctissimè præses, tuæ sunt reliquiæ, quas passim, ne dicam Parisiẽses homines, verum & totus Galliæ populus te fouere prædicãt. Quare pacificus, pacifico, pacificatum tractatũ tibi dicare non erubui. Hic tamen loquimur de pacifico possessore beneficij, qui per triennium sine lite possedit beneficium, vt dico infrà, versic. tertio fallit quando possedisset. & versicu. quarto quando.

2 Licet videre differentiam inter quietum & pacificum, per Florent. vbi suprà. & Bal. in consi.288. omnis qui rem. in 4. volumi. & not. in clem. multorũ, de pœnis. & ca. sanctorum. de præscript. vbi Panor. dicit illũ quietè possidere, quando non stimulatur in iudicio, pacificè vero quando non patitur controuersiam iuris, nec facti, nec in iudicio nec extra. glo. & docto. in cle. gratiæ. de rescript. scripsi infrà num.164. & seq.

3 Primo, amplia procedere etiam in muliere, quia verbum quicunque in textu positum, tam masculum quàm fœminam comprehendit text. de iure melior & magis expressus in l. ait diuus. ibi, quicunque, accipere debemus tam masculum quàm fœminam ff. de iure fisci. l. quicunque. & ibi Albert. & alij. C. de serui. fugi & Iohel. 2. cap. Quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. & Actum 2. cap. idem Matthe. 12. ca. dicitur. Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse, meus frater, & soror, & mater est. vide gloss. in element. 1 in verbo quicunque. de decimis & in clement. 1 de sepultu. text. in l. 1. ff. de verb. significatione. & ibi plenè dixi hoc anno interpretando illam legem extraordinariè. gloss. in ca. generali.

Fœmina post trienniũ in beneficio no debet molestari.

rali.de electio.libr.6.gloss.in ca.1.§.& cum humanæ.in verb. abbatis. eod. tit. in prag. Ias.plenè in omni fere materia. in l. si quis id q.ff.de iurisdict.om. iudi. & Dec. in regula fœminæ.ff.de regul.iur.& dispositum in monachis, & abbatibus, extenditur ad moniales & abbatissas. text. in c. fin.& ibi Panor.de statu monacho. Ias. refert consil. 1.in 2.vol.colú.2. quod est 140. in numero impresso.

4 Ratio textus est,quia postquam possunt habere prælaturas, & beneficia.c. indemnitatibus.de elect.lib.6.c.dilecta.de maior.& obedi.Ergo si eas possederint cum colorato titulo per triennium, non poterunt super eis molestari quia qui vult antecedens, vult & consequens necessarium ad illud.l. illud.ff.de acq.hæred.l.1.& ibi Ias.col.2. de transactio.

5 Præterea,masculinum concepit fœmininum in fauorabilibus.l.qui duos.ff.de leg. 3.sed hoc est valde fauorabile, vt patet, & maximè mulieribus, ne in iudicio molestentur.c.mulieres.de iudic.lib.6. & eadem ratio subest in vtroque,imò fortiorvt dixi. in muliere, ergo & decisio §. porrò. ibi, si qua fuerit antiquioribus causis,similis,seu maior,quæ fuit pri. causa benefi. amittenin feud.

Et hoc puto verũ in beneficiis, quæ mulieres possunt habere.c. indemnitatibus, de electio.in 6.secus in aliis: vtpote in ecclesiis parochialibus, quamobrem putarem, quòd si fœmina parochialem ecclesiam possedisset per centum annos, adhuc clypeo huius decreti iuuari non posset: quod est notandum,vt dico inferius,in 4.limitat. in fine.

Capitulum & conuentus, an sonentur hoc edicto.

6 Secundò,intellige procedere etiam si collegium,vel conuentus,seu capitulum beneficium possederit triennio,quia verbũ quicunque cõprehendit etiam collegium, vel capitulum.l. metum. in magna. §. animaduertendum.ff.quod met. causa. Albert. expressè.in d.l.quicunq; C.de ser.fug.col.4.

7 Item quia collegium, & capitulum vicem personæ sustinet.l.mortuo.ff.de fideius.tamen quia non potest habere in titulum beneficium,& hic tractatus tantùm loquitur de possedente collorato titulo,ideo non habebit locum hic text.quãdo possidetur beneficium iure proprietatis,de quo notum c. ad quæstiones.de rerum permu. & ca.cura. de iure patr.vbi scripsi dando nonum intellectum ad illum tex.

In foro cõscientiæ post triennium, an quis in beneficio molestari possit.

8 Tertiò,extendẽ vt etiam in foro conscientiæ non teneatur restituere post triennium: is qui sic possedit,alioqui sequeretur quòd forma huius decreti deduceret ad inferos, & conscientia legum magis esset damnata,quam maleficiorum:ita in propriis terminis dicit Bal.in c.in omni negotio.de test.ib.c.si col.2.de præscrip.& in cons.285.si quis iuris.col.2.in 3.vol. Maletet. in tract. de elect.fo.87.col.4.Et faciunt ea quæ dixi in ca.postulastis.in gl.nu.45.cũ multis seq. de cleri.excom. minist.

9 Secundò,sic suadetur per ea quæ ibidem dixi in gl.1.vbi cõclusi post præscriptionẽ quem non teneri restituere rem etiã in conscientia, contra Alciat. in l. quicunque pedum.C.finium regund. cui respon. ibidem insequendo gl.in c. vigilanti.de præscri.& bonam iurisconsultorum partem.

10 Sed hic per papam est statutum tempus, intra quod quis posit præscribere: ergo postea non tenebitur restituere in foro conscientiæ:alioqui papa non sic statueret, & tutus authoritate canonis inducentis præscriptionẽ,non debet dubitare de conscientia:vt pulchrè loquitur Innoc.in c.cura.de iure patr.Bal.in §.si quis per triginta : si de feudo fuerit contentio inter dom. & agna. vasal.col.1.

Lex ciuilis est etiam in conscientia seruanda.

11 Tertiò,nõ aliter videtur dicendũ in foro iustitiæ,quàm conscientiæ,quia vbi lex ciuilis statuit,tale statutum etiam in foro canonico causarum,& etiã in foro pœnitẽtiali seruandum est,nisi insit peccatum,& dolus.ca.quoniam.de præscri.sed hoc lex statuit cõdita tàm à papa,qui habet plenam in beneficiis potesta.c.2.de præb.in 6.&c.1. vt lite penden.quàm à rege.

12 Ergo etiam in foro conscíẽtiæ statutum erit seruandum,vt in simili notant glos. & doct.in c.quæ in ecclesiarum.de consti. vbi est cõmunis conclusio,quòd lex ciuilis iusta obligat etiã in cõscientia: & hoc etiam tenent theologi,fortius hoc decretũ à papa conditum:& hoc docet Imol. in proœ. decreta.rex pacificus in fi.prin.Ias. cons. 180: commune.col.vlt.in 2. vol. & in §. sed iste. nu.126.instit.de actio.Fel.in c.1.nu.38.vers. 4.fallit.de sponsal.Leona.de vtino in serm. 44.de legibus.vers.2. declaratur.facit textus in c.quo iur.8.dist.&c.imperatores. 9. dist. & c.de capitulis.sequen.dist.abundè scripsi in proœmio institut.regia.gl.2. in 1. tomo.

13 Quintò,probatur ex c.si à sede, de præb. lib.6.vbi si conferatur beneficium duobus à diuersis eodem die, ille qui possidet, est præferendus,licet non habeat fortè meliorem titulum:sic & hic qui triennio possedit, licet non haberet nisi coloratum titulum.

Papa cõfirmando inualidum titulum, uidetur de nouo concedere.

14 Quia papa confirmãdo hunc coloratum titulum,videtur beneficium eidem de nouo dare post triennium,gl.in reg.cãcel.15. in prærogat.3.

Et quando papa ex certa scientia confirmat inualidum,videtur validum,facere. gl. not.in c.placuit.16.q.6.Sed Roma. pótifex. in hoc casu confirmat titulum inualidum ex certa scientia,cùm exprimat coloratum habentem titulum non posse molestari, ergo facit validum.

Tollerãtia papæ, an det ius in beneficiis.

15 Nam tolerantia expressa approbationis papæ dat ius in beneficio.c. literas. de supplend.negli.præla.Ioan. And.in c. Michaël, de filiis

A

de filiis presbyt. Panor. in ea. nisi col. 3. a. de præb. facit gl. in c. aqua. de consecr. eccle. vel alta. Imo etiam tollerantia tacita approbationis papæ dat ius in beneficio. Et sufficit quòd sua voluntate cōstet. gl. in c. si aliquā do. de sent. excommu. cle. si summus. illo tit. Et ibi Io. And. gl. in verbo tollerantes. §. volens. de collat. in prag. Panor. in ea. quod circa de consangui. Maleret. in tract. de elec. fo. 14. ver. consuetudo quippe. Ioā. de Selua in tract. de benefi. in 3. parte. q. 9. Dec. in c. t. not. 1. de excep. sed hic papa approbat, ergo dat ius beneficio.

16 Quintò, facit ea. cura. & ibi gl. & Panor. de iure patron. ibi, nisi legitima fuerit præscriptione munitus, &c. g. os. in c. possessiones. 16. q. 4. gl. in reg. cancell. 33.

Sextò, facit ea. literas. de supplen. neglig. prælа. & ibi Bald. no. quòd patientia papæ dat titulum extunc canonicè possidendi. gl. & doct. in c. contingit. de dolo.

Titulum inualidum papa validum facit.

17 Septimò probatur, papa potest antiquare titulum beneficij, & annullare. c. de multa, cum simi. de præb. sic & coloratum titulum bonum, & validum reddere. c. proposuisti. de concessio. præb. etiam in conscientia, quia datæ sunt ei claues à Deo opt. maximo. Matth. 16. ca. Quodcunque ligaueris, &c.

Possessionē habens præsentat.

18 Octauò, facit. ea. cū ecclesia. & ibi Panor. de cau. poss. & c. cōsultationibus. de iure pat. vbi si ille qui erat in possessione eligendi, vel præsentandi, eligerit vel præsentauerit, licet ius ad eum non pertineret, tamen valebit præsentatio, nec effectus destituetur: sic nec ibi colloratum habens titulum post triennium etiam in conscientia debet deserere beneficium, nec destitui.

18 Nonò, cui cōceditur vnum, videtur concedi aliud quod sequitur ex illo. l. seruitutes. §. si domo. ff. de seruitu. vrba. præd. & l. item. §. 1. de seruit. rust. gl. in l. quamuis. C. de fideicommissa. Sed hic conceditur vt non debeat molestari post trienniū, ergo etiam videtur concedere titulum verum: & sic q in conscientia possit retinere illud beneficiū, alioqui hoc decretum duceret ad inferos, vt dixi suprà.

Papa mandans non molestari eū adiudicat beneficium.

20 Decimò, si papa mandet aliquem nō molestari super fructibus, & possessione alicuius beneficij, videtur sibi adiudicare beneficium, & ita Rota iudicauit, teste gl. d. regula, 33. sed hic mandat non molestari: ergo beneficium post triennium videtur adiudicare habenti coloratum titulum, & sic illa sententia etiam in conscientia est tenēda. nor. gl. & doct. in c. 1. de concessio. præbend. & in cap. plerique. de immunita. ecclesia. tex. in cap. ex parte. 1. in fin. ibi, non permittatis eum inde molestari. de testib.

Inuestitura pro collatione habetur.

21 Vndecimò, si ordinarius non præcedente collatione inuestiat aliquem de beneficio, tunc talis inuestitura idē est quod collatio. Panormit. in ca. authoritate. col. 2. de institutio. arg. ca. 1. de consuetud. rect. feud. & idem tenet Panormit. in ea. 2. col. penul. de consue. de Selua in tracta. de benefic. 3. parte. qō. 10. Fortius est hic in papa, qui vult aliquem nō molestari post triennium, & sic de nouo videtur conferre, vel saltem titulum inualidum facere validum: & sic is qui possedit triennio, in conscientia poterit illud retinere. facit gl. c. placuit. in 2. in 16. quæstione tertia. text. in capit. finali. 17. quæst. 2.

Declaratur paragraphus monemus de pacif. possess.

22 Non obstat versi. vltimus de pacifi. possessio. vbi sic dicitur, monemus ordinarios, vt diligenter inquirant, ne quis sine titulo beneficium possideat: & si quem sine titulo beneficium possidere repererint, declarent illi ius non competere, cuiuslibet temporis detentione non obstante. Quia respondeo loqui de eo, qui nullum habet titulum. Et præscriptio sine titulo regulariter non currit. cap. si diligenti. de præscri. Bald. in l. nec ex vera. C. de acqui. poss. §. primo instit. de vsucap. hic habet titulu, licet inualidum, scilicet coloratum.

Ordinarius post triennium nō inquirat cōtra possessorem benefi. cum colorato titulo.

23 Et sic per illum text. ibi, sine titulo, patet quòd ordinarius nō potest inquirere contra triennalem possessorem cum colorato titulo, ad effectum, vt possit declarare ius illi non competere, aliàs posset ab eo à notorio abusu ad senatum appellari: vt vidi in praxi, quamuis cōtrarium sinet D. Gomes. in hac regula de triennali possessore. quæstione 58. contra text. loquens in §. ordinarij. eod. tit. in concorda. Idem respond. ad rub. de eo qui mittitur in possess. videlicet quamuis beneficium non possit haberi sine titulo, secus in possessione. glo. sing. in ca contingit. de dolo, & ibi dicit Panor. quòd si clericus bona fide titulo colorato possiderit beneficium alterius per decennium inter præsentes, & viginti inter absentes, præscribit illud in præiudicium rectoris, licet ipse ius prælaturæ sibi non acquisierit. Sequitur Ioā. Francis. in tract. de præscrip. in 1. parte. 5. partis princip. quæstione 10. Minus refragatur regula prima, de reg. iur. libro 6. nam hic non tenet sine canonica institutione largè, vt declaratur in mea interpreta. ad cap. postulastis. de cleric. excom. ministran.

Possessio nō inducit collationē.

24 Nec obstat, quòd traditi possessionis non inducat collationem: quia nec petitio operarum facit indictionem earum antequam indictæ sint. l. si quis hac lege. §. indicium. ff. de oper. libert. Tamen dicit Compostella. in cap. transmissam. de elect. quem refert Oldrad. consi. 143. thema tale est. d. b. quòd inuestitura facta ab eo, ad quem pertinet collatio, induceret collationem, quia illi duo actus, videlicet inuestitura, & collatio iuris sunt, & ideo faciliorē functionē recipiunt, & facilius vnum vice alterius fungitur, quia eiusdem sunt generis. l. secunda. §. 1. ff. de cett. pet. l. sed cum patrono. de bono. poss.

no.posses. Igitur possessio eum sit facti.l.1. §.si vir.de acquirenda possess.in re non tribuit ins,nee est eiusdem generis cum eollatione,ideo per eam ius non acquiritur, secus si fuerit titulus etiam coloratus cum triennali possessione,vt hie:& sic in côteiêtia post triennium etiam eum coloraro titulo possessor est tutus,côtra gloss. in prag. sanct.quam sequitur Malcret. in tracta. de electio.fo.89.quibus per prædicta luculenter respon.

Iuuatur possessor triennalis tam in possessorio,quàm in petitorio contra Gomes.

25 Ex bis infertur, qnòd tam in possessorio quàm in petitorio iuuat hoc decretū, cum expresse text.in concord. hoc dicat. & in pragm. sanctio. quamuis D. Gomesius teneat solum in petitorio iuuare. q. 53. & 59. super regula de triennali possesso.& licet regula cancella.non exprimat, tamen quia in pragma.exprimitur,& ipse dicit quòd debemus à fonte, id est à pragmatica eapere intrepretationem, ergo & ipse capere debebat à pragmatica,alioqui si super possessorio ageretur post triennium semper quis posset in hoc regno molestari, cū fere semper super possessorio agatur,& istud decretum nihil ferè prodesset Gallis, quāuis pro illis editum sit,nēpe quando agitur de possessorio,quis molestatur, ergo etiam post triennium super possessorio molestari non debet:imò si molestetur solent impetrari literæ regiæ in forma de pacificis possessoribus,quibus inbibetur molestari, de quibus dixi in praxi benefic.

Post triennium non debet molestari etiam per denuntiationē euangelicā contra gl.prag.

26 Tertiò procedit, vt non possit molestari etiam per viam denunciationis, euangelicæ,contra glos.in d.verb.molestari. eodem titulo, in prag. quia denunciatio euangelica fit quando imminet peccatum.c. nouit. de iud.sed hie non imminet peecatum, vt proximè probani, ergo denunciatio euangelica non procedit.Et ita tenet Panor.in c. si.de præscrip.lieet ibi Imol.contra.sed ista opinio est vera,& communis, teste Io.Francis.in tract.de præscri. in 2. parte. 3. partis. quæst.10.col.37.Bald.consilio 133. casus. in 5.vol.

Denūtiatio euangelica quibus ex conscientia fiat.

27 Secundò,denunciatio non procedit nisi contra detinentes aliena contra conscientiam.Panormitanus in ca.primo de proba. sed post triennium possessor non detinet alienum beneficium,sed suum factum hnius decreti autboritate : ergo non procedit denunciatio euangelica.

28 Tertiò denunciatio qniescit, quando denunciatus dicit se non habere conscientiam læsam,& allegat eausam probabilem:secundum Baldum in authent.ad hæc.C.de vsur. Purpnra.in l.si me & titium.ff. si eert.petatur. sed ille qui possedit,potest allegare causam probabilem,videlieet coloratum titulum,& possessionem triennalem huins decreti authoritate roboratam.Ergo non poterit denunciari.

29 Quartò, denunciatio enangelica requirit quòd agens probet non tantùm suam læsionem,sed etiam conuentum habere cōscientiam læsam.Corne.cons.137.placet litera.l.in 2.volu.quod post triennium non potest probari.

30 Quintò, in actione reali est communis opinio ex vtroque iure quod denunciatio euangelica non procedit post sententiam iniquam in reali latam, quia à primo eradicatur dominium,& attribuitur præscribenti eiùs effectus.argu.nota.in l. ar qui natura.§.cum me absente.ff. de nego. gest. Secus in personali,quæ ossibus inhæret:ideo non potest tolli.gloss. in l. 4. ff.pro socio. Bald.in authen.adhæc.col.4.versi. item dubitatur.de debito.C.de vsur.multò fortins in eo qui triennium possedit beneficium cum colorato titulo.

Conclusiones duæ declarātur

31 Sextò,text.prohibet post triennium molestari, sed per denunciationem euangelicam molestaretur,vt patet cuilibet intuenti,ergo denunciari non poterit facit text.in ea.ordinarij.§. cæterum. de offic.ord. in 6. vbi verbum nō molestetur, generaliter intelligitur tam in iudicio, quàm extra, tam via actionis,quàm denuntiationis euangelicæ:& sic affixi duas conclusiones sequentes,videlicer,Pacificus possessor etiam eum colorato titulo post triennium in conscientia est tutus.Ex quo infertur non posse molestari,etiā per denunciationē euangelicam. Quamuis actenus contraria sententia inualuerit, tamen quia ista est vera, ideo tenenda.

Mala fides non iuuat possessorē in cōscientia. contra Gomes.

32 Limitarem non procedere, quando mala fide possedisset beneficiū per triennium, tunc existimarem illum in conseientia non tutum,& sic posse denunciari.Et ita intelligi potest gl.prag.sanctio. secus si bona fide:& intelligitur suptadicta.& gl. & doct. in c.ex sequentibus.de instit.Collect.in ca. eura.col.1.de iure patro. licet D.Gomes. in q.42.contrarinm teneat, ea maximè ratione,quia iste text. de nouo inductus debet aliquid vltra ius commune operari, & tamen nihil operaretur. Secundò, quia non agitur ita de graui præiudicio in hoc titulo sicut in præscriptione, siue vsucapione bonorum temporalium,quia exceptio tantū bic acquiritur. Tertiò,quia regula duos tantùm easns excipit:ergo vult alios etiam eum mala fide esse tutos. Sed non obstant fnndamenta D.Gomes.Primum, nam hæc regula vltra ius commune operatur,videlicet qnòd aequirens beneficium de iure, etiam per decem annos, non acquirit titulum.ea.contingit.de dolo.& regula prima. de reg.iur.in 6.ca.eura.de inre patro. & inferius dico:sed ista regula tuerur possessorem cum colorato titulo,eriam contra habentem verum, ergo benè operatur vltra ius commune:nam de iure semper poterat quis molestari, quod est prohibitum per istam regulam,& per hoc edictū. Secūdum,

non refragatur, quia imò agitur de maiori præiudicio in beneficialibus, quam in temporalibus: & ideo in eis prohibetur missio in possessionem. ca. vno. de eo qui mittitur in possess. lib. 6. Nec me mouet tertiũ, quòd regula duos tantùm excipiat casus: nam similes non videtur excludere, vt ipsemet Gomes. probat: & inferius fusius explicabitur: & ideo concluderem, quòd si quis sciuerit suum titulum inualidum, & tamen possideat, sciens alium verum habere titulum, ꝙ in conscientia vix esset tutus. Per gl. & doc. in c. 1. de concess. præb. & in c. vigilanti. de præscri. iuncto c. fi. ibidem Fateor tamen ꝙ hic possessor triennalis non tenetur bonam fidem probare.

Bona fides præsumitur si allegatur.

33 Quoniam bona fides præsumitur ex illo colorato titulo, cùm regulariter præsumatur bona fides ex titulo vero, vel putatiuo, etiam ex errore iniusto. l. igitur. §. pen. ff. de liber. causa. l. pen. C. de euictio. gl. sing. in §. si quis à non domino. de rer. diuisi. in lib. insti. Alex. cons. 134. in causa. col. 4. in 2. vol. & sic non expedit probare bonam fidem, quia præsumptio iuris ratione tituli transfert onus probandi in aduersarium. l. ab ea parte. ff. de probat. plenè doct. in l. celsus. de vsuca. & c. si diligenti. de præsc. vbi concludunt bonam fidem saltem debere allegari. arg. l. si adulteriũ cum incestu. §. idem polloni. ff. ad leg. Iuliam. de adulter. aliàs non præsumitur. Ias. in l. non hoc. col. vlt. C. vnde cogna.

Agere triennalis possessor colorati, an possit.

34 Quæro, an triennalis possessor habens tantum coloratum titulum agere possit, etiam contra habentem verum titulum, tam ad fructuum repetitionẽ beneficij, quàm ad ipsum beneficium, si ab alio detineretur? Ee breui respondeo quòd sic, tum quod aliàs remedium pene esset inutile: tum etiam quia est introductum ad iuris augmẽtum: & ad augmentum inducta, non debent diminutionẽ operari. l. legata. ff. de lega. 1.

Item hic text. post triennium prohibet istum triẽnalem possessorem molestari, sed non prohibet quòd ipse agat, & alios molestet, ergo non prohibitur: quia non vult auferre actionem, sed vult vltra quòd non molestetur.

Item quilibet potest agere, nisi à iure prohibeatur, Azo in summa de in ius voc. col. 1. Sed hic triennalis non reperitur prohibitus. Ergo permissus, iuxta l. cùm prætor. ff. de iudi. & per totum titulum. ff. & C. de in ius vocand.

Molestare quãdo quis dicatur

35 Præterea si possessor triennalis non posset agere, semper saltem extra iudicium molestaretur, nam vnus nunc occuparet vnam beneficij rem, alter alteram. Et alius postea subtili medio occuparet beneficium, si tunc non posset agere, quid ei prodesset triennalis possessio, & præscriptio? Certè parum, & istud est notorium. Et molestare quis dicitur alium tam in iudicio, quàm extra. l. vna. C. de nundi. ca. dilectus. 1. de symo. ca. suam. de pœnis. Inno & alij in c. in præsentia. de prob. Barba. plenè in c. in nostra. nu. 29. de rescr. vide Cassid. in deci. 6. palatium. rub. de rescri. Adhæc postquam Papa non vult, vt quis post triennium molestetur, cõfirmat titulum coloratum, & reddit illum validum, vt supra probaui, & alium titulũ reddit inualidum propter suam negligentiam, aliàs lex Papæ damnaret aliquem, vt prædixi quod non est dicendum.

Præscribẽs post rem acquisitam agit.

36 Item regulariter is qui potest excipere, potest agere per tex. in l. statuas. ff. de acqui. rer. do. & in l. si contendat. vbi glos. & Bar. ff. de fideiusso. Angel. in rub. de exceptio. in instit. col. 24. vers. 4. in 14. q. princi. Feli. & Dec. in c. si autem. de rescri. Et sic possessor triennalis, qui habet exceptionem, si possideat, poterit saltem vt agat officium iudicis implorare. Insuper, is qui præscripsit agere potest, tex. est expressus in c. placuit. 2. §. præscriptionum 16. q. 3. sic dicens, siverò aliquo casu à possessione ceciderit, etiam aduersus verum dominũ vtiliter rem vendicare poterit. & inquit D. Gomes. qõ. 58. quòd triennalis possessor eadem securitate gaudere debet qua præscribens per quadraginta annos gaudere solet: & sic agere poterit sicut præscribens: vt abundè scripsi in noua interp. ad rub. de præscri.

Declaratur quãdo oriatur actio ex lege ꝯtra Gomes.

37 Nec refragatur doctrina Barto. in l. vna. col. 2. ff. de condi. ex lege, vbi quando lex vetat in alicuius cõmodum, tunc non competit nisi exceptio: igitur ex isto tilulo de pacif. pos. & ex iis verbis nequeat molestari, nõ orietur nisi exceptio, & huius est sententiæ Do. Gomes. in q. 60. super regula de trienna. possesso. Sed ego respondeo quòd quamuis per illa verba nequeat molestari, non induceretur actio, tamen ex iudicis æquitate ius agendi orietur, & ex alijs iuribus. l. Aurelius. §. centum. ff. de libera. lega. & hoc firmat Bart. in d. l. vnica. nu. 5. Igitur cum possessor triennalis extra iudicium molestatur, quia res beneficij, vel ipsum beneficium retinetur, poterit agere, non ex illis verbis nequeat molestari, sed quia verus est beneficij procurator in rem suam. iuxta c. 2. de donatio. Et ius habet in illo beneficio, & ex alijs iuribus, quæ volunt quòd beneficiatus agere possit. c. edocere. cum similibus. de rescrip. Et sic poterit agere aduersus omnes iurium beneficij detentores, etiam aduersus illum, qui verum ante triennium habebat titulum, tam in possessorio, quàm in petitorio, quamuis contrariũ concludat D. Gomes. d. q. 60. cui per prædicta respon. Et ista sunt notanda, quia in negotus quidem perfectis, & exceptionem, & actionem competere, vt hic, in imperfectis solam exceptionem scribit iurisc. in l. metum. authẽ. præsentem. §. sed quod prætor. ff. quod met. causa.

38 Imò quando vna dispositio fit alicuius contemplatione, licet expressè verba ad illum non dirigantur, tamen ei competit actio. l. seruo legato. §. si testator. ff. de leg. 1. l. fideicom. §. interdum. de leg. 3. refert. Bar. in l. 2. in fin. ff. ad tertul. sed hoc remedium de pacifi. posse. est inuentum contemplatione possidentium beneficia pacificè, vt est omnibus obuium, igitur illis competet actio. Albert. Bru. in tract. de statu exclud. fœmi. artic. 13. q. 1.

39 Quartò, extende siue habeat titulum verum, siue coloratum: habens enim verum titulum non est molestandus etiam ante trieniū, quia iustè possidet. l. iustè. ff. de acqui. posse. Fortius ergo post triennium per hoc decretum.

Imò post triennium habens coloratum titulum præfertur habenti verum, per supra adducta in proxima ampliatione, & seque. Cassad. in decis. 3. rub. de causa possess.

Decretum de [illegible] quo [illegible] fit.

40 Item hoc est introductum ob bonum publicum, ne lites super beneficiis sint immortales. c. finem de dolo. ca. dispendia. de rescri. in. 6. & ne sint in incerto ea possidentes. arg. l. 1. ff. de vsucap. ac propter libertatem subditorum, ne de iure suo semper dubitent. glos. sing. in authen. de tem. non solpecu. §. 1. in verb. diligentia. collat. 7. quam approbat Bal. in §. si quis per triginta. col. 2. si de feud. fuerit content. inter domin. & agnat. vassa.

41 Item ne beneficiati propter lites prosequendas cogantur deserere ecclesias, sicut quandoque patriam. in authēt. vt differen. iudices. col. 9. Et ne interim gregem dominicum lupus rapax inuadat. c. ne pro defectu. de elec. per hoc dixi quòd hoc decretū omnibus obest, etiam si vnus non possederit nisi vnum annum, vtpote titius vnum annum tacuit, & postea renunciauit Gaio, qui altero anno etiam tacuit, demum hic Gaius resignauit Ioanni, qui tacuit etiā per annū, postea vult me inquietare, qui hoc toto triennio possedi, dico non posse, alioqui duraret hoc decretum per centum annos, quia ego cùm in fine triennij essem, alteri resignarem, & ille similiter: ideo is qui triēnio possedit pacificè, iuuari potest hoc decreto, sic & iste, nam secundus est subrogatus in locum primi, ergo eodem iure vti debet. l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & quod in vna persona statuitur, & in pluribus locum habet. l. 1. ff. quod falso tuto. auto. post. si contra vnum possedissem totum triennium pacificè, hoc decreto iuuarer, sic & aduersus duos & plures: & sic fuit iudicatum in magno regis consilio, quod est notandum.

Decretum hoc omnibus obest.

42 Quæro quando titulus dicatur coloratus? glo. in verb. coloratum. oe. tit. in prag. plenè declarat, nec indiget suppletione. Nota tamen quòd coloratus dicitur titulus, quando est habitus ab eo qui habet potestatem conferendi seu eligendi, siue de iure communi, siue speciali, & nisi obstitisset aliquod impedimentum, fuisset iustus: & dicitur coloratus, id est figuratus, quia tantùm habet figuram tituli. sic exponit tex. in l. fin. C. manda. nam quod in princ. dixerat coloratam donationem, postea vocat figuratam. Vel dicitur coloratus habens aliquem colorem. l. hoc colore. ff. de inoffi. testa. & l. iubemus. §. scientes. ibi, beneficij colorati. C. de sacrosanct. eccle. reg. cancell. 33. vel coloratus id est fucatus. Bonifa. in cle. 1. col. 2. not. 5. de sentent. excommunic. Incoloratus quando non habet aliquam causam seu titulum. l. minor. autem. §. 1. in verb. in colorato. ff. de minori. glo. in c. auaritiæ. in verb. colore. de electio. in 6. & ideo collatio facta à capitulo non est colorata, nisi possit probare ad se spectare collationem, & idem in collatione facta à vicario generali, cōcludit gl. in verbo coloratum. in prag. cod. tit. si non habeat conferendi potestatem. c. si de offic. vic. in 6.

Coloratus quā do dicatur titulus.

43 Item dicitur coloratus quando probatur institutio per episcopum facta, licet nō probetur præsentatio. Nicol. de Milis in verb. possessio. qō. 101. & Domi. cons. 117. in quæstione. col. 3. Et sufficit præsentato à laico, si agat possessorio ad colorādam suam possessionem docere de institutione omissa præsentatione, teste Auffre. in decis. Tholo. quæst. 431. Item, &c. aliquis fuit electus, &c. Vel coloratus dicitur quando habet titulum à collatore ordinario, licet inutilem, vtpote quia eius manus erant affectæ. Anto & Imol. in ca. proposuit. col. 2. de concessio. præb. Et breui dicendum est coloratum dici titulum, dum tamen quis ex apostolica, vel ordinaria collatione, aut electione. aut electionis huiusmodo cōfirmatione, seu præsentatione, & institutione illorum, ad quos beneficiorum huiusmodi collatio, & prouisio, electio, præsentatio, seu quæuis alia dispositio pertinet, obtineat, vt declaratur in reg. 33. cancella. licet ob aliquod vitium titulus non dicatur iustus. vt in d. gl. coloratum. & Gomes. in qō. 27. & seque. super hac regula cancell. plenè scribit.

Institutio sine præs. sufficit.

44 Vbi vide latius quòd post triennium nō tenebitur possessor probare coloratum titulum, nisi contra possessorem aliquid probetur, vt ad iudicis instantiam. per l. cogi. C. de peti. hære. & Felin. in ca. licet Heli. de symo. vel nisi ius possidenti resisteret, vtpote quia habet duo beneficia incompatibilia. ca. ordinarij. §. 1. de offic. ordi. lib. 6. gl. in verbo coloratum. eod. titu. in pragm. Et potest dici titulus coloratus quando non est nullus ipso iure, sed venit annullandus: & quando est nullus, dici potest incoloratus, Felin. in c. in nostra, corrola. 36. versi. 9. not. de rescri.

Probare quādo quis teneatur post triennium coloratū titulū.

45 Requiritur tamē, quòd habeat titulum,

& coloratū à principio, quia si in initio haberet incoloratum, & postea superueniret titulus coloratus, non prodesset anir illum titulum habitū, cùm praescriptio ista triennalis incipiat currere ab illo tempore, quo habuit titulum coloratum. l. certe. §. pen. ibi, incipiet ff. de praesc. Etiam quia antequam habuerit titulum saltem coloratum, est violentus, seu intrusus gl. in d. verb. coloratum. circa. fi. in prag. qui omni tempore possunt molestar., vt infra dicetur.

46 Quinto, extende, siue habuerit beneficium in titulum, siue in commendam ad vitam. gl. in prag. in verb titulum. vbi dicit titulum large accipi pro quolibet modo obtinendi beneficia à iure approbato. Sequitur D. Boër. in addit. ad Dy. in reg. 1. de reg. iur. lib. 6.

De commenda hic multa.

Arrestum.

47 Nam commēda censetur canonicus titulus. c. dudum. in 2. de elect. c. qui plures. 21. q. 1. Archid. in c. si propter. in ti de rescri. libro sexto. c. nemo. de elect. eod. libro. Feder. in tract. de permutatio. beneficio. quaest. 15 Nico. Milius in verb. beneficium. §. 25. Guido Papae in decis. Delphina. quaest. 152. quinta conclusio: & ita tenetur in Francia, & sic fuit prolatum arrestū Parisiis, vt refert Io. Gallus in quaest. per arresta. q. 18. cum seq. vbi dicit: Quando commenda fit ad vitam, dicitur verus titulus.

48 Quod sic probatur, commendatarius potest cōstituere procuratorem ante litem contestatam, sicut is qui habet titulum. Mathesil. notab. 391. nota quòd licet procurator.

49 Et potest permutare beneficium cōmendatum alio dato in titulum. c. fi. & ibi plenè Imol. de rerum permu.

Cōmendatario abbatis, vel priori succedunt cō sanguinei. Arrestum.

50 Item potest ex redditibus beneficij commendati viuere, sicut is qui habet in titulum. d. c. nemo. Imò licet de iure posset succedere abbas suo monacho, priori, vel aliud beneficium habenti, tamen priori commendatario non succedit, sed haeres ab intestato, quod est durum abbati Cluniacen. seruandum tamen. l. prospexit. ff. qui & à quibus. arresto senatus ita pronunciatum extitit, anno 1515. die 11 Maij, quod potest esse valde vtile hodie haeredibus protonotariorum habentium illos prioratus, si fructus (vt solent) non consumpserint, & hodie etiam magni episcopi vix habent haeredes, quia bona tam viuorum, quam mortuorū
5 consumunt.

Et commendatarius super illis redditibus transigere, ac eos vendere potest. Domi. consil. 17. pro declaratione in fine. autho. Capit. in decis. Neapolit. quaestione 3. in causa.

52 Et habet liberam potestatem in temporalibus, & spiritualibus. Panor. in c. cum nobis olim notab. vlti. de elec.

53 Item commendatarius abbatiae censetur verus abbas, ideo potest illi delegari causa à Roma. pontifice, sicut abbati titulario, & habet o [illegible] c. quoniam abbas. de offic. deleg. teste Barb. c[illegible] nsl. 2. sapienter. co[illegible] vlti. in 2. vol. Quod in Francia obseruatur, teste Chass. in consuet. Burg. in rub. *des s[illegible] sions des bastards.* §. 3. numero 58. in consi

Commendatarius abbatiae verus abbas.

Commendatarius intra annum promoueri tenetur.

54 ibidem posito. & sicut tenetur intra annum promoueri is qui habet curatum beneficium in titulum, ita is qui à Papa habet in commendam prioratum cur[illegible] quia magis astringitur hic, quàm ille. d. c. nemo. vide gloss. in ca. licet. in verbo causa. de elect. in prag. quod probatur etiam in cle. ne in agro. §. caeterum. de statu monachor. vbi loquitur de his qui prioratus habuerint, vel commissi, vel collati eis fuerint, sed per commendam committuntur, ergo comprehenduntur ibi & in d. ca. licet canon. dicitur cui commissa fuerit ecclesia parochialis, quod per commendam dicitur. ca. nemo. de elect. in 6. abunde scripsi in praxi benefic. in rescri. de non promouendo. nec refragatur, quòd Papa dispensauit, vt secularis haberet prioratum regularem, ergo vt promoueri non teneatur, quia responsdispensationem esse stricti iuris, ca. 1. de filiis presbyterorum. in 6. & ca. sequen. & sic non extendam, licet soleat extendi ad accessoria necessaria, vt docet glos. singul. in ca. quia intantum, de praeben. quam sequitur Feli. in ca. postulasti. col. 12. de rescr. Itaque dum Papa concedit minori beneficium curatum non solum dispensat, vt non teneatur promoueri, quando erit aetatis legitimae, imò si non promoueatur, priuabitur, per d. ca. licet canon. & ca. cum ex eo. & ca. commissa. de elect. in 6. Bonif. in d. §. caeterū. colum. vlti. sic in seculari dispensato, vt habeat prioratum regularem, dicemus, vt non censeatur dispensatus de non promouendo, dum erit aetatis legitimae, ne duo specialia concurrant. l. 1. C. de dotis promissio.

Practica no. in commendis.

55 Et ideo in commendis à Roma. pontifice. factis solent haec verba inferi, tarem N. prioratum cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis tibi authoritate apostolica commendamus, per te qu[illegible]ndiu vixeris, & dictum prioratum N. obtinebis, tenendum, & etiam gubernandum, ita quod durante commenda huiusmodi, de fructibus, redditibus, & prouentibus ipsius prioratus N. disponere, & ordinare valeas sicut vel [illegible] priores ipsius prioratus, qui fuerunt pro tempore ordinari, & disponere potueru[illegible]t, & etiam debuerunt, &c. En er[illegible]o quomodo Papa aequiparat eos habentibus ti[illegible], ergo eouem iure vti debent. c. 1. d[illegible] de praeb. licet glos. in regul. cancel. 33. contra teneat.

56 Imò hodie in Francia vacant b[illegible]nefi[illegible]ia per mortem commendatarij, & [illegible] transfer[illegible], ac si in t[illegible] habe[illegible] de iure quidem teneant contra. vt F[illegible]dr. [illegible]

peruu. q.

perm.quæst.15. Et per commendam habet qui ius in beneficio commendato. glos. in ca. licet.in verbo causa. de elect. in pragm ideo postquam non habens principio plenum ius in beneficio, vtpote habens coloratum titulum, non debet molestari post triennium, fortius is qui habet ius prætextu commendæ, vt dixi.

Commendatarius an po[...] fieri ab [...] episcopo [...] an ad vitam.

57 Et an commenda temporalis possit ab inferiore episcopo fieri? quod sic docet Panor. in c. si constituerit. de accusa. & ea durante potest ordinarius conferre vt plene scribit Roma.consi.350. in casu. & ego consului. in consi. incipien. ex facto. & Roma.consi.35[...] in casu. an possit commenda reuocari.

58 Nec obstat quòd beneficia non debent commendari nisi vsque ad sex menses. d.c. nemo. quia ille text. debet intelligi de beneficiis perpetuis, vt infra dicam, ca. sanctorum.70.dist. ca. præcepta.55. dist. glo. in ca. pastoralis.[...] q 1 Respon. verum esse ab ordinario in ecclesiis parochialibus, alia verò beneficia etiam ordinarij poterũt commendare ad vitam. cap. qui plures. 21. q. 1. Domi. & Philip. in d.c. nemo. & in his posset habere locum iste text. & in commendatis a papa: secus in dictis parochialibus beneficiis datis ad tempus, per supradicta, & infra dicetur.

[...] an [...] [...] inducat.

59 Nec obest quòd commenda non inducit incompatibilitatem. c. dudum. 2. de electio. ideo is qui habet beneficium curatum in commendam, potest habere aliud in titulum sine alia dispensatione. Si tamen papa commendauerit beneficium regulare vni & postea dispensauerit, vt duo incompatibilia obtinere possit, & vnum regulare nisi dicat eum obtento non censebitur dispensatus, quia papæ voluntas est dispensandi ad vnum, non ad duo, aliàs dixi[...], & dispensatio strictè intelligi debet. vt scripsi in glo. dispensationum. in forma mandati, & habens beneficium in commendam non potest cogi vt profiteatur, sicut his qui habet in titulum, vt firmat D. Gomes. in regula de infirmis relig. quæstio 13. hoc declarat Rufæus in tract. cõmẽda. quæstio.8. nisi hoc in bulla expressum f[...]t.

[...]datarius [...] [...]mo[...]

60 Nec refragatur quòd commendatarius ad nutum potest remoueri. c. obitum. & c. cathaniensis, 61 dist. c. constitutum. 7. q. 1. quia [...] õ est nisi quoddam depositum, quod ad deponentis voluntatem potest liberè reuocari, [...] â si fuerit dictũ quod durat vsque ad o[...]tu l. 1. §. si sic deposuero. ff. de deposi. bona fide s. de pos. domi. consi. 8. qui dam cardinalis. col. 3. Quod intelligo verum quando ad ecclesiæ vtilitatem facta est [...]mend[...], secus si ad personæ vtilitatem, vt communiter fit maximè in Francia, vt dixi, tunc non poterit reuocare durante vti[...], & sic vita commendatarij, & hoc quan[...] a papa nisi tamen ex causa, & ita seruatur, prout consuluit Roman. consil. 350. in casu sicut procurator in rem suam nõ potest reuocari. l. procuratore. ff. de procurat. glo. in l. sicut. §. si procurator. quib. mod. pig. vel hypo. sol.

Cõmẽdatarius non potest fructus beneficij dissipare contra Alciat.

61 Sic nec commendatarius, qui dicitur procurator in rem suam Bald. in l. 1. colum. 4. C. de action. & oblig. Non secundum do: Alcia. in l. pactum curatoris. C. de pact. poterit commendatarius dissipare fructus beneficij. quod dixi esse â iure bene alienum, in repe. ca. postulastis. 4. no. de cleric. excomunic. mini. prout dicit Arebid. in c. statutum. & accessorem. de rescri. in 6. sequitur Bar. cõs.19. vbi Christus. col. 1. in 3. vol. vbi dicunt hæreticum esse in iure dicere, beneficiatum facere fructus suos, ergo non potest eos dissipare, cùm etiam habens titulum hoc non possit, fortius nec commendatarius. Alia dixi ibi, quæ licet videre, non repeto.

62 Præterea dũ concedo rem alicui ad certum vsum, gratiâ & vtilitatem vtentis, quo ad vsus durat, & vtilitas, nõ potest cõcessio reuocari. l. in commodato. §. sicut. ff. commoda. Sic & quando cõmenda datur ad vtilitatem commendatarij, vt in Francia. tunc quandiu viuet is commendatarius, & durabit eius vtilitas, non poterit reuocari. Et sic post triennium poterit se per hoc decretum tueri, & ita vidi seruari in forensi iudicio.

Conclusio. Pacificus possessor beneficij sine titulo nõ potest molestari post triennium.

63 Et sic tenui cõclusionem, quòd pacificus beneficij possessor cum titulo vero vel colorato, potest post triennium iure molestari. Imò etiam sine titulo post triennium non debet. Prima cõclusio debet intelligi ex noua causa posse molestari, vt infra patet in limitationibus: sed non potest molestari etiã si possederit sine titulo, dummodo habuerit in commẽdam, quia commendatarius non dicitur titularius, vt notat Panor. in c. querelam, notab. 2. de elect. Soci. consi. 32. ex his col. 6. vol. 1.

Vel si quispiam ad fidem conuertat populum hæreticum, & postea sine titulo possideat per triennium, ille locus ab eo non potest repetition. capitul. 1. vbi plenè scripsi. de præscri. intellige etiã siue possederit per triennium virtute vnius tituli, siue duorum dummodo primus fuerit coloratus, secus si esset nullus. & secundus post annum habitus coloratus, tunc hoc triennium ab illo tempore colorati tituli habiti computabitur non ante, vt dicit Gomesius in 46. q. huius regulæ.

64 Sextò, etiam procedit quando quis possedisset beneficium per triennium cum simplici signatura, quia ex sola signatura perficitur gratia. ca. institutionis. 25. q. 2. Pano. & Feli. in c. super literis de rescri. & Pano. in capit. nosti. de election. glos. in regul. cancel. 25. & 29. nam de iure non requiritur scriptura ad essentiam gratiæ. Bald. in l. final.

In fi.de cōmuni seruo manu.C Fel.&alij in rub.de constit.per gl.singu.in clem.dudum in fi.gl.in verbo de sepul.ideo collatio inferioris à papa potest probari per testes.Bald. in c.2.in fine de restitu. spoliat. quia postquā habet verum titulum,ergo non potest molestari,vide de Ripa,in lib. 2. responso. c.11.de iure, &c.

Possessio ex signatura ca pi possit. Intrusus quis dicatur.

65 Nec refragatur quòd adipiscens possessionem cum simplici signatura, dicatur intrusus,vt not. Feli.in c.in nostra de rescri. & in c.veniens de accusa.per extrauag. iniunctæ de elect.in communibus,qui intrusus non iuuatur hoc decreto, vt infra dicam,quia respon.eum qui adipiscitur possessionem cum signatura , non esse intrusum.i à intrusus is dicitur , qui non intrat per ostium,sed aliunde, text. solennis in c. relatū.de iure patro.sed is qui habet signaturam,intrat per ostium , cum habeat à papa prouisionem,ergo nō dicetur intrusus. Nam si detur à papa titulus,ergo vult papa,vt in vim illius possessio acquiratur. argumē.l.2.ff.de iurisdi. om. iud. & pro hoc est tex.in tit.de annatis.in cōcor. vbi etiam scripsi alia.& sic non erit priuatus ita adipiscens possessionem,cum alicubi non caueatur.nam regula cancel.29. loquitur in commissionibus causarum circa processus. regula 53.in dispensationibus. & sic tenet do. Auriol.in reg.1.de reg.iur. in 6.in addi ti.ad Guil.de monte Laud.& ista opinio videtur æqua,licet altera de stricto iure procedere posset,& hæc seruatur in forensi iudicio,in hac Francia consuetudinaria,& ex tia,iniunctè potest loqui in maioribus dignitatibus,secus in alijs.

Et quòd possessio canonicè ex simplici signatura capi possit, seruat Rota, vt firmat Gomes.in q.5.in regul.de nō iud.iuxta formam supplicat,nisi in consistorialibus, & quòd signatura præstet saltem coloratum titulum,scribit Cassado.in decisio.vlti.rub. de restitu.spoliato.

66 Septimò,habet locum in quolibet titulo,siue ergo habuerit collationē beneficij possessi per triennium,siue electionem,non requirentem confirmationem,quia vbi requiritur confirmatio,non sufficit sola electio.vt tenet gl.in prag.sedquādo beneficiū dicitur conferri eligendo, vt in præbendis ecclesiarum cathedraliū seruatur.si verò requiratur cōfirmatio,tunc dicitur beneficiū electiuum.glos.sing.in c. quia cōtingit. in verb.electionem.de religio.domi.gl.in reg. cancel.33.& in titul.de elect.in verb. electinis.§.quibus.in prag.lo.de Selua in tract. de benefic.in 3.parte.q.1.

Titulus quot modis accipiatur.

67 Quia hic titulus largè accipitur pro quolibet modo obtinendi beneficia à iure approbato, licet in iure multis assumatur modis.gloss.in l.non est.C. famil. ercisc. Et in auth.de ecclesiast.titu.in rub.colla.9. ca. vt singulæ.de offic.archipresbyte. Lucas de penna in l.absit.C.de priuil. domus Augu. lib.11.Ioan.de Pla. in rub. C. de cano. larg. tit.lib.10.& in additio.ad Paul.in l.1.ff.si certum peta.gl.in verbo intitulatam.c.dudum in 2.de elect.lo.Franc.in tract. de pia scrip. in 3.parte col.21.

Præsentato post institutionem hoc succurritur decreto.

68 Et ideo procedit etiam in præsentato & instituto,vt etiam post triennium non possit molestari, & in institutio sit ecclesiastici beneficij,vel ecclesiæ collatio. Host. in sum ma de institu.in § 1.Et dicitur canonicus titulus,sicut collatio.docto.in rub.illius titu li,& Panor.in c.authoritate. illo tit. glo. in verbo beneficium. eodem titul. de pacific. possess.in prag.

69 Idem in permutatione per superiorem approbata, alioqui permutantes perdunt beneficia propria authoritate permutata.c. quæsitum.cum seq.& c.cum olim. de rerū permut.c.vno illo tit.lib.6. Aegid. de Bella mera in suo tract.de permutatio.beneficio. post Feder.

De trāslato an hoc decreto iuuetur.

70 Idem puto in translato authoritate papæ vt etiam post trienniū molestari nō debeat, quia translatio sic facta dicitur canonicus titulus.c.si quis iam trāslatus.21.q.2.glo.in §.quibus.in verb.clausis.de electio.in prag. c.1.de trāsla.episc.cum dicatur quædam permutatio authoritate superioris facta. Io. And.in d.c.quæsitū.Pano.cōsil.101.factum. in 2.vol. Federi.consi.5.quidam,& est repetitū consi.19.quidam.Oldrad.consi. 267. ꝑ domino,& consil.284.in quodam. Ancha. consi.258.ex narratis.Roma,consi.345.circa. vbi licet multas quæstiones videre de ista translatione.

Declaratur ca. cum in illis de prebend. in 6.

71 Nec me mouet c.eum in illis. §. 1. cū seq. de præb.lib.6.vbi appellatione vnius tituli,nō venit alius. Respō. verū esse quando specialiter titulus electiōis,vel collationis, siue institutionis est expressus,secus si titulus tantū,vt hic titulū coloratū , quia comprehendit quemlibet titulū.Et sic intelligo hunc textum.ista est nota. limitatio ad dictum capitul.cū in illis.& declaratio, quam nota.

Sine titulo non iuuatur quis hoc decreto.

72 Nec mihi placet decisio D.Gomes.super hac reg. cancella. q. 26. vbi dicit possessorem tredecim annorum iuuari hoc remedio sine titulo , tum quòd per decem annos præsumatur titulus.l. si filiusfamilias. C.de petitio.hæredi.tum quod iste titulus præsumptus tantum debeat , operari , sicut verus,& postea triennium post ipsum præsumptum titulum,facit vt hac exceptione iuuari possit,& quod non teneatur ostendere aliquē titulū,hæc ille loquitur contra tex.suæ reg.ibi ex quouis titulo , & sic requirit titulum.ita hoc decretū,alias qui nō habet titulū,est intrusus,cui per hoc remedium nō succurritur, postquam requiritur titulus,oportet quod probetur , cum quis debeat suam intentionem probare, alias tanquā intrusus excluderetur.arg.l.actor.C.de probat

proba. & titulus præsumptus non est simpliciter titulus, sicut donatio conditionalis nō est simpliciter donatio. l. 1. ff. de dona. nec creditor conditionalis dicitur creditor simpliciter. l. creditores. vbi scripsi ff. de verb. sig. alibi dum operæpretium fuerit a-
73 lia scribā. Et sic practica est in francia, vt si quis molestetur post triennium, is impetret literas regias de pacificis possess. vocatas, per quas præcipitur parti, vt non habeat illum pacificum possessorem amplius molestare, si de narratis apparuerit. vt in ca. 2. de rescript. & debet impetrans probare, & ostendere suum titulum, sub quo ipse possedit, nec potest cogere aduersarium suum ad ostendendum titulū, antequā ipse suū exhibuerit, & ita censuit senatus in iurisdicis conuentibus molini celebratis 1534.

Praxis de titulo de pacifico possesso.

Arrestum.

74 Octauò, etiam procedit, si beneficium spectaret ad collationē laici ex priuilegio. quod potest. c. dilectus. in 3. de præbend. ca. Adrianus. 63. distinct. Oldrad. consil. 1. glo. in ca. imperium. 10. distinct. licet de iure laicus non valeat conferre. capit. si quis deinceps. 16. quæst. 7. & glos. ibi in summa & ca. per laicos, & laicis ibidem.

De collatione per laicū facta.

75 Nec etiam valet consuetudo, vt laicus conferat, seu eligat. c. massana. & c. sacrosancta. de elect. Panor. in c. cum apostolica. de his quæ fiunt à prælat.

Poterit iste hoc decreto iouari, dummodo probet collationem ad istum laicum pertinere, & sibi ab eo collationem factam, & se per triennium possedisse.

76 Notandum est tamen, quòd per talem collationem ex priuilegio factam per laicum ius spirituale nō acquiritur ei, cui collatum est, donec per episcopū aut alium clericum fuerit institutus. cap. in synodo. 63. dictin. Ioan. Montaigne in tract. de bigamis in q. 5.

Collatio laici de quo prosit.

77 Sed ad hoc prodest laicorum collatio, & inuestitura, vt inuestitus possit recipere feuda, & alia bona temporalia. Corse. in tractatu de potesta. regia quæstione 11. ideo dicit Hostien. in summa de institutio. quòd etiam in omni beneficio in quo inferior ab episcopo confert ius, semper debet interuenire approbatio episcopi & institutio, vel eius vicarij. ca. fin. de cleri. pere. c. 3. de institu. Nisi inferior hoc ius præscripserit, quod potest, nisi fuerit laicus. per text. in ca. auditis. de præscrip. & Panorm. in ca. cum non liceat. in fine. & capit. causam ibidem.

Quod facit contra multos, qui post collationem ab inferiore factam non plus loquuntur episcopo, quàm vni porco, secundum eum quem refert Imol. rub. de instit. & de hac institutione authorisabili, vide per Calder. consil. 2. an archypresbyter. in fi. de præscript.

8 Nonò, extende tam in beneficio principali quàm vnito, quia possidendo principale per triennium non poterit etiam molestari super vnito. argumen. ca. super eo. de præbend. libro sexto. quia vnitorum & connexorum eadem est ratio. ca. translato. de cōstitut. Et duo vnita censentur vnum, ideo non debent diuerso iure censeri. l. cum qui ædes. ff. de vsucapion. Baldus in l. excusantur. §. fin. ff. de excusat. tutor. per illum textum. Et hoc intellige quando quis possedisset principale beneficium, secus si accessorium tantum. & hoc quando fuit facta vnio de vno alteri accessoriæ, secus si æquè principaliter. Ancha. consil. 114. pro impetrante. colum. 1. de vnione. vide plenè per Petrum de Perusio, tracta. de vnio. benefic. & in tracta. de reuoca. vnio. Si tamen. fuerit facta vnio inutiliter, id est non vocatis quorum interest, vt decet. docto. in c. sicut vnire. de excess. prælat. & is possederit triennio, nō iuuabitur hoc decreto, quia non possedit illam in titulum, sed in proprietate, & regula loquitur quando quis habet titulum, & cui conueniunt verba, nec dispositio. l. 4. §. toties. ff. de dāno infect. & ideo post decem vel 30. annos vidi impetrari beneficium vnitum per id temporis possessum per rectorem, & eo mortuo impetrabatur vacans per obitum.

De beneficio vnito.

Item si post vnionē rectè & ritè factam quis impetret beneficium, & in vim illius impetrationis per triennium quis possederit, non iuuatur etiam hoc decreto, quia beneficium non vacabat, & sic nullum habebat titulum impetrans, quamuis saltem coloratus requiratur hic, & in vnione perpetua, sic in cācellaria seruari dicit D. Gomes. in quæstione octaua, super hac regul. & q. 24. vide Boër q. 345. & sequen. an vnio. in decis. Burdegal.

79 Decimò, procedit etiam in prælatura, vt in text. prælaturam, & appellatione prælaturæ venit episcopatus, vt dicit gl. in verbo prælaturā. in eod. tit. per ca. ne pro defectu, & c. nihil. de elect. c. vbi periculum. §. & ne. eo. titu. lib. 6.

Appellatione prælatura quid veniat.

80 Etiam alij appellatione prælati veniunt tam superiore (Domi. in c. præsenti. §. cæterum. de offic. leg. lib. 6.) quàm inferiores. c. decernimus. & ibi Panor. & Decius. 2. notab. de iud. ca. 1. de æta. & qualita. ca. quia nos. & ibi Dec. 3. notab. de appellationib. gl. in verbo prælatum, & in verbo præla. capitul. primò, de electión. in pragma & Panormita. in capitulo nihil. in 2. notab. de election.

Et ideo minister fratrum minorum, siue gardianus prælatus nuncupatur. gloss. sing. in cle. 1. in verb. prælatum. de elect. vbi notaui eam sing. & Car. & Felin. in ca. cum olim. col. 1. de maior. & obed. Barb. cons. 41. de om. colum. 4. in 3. vol. Item priores conuentuales dicuntur prælati si sint perpetui. Bonifa. in cle. 1. colū. 1. de supplend. negligē. præla. in prin. glos. in c. nullus. de electio

ctio.in 6.Barb.consil.40.præclare, colum. 8.in 1.vol. Et quādo nominatur episcopus & alius prælatus tunc accepitur pro quocunque ordinario.text.in cle.vna de excessib.prælat.& ibi not.docto.per illum text.

81 Et dicuntur prælati, quasi præ alıis lati, & ditati.& lata appellatione Curatus potest dici prælatus.c.cum ab ecclesiarū. iuncta supraescriptione.de offi.ord. & c. de rectorib.in fi.c.tua.de cle.ægrotan. & ibi Panor.nota.glo.in c.1.in verb.prælatis. de ele. in prag.regésque & principes sic dicuntur prælati.ca.præcipuè.11.q.3.

Vnde dicuntur prælati.

82 Ideo archiepiscopi,episcopi, abbates, & abbatissæ,cū dicantur habere prælaturam, post triennium non debent molestari.& de his intelligitur hic text.secus de alis prælatis ad nutum, de quibus in limitationibus dicam.& hi prælati debent habere sex alas,id est notitiam sex legum, videlicet naturalis Mosaicæ, propheticæ, euangelicæ, apostolicæ,& canonicæ.tex.in c. scriptum.

Nosex alas prælatorum.

83 & ibi imol.de elect.& si volare melius volūt,addant aliam ex vrbanitate,videlicet legalis scientiæ,quæ etiā valde poterit conferre eisdem,sunt tamen qui nullas habent ideo in terra remanent quia terreni sunt. Item per hoc verbum, comprehenduntur illi qui iurisdictionem habent ordinariam, & non recognoscunt superiorem episcopum vel archiepiscopum,sed tantum possunt in illa ecclesia, quantum episcopi in suis. Et hi etiam prælati dicuntur, vt thesaurarius sacræ capellæ palatij Parisien.& Bitur. gloss.in verb.propriij.clement.1.de reb.eccl. non alienand.Felin.in ca. decernimus. col. vlt.de iud. Et iuuantur hoc decreto post triennium.

84 Vndecimò, procedit in dignitate, vt in text.dignitatem,& dicicitur dignitas præeminentia seu administratio rerum ecclesiasticarum cum iurisdictione,vt archidiaconatus.Panor.in ca.de multa.de præbend. Aliquando accipitur pro officio.gloss.in l.1.de digni.lib.12.C.quam Barb.in c.cum accessissent,nu.20.de consti.refert.

Quid sit dignitas personatus, & officium.

85 Personatus est præeminentia,siue quædā prærogatiua absque tamen iurisdictione. ca.1.de consuet.lib.6.& cognoscitur quando habet maiorem præeminentiam quàm alij canonici etiam ante recepti.in choro vel capitulo,ac possessionibus, non tamen habent tantam prærogatiuam, quantum illi qui habent dignitatem.c.dudum in 2.de elect.

86 Officium est rerum ecclesiasticarum administratio sine præeminentia & honore,vt sacrista. ca. 1. de offic. sacrist.ioan. de Selua in tracta.ad benefic.in 1.parte quæst. 2.licet in ecclesia Magalonensi olim ex cōsuetudine habebatur, pro dignitate & in his valde operatur consuetudo, quia illa est censenda dignitas, quæ ex consuetudine pro tali habetur. Panor. in c. de multa. de præb. dixi.in §. præfatique ordinarij.de collatio.in concord.

87 Administratio verò sumitur hic largè, vt comprehendat prioratus,& alia beneficia.text.& ibi Card.q.6.in cle.1.de rescri.c. 2.de ætate & qualitat.vide gl.in regula cancella.33.& hi iuuantur hoc decreto.

88 Ideo si conferatur dignitas alis quàm canonicis ecclesiarum, & illi obtinuerint per triennium, iuuantur etiam hoc decreto,vt non possint molestari,licet de consuetudine dignitates non debeantur nisi canonicis.vt no.glos.in tit.de colla.in fi.in verb. requireret. & dico in tract. no. quæst.15. versic.22.

89 Intellige istum text.tam de seculari dignitate, quàm regulari,cum hoc tex. indefinitè loquatur, & sic æquipollet vniuersali.l.si pluribus.ff.de leg.2.gl.in c.vt circa.de elec. lib.6.quod declara verum, quando dignitas erat ecclesiastica,secus si secularis & prophana.c.Saluator.1.q.3.& sic hoc decreto non iuuaretur Balliuus præpositus, vel senescalus,seu alius habens officium temporale,sed quiuis alius habens dignitatem ecclesiasticam & spiritualem,vel personatum seu administrationem,vel aliud beneficium quocunque nomine vocetur.dicit tex. in c. fi.de consuet.in 6.

Habens dignitatem prophanam nō hoc decreto iuuatur.

Audiui tamen ab egregio& summè commendato viro D. Thomasio in magno consilio dignissimo consuli olim aduocato regio,quem iuuari posse hoc decreto in officiis regiis possessis per quinquennium, & hoc dicebat esse edicto regis cautum:quod transcripsi in ordi.reg.quas in ordinem redegi,vt quilibet illud ibi perlegere possit.

90 Item prædicta intellige in dignitate & officio ac beneficio perpetuis,secus si ad nutum,vt in religiosis.text.iuncta gl.in c.1.de consuet.lib.6.& infra in limitationibus dicetur fusius.limita.6.

Ad tempus habens dignitatē vel beneficium potest post triennium molestari.

Et sic sequester non iuuabitur hoc decreto,cle.vna.de sequest.poss.& fruct.

Nec coadiutor.c.grandi.de supplen.negligen.prælat.lib.6.

Idem dico in rectore finito suo officio,vel idem in abbate S.Sulpitij bituricen. qui ad annum vel tres annos eligitur, vt post triennium non possit iuuari hoc decreto. & idem in œconomo.ca.cum vos de offic. ordi.

91 Præterea vicarius episcopi, licet habere dignitatem dicatur.gl.in cle.& si principalis.de rescrip.Et possit esse perpetuus,& de eo possit iudicari,vt de perpetuo arg.l.sufficit.ff.de cdōi.indebi.tamen si destituatur, hoc decreto non iuuabitur,quia illa dignitas est potius episcopi,cuius vices gerit.c.1. de offi.vica.lib.6.Bolog.in addit. ad Ioannem.de Ana.consi.14.

92 Fallit quando à Papa esset confirmatus, glos.& doct.in c. cum accessissent. de consti.cle.& si principalis.de rescri.& ibi notatur

tur,quod reprobaui in praxi beneficiali in materia vicar.

93 An appellatione beneficij veniat dignitas,vide per Barb.in ca.sedes, num. 200.& seq.de rescrip.& glo.in c.1.de reg.iur..in 6. & in cle.auditor,illo titu.

De hospitali.

94 Duodecimò,procedit etiam in hospitali,quando concederetur in titulum, quod potest fieri duobus modis. Primò ratione fundationis.Secundò,quando ad eius regimen quis assumitur à clericis per viam electionis.cle.quia contingit.§.vt autem.de religio.domib.gloss.nota.in cle. vna in verb. beneficium.de rerum permu. Panor. & alij in c.postulasti.de rescrip.Fel.in ca. de quarta.de præscriptio. Docto. in clemen. per literas.de præb.gloss.in verbo beneficium.eo. tit.in pragma.vbi dicit iuuari possessorem hospitalis hoc decreto post trieniū, si hospitale cōcedatur in beneficium.

Quando hospitale in beneficium concedatur.

95 Et tunc dicitur concedi in beneficium quando est ibi campanile cum campana, quæ publicè pulsatur ad congregandos homines pro diuino officio. Panor. in cap. petentibus,de priuileg.vel si ibidem sit altare fixum, & consecratum, & ibi passim celebrentur missæ. Felin.in d.ca. de quarta. col.4.Et tunc veniet appellatione beneficij.glos.in c.2.de decimis. Alioquin dicitur locus pius & religiosus, & non beneficium,& tunc possessor nō iuuaretur in hoc decreto,quia non venit ille locus pius appelatione beneficij.clem.2.de præbend. Gomes.q.7.huius reg.gloss.in clem. dispendiosam.in verbo beneficiis.de iud.Et quæ sint signa inducentia hospitale religiosum. notat Calder.consil.4. quæ sint rub. de religios.domib.An dicatur locus pius, tradit Ias.consil.214.in causa hospitalis. colum.1. in 2.volumin. vide Ioan. de Selua in tract.de benefic.in prima parte,quæst.7. partis tertiæ.

De beneficio sito in villa murata.

96 Decimotertiò,extende etiam ad beneficium situm in villa murata, quod licet debeatur graduatis, seu saltem qui triennio studuerint in theologia, vel in altero iurium.§.statuimus. 2. de collat. in concord. Tamen si collatum sit alteri quàm graduato,& his possederit pacificè per triennium, nō poterit postea molestari. probatur hoc verbo generali, quicunque, &c.Tamen videtur contra,quia collatio facta non graduato est ipso iure nulla prosequente graduato,& sic non est colorata. vt patet in titul.de firma & irreuoc.concord.stabil.versicul.necnon.vbi sunt ista verba.Necnon irritum & inane quicquid, secus super his, vel eorum aliquo à quoquam contigerit attentari.Ecce ergo quòd collatio est nulla,& sic postquam initio vitiosa est non potest tractu temporis conualescere. Regula,quod initio.ff.de reg.iur.& regula, non firmatur,illo titu.in 6.& etiam quia in fauorem parochianorum est inductum, ideo dicerem esse nullam, si graduatus velit & prosequatur,alias non, per §. final.ibi, illa prosequentibus.de colla.in concord. & ibi dixi.facit l.2.C.de iure emphy.ideo quando nominatus vel graduatus non prosequitur intra triennium,non poterit molestari is qui possedit pacificè per illud tempus imò interim potuit præscribere instar hæredis, qui potest præscribere legatum,antequam legatarius acceptauerit, quia ignorat an legatarius velit acceptare. Feli. in rub. de præscipt. Soci. consi. 63. in causa, col.3.in 1.volum.dixi plenè in repet. vnicæ. not.1.nu.54.C.de senten.quæ pro eo quod interest.sic ignoratur an nominatus vel graduatus velit acceptare beneficiū,ideo si detur alteri,non est mirum,quia inuito. ff. de reg.iur.& licet istud sit introductum etiam in fauorem parochianorum vt instruantur à graduatis,& illi fauori per triennium tacendo renūciauerunt,imputetur eis cur nō reclamauerunt intra triennium, vt poterāt, quia eorum intererat,vt in simili dicit glo. in verbo personis.c.si quis presbyterorum. de reb.eccle.non alien.& in l. iubemus. in verbo œconomis. C. de sacrosan. eccle. ideo potest illis post triennium agentibus dici,sera prece subuenire vobis desideratis. l.2.C.de iur.& facti ignoran.

97 Et sic patet quòd possessor triennalis est tutus,si coloratum habeat titulum, etiam si in bulla sua aliqua qualitas fuerit omissa, vt quia beneficium sit in villa murata, vel quod ecclesia sit parochialis,vel debita canonico,aut nobilibus, vel aliàs:nam postquam defendit ad id quod est principale, scilicet ad beneficium : ergo ad qualitatem illius quæ est accessoria.Regul.accessorium de reg.iur.lib.6.& in omnibus hoc decretum defendit,nisi in exceptis,ergo in hac qualitate.

Pacificus possessor nō debet molestari etiam si qualitas fuerit omissa.

98 Decimoquartò, extende siue possederit per se siue per alium,nam qui possidet per colonum,vel per alium,ipse videtur possidere argument.l.1.& deiec.ff.ff de vi & vi arma.licet textus vtatur verbo possederit, quod est verbum verum,& non fictum. hīc si habita collatione beneficij locauerit fructus ad triennium,& postea discessit ad Hispanias,& post triennium reuertatur, dici potest pacificus si eius vicarius non fuerit turbatus,aliàs contra.vt tenet Nic.de Milis in verbo possessio pacifica.q.131.

De beneficio per alium possesso.

99 Vbi dicit quòd illa est pacifica possessio,quæ nō turbatur de facto, licet turbetur de iure.& ideo si colonus turbetur, nō dicitur dominus pacificè possidere,alioqui fieret fraus huic decreto, & quilibet discederet à loco beneficij per triennium, vt non id tēporis molestaretur,& postea esset tutus,& sic via fraudibus pateret. contra l. in fundo.ff.de rei vend.& infra latius dicetur,quā do quis dicatur pacificè possidere,

Possessio quando dicatur pacifica.

& dis

& dicit l. quòd meo. ff. de acquiren. poss. is possidet cuius nomine possideretur, &c. facit l. 1. in fi. si mensor falsum modum dixerit.

Pacificè quis possidet, licet nõ recipiat fructus

100 Item dicitur is pacificè possidere beneficium, licet episcopus vel alius recipiat fructus primi anni. iuxta ca. si propter. de rescript. in 6. tũ quia pacificè & sine lite possidet, quod requirit hoc decretum, tum etiam quia non patitur molestiam de facto, simul quòd acceptando illud beneficium recepit titulum & administrationem. Perus. in ca. si tibi concesso. de præbend. in 6. ideò si postea possederit post duos annos cũ hoc anno, dicitur pacificus possessor, qui non poterit amplius molestari, quod est notandũ quia sæpius vsu venit in Normania propter deportus.

De beneficio sequestrato.

101 Decimoquintò, etiam si beneficiũ esset sequestratum, quia sequestratio necessaria non priuat quem possessione sua. Henric. Boic. in cap. examinata. de iudic. l. interesse. & ibi notat. ff. de acquirend. possession. etiam licet sequestratio priuaret, tamen ille nõ perdit commodum possessionis. Bar. in l. si oleum. ff. de dolo. tenet Auriol. in ca. fi. 1. addi. vt lite pend. in 6. Dicerem tamen, cum in hoc regno fiat sequestratio per legem regiam, tunc quia quilibet dicit se possessorem, & non apparet quis possederit, quòd non posset iuuari vnus magis quàm alter alioqui cum vterque dicat se possidere, vterque post triennium esset tutus. quod non videtur iuri consonum, & ita tradunt doc. Aret. maximè in l. interesse puto. ff. de acquiren. posses. nisi dicas quòd is iuuabitur, cui est adiudicata possessio, videlicet recredentia. nam poterit contra tertium iuuari post triennium à die possessionis captæ computandum, quia ab illo tempore pacificè possedit contra tertium, qui possessorem nõ molestauit, sed contra litigantem non. vide quæ dixi in l. sequestre. de verbo. signifi. ff.

De capellania.

102 Decimosextò, procedit in cappellania, siue in altari, quia æquiparantur aliis beneficiis, vt dicitur in ca. apostolica. 8. q. 1. & capellæ possunt annecti præbendæ. Panor. in c. exposuisti. per illum tex. de præb. Fel. in c. cum venerabilis. col. 11. de exceptio. & in c. ex parte. col. 1. de rescrip. quia est eadẽ ratio in beneficio & capella, ergo idem ius erit arg. l. illud. ff. ad leg. Aquil. not. in cap. 1. & per totum, de capel. monacho. Io. de ana. consil. 24. primo videtur.

Aedificans in ecclesia capellas nõ tenetur eas dotare.

103 Vbi concludit ædificantem capellas, seu altaria in ecclesia, non teneri ad dotandum eas, quia non est eadem ratio in hoc casu sicut in ecclesia, tum quia capellaniarum, collatio ad illum prælatum pertinet, sed institutio ad illũ, in cuius diœcesi sunt constructæ, licet contrarium teneat Panor. in consil. 89. in 2. vol. Nicol. Milius in verbo beneficium. q. 49. & Fel. in dict. c. cũ venerabilis. ita in propriis terminis concludit Dec. cõsi. 121. in causa. col. 2. vide Paul. de citad. in tracta. de iure patro. in 3. parte. q. 32. in prima causa. vbi dicit capellas olim non dici ecclesias, sed erant tuguria caprarum, & pellibus illarum tecta. glo. in c. concedimus. de consecra. dist. 2. quia nobiles in itinere ecclesias de pellibus caprarum tectas habebant. Archi. in c. plures. 16. q. 1.

104 Et dicitur capella, quia capit laos, id est laicos, vel populos, vel capiẽs laudem. Arch. in c. concedimus. Vel capella dicta est à cappa beati Martini, quam olim reges Franciæ ad bellum deferebant, quæ custodiebatur in tentoriis, & is locus capella dicebatur, & clerici custodesque illius loci capellani vocati, fuere, teste Præposi. in c. presbyter, colum. 2. dist. 23. quæ iure non probãtur. Et in his capellaniis cõmittitur simonia, sicut in aliis beneficiis. c. non satis. de simo. & veniunt appellatione ecclesiarum, vt concludit Aufre. in decis. suis. q. 57.

De præstimoniis, & quare instituta fuere.

105 Decimoseptimò, etiam procedit in præstimoniis. Domi. consi. 89. vacãte. col. vlt. & hoc intelligit, quando dantur in titulũ perpetuum, & habent annexum aliquod obsequiũ spirituale, tunc dicuntur beneficium ecclesiasticũ, & sic procedit iste text. secus si præstimonium consisteret in sola temporalitate, & tũc (secundum eum) de eo etiam non deberet fieri mentio in rescripto. vide Oldra. consi. 81. quod processus. col. 1. vbi dicit esse beneficia ecclesiastica, quæ non possunt conferri nisi clericis.

106 Et ideo dicitur præstimoniũ, quod præstat munium, & etiam quia perpetuo conceditur, sicut beneficium. Oldra. cõnsi. 140. in ecclesia. vbi plura alia tradit, intelligenda tamen sunt vt supra dixi.

Fuerunt enim instituta pro studentibus, & pro subsidio contra infideles, & nullum habent communiter seruitium annexum, nec aliquot onus, ideo multa teneri possunt etiam sine dispensations, teste Io. Staphil. in tract. de literis gratiæ & iustitiæ. in 5. expecta. forma. fol. 15. & Gomes. in tracta. expecta. in 1. forma. Sed ego vidi communius habere onus aliquod annexum, videlicet dicendi missas, vt nuper fuit litigatum & decisum, de capella nostræ dominæ in porta ciuitatis de compeigne fundatæ. quæ licet fuisset vnita de consensu possessoris, tamen vnica ea tantum causa fuit reuocata, quod non erat spirituali addicta, & vt dicitur spiritualisata, anno 1542. die

Communitates ecclesiarum nõ sunt beneficia. Arresta.

107 6. Iulij. & communitates ecclesiarum non sunt beneficia ecclesiastica. sic fuit dictum, anno 1526. die 19. Aprilis, & ideo non tenetur ad decimas. sicut alia beneficia. vt aliàs consului.

108 Decimooctauò, extende etiam ad pensionem à Roman. Pontifi. canonicè constitutam, & in titulum datam: quia beneficij appellatione cõtinetur. Pan. Barb. & Fel. in c. ad audientiã 2. de rescrip. Tamẽ quia

non est

non est dignitas officium ecclesiasticum, vel beneficium, non comprehenditur hoc text. vt infrà patebit nisi distinguas, vt per Paul. de Roma. in tracta. pensi.cap.7. etiam qui non soluit pensionem per triennium non iuuatur hoc decreto, sed cogitur eam soluere, quia causa fructuum non est beneficialis, nota. in ca. 2. vt lite pendent. in 6. & pẽsio respectu beneficij ita se habet, sicut vsus fructus ratione proprietatis. ca. fi. de pig. etiam tenetur soluere pensionem, qui non contentit constitutioni illius, sed successit in illo beneficio, super quo erat imposita pensio, & si non soluerit per triennium, tamen compelletur eam soluere, quia beneficium trãsit cum suo onere. l. alienatio. de contrahenda. emptio. hoc expressim tradit do. Gomes. in q. 10. super hac regula cancel. Verum enim verò quia multifariam, & à multis fui rogatus materiam pensionum breui perstringere, & secundum vsum curiarum Franciæ dictare, quorum votis annuens, sequens duxi hic inferenda.

Non soluens pensionem triẽnio nõ iuuatur hoc decreto.

109 Prima conclusio. Pensio verbum generale est. Primò accipitur pro fructibus. l. prædiorum. ff. de vsur. Secundò pro censu. cap. constitutis. de relig. domib. Tertiò, etiam capitur pro mercede rei locatæ. l. edem. C. locat. l. 1. ff. de migrand cum infinitis similibus. Quartò, sumitur pro solutione sortis & vsurarum glo in l. quæsitum. ff. de pigno. doct per illum text. in l. lecta. ff. si certum peta & generaliter comprehendit quamlibet annuam solutionem, etiam si soluatur ex re prophana. l. sed addes. §. 1. & §. si dominus, & §. si quis. cum multis ll. seq. ff. locat.

Quot modis accipiatur pensio

110 Et ita intelligitur ordinatio regia sita in rub *des seneschaux baillis.* articu. 23. vbi rex prohibet seneschallis, & suis bailliuis, ne pensiones recipiant à prælatis, nec ab aliquibus dominis secularibus, sub pœnis ibidem constitutis, siue soluatur ex re ecclesiastica, vt pote ex beneficio. c. ad audiẽtiam 2. de rescript. ca. quamuis. in 1. de præb. in 6. & probatur iuribus in sequentibus allegatis. & hoc no. Soc. consil. 50. subtiliter. col. 1. in 4. volu. hic intendo loqui de pensione tangente beneficia ecclesiastica.

Ordinatio regia declaratur de pẽsionariis.

111 Secunda conclusio. Pensio est certa portio ex aliqua mensa, vel beneficio, ex causa ad tempus, non in perpetuum separata. Et ista definitio concernit pensionem quatenus est commodum temporale tantum, non quatenus est titulus beneficialis, secundum Card & Imol. in clement. 1. de supplend negli. prælat.

Quid sit pẽsio.

112 Hæc diffinitio non placet, tum quia non comprehẽdit singula membra diffiniti, tum etiam quia aliis à diffinito conuenit, & sic non valet. vulgata l. 1. §. dolum. ff. de dolo. Primo est quædam pensio quæ perpetuo constituitur vicario perpetuo, vel alteri. Hiero gigas in d. tract. pensio. q. 1.

Reprobatur diffinitio & noua datur.

Item aliquãdo certa portio separatur ex beneficio, & tamen non est pensio, sed est beneficium, vt pote quando ex vno beneficio fiunt duo, ex vna præbenda duæ, quod ex causa, quatuor concurrentibus, fieri posse tradit Panormita & alii per illũ text. in cap. vacante de præb. Petr. Ancha. consil. 114. etiam potest portio separari pro reparationibus ecclesiarum. ca. concesso. & capi. seq. 12. q. 2. & tamen non erit pensio, prout hic capitur.

113 Ideo sic diffinirem. Pensio est certa portio ex fructibus, seu redditibus beneficij, vel in pecunia ad tempus, vel in perpetuum à papa, vel episcopo legitimè constituta.

Vicarij certam portionem habent.

114 Primo dico certa portio, quia aliquibus vicariis datur certa pensio, & determinata quantitas vini, & frumenti, & tunc qui habebit illam vicariam in titulum habebit illam pensionem, quæ non potest augeri sed imputandum est illi qui eam acceptauit, seu beneficium. cap. si tibi concesso. de præbend. Auriol. in additio. adde monte lauduno. in cap. super eo de præbend. in 6. nisi esset tam modica, ex qua non posset vicarius viuere, & iura episcopalia soluere, quia tunc augebitur. cap. præsenti de offic. ordi. in 6. nota. in cap. de monachis de præb. abundè scripsi in tract. de congrua portione. Alij vero vicarij nullam certam, nec determinatam portionem habent sed dum ad vicariam præsentantur, assignatur eisdem certa & congrua portio pro personæ dignitate, & qualitate, & hoc probatur in d. c. de monachis & in ca extirpandæ. in §. qui vero per Panorm. de præb & ca. illo tit. in 6. & hæc augeri potest, vt infrà dicetur.

Item dicitur certa, quia in certa quantitate pecuniæ, vel fructuum consistit, & communius in 3 parte reddituum, vt infrà dicitur, & declarat Paul. de Roma. in tracta. de pensio. in c. 1.

115 Item dixi ex fructibus, quia quædam pensio consistit in fructibus beneficij, quædam in pecunia. c. nisi de præben. Et an ex distributionibus quotidianis debeatur, vide text. in extrauag. postulastis. de præbend. in communibus.

116 Postea dixi seu redditibus, cuius appellatione omnes prouentus continentur, vt nota docto. in clement. vna de excess. prælato. & cap. pastoralis. de deci. & differentiam inter redditus & fructus tradit glos. & docto in ca generali. de elect. in 6. Specu. in titu. de loca §. 1. versicu. illud. Conrad. in tracta. de contractibus. quæstio 72. cum sequent. scripsi. in §. volumus in verbo fructus. & sequen. de colla. in concorda. à papa vel episcopo ideo dixi, quia ab his regulariter imponi solet, nomine episcopi archiepiscopum comprehendens. de quo in ca. extirpandæ. in fin. de præbend. alia verba declarantur in sequentibus.

117 Pensio dicitur à pendeo pendes, quia pendet à beneficio à quo detrahitur, sicut vsusfructus

Pensio vnde dicatur.

fructus à proprietate.ca.quicunque. & seq. 11.q.3.c.si 16.q.1.c.fi.de pigno.cap. significauit de censib Cardi.& Imol.in cle.1. de supplen.negli.prælat.

Duplex est pensio.

118 Tertia conclusio. Duplex est pensio licita, & illicita. Licita, quæ à iure probata est, & quæ est legitimè imposita, vt in diffinitione dicitur, & quædam est perpetua, alia temporalis, vt suprà declaraui, & infrà etiam plenius. Illicita est quæ à iure improbata est in d.clemen.1.de supplend.negli. prælat. & in ca.prohibemus. de censib. & infrà fusius declarabitur, vt pote quia deputatur ei, qui non est beneficij capax. & vltra quàm liceat. ca.extirpandæ. in fine. de præbend. & elucidat Hier.gigas in suo pensio. tracta.q.3.& sequen. & quæst.5.quæ pensiones sint illicitæ.

Quis possit pensionem constituere.

119 Quarta conclusio. Pensionem potest cõstituere Roma.pontifex.nota.doct. in d.ca. ad audientiam 2.de rescript.quia in beneficiis plenariam habet potestatem.c.2.de præben.lib.6.clem.1.vt lite pend dixi in tracta. no.q.21.principali.nu.54.& seq.

120 Item legatus, archiepiscopus, episcopus, sed non alius inferior. Panorm. in capit.conquerente.col.1.de cleric.non resident. Petr. Ancha.consil.279.quæstio proponitur. vbi dicit quòd episcopus potest prouidere, quòd seni & debili constituatur pensio, ex qua possit viuere. Ratio est, quia quando aliquid permittitur à iure, & Roma. pontifex non reseruat sibi facultatem, potest episcopus hoc facere.ca.nuper.de sententia excommuni.glo. cap.postulastis. de cleric.excommu.ministr.glo.in ca.penulti. de pœnis. in 6.Pau.de Roma.in d.tracta.pensio.ca.4. & prohibetur episcopis in fraudem pensionem imponere.ca.extirpandæ.in fin.de præb.ergo cessante fraude non, vt ibi firmant docto.& Hiero.gigas in dicto tracta. pensio.quæst.6.

Intellige per viam quantitatis, secus per 121 viam quotæ, vt tertiam: quia esset diuidere beneficium, quod est prohibitum.cap. maioribus.de præb.de Ana.in cap.audiuimus. de collusio. detegend. de Petrucia in l.1.in 6. remedio finiendarum litium.ff. de iureiurã. De inferiore patet, quia quãdo aliquid permittitur ex causa contra iuris communis dispositionem, non competit inferiori, nisi exprimatur. Panor.& alij in c. at si clerici.§. de adulteriis.de iudic.in ca.2.de eo qui fur. ordi.recepit.ca.quæsitum.de rerum permuta.gigas q.8.

Differentia inter pensionẽ à papa impositã & ab episcopo.

122 Est tamen differentia, quia quando imponitur ab episcopo, non potest fieri aliqua conuentio de pensione inter partes: & si fiat, simonia est ca nisi.ibi, nõ quidem ex pactione partium, de præb.quia beneficia debent resignari purè, & liberè. glo. in ca.ex parte. in 1.de offic deleg. Panor.in ca. non satis.per illum text de simo. Secus si resignatio fiat coram papa glo.in c.cum pridem de pactis in cap.ordinationes.1.q.1.Decius consil.141. ad plura.& consil.436.visa instructione.col. 2.cum talis conuentio in hoc casu sit prohibita ex constitutione ecclesiæ, & non de iure diuino: ideo papa potest dispensare. Felin.in d ca ad audientiam.col.2.& sequẽ. Hodie extra papam vix constituitur pensio in hoc regno, & est tutius, propter conuẽtiones partium.vide Hiero.gigan q.4.

Sine causa non potest constitui pensio.

123 Quinta conclusio. Sine causa non potest constitui pensio. Panor.& alij in d.ca. vacante.de præb.& c.significauit.de censib.

Ratio est quia sicut in alienatione rerum ecclesiæ requiritur causa, alioqui non valet etiam si solennitas interuenerit cap. sine exceptione.12.q.2. & ibi plenè dixi.glos.in c.1.in glo.pen.& ibi Panor de in integ.restit. Soci.consil.29. viso quodam instrumento. col.1.& seq in 1.volu. sic & in hac pensione. & de hac constare debet causa: nec sufficeret assertio episcopi asserentis causam interuenisse. Panorm.in c. diuersis fallaciis. de cleri.coniug.col.2.ca.1.& ibi glos.2.& Barb. de reb.eccle.non alienand.vbi alienatio non potest sine causa fieri.sed hæc est alienatio, vt suprà dixi. ergo, &c. Oldra.consil.226. quidam episcopus.

Causa imponẽdæ pensionis.

124 Causas quæ debent interuenire, ponit gl. in summa.12.q.2. videlicet propter necessitatem, vt pro soluendis debitis imponi poterit.cap.si propter.de rescrip.in 6. propter vtilitatem. vt quia ecclesiæ seruitium præstabat.ca. per tuas.de dona Petrus Ancha.consi. 279.quæstio. & pro bono pacis. cap.nisi. de præben. & propter pietatem, vt quia debilis, vel senex. Decius d. consi.436. visa instructione.col.2.

Quatuor etiam causas impulsiuas pensionis scribit Paul.de Roma. in tracta. de pensi.c.1.nu.12.videlicet literaturam, hospitalitatem, præmium, & amorem, quas prosequitur ibi, vide per Hiero.gigantẽ. quæst. 1.& q.6.

125 Et illi quibus assignatur pensio ratione senij, vel infirmitatis, super beneficiis curatis, vel dignitatibus sunt inhabiles ad similia beneficia, nisi tempore assignationis huiusmodi ius habuerint in illis, & si receperint, & per mensem alia beneficia obtinuerint, cessat pensio, vt dicitur in prouincia li.fo.63.ver.illi quibus.vbi allegatur extra. Nicola. quinti, incipit, ad futuram rei memoriam, &c.quàm non habemus saltem ego non inueni. Et debet commensurari pẽsio causæ, vt non excedat.text.in ca.relatum in 2.ibi, iuxta seruitij meritum conferantur. de testa.not.Alexand.& Ias.in l.si donatione.C.de colla.Soci.d consi.29. in 1 volu.

Causa non requiritur in papa.

126 In Romano pontifice non requiritur causa, vt tenet Feli.& communiter doct.in d.c. ad audientiam. & Dec. consil.141.& 436. quia in his quæ sunt iuris positiui, in eo sufficit pro ratione voluntas, & maximè in beneficialibus: glo in c.si gratiosè. de rescri. in 6.

Arrestum.

in 6.& ibi Domi.quod intellige per ea quæ tradit Hippo.in singu.6.iu princip. & singu. 9 præsu mêdum. Fuit tamen prolatum arrestum, anno 1538. mense Iunio, quòd pensio non imponatur, nec, imposita in regno ad-

In tribus tantum casibus in hoc regno imponitur pensio.

127 mittatur, extra tres casus. Primus pro bono pacis, quando beneficium est litigiosum, vt suprà dictum extitit per.d.c.nisi, de præb. Secundus in resignatione, ne resignans nimium patiatur dispendium.ca.super hoc.de renuncia.ab altera tantum parte facta. nam æquum est ex quo renuntiat, quòd fiat sibi aliqua recompensatio. argu.l.sed & si lege.§.consuluit. ff de petitio. hæredita quia primo loco illis tenemur obnoxij, á quibus beneficium nos cognoscimus recepisse.ca.cum in officiis de testa.dixi in praxi beneficiali. Tertius est in permutatione ratione inæqualitatis redditmum beneficiorum, imponitur super altero pensio. cap.ad quæstiones de rerum permuta.quod dest notat. pro Gallis.

Ideo non valeret, si quis permutaret beneficium mecum, & assignaret mihi pensionem super alio beneficio, quàm permutato.argu.l.vt fundus. in fi.ff.communi diuidund.vide text. in d.cap. nisi.de præbend.& hoc seruatur in forensi iudicio in hoc Franciæ regno, licet de iure secus.

Patronus reseruat sibi pensionem.

128 Sexta conclusio. Potest patronus in fundatione beneficij sibi reseruare pensionem, vel aliud onus imponere, videlicet, quód præsentandus debeat esse sacerdos, vel consanguineus si reperiatur.capi.cum dilectus. vbi Panor.nota.5.de consue. & hoc ex episcopi vel alterius superioris consensu, alioqui secus.ca.1.ca.quanto.de censib. & ibi Panormi.ca.nobis.de iure patr. Roch.de Curte.in tracta. de iure patron.in verb.pro eo quod.q.12.& seq.c. Eleutherius.18 quæst.2. glo.in c generali.de elect.in 6. Intellige quádo fructus sunt abundantes, & sufficientes clerico, alioqui secus Panor.in ca.1.de censi. Et an sicut prohibentur augeri cap.prohibemus. de censib. ita & diminui. vide Imol in

Primogenitus ingressus religionem an præsentet.

129 c.cum clerici.in fi.de transact. Et quid si patronus sibi reseruauerit, quòd primogenitus semper habeat præsentare, si primogenitus ingrediatur religionem, an possit præsentare? quòd non, sed deuoluitur ad secundum, vt concludit Aegid. de Bella mera consil 33 quod si ad personas, columm 2 tum quia est mortuus mundo, tum quia duplex est primogenitus, vnus primogenitus natu. alter primogenitus dicitur, quia est primo cognitus á iure teste Bal.in l.eam quam. col 10.nume 44.C.de fideicómissis.& Barba.in repet.l. cum acutissimi. columna 58. ibidem.

130 Et clerico potest certa pensio constitui duratura donec sibi de beneficio fuerit prouisum. Hostien.in c.cum essent de simo.& papa pluries hoc facit ac episcopi, vt tenet Bonifac.in cle.1.col.pe.de reb. eccl.nó alien.

Pensiones in fraudem imposita non valét. Episcopus pensionem suo nepoti an reseruare possit.

331 Septima conclusio. Pensiones in fraudem iurium constitut e non valent.text.in ca.extirpandæ.§.qui verò.in fi. de præben.Felin. post glo.Panor.& Imol.in d. cap.ad audientiam.in 2.de rescript.vt sic episcopus conferat beneficium curatum alicui retenta pensione nepoti, quia ratione ætatis non potest curatum beneficium habere ca. audiuimus. de collu.detegen.cap.extirpandæ.in fine.de præbend.& ca.conquerente.de cleri.non residen.Decius consil.141.ad plura. Cardin.in clem.1.§.1.quæstio 3 & 10.de supplen. negli. prælat.Boer.in addi.ad Dyn. in regula 1.in verbo, adde quòd ista de regul.iur.libr.6. Et præsumitur imposita per fraudem, nisi de causa appareat. Ancha.& Card.in d.§.qui vero, facit quod dicit Bar.in repeti.l.omnes.in 3.quæst.princip. in princi. ff. de iusti.& iure. intellige in episcopo, secus in papa. vt suprà dixi c.ad audientiam.1.de eccl.ædific.

Pensio an veniat appellatione beneficij.

132 Octaua conclusio. In literis beneficialibus appellatione beneficij non venit pensio.ca.quamuis.de præbend.lib.6.& quia ponuntur tanquam diuersa.in d.cap. ad audientiam.& quia sunt diuersa nomina.l. si iidem codicilli. C. de codicil. Nisi dicatur de alio quecunque beneficio. glos. in verb.quocunque cle.2.de vita & honesta.cleric. Feli.in c. postulasti.colum.11. versic. 4.declaratio.de rescript.& ca.de quarta.colum.5.num.15. de rescript. plenè declarat Paul.de Roma.in tract: pensio.quæst. 7.versic.redeundo.vbi etiam tradit octo pensionis priuilegia. Vnde cum religioso fuerit constituta á papa pensio.& is ex ea emerit prædia. quæ donauit amico suo, sed post mortem amicus ea per sententiam restituere ecclesiæ conatus fuit, vt asserit Anto. Gapitij in decisio.Neapol. quæstio.200.

Pensio an sit exprimenda.

133 Nona conclusio. De pensione quæ finitur cum persona non est facienda mentio in beneficij. impetratione, secus si transferatur de persona in personam. Auffre.in decis. capel. Tholosa.q.472.an de pensione. de Milis in verb.: gratia.q.17.glo.in verbo beneficiorum.in §. item quòd vniuersitates. de colla. in pragma. Et quælibet pensio, de papæ licentia transferri potest, teste Dom Gomes.in commenta. regu.cancel.de infirmis resignan.quæst. 16.quod non seruaretur in hoc regno, nisi ratione primarum litetarum habuisset, quia tunc secundas impetrando, tenetur de pensione facere mentionem.ca. ad audientiam.in 2.de rescrip. Felin. in cap. postulasti. col.10.cum seq. versicu.& super istis.nume.7. in fin.illo titu. vide Calderin. consil. 6.an si episcopus. de præbend.,& Cardin.in clemen.vlti.quæstio.9. & seq.de offic.ordin.hodie cum quælibet pensio succedat loco beneficij, quia datur in perpetuum, id est ad vitam recipientis, ideo impetrans debet de ea facere mentionem glo. in regula.61.in fin.in regulis cancel. & istud est tutius, ne quis impetrando beneficium,

impetret & lites. Nisi in literis sit illa clan
sula pro expressis habentes, de qua in for
ma mandati plura scripsi in concorda.
Franciæ.

Quæ pensio possit constitui.

134 Decima conclusio. Pensio talis potest cō
stitui habenti beneficium, vt tantum ei re
maneat, quòd possit viuere, iura episcopa
lia soluere, & alia onera supportare. cap. va-
cante. & ca. cum causam. & ibi Panor. & alij
de præb. ca. 1. & ibi docto. de censib. Henric.
Boic. in ca. prohibemus. col. 2. illo titu. Feli. in
d. c. ad audientiam. in 2. arg. c. de monachis.
de præben. ca. quoniam. de vita & honesta.
cler. licet in extrauag. suscepti. de electio. in
extrauag. Ioan. 22. sint taxatæ vsque ad di
midiam partem fructuum, quæ extraua
gans seruatur in patria iuris scripti, teste
Boër. in decisi. Burdega quæst. 2. in fi. tamē
posset altera pars ita esse tenuis, vt non suffi
ceret pro clerico titulato, ideo quotidie
quando illa dimidia pars non est sufficiens
reformantur per senatum, & vsque ad ter
tiam partem de consuetudine aprobantur
in Francia, & non vltra, etiam si fuerint à
papa impositæ. Ideo fuit reseruatio pensio
nis omnium fructuum beneficij prohibi
ta per senatū, Anno 1496. die 19. Aprilis. Sic
seruatur Parisi, vt non possint redditus su
per domo constitui vltra tertiam precij iusti
partem dictæ domus, & habito illius valore.

Vsque ad quā summam pensio imponitur. Arrestum.

Vide plenè Calca. consil. 120. in nomine.
&c. super eo. & abundantius per, Ioan. Sta
phileum. in tract. de literis gratiæ, & literis
iustitiæ. fol. 154. & an diminutis beneficij
fructibus per bellum, vel, aliâs debeat pen
sio diminui, vide per Ludo. Roma. consil.
369. circa primum. quæst. 5. & seq. Paulum
de Roma. in d. c. fin. §. postremo. tracta. pen
sio. & gigantem. quæst. 9.

Collator sibi nō potest reseruare pensionē alias est excommunicatus.

135 Vndecima conclusio. Non potest episco
pus, aut alius collator, sibi reseruare aliquā
pensionem, ab initio conferendo benefi-
cium alicui, quia sine diminutione debet
conferre, cap. 1. vt ecclesiast. benefic. sine di
minutio. conferan. Nec aliud onus impo
nere: & si imponant, simoniam commit
tunt. cap. non satis. de simo. & sunt periuri
imponētes. in pragma. in titu. de elect. ca. 1.
§. ad locum verò. & excommunicati. extra.
cum detestabile. de simo. in communibus.
quod est valde durum prælatis. seruandum
tamen, argu. l. prospexit. ff. qui & à quibus.
Sunt quidam qui in beneficiis contrahunt,
sicut in rebus prophanis: sed nesciunt quid
faciunt: scient enim postea, scilicet in morte,
& in die terribilis iudicij.

Nota contra canonicos.

136 Ideo si canonici cōueniāt inuicem, des
mihi tuum suffragium, seu votum pro meo
nepote in ista præbenda, & ego dabo in pri
ma vacatura meum pro tuo: est simonia,
quia omnis conuentio in spiritualibus ces
sare debet ca. quàm pio. 1. q. 2. Idem si quis
quam dicat nunquam me viuo fiet talis ca
nonicus, nisi ille pro quo rogaui, fiat: teste

Ioan. de Selua. in tracta. de benefi. in 1. parte
q. 7. nu. 64. & multi reperiuntur tales, vt do
cet experientia.

Papa ecclesias regni non reddit tributarias.

137 Nec etiam in hoc regno summus ponti
fex solet præsertim in archiepiscopatibus
& aliis dignitatibus imponere pensionem,
& ecclesias regni tributarias reddere sine
regis consensu, imò rex sua ordinatione
sanciuit omnes pensiones & cætera onera
ecclesiis regni imposita, in fauorem cardi-
nalium, vel aliorum, ad manum suam po
ni. & de illis, & ecclesiarum fructibus eccle
sias reparari, clericisque de victu sufficienti
prouideri, vt hospitalitatem, & alia onera
persoluere possint. habetur in stilo parla
menti. in 6. parte rubri. de reparatio. eccle.
& in rubr. de talliis & exactio, ordin. 5. & 13.
latè Benedict. in repe. ca. Raynutius. in ver.
si absque. in 2. num. 30. cum seq. in substitu
tio. fideicommiss. de testam. Gagui. fol. 183.
glos. in titulo de armatis. in verbo exigatur,
in pragma.

Pensionarius ad onera & decimas an teneatur.

138 An pensionarius decimas & alia onera
soluere teneatur, quòd non si pecuniam reci
piat: secus si fructus, tunc pro rata soluet.
Inno. in ca. à nobis, de deci. gl. tamen, in cle.
2. de deci. tenet indistinctè pensionarium
pro rata teneri, vide ibidem.

Et breui dicas, quod pensionarius non
tenetur ad onera consueta, videlicet ad ho
spitalitatem, neque iura episcopalia solue
re, de quibus in ca. conquerente. de offic. or
din. ca. de monachis. de præben. Sed ad incō
sueta, quæ imponuntur ecclesiis extraordi
nariè sit, vt pote ad decimam papalem, vel
si imponatur pro refectione pontium, aut
aliâs iustè, quia postquā sentit commodum,
onus sentire debet, regula secundū naturam
ff. de regu. iur. & ita expressim cōcludit Pau.
de Roma. in tracta de pensio. ca. vlti. §. fina.
plenè scripsi viginti rationes, adducendo in
consilio meo quod feci pro reuerendo pa-
tre & domino episcopo Carcassonen. & ita
fuit iudicatum in hoc senatu, anno 1352.
die 16. Decembris. & 23. Decembr. inter ma-
gistros Ioan. Rogier, & Io. Criffet in came-
ra inquisitionum, & potest super pensione

Arrestum.

139 soluenda deducionus hoc. Et sic non tene
tur pensionarius contribuere pro reforma
tione abbatiæ, nec ad reparationes, nisi in
subsidium. ita pronuntiatum fuit, Anno
1535. die 13. Maij. Sed ad decimas bene tene
tur pro rata. quia decimæ sunt onera fru-
ctuum. l. sine hærede. §. lucius. ff. de admi
nistratio. tuto glos. in l. 1. vbi Bar. C. de an
nonis & tribut. lib. 10. stipendia enim &
tributa ob prædia præstita sunt onera fru-
ctuum, vnde nec maritus in dotem ea repu
tat, nec vllam propterea habet exactionem
l. neque. ff. de impens. in rebus dotal. fact.

Pēsionarius an ad reparationes teneatur.

140 Duodecima conclusio. Quando pensio
ab initio non fuit rectè constituta, vt quia
solennitas, vel causa non interuenit, tunc
reformatio potest peti, per quem pronun
tiabitur

Reformatio pēsionis quando peti possit.

tiabitur nulla constitutio, nō solum in parte sed in toto.

Vel si Rom. pontifex bullas retinuerit, donec quis pensioni consenserit, nam iustus metus est retinere instrumeta.l. isti quidem.ff quod met.causa.Benedic.vbi supra. nu.36. Si verò sol[...]itas interuenerit, sed excessiuè fuit imposita tunc peteretur rescindi pensionis constitutio, & ad quantitatē iure permissam reduci, non autem quod in totum rescindatur. glos.in c.1. de in integr. resti.& ibi Panor.& Imol.& gl.in c.penult. de rebus eccle si.non alienan.facit.l.2.C.de rescind.vendi. Roma.consil.369.col.2. incipiente circa primum. & not.in c.præterea. de iure patro. & in prouinciali omnium eccl.fol.63.versi.pensio immoderata.

141 Quando vero post constitutionem reperitur iniusta, curia clericus non potest viuere, potest fieri reductio ad iustam quantitatem.c.suggestum.de dec. vbi quando priuilegium incipit esse damnosum potest reuocari, & ad debitum statum reduci. Nō obstante indulto quod reduci non posit. teste Staphileo, in tract.de literis gratiæ.fol.154. versic.& ideo.& sequen.not in c.prohibemus & in ca quanto. de censib. l. non modus.C.de seruit.& aqua. & l.præses illo tit. vbi Bal.dicit quod licet pater teneatur alere filium si tamen bona sint adeò diminuta, quòd solum sibi sufficiant, non tenebitur alere illum. Panor. in c præterea. in vlt. notab. de iure patro. nec præiudicaret illi possessio continuata soluendi, nec posset intentare remedium possessorium ille cui est soluta obstante decreto pragm.sanctionis.de anna Rota decilio.3.si contra agentem.de restit.spolia.in not.

[margin: Secunda pensio non facta mentione primæ, an valeat.]

142 Imo secunda pensio, non facta mentione primæ non valet, quia in dubio Rom. pontifex non videtur onerare velle ecclesiam ad duas pensiones, nisi expressa prima hoc faciat argu. c.mandatum.de rescrip sic expresse fuit decisum in Rota, vt refert Cassiado.in decis.super regu. cancel. rubr. de pensio. decisio. 3. pensio.& decisio seq. facit text.in l.nauis.§. cum autem. ibi, quia non debet duplici damno onerari.& §. fin. ibi, vtrunque onus pati non debet ff.ad leg. Rhod. de iac. & l.titia.1.§.qui inuita ff. de lega.2.& l pe.ff.de dote præleg. Boer.in decisio. Burdega.quæstio.162.creatio.

[margin: Pensio an possit permutari vel sequestrari.]

143 [D]ecimatertia conclusio. Pensio non potest permutari cum beneficio ecclesiastico, quia non est titulus ecclesiasticus. Imol. in clemen. 1.& ibi Cardi. quæstio.9.colum. 3. de supplen negli.præla Card. in clementi. vna quæstio.4.de rerum permu. not. in c. quæsitum. per illum text de rerum permu. intellige vt abunde Paulus de Roma. in [tract.] pensio.c.9 fin declarat.

144 Decima quarta cōclusio Pensio nō potest sequestrari. Alber. in authen. sed iam cautum C. deposit. sed contrarium seruat praxis Franciæ.

[margin: Ante literarū præsentationē an pēsio debeatur.]

145 Decimaquinta conclusio Pensio debetur statim atque fuit constituta, etiam si literæ non fuerint præsentatæ per duos vel tres annos l si quis dominum § si ibi. pro rata temporis quo fruitus est pensionem præstet.ff. locat.Prouincia.fol 3[...].l.nec tenet l ff. quando dies leg ced. vide Cassiado.in decisio.super regulis cancelia.decisio. 2.rubric. de pensio.

Nec refragatur clausula in literis apposita, postquam tibi prædictæ literæ præsentatæ fuerint, quia non suspendit obligationem, sed solutionem & exactionem, sicut in illo qui promittit mihi nunc super tali fundo decem menstrua, quæ non intendit soluere donec merces suas vendiderit, vel postquam creditor præsentauerit ei literas salui conductus l. ex his verbis. C.quando dies leg cedit [...] quia recipis fructus beneficij quod resignaui, ideo teneris argu l.eurabit.C. de act.empt.Item hæc dies fuit apposita gratia pensionarij, ideo debetur.l.si ita.2 § Pegasus ff de leg.2.

Hoc approbat D Gomes in compendio signaturæ circa finem descriptæ super commenta.regulæ de non indicando, iuxta formam supplic. vbi dicit eum qui per se pensioni consentit incurrere censuras sine bullarum intimatione, secus si consenserit pensioni creādæ per procuratorem.& ita fuisse iudicatum asserit, licet contrarium in seruemus in Francia vide per Paul.Parisi.consil 82 pensio.in 4 volu.

Fallit quando in literis esset appositum tempus, vt communiter fit, vt infra dicam, Hodie ante præsentationem nolunt soluere, & vix possunt, ita quod raro repetitur indebitum cum vix soluant debitum, dicit Sali.in l.1. C de condict.indeb. & practicatur, quod non teneatur nisi bullis expeditis, & sibi in[tim]atis.glo.in d regula 25. in fin. nisi aliter sit conuentum, & à papa approbatum, vt infra dicitur. Et hoc quando is eam non creauit, sed successit in locum alterius, tunc quia iustam ignorantiæ causam habet.l. qui in alterius. ff. de regul iur & is cui debetur est in culpa, eam non intimando successori, tunc non debetur ante intimationem, & illi qui eam soluunt, vocant eam passionem. quamuis Paulus de Roma, in suo pensio.tracta. vocet eam [...] fœtidum, quia forte erat fœtida ei qui habebat eam soluere. E[g]o voco eam pensitatio nem à pensitare, quod est [...] eque [...] re soluere, vel à pensare, quod [...] e pondera[re] significat, qu[i]a is [q]ui eam sol[uit], sæpius eam ponderat, an iuste sit imposita, & an debeatur, & quomodo eam soluat vel extinguat.

[margin: Is qui debet pēsionem quomodo possit compelli.]

146 Decimasexta conclusio. In hoc regno debitor pensionis non potest ad soluendum compelli per alium, quam per suum ordinarium, vt pote episcopum, aut alii in text. in titu. de anna. in §.item quod ratione.in

prag.sanctio facit ca.1.vbi Panor. & alij de testi cogen.vbi ordinatius cogit testes producendos coram delegato deponere, imò si fieret coactio per executorem in literis datum,non valeret processus nec excommunicatio propter iurisdictionis & potestatis defectum,& solet appellari à notorio abusu ad senatum,qui solet illum abusum reformare. Benedict.in repe.c. Raynutius.in verbo si absque. in 2.de fideicom.substitutio. num.39.de testa.Et abusiuè processum pronuntiauit senatus anno 1515.die 12. Maij,& anno 1516. die 12.Aprilis pro Io Bordier.& quotidie vidi reformari.maximè anno 1535. in mense Augusto. in hoc senatu Parisien. ideo in literis monitoriis debet officialis declarare, quòd authoritate ordinaria hoc facit aliàs si in literis dicatur authoritate apostolica,reformatur,vt fuit dictum die 8. Iunij,anno 1518.in eodem senatu.

Arresta.

147 Decimaseptima conclusio.Pensio in principio cuiuslibet anni dicitur debita. argum. text.in l.si seruus communis Titij.§. fina.ff. de stipu.seruo.vbi Bar.per illum text.tradit quòd quando obligatio est in plures annos multiplicatiua,in principio anni dicitur cedere dies.Ias.in l. qui hoc anno in fi.ff de verb. oblig. Et sic in principio anni debet fieri solutio. argu.l.nec semel.in princip ff. quando dies lega. cede.Bald. & Salice.in l. ædem.C.locati.

Pensio quando debeatur.

Fallit quando perciperetur ex fructibus quia tunc fructibus perceptis debet solui l. firmio.§.pater.ff.quando dies leg.ced.Bart. in l.si legatarius.§.fin.per illum tex.de leg.3. Ias.in l.1. in princ. col.3. de iust.& iure.vel si deberetur propter operas,quia tunc in fine d §.seruus.Bald in d ca.ad audientiam.Nisi conuentio vel consuetudo aliud disponat. l.1.§.si conueniat.ff. deposit.l.semper in stipulationibus.de regu.iur.sicut communiter fit in reseruationibus pensionum, in quibus Rom.pontifex secundum conuentionē partium solet apponere, terminum,videlicet dimidiam partem in festo beati Ioannis alteram in festo natiuitatis: & si dictus talis in huiusmodi termino, vel saltem intra octo dies, singulos terminos ipsos immediatè sequentes pensionem ipsam non persoluerit,eo ipso sententiam excommunicationis incurrat, quòdque ab ipsa sententia absolui nequeat donec tibi de pensione huiusmodi tibi debita fuerit integrè satisfactum,& si per annum pensionem eandem soluere prætermiserit, sit eo ipso ecclesia priuatus,ipsáque ecclesia extunc ad te pertineat, liceátque possessionem ipsius authoritate propria recipere,& perpetuò retinere,&c.quæ vltima,cum re[illegible]onem sapiant, non seruantur in Francia,vt scripsi in rub.de res[illegible]ua in concorda.de stylo curiæ Romæ.est, quòd in si semestris soluatur dimidia, & post alterum semestrem altera dimidia,nisi aliter sit cōuentum,teste Paulo de Roma.in suo pensio.tractat.cap.5. in fin. & non soluens pe[illegible] non est excommunicatus, nisi creditor cui debetur eam petat. teste Cassad. decisione secunda & quarta de locat.

Forma bullæ pensionis.

148 Item moriente pensionario post principium anni, cum pensio sit debita,ad hæredes transit integre pro illo anno.l.filiæ meæ, ff.de annuis leg l.post duos.C. de aduocat. diuers.iud.Calder. in consil. 2.de pecul cleric.Bart.in l.1.§. diuus. ff.de variis & extra ordina. cognit.Limitatur quando deberetur respectu seruitij, quia tunc tantum pro rata seruitii deberetur.l.diuortio.ff. solut.ma. doct.in l.diem functo. de offic.assesso. Auriolus in addi.ad de monte Lauduno. in ca. præsenti.de offic.ordina.in regno nil deberetur hæredibus, nisi ante mortem terminus esset lapsus.

149 Et hæc pensio potest solui procuratori generali, etiam non habenti liberam administrationem.Inno.& Card.in ca.quod quibusdam.de fideiuss. quamuis non possit alienare,argu. l. procurator tutorum. ff.de procurato. & l.sancimus.& l. constitutionem. C.de administr tuto.

150 Decimaoctaua conclusio. Pensio est quid merè tēporale.c præterea.1.& 2.de transact. & ibi doct glo in tit.de eolla § item quod vniuersitates.in verb beneficiorum. in prag. Panor.& alij in d.ca.ad audientiam. Ex quo infertur quòd non potest cum beneficio permutari,vt suprà dixi.

Pensio est quid merè tēporale, ideo vendi potest.

151 Secundò,quod laico potest assignari.c. possessiones. 16.q.1. Domi.in cap. quamuis in 1.in fin.prin.de præb.lib.6.vbi dicit non teneri pensionarium ad residentiam, nec ad officium.

152 Item poterit vendi,vel pro alia re temporali remitti, sicut prædia ecclesiastica gloss. & docto.in ca.super eo.& ca.[illegible]imus.de transactio. in hoc tamen contrarium tenerem,quia pensio est annexa beneficio sicut ius patronatus.ergo vendi non potest. capi. ex literis.vbi doct de iure patro.doct. in ca. quanto.de iudic.nam qui adhæret ecclesiæ, videtur regi iure ecclesiæ.ca. damnamus.de summa trinita. & quæ religiosis adhærent religiosa. sunt.l.quæ religiosis.ff.de rei ven
153 di Et quia facilè posset quis induci ad delinquendum per venditionem argu.c.peruenit de arbitr.& l.conuenire.ff de pact. dota. ideo debet quis cauere ne hoc faciat,& [illegible] ista pensio non posset constitui laico ex beneficio ecclesiastico ab alio quam à papa, vt suprà dictum extitit. Item in pensionibus & commendis quis non examinatur, nec datur forma dignum, quia examen & forma dignum, &c. habent locum quando beneficium con[illegible]rtur [illegible]lum.Prouinciale om[illegible]n eccles.fol.63.versi nota.

154 Decima[illegible]na conc[illegible]o Pensionem tenetur soluere possidens beneficium,etiam si litiget super eo.Blasius Auriol.in additio.ad

Litigans an pensionem [illegible]

monte

monte Laudun.in c.quamuis.in 1.de præb. in 6.per tex.in l.si in fraudem.C.de leg.vbi hæres tenetur soluere legata, licet sibi moueatur controuersia super hæredit te.l fin. C.de peti.hære. quia pensio imponitur super fructibus.ideò qui recipit fructus, tenetur ad eam soluendam.intellige quādo recipiebat fructus durante lite, alioqui cōtra.

155 Vigesima conclusio, vexationes iudicarias licitum est pensione redimere ca. dilectus.1.de symonia, & quomodo hoc intelligatur,vide plenissimè per Paul.de Rom. in c. 6. vbi abundè scribit quinque necessaria ex parte vexantis, & totidem ex parte vexati.

Bullis nō leuatis quis teneatur pensionem soluere.

156 Vigesimaprima conclusio. Etiam bullis no leuatis tenetur soluere pensionē is, qui ita conuenit.Boer.in tract.de dignit.leg. in fi. quia renunciari potest regulæ apostolicæ, & priuilegio in fauorem suum introducto l. si quis in conscribendo. C de epis & cler.Imò fortius si hæc cōuentio fuerit approbata per papam, & is qui debebat pensionem moriatur, non tenebitur successor leuare bullas, imò ex illa signatura approbata compelli poterit,nam postquā pensio transir ad successorem, ergo & qualitas illa,& ita tenet Domi. Gomes quæst.1.in regula de non iud cando iuxta formam supplicatio.in fi competend. & quāuis dicatur esse malè imposita, per modum prouisionis solet condemnari ad soluendum illam, donec probet: ita vidi seruari, & in curia Romana quando agitur de pensionis nullitate solet papa causam committere, & in ea scribere,placet sine retardatione pensionis Imò anno 1541.die 11. Decembris, fuit à senatu reiectus appellans nec admissus, eò quòd appellauerat ab executione & fulminatione bullarum, per quas ipse tenebatur soluere pensionem,dicens resignantem nunquā habuisse ius,sed hoc allegari postea non potest semel imposita pensione sed est soluenda,vel alia alleganda,

In beneficio [illegible] habens [illegible] pēsionē [illegible] potest.

157 Vltima conclusio. Pensio finitur morte tam naturali quàm ciuili, videlicet per ingressum religionis, in qua tria substantialia regulæ profitentur,cum in casibus à iure expressis æquiparentur.gl.in c. susceptū. de rescri.in 6.vide in d.tract. de pēsio.etiā quia religiosi propriū habere non possunt, cum repugnet mendicitati. vide in q. vlti. per Caccialupum & Imol.in clem .vna.col. 3 de sup. negligen prælatorum. vbi etiam dicunt extingui, si miles fiat, vel vxorē capiat, quando erat in beneficium assignata, vide Paul.de Roma in d.suo pensio.tracta. c.3.tamen quia natureles actus retinet religiosus,ob id dicerē deberi monasterio quā diu viuet monachus,vt monasterium illum alere possit,& per hoc non tollitur mendicitas, vt alibi plene probaui. Et ista sunt quæ frequentius in materia pensionis vsu veniunt, ideò ea duxi perstringenda. Alia multa ponerem, quæ possunt ascendere ad iustum volumen, sed extra oleas. & postquam hæc dictaueram inueni tract. de pensio.Ioan. Bapt. Tr. Calcialupi, in quo triginta quæstiones deciduntur. & centū quæstio.pulchrè.describit d.Hiero.gigas in suo tracta.pensio.ibi vide si lubet, quia si prius vidissem,hæc nō scripsissem. Quāuis multa dicam, quæ ipsi non scribunt, quæ sunt tamen in forensi iudicio necessaria, & valde vtilia,laus deo.

Noua impetratio post trienniū non valet.

158 Decimononò, amplia etiā si quis de nouo impetraret, quia illa noua impetratio post triēnium est nulla,per textum in verb. impetrati in pragma licet in text. concord. habeatur ratione iuris nouiter reperti. & idem potest esse sensus. Vel potest intelligi sicut trāsactio bona fide facta, non rescinditur prætextu instrumenti post reperti. l. sub prætextu.C.de transact. nec iuramentum voluntarium l.admonendi. in fi. ff. de iureiurand.l.1.C illo titu. Sic nec rescindetur triennalis possessio, etiam si iste inuenerit impetrationem prius factā,& antiquiorem, quam si ante triennium completum in iudicium deduxisset, obtinuisset. capit. eam te. de rescriptis & vterque intellectus potest sustineri. vltimus melius conuenit textus concordatorum. vide inferius in t. limitatione.

De regulari qui possedit beneficium seculare, vel econuerso. Arrestum.

159 Vigesimò procedit,etiam si secularis possedisset triēnio beneficium regulare, vel cōtra sine dispensatione per textum in c.cum de beneficio.de præb.in 6.vbi natura beneficij potest præscr.bi, videlicet vt seculare fiat regulare vel econuerso, facit quod dicit Feli.in c.in nostra, colum.vlti. de rescri. vbi si regularis habens beneficium seculare spolietur, licet sit inhabilis respectu tituli, poterit tamen intentare remediū possessorium restituendæ,& per cōsequens facit fructus suos. cum possit præscribere,vt d.c.cū de beneficio. nec potest negari quin iste habeat titulum saltem colloratum,ergo procedet hoc decretū quod excipit tantum violentum, ergo in aliis firmat regulam gl.& doct.in l.1 ff.de regul iur.per tex. in §.vt autem in authen. de non alie. rebus eccles.colla 2.Non obstat d c.cum de beneficio,quia dicit non esse solitum regi per regulares,vel contra,nisi fuerit sic possessum per quadraginta annos. sed de possidente non dicit an sit molestandus, & etiam quia ista regula est noua.& ita dixi ibidem, vide licet quod hæc triennalis possessio non alterat naturam beneficij, sed confirma titulum colloratum, & sic post mortem illius secularis,non debebitur secularibus, si non fuerit per quadraginta annos possessum, licet post tres annos non potuisset possidens molestari. vide tamen quæ dico infra eodem num 259.

160 Vigesimoprimo,procedit iste textus,vt quis non possit post triennium molestari,

De optatione beneficii. etiam si sine noua collatione vigore consuetudinis optasset beneficium, quod post ea per triennium possedit, iuxta text. in c. si. de consue. in 6. vbi dicit Ioan. Andr. & alij, quod ille qui optat vigore consuetudinis sine noua collatione vel titulo, dimittit antiquam præbendam, & optatam recipit, vt sit in præbenda sicut in domo, antiquior enim, cui ius optandi domum cōpetit, sine noua collatione ab antiqua domo egreditur, & optatam ingreditur. sic est in præbend. & pro hoc facit text. in l. fi. las. §. 1. ff. de contrahen. empti. Barb. cons. 60. præclare col. penul in 4. vol.

Conclusio. ineo beneficiis propria authoritate quærimus. 161 Et est casus in quo ius in beneficiis propria authoritate quærere possumus. Et sic sustinui conclusionem hanc, quæ etiā probatur in c. si tibi absenti. de præbēd. lib. 6. & c. l. de pluribus. illo titul. & c. licet episcopus. ibid. & in extrauag. execrabi. [illegible] §. statuimus. de præbend. in extrauag. Io. 22. & c. rescrēte. illo tit. & c. gratia. de rescri. in 6. quæ iura scienti inducere probant & c. si verò. i. vbi Panor. vlti. nota de iureiur. & c. 1. de præscri. vbi est casus valde sing. & ibi hoc est specia le fauore fidei, vt ibi abundē scripsi.

Canonica institutio quando dicatur. 162 Nec obstat φ beneficium non potest obtineri sine canonica institutione. regu. 1. de regu. iur. in 6. c. 3. de instit. Respon. his casibus canonicā posse dici institutionē suum iure canonico confirmetur. & illud canonicum dicitur, quod secundum ius canonicum factum est, vel approbatum. c. causam in fi de rescr. c. cum olim. de dolo. c. 1. de filiis preby. in 6 sic dicitur legitimum, quod aliqua lege firmatur. l. legitima ff de pact. vel ibi prohibetur acquiri beneficium, sed non ius ad illud, intellige quod per optionem non extinguitur antiquus titulus nec nouus quæritur, teste Anch & Ioan. Andr. in d c. si. qui ergo habet canonicum titulum in primo beneficio, absque nouo titulo, & noua prouisione, vel collatione virtute pri mæ prouisionis optare, & transire poterit ad secundum, si tamen non habeat canonicum titulum in prima optare non poterit, & mutata præbenda non mutatur canonicatus, teste Cassado. in decis 17. de praben. & sic dixi in conclusione, ius in beneficiis propria authoritate possumus. Nota prædicta, quia videntur mirabilia. sed nō posse facilius tuebitur, dicit altera cōclusio, quas hic pro virili tutatus sum in secunda repetitione.

Ad ius ad suū benef. non imagit tempus præteritum. 163 Vigesimosecundo procedit, vt non debeat molestari, licet non possederit nūc nisi vnum annum beneficium, ad quod reuersus fuerat, iuxta c. [illegible] neficia. de præbend. in 6. quo 1 anre possederat triennio vel biennio quia postquam [illegible] potest reuerti ad suum bene[illegible], [illegible] nō habito ali [illegible] textus. ne talis ignorantia eis, [illegible] sine culpa, præiudicialis existat, & sine noua collatione, quia non [illegible] ad id statim [illegible] ca[illegible] pom [illegible] enda possessione [illegible] fuit indicam [illegible] deg. vt [illegible] 97 [illegible] per mutationes [illegible] re [illegible] tos antequam [illegible] ratio re[illegible] & ista [illegible] vale æqua [illegible] in c. re[illegible] Col [illegible] clerici nōn rest[illegible] dicens, quòd is qui vult redire ad suum primum poteit, nec potterit [illegible] 10 quòd non habeat ius in co[illegible] aria tamen opinio de stricto iure certe videtur verior, per text. in l. [illegible] de[illegible] quibus caus[illegible] maio. ibi possessio semel d[illegible] non restituitur, nisi apprehendatur. & ideò erit necesse de nouo possidere per triennium Nec obstat, φ non videtur dimisisse, quia contrarium est verum, quod verè dimisit. dic vt infra dicam in 13 limita.

164 Ideò sustinui conclusionem hanc, quod resignans beneficium ad id sine noua collatione redire non potest. ratio est, quia per resignationem quis perdit ius ad beneficium, quod potea pestere non potest sine noua collatione, cum beneficium non possit obtineri sine collatione vel canonica institutione. regula [illegible] de regul. iur. in 6. Feder. consi. 156. pur [illegible] stulis. *Conclusio. Resignās beneficiū sine noua collatione ad non potest redire.*

165 Imò resignat beneficium ex causa permutationis quæ non habet effectum, non potest secūdum veram opinionem ad suum beneficium redire sine noua collatione Panor Feli & alij in c. cum venerab. [illegible] de excep Ioan. de Selua in tract. de bene[illegible] in 3 parte. q. 24 qui per veram [illegible] ciatorem dicitur beneficium vacare, per totum tit. de renuncia Et beneficium vacans non potest quis sine noua collatione obtinere [illegible] & recet d. Probus in add. ad Mona. [illegible] in c. vnic. de rerum permu. in 6.

166 Quamuis de consuetudine regni Franciæ, non requiratur collatio noua, quæ consuetudo multis fuit probata arrestis, & hoc ann. 125 die 2 Na[illegible] & etiam ann. [illegible] 19. in vigilia assumptionis beatæ Mariæ pro magistro Bircon, in causa [illegible] præbendæ ecclesiæ Matisconensi [illegible] atæ cum vna ecclesia parochiali, quæ præbenda fuit eiecta per magistrum Franciscum de P[illegible] per resignationem [illegible] & [illegible] die [illegible] non resti[illegible] compe[illegible] mutanti [illegible] beneficium, condemnabitur ad re[illegible] secundum [illegible] requisitionis fi[illegible] quos permutans recipit, cuius beneficium fuit ei[illegible] & ipse tenebitur red[illegible] & possessionem [illegible] bene[illegible] quod [illegible] ab altero sic fuit dictum pro mag[illegible] Stephano Postrat cōtra St[illegible] Marti[illegible] 1510. die vigesima [illegible] Martij [illegible] *Arresta. Permutans beneficium[illegible] dit ad suum beneficiū ab que noua collatione.*

167 Item quando [illegible] mutando, siue [illegible] procuratores constitutos ad re[illegible] dam, *Procuratoris constitutio an possit reuocari.*

Et an post annum valeat. Arrestum.

dum non potest, quia constitutio procuratoris facta in contractu reuocari non potest, cum sit contractus pars, teste Bald in l. fi. ff. de contrahen. empr. & Paul. in l. post rem. ff. de re iud. Guido. sing. 273. procurator. dixi in tracta. de literis obliga. in præfatio. videte Boer. in decision. Burdega. q. 207. ad secundam. sed in senatu Tholosano fuit pronunciatum, Anno. 1544. in vigilia natiuitatis domini, procuratoria ad resignandum facta post annum nullius momenti esse, ad obuiandum fraudibus contra retinentes procuratoria longo tempore, & bonum esset quòd vbique seruaretur. Et cancellaria Romana nō solebat ista admittere post annum, vt dicit glos. in regula cācel. 43. & rex declarauit nominationem non expeditam intra sex menses non valere, vt dixi in concord. titu de nomina. regu. Imò rex nō solet officij resignationem recipere ex instrumento procuratoris post annum, vt sepius vidi, & hodie rex statuit edicto generali, vt procuratoria post annū non recipiantur. & fuit publi. anno 1550. in Iulio.

De clausula permutationum, beneficiorum.

168 Tamen quando beneficium resignatur ex causa permutationis & non aliàs, si non admittatur illa permutatio, poterit episcopus dare licentiam cuilibet reuertendi ad sua beneficia etiam resignata. Rota decis. 7. nota quod vbi aliquis per e. si beneficia. de restit spol. & decisi. 5. nota quod excommunicatio. de sentent. excommu. in antiq. & ista est cōmunis opinio, teste Soci. consi. 168. in primis. vol. 2. Item quando quis renunciat vt conferatur tali N. nec aliàs, nec alio modo, hæc verba habent vim conditionis. Bald in authen. ingressi col. 4. C. de sacrosanct. eccle. Et faciūt vt nihil tunc videatur actum gl. & ibi Bal. in l. si quidem C. de except. Bald. in §. denique. col. vlti. quæ fuit prima causa benefi. amittē. refert Ias. consi. 162. in causa col. 4. vol. 2. Bertrā. consil. 133. viso processu. num. 24. in 1. editione in 2. volu. vt abundè scripsi in praxi benefi. in tit. de resigna. condi., circa finem.

Intellectus ca. si beneficia.

169 Nec refragatur d.c. si beneficia. quia ibi non resignauit suum beneficium, sed dimisit, vt aliud melius fortè haberat. ita probat text. ibi, & post prædictorum adeptionem dimissa. & ibi, dimiserint beneficia. & ibi, eundem quoque modum in dimittendo recepta & reeuperādo dimissa. &c. quæ dimissio nō habet vim resignationis, quia ex futuro apparebit euentu, non esse ius translatum in alium. de Rota deci. 3. de rerum permu in antiquioti Federi. consi. 156. per id quod habetur in c. si quis iam translatus. 21. q. 1. & c. si qui episcopi. 92. dist. c. pastoralis & seq 7. q. 1. vbi quis potest redire ad primū beneficium, quando iure nō fuit translatus quia non videtur dimisisse, qui ad beneficium suum statim redit, arg. l. diuortium. ff. de diuort. facilius quis absque noua collatione reassumit ius in beneficio, quod prius habebat, si id non resignauit, quàm si nouiter acquireret, argu. c. cùm accessissent. in gl. vlti. de constit. facit l. filio. ff. de liber. & posthu. vbi testamentum potius suas reassumit vires, quā de nouo acquirat. l. 2. C. de posth hæredi. insti. De Rota decis. 16. de rer. permu. incip. si A & B. in antiq. Et per hoc dixi resignantem post resignationem, sed ante possessionem ab alio acceptam cum simplice signatura beneficium retinere potuisse, vt alibi scripsi.

Item ille dicitur dimittere qui in domino suo retinet, non tamen ad illam rem accedit corporaliter. Domi. consi. 106. super dicto. col. 1. facit c. plusquam. ibi, neq; enim eam voluit expellere, sed dimittere. 27. q. 2. & c. si peccauerit. 2. q. 1. ac Math. 5. c. quicunque dimiserit vxorem, &c.

Factis declaratur voluntas.

170 Si replicetur, nil interesse, suffragio populum voluntarem suam declarare, an rebus ipsis, & factis. l. de quibus. ff. de leg præterea tam verbis quàm factis declaratur voluntas. l. fin. ff. de diuor. ibi, intelligi eū hoc ipso nolle nuptam sibi, quòd actionem rerum amotarum importet, quæ non solet nisi ex diuortio oriri. &c. Ad hæc taliū haberi potest, non tantum verbis, sed etiam actu. l. Paulus. ff rem ratā habe. & sicut potest pars appellare, quando verbo iudicis grauatur, ita quando facto. c. ex parte M. de appel. Imò fortior est appellatio, quæ ad papam facto interponitur, quàm verbo, vt pote si quis iter arripiat ad papā. c. dilecti. 1. & c. vt debitus. de app. & apostolus inquit, Confitetur se nosse deum, factis autem negant. & facta sunt fortiora ad declarādum voluntatem, quàm verba, quæ sepæ contra mentem proferuntur. ca. existimant. 11. q. 3. & d c. dilecti. multo enim amplius est, inquit iurisconsultus, id facere, quàm in vinculis pronunciare fuisse. l. si tamen. §. ei cui. ff. de ædict. ædict. & sic plus erit renuntiare facto quàm verbo. Arch in ca. vno. in fi. de cleri. coniun. in 6. & in d.c. si beneficia. per c. meminimus. de appel. de Penna. in l. 1. C. de his qui sponte publica munera subeunt. libr. 10. c. vno. de cleric. peregrinant. & ibi gl. Decius plenè cons. 585. iuridicam. col. 2. & cons. 586. in causa circa finem. Respond. qui resignat beneficium & dimittit, re & verbis dimittit, ideò plus debet operari, quàm simplex dimissio, quia duo vincula sunt vno potentiora. c. vno. de treug. & pa. not. in l. balista. ff ad trebel. & sic fortè possen. conciliari opiniones, vt videlicet quando dimittit suum beneficiū, sine resignatione, vt habeat melius, si ad id redeat, primū triennium profit ei. per d.c. si beneficia. vbi dimissio nō esse debet præiudicialis quod alias esset, secus si resignasset, quia tunc cū ex nouo iure veniat, requiritur nouum triennium, & noua possessio, & sic primum triennium non proderit. Cogita.

Proba

Intellectus nouus ad c. quod in dubiis.

171 Probatur nouiter intelligendo text.in c. quòd in dubiis.de renun. vbi sunt hæc verba, hi prætera, qui beneficium ecclesiasticum sibi collatum, sponte in manũ laicam resignâtes, illud denuò à laico susceperũt, eodem sunt beneficio spoliandi, licet resignatio talium facta laico nullam obtineat firmitatem. & sic patet renunciationẽ verbalem in manibus laici factam, si ob illam non demiserit beneficium, nõ valere etiam quoad præiudicium resignantis. hoc dicit tex.contra intellectum doctorum. Si tamen ob eam dimiserit beneficium, & sic tam facto quàm verbis cessit, valet. & hoc probatur ibi, denuò susceperunt à simili, probatur in l.3.C. de fide instru.ibi, denuo. & l.si vt proponis.1. C.quomodo & quando iudex. & sic patet quod dimiserat beneficiũ, per illud verbum denuo. de quo in c. tum ex literis.de in integrum restitut. & iste est nouus intellectus ad c.quod in dubiis. qui tandiu iacuit sepultus. Nec obstet si replicetur de § hoc amplius.instit. de rerum diui. vbi dimissio priuat quem dominio rei suæ, sed illud intelligitur, quãdo ea mente rem dimittit, vt nollit amplius eam in suo patrimonio esse, quod apparet ex actu celebrato. Secus est in dimissione beneficij, quam quis facit vt beneficium melius habeat quia si non possit habere melius, nõ est verisimile quòd suum beneficium multis expensis & laboribus acquisitum, quo sustentari debet, facilè perdere velit, & resignet. text. in c. super hoc de renuncia. & sic videtur quodammodo habere possessionem ciuilem de qua per doct. in l.licet. C.de acqui.poss.

Paria sunt tacite vel expresse renunciare.

172 Nec refragatur si dicatur paria sunt renũciare, tacitè vel exprese. c. quàm periculosum.7.q.1.quia fateor quoad hoc, vt renũcians perdat quod renunciauit, si ad id non reuertatur, sed in dimittente beneficiũ permittitur libere reuerti, per d.c. si beneficia. quòd nõ est in resignâte. Vel respõ. ad tex. in c.si beneficia. loqui in priuatione iuris, quæ non valet postquã adeptio non habuit effectũ. Fede.in tract.de permu benefi.q.8. Soci.consil. 168.in primis.col.2.vol.2.per.l. Claudius.ff.de acq.hære.l. certi cõdictio.§. quoniam.ff.si cert.peta.secus in priuatione hominis expressa, quæ remanet firma, licet finis actus non sequatur. l. planè. in princi. ff.de leg.1.Bart. & Alex.in l. si cum dotem, in prin.ff.solu.ma. quia mitius agitur cum lege quam cum homine.l. Celsus. de arbitris.tene primam.

173 Nec refragantur iura ciuilia, videlicet tex. in l.cum præcibus. & l.rebus. C. de rerum permuta. vbi quis potest repetere id quod dedit causa permutationis si nõ fuerit sortita effectum, quia in prophanis rebus loquitur, nos autem in spiritualibus, vt not. in c.penul.de rerum peumu. quæ spiritualia semel perdita non potest quis adipisci sine nouo titulo. idem respond. ad totum titulum de condict. causa data. & ad.l. naturalis.§.1.de præscript. verb.gloss. in cap. cũ inter R.de elec. ita in propriis terminis respondet.

174 Minus obest text.in c. 2.de renuncia. vbi post renũtiationem quis potest habere beneficium sine noua collatione cum simplici inuestitura. Sed respond. ꝙ inuestitura habet vim collationis, imò sumitur pro collatione quando ante eam non præcesserat aliqua collatio, & est facta ab habente potestatem conferendi.gl. & Panormit. in ca. authoritate.de institu. & idem Panor.in c. 2.col.penulti. de consuetu.argumen.c.1. de consue.recti feud.text. in c.pro illorum. & ibi Cardinalis in 3. notabili. de præbendis. vt alibi dixi. Idem scribit Cardin. in c. cùm ecclesiasticæ.de exceptio.ac Felin.in c.cum aliquibus.col.vlti.de re iudic.

175 Nec me mouet c. sanè. illo titu.de renun. quia ibi fuit facta noua collatio per nouas literas, in quibus mãdatur canonicis, quòd non obstante renũciatione ipsum in canonicum & fratrẽ admittant. & ita illum tex. intelligit ibi Bald.

176 Nec facit c.super hoc.ibidem, quia dum text.dicit admitere non postponat, debet intelligi, quod iudex non postponat admittere cautam spõtaneæ abiurationis, & exceptionem, & sic nõ loquitur de admissione ad beneficium sine noua collatione.

Præterea vrget valde text.in c.ex parte. 1. de officio delegati. vbi paria sunt dimittere, & resignare. intellige vt ibi text exprimit quãdo vellet omnino dimitere. Et sic denotat totalem resignationem, & abdicationem, secus si simpliciter dimitteret, vt aliud posset habere, vt d.c.si beneficia. Quæ totalis dimissio præsumitur, quando cum licentia episcopi dimitteret, nam tunc dimittere denotat totalem dimissionem. c. admonet. & c. post translationem. colum. 2.de renunciationibus. Ideò si quis renunciat liti non vidatur renunciare titulo beneficij. Calderi.consil 5. an habens. in fine. rubr.de præbend. refert Decius cons.455. viso.num.20.

177 Primò fallit quando resignatio nõ tenuit: tunc sine noua collatione ad suum beneficium cedens redit etiam post renunciationem si retinuerit possessiunem.c.fin. de renunciat. & ibi plenè docto. quia quotiens vitiosè cautum est, & c.l.quotiens.ff. qui satisdare cogantur. 178 Imo arresto cautum est renunciationes factas in fauorem, nullius esse momenti corã alio, quàm summo pontifice, nec etiam esse præiudicio resignanti anno 1513.in causa Hardoin Fornier, appellantis à præpositio Parisiensi, contra Renatum Vaiin intimatum. pro quo facit l. pen. ff. de offic. præsi. Domi.cons.125 dubia scripsi in addi.ad Ioan. Nauclerum, in tractatu de symonia.

Arrestum. Renũciationes in fauorẽ quando valeant.

Secun

179 Secundò, fallit quando coactè resignauit: quia tunc permittitur ministrare in eadem ecclesia, non obstante renunciatione. c. si verò. & ibi Feli. de iureiur. & hoc est introductum ad coercendum iniquitatē eorum, qui ecclesiasticos viros ad renunciandum, & præstandum illud iuramentū compellunt. probatur in c. 3. & seq. de his quæ vi metusve causa fiunt. & illæ renunciationes sic factæ non valent. clem. multorum. de pœnis.

Resignatio nulla quando procurator alio modo resignauit.

180 Tertiò, limitatur non procedere, quando procurator cōstitutus alio modo resignasset, quàm ei mandatum est, vtpote habet potestatem resignandi retēta pensione, resignat ea non retenta, tunc non valebit illa resignatio, nec iuuatur hoc decreto is, cui est facta collatio, tum quia nulla est, tanquam contra mandati formam facta. l. diligenter. ff. mand. & c. cum dilecta. vbi plenè Feli. de rescrip. tū quia facta contra modum in supplicatione expressum. Panor. in c. cum pridem. in fi. de pactis. sic expressim super hac regu. tenet Do. Gomes. q. 33. Et an procurator constitutus ad resignandū possit præstare consensum post cedentis obitum? vide Cassado. in decisio. 1. de renun. & Boer. q 348. in decis. Burdega. alibi scripsi.

181 Nec obest, quòd titulus semel extinctus per renunciationem, non reuiuiscit sine noua collatione. l. qui res. §. aream ff. de solut. hoc procedit, nisi aliud interueniat, per quod sequatur integra restitutio. facit c. ab exordio. 35. dist. & res de facili ad suam naturam redit. l. si vnus. §. pactus. ff. de pactis. Et sicut is qui habet mandatum vendendi Titio fundum, si vendat alteri, nihil agit. l. cum seruo. ff. de contrahet. emptio. ita qui habet mandatum resignandi in fauorē Titij, si in alterius fauorem resignet.

182 Aliquis seduxit me, dicens patrem vel patruum mittere ad me, vt literas resignationis, seu procuratorium ad eum mitterem, cui credidi, ipse per has literas resignauit, dico mihi succurrendum, & resignationem nullam per text. expressum. in c. 1. 15. q. 6. sic dicentem, si quando à sacerdotibus, & authoribus ecclesiæ, quædam scripturæ quoquo modo per metum, aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint, vel vt se liberare possint, quocunque ab eis conscriptæ aut roboratæ fuerint ingenio, ad nullū eis præiudicium, vel nocumentum valere censemus, &c. tu tamen facilè non credas omnibus petentibus procuratorium ad resignandum, & sic non valet resignatio quādo per dolum & fraudem esset inductus resignās, quia dolus cōsensum excludit, qui ad hoc est necessarius. Panor. in c. cùm dilectus. in fine. quod metus causa. l. & eleganter. ff. de dolo.

Resignationes per fraudē extortæ, sunt nullæ.

183 Notandum est, quòd in quibus casibus potest quis redire ad suum beneficium sine noua collatione, debet intelligi quando illud beneficium dimissum non erat occupatum, alioqui non poterit redire sine noua collatione. Rota decis. 1. fuit dubitatum vtrum beneficia, decis. 3. si quis permutauerit. de rerum permut. in nouis. & decis. 1. si illegitimus. de fil. presbyter. in nouis. quia etiam hæres nō potest propria authoritate res hereditarias accipere, quando sunt per alium occupatæ. Inn. in ca. transmissam. de elect. Alexand & Ias. in l. iustè. ff. de acquir. posses. Decius in l. non est singulis. ff. de regulis iuris. Item victori non licet propria authoritate ingredi possessionem, quando erat ab alio occupata. Panormitanus & Felinus in c. de cætero. colum. 5. & sequen. de re iudicata.

184 Postremò, amplia quòd non debet molestari, nec directè, nec per indirectum, regula cum quid vna via. de regulis iuris. libr. 6. Alexand. cons. 220. num. 8. in 6. volum. & cons. 151. in fi. volumi. 7. gl. plena allegationibus, in c. constitutus. de conces. præben. nam etiam pœnalis cōstitutio habet locum non solùm contra venientem contra iuris dispositionem directè, sed etiam contra venientem indirectè. text. not. in c. ad nostrā. & ibi Panor. & Barba. de empt. & vendit. vide Decium in regula, in iure. ff. de regul. iuris. Ex quo infertur quòd nedum is qui possedit beneficium pacificè per triennium non potest molestari, sed nec etiam is, cum quo est facta permutatio: imò is qui de nouo habet beneficium triennio per permutantem possessum. poterit iuuari hoc decreto, & expellere molestantē eum, sicut is poterat, à quo habuit causam, quia successor potest vti defensionibus sui authoris, contra quem regressum habet de euictione. l. emptor. C. de euictio.

Is qui habet beneficiū permutatum, an hoc decreto iuuetur.

185 Item in beneficialibus licitum est successori vti iure prædecessoris, quod est exclusiuum intentionis agentis. Ioan. Andre. & Card. in c. mandatum. de rescri. Imol. & Felinus in c. capitulum ibidem. Sed prædecessor post triēnium ante permutationem factam poterat excludere aduersarium, ergo successor eius nomine poterit, cum sufficiat excludere aduersariō per exceptionem iuris non sui. Ioan. Andr. & Compost. in d. c. mandatum.

Triēnio, sui authoris an quis iuuari possit.

Præterea si euinceretur ab eo cui fuit datum causa permutationis, posset is redire ad suum alterum beneficium, per capitul. si beneficia. & ibi not. de præbendis in 6. c. penultimo. de rerum permutatione. & ca. vno. illo titulo, in 6 ideò molestaretur is qui dedit vt notatur in l si controuersia. & l. si permutationis. C. de euictio.

186 Notandum est tamen quòd euictio beneficio possum impetrare literas regias, vt liceat mihi redire ad meum beneficium, & hoc conceditur, vt fuit pronūciatum anno 1519. in vigilia Assumptionis, ad vtilitatem Bricon: sed si aliquis impetrat literas regias

Praxis quādo euictum est beneficium.

gias ad annullãdam permutationem, quas dirigit iudicibus laicis, repellendum esse *Arrestum.* censuit idem senatus, anno 1522. die 7. Septẽbris, pro Pidoux, contra Iosseran. Idem tenuit Staphileus in tract. de literis gratiæ fol. 89. versi. & per ista vidi, volens annullationem permutationis decidendam esse à iudicibus ecclesiasticis, quando facta est super beneficiis.

187 Nec obstat quòd successor in beneficio non potest vti accesione sui prædecessoris quia nil de iure prædecessoris transit in successorem. glossa in eodem titulo. in verbo possedit. in pragm hoc est verum, quando collatio fit liberè, secus si quis subrogetur in ius alterius, vt quando confertur ex causa permutationis, quia si permutãs nil iuris habebat ad beneficium, sic nec habebit is, cum quo est facta permutatio. nota. in d.c. vno. de rerum permu. in 6.

Vel respon. quòd non potest successor in beneficio vti accessione prædecessoris, quãdo successor ex titulo & possessione prædecessoris volebat ius suum fundare sine nouo titulo, secus ergo quando successor se fundat ex proprio titulo nouiter acquisito, & ad excludendũ alterius titulum, excipit de iure sui prædecessoris, & hoc potest facere, prout concludit de Ripa in libro 1. respons. de legitimis capit. 17. in causa. & ista sunt valde notanda, & in eis sæpius vidi dubitari.

188 Licet contrarium teneat D. Gomes. in hac regula cãcel. q. 13. vidi tamen seruari, quòd si molestans velit quædam opponere de nouo, contra istum qui de nouo habet beneficium triennalis possessoris, quòd possit: sed de iure triennalis possessoris nõ discutietur, si erat habilis. nec opponetur contra, sed bene cõtra personam subrogati, & ius, quamuis contrarium dicat seruari Romæ D. Gomes. in quæstio. 14. quod sic poterit intelligi.

179 Limita primò nisi ex causa de nono orta, quia tunc impetrari posset beneficium, & triennalis possessor molestari, vtpote si simoniam committeret post triennium. arg. c. cùm inter. de renuncia. ca. 1. & per totum tit. de cleri. non residen. Barba. cons. 11. in 1. volu. quia quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex causa. ff. de interroga. actio. vel si haberet ecclesiam parochialem, & intra annum post dispensationem ad biennium finitam non est ad sacros ordines promotus, per c. licet canõ. de elect. lib. 6. Chassa. in cõsue. Burg. in rubrica, *des successions.* in §. 3. glo. *babille.* Ergo cum nõ habeat coloratum titulum poterit molestari etiam post triennium, nec iuuat primus titulus, quia nullus effectus est. Idem si esset adeptus post triennium, secundum beneficium incompatibile cum primo Barba. d. cons. 11. col. 9. volu. 1. per c. de multa. de præbend. & c. licet episcopus. eo.

Ex causa de nouo orta post triennium molestari licet.

Molestari potest non promotus, & qui duo tenuit incompatibilia.

titulo. in 6. & in extrauaganti, execrabilis. illo titulo.

190 Quamuis contrarium teneat D. Gomes. super hac regula, q. 10. Primò quòd in regula non sunt excepti nisi duos casus: ergo in aliis locum habet. Respon. licet nõ sint excepti nisi duo, tamen alij similes comprehenduntur. & vbi est par, vel maior ratio, etiam in odiosis extensio fiet. §§. porrò. quæ fuit prima causa beneficij amit. facit text. in l. cũ hi. §. causæ, ibi. aut si qua alia causa fuit (vt plures solent incidere) quæ prætori suadeat transactionẽ admittere. ff. de transactio. l. à sentẽtiam, ibi, vel similem huic causam. de appella. Perus. abũde. in c. 1. colum. 2. & sequen. de tempo. ordin. in 6. Ias. in §. sequens. & in §. tripli. de act. in instit. Corse. in sing. incipiente extensio. & Hippo. in l. qui falsam. nu. 6. ff. de fal. alioqui sequeretur quòd si ab ordinario infanti, furioso, vel hæretico esset collatum beneficium, & ipsi possiderẽt illud triennio, quòd nõ possent postea molestari, eo quòd non exprimantur in textu Nempe quãuis textus nõ exprimat nisi duos, violentum, & symoniacum, & textus concord. non exprimit nisi violentum, sed quia violentus non habet titulũ, ideo voluit cõditor excipere omnes qui titulum non habent, sed is qui non est promotus intra tempus iuris, nõ habet titulum, ergo potest molestari, quia hic non loquitur de omni possessore, sed de iusto, & de iusta possessione. §. 1. per quos fiat inuesti. & paria sunt nullum ab initio habere titulum, vel habere, & postea nullum effectum. c. cõmissa. de electioni. in 6. & quanuis ista prouisio, nequis molestetur, sit fauorabilis, non tamen extẽditur contra voluntatem disponentis, sed voluntas disponentis est, vt nullus sine titulo teneat beneficium. c. 1. de regul. iur. in 6. § si. In d. tit. de pacifi. poss. ergo hæc non interpretabimur contra disponentis voluntatem.

Respon. rationibus Gomes.

Item is qui est priuatus nullum habet titulum: ergo non habet coloratũ, & sic non iuuatur hoc decreto, alioqui sequeretur, quod si per iudicẽ quis priuaretur beneficio, adhuc priuatus posset se iuuare hoc remedio: cum idem sit in priuato à iure, sicut in priuato ab homine, & priuatus ab homine nõ posset post priuationem hoc iuuari beneficio: sic nec à iure priuatus, nec plus iuris consequetur vnus quam alius quo ad hoc

191 Nec refragatur quod in pragmati. dicitur non debere molestari etiam ratione iuris nouiter impetrati, quia respondeo, quando quis esset pacificus possessor, & cum colorato saltem titulo non esset molestandus, etiam si quis impetraret illud beneficium de nouo, quia non est causa cur debeat illud beneficium impetrari: vtpote quia vsque ad triennium habuit dispensationẽ: & postea non vult promoueri, dicens se tutum triennio: certè si hoc permitteretur, edictũ animabus,

Declaratur textus prag. nouiter iuris nouiter impetrati.

mabus, & reipublicæ esset perniciosum,& præberet mat riam delinquendi: vt quis possideret triennio: postea nõ curaret promoueri,vel committeret crimina priuatione digna:quod est absurdum ,nec quis plus debet de ndi per hoc edictum, quàm verum habe s titulum, vt non plus operetur fictio, quam veritas.l. si filio.ff.de liber.& posthu. Nec obest quòd dispensatio inualida prodest:vt tenet Specu.in tit. de dispensa.in §.videndum.versicu.porro. Refert.D. Gomes. quæst.10. Respond. quando quis habet verum titulum, & dispensationem inualidam: tunc potest fortè prodesse,sed in casu prædicto nullum habet titulum, nempe vt titulus non annullaretur, succ s fit dispensatio, quæ coloratum saltem reddidit titulum:secus quando nulla fuit dispensatio. Nec me mouet quòd per hæc verba non possit molestari: aufertur iurisdictio iudici:& parti tollitur facultas probandi ca cùm plures.de offi.deleg in 6.Gomes. q.18. Sed respon postquam constiterit iudici aliquem possedisse triennio etiam cum colorato titulo, tunc debet eum tueri,& pars non debet admitti ad probandum postea,sed antequam appareat istum triennio possedisse,& cum colorato titulo,iudex hoc inquirere poterit,& pars probare: nam qui dicit se talem, oporret quòd probet l. non ignorat. C. qui accusa. non possunt.& prius debet constare testamentum factum esse à milite, antequam illi dentur priuilegia.text.in §.plenè, de milit.test in inst.& si quis alleget peremptoriam exceptionẽ impedientem litis ingressum oportet quòd probet eam sibi competere.c.1.de litis cõte. in 6.vbi docto.sic iste possessor interim molestabitur donec hoc probauerit: & sic non iuuabitur, qui non est promotus, nec qui tenuit duo beneficia incompatibilia sine dispensatione, non super primo:quia vacauit per adeptionem secundi.ca.de multa.de præb.nec iuuatur super secundo: quia postquam contendit vtrumque retinere sine dispensatione post mensem: vacauit & secundum,per extrauag.execrabilis.vt abundantius resp.in quodam cons. super hoc edito.

Sine titulo possidens nõ iuuatur hoc decreto.

192 Secundò limita,quando sine titulo possedisset,vt hic dicitur in fi. & glo.in verb.possideat.eod.titu.in prag. Fel.in c.sicut.nu.30. vers.5.aduerte.de re iudi etiam si post triennium superueniret titulus.glo.in fin.In verb. coloratum.eo.tit.Card.cons.108. vacantibus.

Sententia an de titulo valeat ... possessorio.

193 Not. quod ad probandum titulum non sufficit ostendere sententiam esse latam in palatio in petitorio, quia beneficium ex canonica institutione obtineri potest, non ex sententia cap.1.de reg.iur.in sexto. Secus in possessorio, quia non est verisimile,quod palatium pro aliquo iudicasset, nisi prius vidisset titulum. Aegid.de Bella Mera decis.578 spoliatus Feli.in ca.cùm venerabilis. col.12.de exceptio.refert Hippol.in rub.de prob fol.20.col.2.Ego non video rationem diuersitatis,nisi diceret se perdidisse titulũ, & probaret,quia etiam tunc in vtroque casu sufficeret ostendere sententiam facientem mentionem de titulo. per not. in l.testium.in fine.C.de test. & authen.si quis. C.de eden.

194 Sic nec sufficit confessio aduersarij. Bar. cons.10. difficile col 2.in 3.vol.quia non ex confessione, sed ex canonica institutione beneficium obtineri debet. ca ex frequentibus.de instit. Domi.cons 38.pro clariori. col.2 Et hoc ad probandum titulum, secus ad iustificandum, & coadiuuandum.gloss. singu.in ca.duobus.in verb. si non appareat. de rescri.in 6.& ibi multa addidi.

Collatio si non sit in registro, an valeat.

195 Si tamen collationes registrarẽtur in vno loco, & ostenderetur illam, de qua agitur, non esse registratam.ille remouendus esset, quamuis diu possedisset. Feli.in ca sicut.nu. 31.versicu.3. aduerte.in fin.de re iudic.& in cap.illud.nu.7. vers.3.est aduertendum.de præsump.nisi ostenderet collationem in forma.vt ibidem not.

196 Tertio fallit,quando possedisset sed non pacificè, vt hic text requirit, quia quando verba non conueniunt, nec eius conuenit dispositio l.4. § totiens.ff. de damno infec. & etiam quia hic requiritur illa qualitas.

Pacifice quando dicatur.

197 Quarto quando dicatur pacificè possidere? Respon. quando nullam patitur controuersiam iuris vel facti,nec in iudicio,nec extra iudicium.Cardi.& alij in clem.gratiæ. de rescr.de Rota,decis 1. sufficit impetranti. de præbend.in no Feli.in c.cum Ioannes.nu, 33.de fide instru.Dec.in c.2.not.2. de confir. vtil.ca.si ne præla.vices suas.& plenè Cassadio.in decis.9 de causa possess.

Aliquando pacificè dicitur sine cõtrouersia verbi,vel facti.ca.cùm olim. de dol.c.ex parte de testi ca.vltim.nec præla. vices suas. Bal.cons.288.omnis qui rem.col.2. volu.4.

Item pacificè dicitur sine vi.l.vim facit. ff de vi & vi arma.

Insuper pacificè dicitur sine quæstione.l. Lucius §.tres hæredes.ff.ad Trebel ca.venerabili.de offi delega.c.cum ecclesiasticæ de excep. c.dudum.in fi.de deci.c.2. de renũc.

Aliquando sine reuocatione in dubium. l.extat.& ibi glo.ff.quod met. caus.Bald.d. consi.288.omnis qui rem.in 4.volu. vel pacificè,id est amicè.capitulo ex multiplici.de deci.

Quandoque pacifice, id est iure.glo.in c.placuit.1.16.quæ. 6. hic tamen dicitur pacificè,id est sine lite:& sic licet sit controuersia verbalis.si non fuerit peruentum ad citationem, dicetur pacificè possidere,vt in text. pacificè, id est sine lite.Sic exponit gloss in clem.vna.de sequest. poss. & fruct.gloss.in regula.cancella.33.& seq.allegans text.in ca. cum causam.de appella.Bonifac. in d.clem. vna. columna.4. Guido Papæ in decision. Delphi.quæstione.85.curia.licet alibi dicat

sufficere,

sufficere, si possideat de facto: & dicitur pacificè possidere, licet sibi moueatur controuersia de iure. Guid. consi.134. circa in 3. dubio. & sing.365. & seq. Rota decis.36. not. quod vbi in antiq. Et hoc intelligerem, quod ad alios qui non mouent controuersiam, licet sibi moueatur per aliquē, tamē si habeat coloratum titulum, illo iuuabitur. Item priuilegium concessum possessori, intelligitur de pacifico possessore. Præposi in ca.1. col.penulti.33. dist. allegat glo. in verbo neutro. in clem.1. vt lite penden. & d. Præpo. ibi multa dicit quæ hic benè seruiunt vide si lubet.

Pacificè possidere, an is censeatur qui habet recredentiam.

198 Nec dicitur pacificè possidere, qui habuerit recredentiam, etiam si obtinuerit in possessorio, & mouetur sibi lis in petitorio. glos. in §. item quod vniuersitates, in verbo possidebunt. de colla. in pragm. vel si litigaret, etiam super possessorio. glos. singu. cap. commissa de elect. libro 6°. & Feli. in ca. nec Dei timorem. colum.2. de simo. Nec obstat. glos. singul. in ca.1. de confir. vtil. vbi res non dicitur litigiosa, licet litigetur super possessione, tamen illa beneficia non dicuntur pacificè possideri, nec hoc probat illa gloss.

Lis super possessione impedit pacificum possessorē etiā super proprietate.

199 Vnde inquit Do. Gomes. qō.53. super hac regula: quod si moueatur lis super possessione, non redditur litigiosa proprietas: sed ipsum ius possessionis, allegat Abba. & alios in cap. primo. de sequæst. posse. & fruct. & Milium, in verbo litigiosa res. Philipp. in cap. vt lite penden. in 6. Calder. in consil. 5. titu. de præbend. & Oldra. consil.299. Sed aduertendum est, quod prædicti docto. in diuersis terminis loquuntur: nempe quando diffinitum est possessorium, non censetur diffinitum petitorium: secus econtrario. cap. cum ecclesia. & cap. cum dilectus. de causa posse. hic non quærimus de re litigiosa, sed an is, cui mouetur lis super possessione per triennium, postea dicatur pacificus possessor quo ad proprietatem? Et dicendum est quod non, per supra adducta, alioqui sequeretur, quod si lis super possessorio duraret vltra triennium, quod postea agere petitorio quis non posset, quod est falsum, quia nunquam dicitur quis pacificus, quando mouetur ei lis, tam super possessione, quàm super proprietate: & ita seruatur in forensi iudicio, ob id alia allegata per Do. Gomes. non resp on. quia illi sententiæ non obsunt. Et meæ sententiæ est Francis. consil.165. præsupponitur. nu.5. & seq.

Pacificus possessor dicitur quo ad illos qui litē non mouerunt.

200 Ex his infero, quod licet litigaret quis aduersus vnum per triennium, & aduersus alios non, quod post triennium non poterit ab aliis molestari: quia fuit pacificus quo ad alios, & liberas habere ædes aduersus eos censetur. l. loci. §. penult. ff. si seruit. vend. Et istam opinionem semper in Francia seruari vidi glo. in verbo terminorum, eodem titu. in pragma. pro qua facit vltra eam. tex. in l. fulcinius. § sed illud. ff. quib. ex caus. in posse. eatur, vbi ille solus potest impetrare venditionem bonorum contra latitantem, si aduersus eum latiter: sed alij non, si contra eos non latitat, & is qui precario fundum rogauit, vbi potest aduersus omnes, præter eum, quem rogauit, vti possidetis. qui precario. ff de preca. facit. l. maiore. de verb. signi. & lis duorum primi & secundi non facit rem litigiosam contra tertium. l.1. §.1. ff. de litigio. ibi, quia is qui mihi vendidit nullam litem habuit, sic est in hoc casu: sed D. Gomes. in q.22. dicit contrarium, firmans illum non esse pacificum quo ad omnes, qui contra vnum litigat quia est quædam interruptio naturalis secundum eum, quæ omnibus prodest. Sed (mea sententia) non potest per conuentionem vnius dici naturalis interruptio, sed potius ciuilis, nec dicitur deficere pacifica possessio respectu aliorum non litigantium, imo quo ad alios dicitur possedisse pacificè, & sine lite, ideo is qui non mouit litem intra triennium non potest iuuari lite alterius, quia iste text. dicit quem non posse venire post triennium: nisi alleget impedimentum, & de illo protestetur intra triennium, ergo vult, vt pacificè possideat aduersus illum qui non est potestatus, & qui non est si fuit impeditus agere si non moueat litem, non poterit postea agere & illa est praxis indubitata regni, iuri & rationi conformis per prædicta.

Post recredentiam non potest [...] trienn[...] possessor.

201 Imo si adiudicata recredentia aduersarius taceat per triennium & permittat possidere partem aduersam, non poterit possessor post triennium etiam à parte aduersa molestari super possessorio arresto ita renunciatum extitit in hoc senatu. an.1510 die verò 17. Maij, præcedente litigato facto die quinta Martij, anno 1509. In causa magistri Ioan. tillon appellantis à seneschal. Andegauen. contra Bartholomæum foucher appellatum, & pro appellato, qui possederat triennium post recredentiam: idem fuit dictum eo anno die 13. Aug. pro magistro Bernardo collard. cōtra Bernardum roquart, adeò vt hodie in Francia super his non sit dubitandum, vnde scribit Boër. in decisio. Burdegalen. qōe. 171. si super præbenda. in fin. quòd is, qui obtinuit recredentiam, tenetur saltem promoueri post triennium statim alijs priuatur suo beneficio. per p non promotionem: per ca licet canon. de electio. in 6. glo. & docto. in c. commissa' illo titut. scripsi in praxi

Arresta.

202 eficiali in rescripto de nō promouēdo.

Imò fortius existimarem, quòd si post plenum possessorium quis taceret post triennium, quòd nunquam posset postea venire ad petitorium, quia hic possedit triennio pacificè, ideo hoc debet iuuari remedio, nec refragatur, quod litis contestatio perpetuat actionē. l. nam postea §. si is qui temporali. ff. de iuretur. quia hoc est verū

aut

ante litem decisam: Sed postea non, Cum igitur sit lis decisa, is, qui tacet, videtur acquiescere, & fortius, quàm si lis mora non esset, & hoc propter rationes quas dixi suprà, quare fuit hoc remedium inuentum. nu. 30. in 4. ampliat.

Si moueatur lis super vno nō mouet dus tur pacifam.

202 Item puto, quòd ad hunc tex. attinet sufficere, si possideat maiorem partem reddituum beneficij, licet moueatur sibi lis super vno prædio, vel quibusdam decimis, per glos. in d. c. commissa. Bald in c. ecclesia i. in fi. de elect. gl. in d. regula. 33. Dom consi. 125. dubia. col. 2. vers. super tertio Deci in d. cap. 2. de confirma. vtil. & ista opinio fuit seruata in Rota, teste Guido Papæ in d. consil. 154. circa. in 3. dubio, vbi dicit pacificè possidere quando habet liberum curæ exercitium, licet maioris partis possessionem non habeat. Card. in clem. vt hi qui. §. illi verò. nu. 9. q. 6. de æta. & qualita. quod procedit quo ad ca. licet canon. de elect. in 6 licet hoc reprobet Imol. in d. cle. gratiæ. in fin. per c. si tibi concesso. de præb. in 6. facit c. 1. de resti. spolia. eod. lib.

Nota tria ad hoc titulum requisita.

203 Nec sufficeret esse in possessione per triennium, si non possideret. Dec. in ca. consultationibus. col. 2. de of. deleg. l. si quis ante. ff. de acq. posses. vbi dicitur, longè aliud est possidere, aliud in possessione esse, & studere, vel in studio esse, secundum Alex. ibidem. Tria tamen in text. videntur requiri. Primum, quod emanauerit citatio à iudice competente, & quod illa sit executioni demandata. ibi, si ad executionem citationis, &c. Secundum, quod titulus agentis sit in iudicio parti aduersæ exhibitus, ibi, iurisque sui in iudicio exhibitionem, nec sufficeret extra iudicium exhibuisse, per verbum text. in iudicio. Et sic appellatio extraiudicialis nō sufficeret sine exhibitione, quamuis cōtrarium concludat do. Gomes. in q. 54. super hac reg. Cancel. Nec sufficeret commissio causæ, & citatio non facta executione, licet in hoc idem do. Gom. teneat contrarium, q. 56. vbi suprà. Et hæc probantur in hoc text. vt vides, quamuis excusari possit, quia in sua regula hoc non exprimitur, sicut in tex. concord. Et sic consuluit Petr. Paul. Paris. consi. 81. origo huius. in 4. vol. etiam requiritur, quod citatio sit legitima, & non nulla, aliâs non obtineret, quod hic dicitur. vt consuluit idem Paul. Paris. cons. 94. beneficium, col. 1. in 4. vol. Tertium, quod omnes dilationes ordinariæ iuris, vel stylli curiæ, quæ dantur ad litem contestandam, sint ante finem triennalis possessionis lapsæ. glo. in verb. ter, minorum. eo. titu. in pragm. alioqui dicitur quis pacificè possidere. Hodie omnia ista non requiruntur. Sed duo tantum, videlicet citatio, & eius executio. Secundo, iuris in iudicio exhibitio, quod seruatur in Francia: aut terminorum omnium obseruatio, quod obseruant Romani & Itali.

204 Sed non diceretur pacificè possedisse, qui ante annum conuenitur ab aduersario super beneficio, & is, declinat forum, & antequam constituantur iudices, labitur triennium, tunc quia non stetit per actorem quo minus lis contestaretur, habetur pro contestata. tex singu. in l. si eum. §. qui iniuriarum. in fin. ff. si quis cautio. & ad hoc ibi ponderat Bolo. in suis secundis interpret. Nec requiritur litis contestatio quo ad hoc decretum, sed tantùm vt non possideat pacificè, ergo sufficeret citatio executa ante triennium cum tituli exhibitione. eo. titu. in concord. hoc casu. clem. si. vt lite pend. & in vers. lis autem. vide Bald. in Marg. in verb. mora. & Alex. consi. 100. discussis. in 5. vol. Imo dicerem haberi pro contestata, vt non possit aduersarius vti hoc decreto, etiam vt post triennium possit intentare interdictum vti possidetis, quod aliâs post annum non datur. l. 1 §. 1. ff. vti possi.

Contestata lis quando habeatur,

205 Pacificè dicitur etiam possidere quis post annum adeptæ pacificè possessionis, vnde si prima die Ianuarij, mihi collatum fuerit beneficium, hoc anno 1547. & postea nullus me inquietat per totum annum, ego anno 1548. debeo promoueri, alioqui toto hoc anno elapso ero priuatus per non promotionem: per c. licet canon. & c. commissa. de electio in 6. etiam si mihi collatum fuerit beneficium secundum incompatibile, non vacat primum nisi toto anno elapso, quia non dicor pacificam possessionem habere, nisi labatur totus annus, & sic impetratio ante annum nulla reputatur, vt fuit iudicatum in camera domanij, anno 1547. & in mense Febr. in hoc senatu pro magistro Petro de la Barniere cōtra Chastatim, relatore d Saucerio, & hoc scripsi plenè in praxi beneficiali in rescripto de non promouendo.

Arrestum. quomodo computetur annus ad promouendum.

206 Quarto. non procedit quando is qui possedisset non esset habilis, nec idoneus ad beneficia obtinenda tunc post triennium molestari posset, quia verba generalia legis, & huius decreti debent intelligi de habilitate, etiam hoc verbum quicunque. text. in l. emancipari iuncta gl ff. de adop. l. omnes C. sine censu. & ibi gle. l. 1. C. de fide instr. & iure hastæ fisca. libr. 10. l. 1. de sacrosan. eccle. l. 3. de fide instrum. l. vt gradatim. ibi, si idonei sunt. ff. de muncrib. & hono. l. qui certo loco se debere existimans soluit indebitum, quolibet loco repetet, scilicet idoneo dicit glos. ff. de condict. indebit. l. 1. in fi. ff. manda. Fel. in ca. omnes leges. 1. distin. cap in omni. de testib. plenius quàm alibi per Hippolyt. in l. vnius. §. cognitiurum. ff. de quæstio. dixi latè in dicta l. 1. C. de sacrosanct. eccle. Et hoc tenet expressè glo. in regula cancella. 33. & d. Chassa. in consue. Burgun in rub. *des successions.* §. 3. glos. *habille.* Ratio est, quia possessio longi temporis non habilitat incapacem. causam. & c. accedentes. & ibi Panor. & Felin. de rescri. Ioan. Andr. in c. 2. per illum textum. de præb. libr. 6. & etiam

Inhabilis non tuuatur hoc decreto.

quia dum conceditur nouum ius, debet semper restringi, vt minus lædat ius commune, quàm sit possibile. l. si quando. C. de inoffic. testa. ca. cum dilectus. de consuet. Ias. plenè in l. 1. §. nuntiatio. col. 3. ff. de noui ope. nuncia. & quia inhabilitas præscribi non potest. ca. cum causam, & ibi Ancha. de elec. nec ex diuturnitate temporis nascitur titulus in beneficialibus, & spiritualibus. Bald. per illum text. in c. ex parte. 1. col. 1. de restib. benè tamen est quædam præscri. Feli. ibi, sicut in rebus prophanis. l. si filiusfamil. C. de petitio. hæret. l. cum de in rem verso. ff. de vsur.

Quis dicatur inhabilis.

207 Quarto quis dicatur inhabilis? quo cognito, cognoscetur idoneus, & habilis: cum contrariorum vno cognito, alterum cognoscatur. l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Et quo ad hoc quilibet præsumitur habilis, nisi probetur inhabilis. argu. l. si quæramus. ff. de testa. & per verbum quicunque hic positum, & per regulam, omnia censentur permissa, nisi fuerint prohibita. de qua, glo. melior iuris. in cap. inter corporalia. de transla. episc. Igitur dicam qui sint inhabiles

Infans est inhabilis.

208 Primò, est inhabilis infans, in decorum enim est ei concedere beneficium, qui non nouit regere seipsum. ca. in decorum. de ætate, & qualit. talis enim caret iudicio. l. cum prætor. ff. de iudic. §. præterea. instit. quib. non est permissum facere testa. nec stabilem habet mentem. l. fin. C. de testa. mili. & quia non est rationis capax. cap. firmissime. 15. quæstione. 1. & cap. qui apud. 1. quæst. 4. & quicquid videt, ignorat. l. 1. C. de fals. moneta. nihil scit, vel scire præsumitur. l. fin. ff. de iur. & fact. igno. nec sentiunt, vel consentiunt, nec charitatem habent. ca. s. versicu. r. de baptismo. nesciunt quid vtile sit. §. est quoque. in auth. de nupt. coll. 4. Item non sunt concilij capaces. l. more. §. fin. ff. de acq. hereditate. infirmum est illorum iudicium. l. fi. ff. de manu. vindict. nec pleni sunt animi. l. donatatum. C. de acquir. pos. boni ac mali distantiam ignorant. Deuter. c. 1 in fin. Et donec equitant super arundinem, & baculum, ecclesiam regere nescirent. Bald in cap. cum nobis. in fin. de præscrt. descendant igitur de baculo, & addiscant, & in prudentia senescant. ca. cum ex eo. de elect. libro. 6. Ergo per prædicta infans est cuiuscunque ecclesiastici beneficij incapax sine apostolica dispensatione: & ideo si fuerit eidem collatum beneficium, & illud possederit triennium, postea poterit molestari, & ante, & quandocunque, cum iste textus de habili tantùm intelligatur. facit quod scribit Card. Alexan. in c. de his 28. distin. De dispensatione minorum ad beneficia, vide Oldra. consil. 329. & quæ possunt opponi contra prouisiones apostolicas, & dispensationes minoribus concessas, tradit idem Oldradus consil. 325. cum duobus sequen. & cum istis factæ dispensationes iuuenes & ignaras ecclesias fecerunt, ac ferè destruxerunt.

Quæ beneficia possunt habere minores.

209 Post septem annos recepta prima tonsura (quod potest. c. fi. de temp. ord. lib. 6.) erit habilis ad beneficia simplicia, quæ non sonant in nomen rectoriæ, nec consilij maturitatem requirunt, secus in aliis. ca. de his. 28. dist. ca. 2 de æta & quali. c. si eo tempore de rescri. eod. libr. glo. in verb. rigorosum. in rub. de numero, & qualitate Card. in prag. Panormit. & alij in ca. super in ordinata. de præb. gl. in reg. canc. 17 Io de Selua, in tract. de benefi. in 3. parte. q. 5. Mandago. in tract. de elect. c. 7. partis. 1.

210 Nisi illa beneficia simplicia de iure consuetudine, vel statuto, haberent certum ordinem annexum, tûc ad illud etiam esset inhabilis. ca. ei cui de præb. in 6 c. significatum illo titu. vel quando essent administratores ecclesiæ principales Inno. in ca. præterea de æta. refert. Imol in cle. fi. illo titu. ordo enim naturalis seruandus est, vt qui ex defectu ætatis, aut virtutis, sub alterius tutela consistere debet, alium sub sua gubernatione habere non possit l. vlt. C. de legit. tute. Lucas in l. fi. col. 8. C. de tyro. libr. 12. & poterit dici, Veh tibi ecclesia curata, cuius rector est puer: vt in simili dicitur Ecclesiastes 10. Veh tibi terra cuius rex est puer: indignum est ad regimen potissime animarum assumi ne tanto periculosius cadat, quanto citius ad altiora ascendere festinat ca pueri. 1. q. 1. ca. sicut. 48. dist. Imò etiam si necessitas cogeret, non sunt admittendi. l. 2. §. 1. ff. de iure immunita.

211 Dispensatiuè poterit, vel ex priuilegio ca. ex eo. de elect. libr. 6. Imol in cle. fin col. vlti. de æta. & qualit. In his igitur simplicibus poterit post triennium hoc iuuari decreto: in curatis, non, cum sit inhabilis sine dispensatione, argu. l. 1. §. fin ff. quod cuiusque vniuersi. no. Sed. veh tibi, qui iura naturalia, quæ sunt immutabilia. §. pen. de iure natural. in inst. mutabilia de facto facis in perniciem animæ: iam de his exactam es redditurus rationem.

Conclusio. Quàdo minor iuuari hoc decreto possit.

212 Et ideò concludendum est, quod si minori collatum sit beneficium à Papa: cum conferendo videatur eum habilem facere: l. quidam. ff. de re iudic. tunc minor post triēnium iuuabitur hoc beneficio, de pacific. posse. si verò illi collatum sit curatum beneficium ab episcopo, vel inferiore Papa: cùm illum non possit habilem facere in eo: tunc possidendo per tempus immemoriale nō iuuabitur hoc beneficio, quia à principio est inhabilis: ideo tractu temporis non potest effici habilis. l. quod in initio vitiosum est. ff. de regu. iur. & sic minor non debebit molestari post triennium in beneficiis, ad quæ erat habilis tempore collationis. secus in aliis, & sic intelligi debet Gomes. qō. 15. simpliciter tamen loquitur, plus addens

213 quod si minor intra triennium beneficium

non

Minor an ad benef. sum post triennium restitui possit.

non petere, non excluderetur per hoc decretum, sed restitui posset: quod vix in practica obtineri posset, cum in his beneficialibus pro maiore habeatur. c. fi. de iud. in 6. & quia impeditus protestari debet: vt est scriptum in tit. de pacifi. posse in concorda. quod si ipse non fuerit protestatus, difficile esset. vt post triennium audiretur, cum edictum generale comprehendat etiam minores l. fi. C. in quib. caus. integ. restit non est necessa. nisi fortè talis causa esset, quæ iudicibus videretur sufficiens quorum arbitrio relinquo: & an minor restitui possit si resignaret beneficium suum? vide glo in ca. ex parte. de rest. spo. vbi addidi, Boer. in decis. Bur. q. 350 minor quatuordecim annis.

Ad canonicatus in qua ætate quis sit habilis. & ad prioratum.

214 Ad canonicatus ecclesiarum collegiatarum post decem annos sunt habiles, vt est statutum in reg. Cancell. 17. per quam tolluntur opiniones positæ in ca. super inordinata. de præb. & c. ex insinuatione. de fimo. & ibi Ancha. dicit, quod impuberes possunt esse canonici in ecclesia cathedrali, licet hodie sit declaratum in d regu. 17. quod admittatur ad canonicatus ecclesiarum cathedralium post quatuordecim annos completos, teste Aegid. Bellamera decisio 727. supposita. & Panor. in c. præterea. de ætate & qual Si ante hoc tempus adepti fuerint, cùm sint incapaces. non iuuantur hoc decreto, ideo possunt molestari post triennium. gl. iu d reg. 17.

215 Fallit si à rege conferatur iure regali habenti septem annos, vt tenet Do. riseus in tract. de iure regalio. in 24. priuil vbi dicit interuenisse arrestum pro puero septem annorum. cui erat collata præbenda ecclesiæ cathedralis à rege: vide ibi quibus rationibus moueatur: nam parum me mouent Et veras eas nõ credo. quia non potest esse laicus magis priuilegiatus, quàm episcopus. nisi inuenirem ad hoc priuilegium concessum fuisse.

216 Idem in prioratibus regularibus, cum non dentur nisi expresse profesśis. ca. nullus. de elect. libr. 6. cle. ne in agro §. sane de statu monacho. Alex. in d ca. de his 28. distin. quia ante quatuordecim annos non potest esse professus. ca. 1. & per totum de regula. ergo nec illos obtinere.

In prioratibus conuentualibus requiruntur 25. anni, nisi cura animarum regatur per alios, quàm per priores, tunc sufficerent viginti anni completi. d clemen. ne in agro. §.

In qua ætate fit protonotarius.

217 cæterum. Panor. & Boic. in d. c. super. Sic in dignitate prothonotariatus, nisi fit de sublimioribus, vel de filiis, aut nepotibus principum, quia in 16. anno admitti possunt. teste Bened in repet. ca. Raynutius in verbo adiectæ. nu 11. de testa. Papa tamen confert cui vult cum derogatione, & dispensatione. & in hoc regno omnibus ferè datur hoc nomẽ, si bene induti sunt & diuites, & ex diuitibus parentibus, vel nobilibus nati.

218 In dignitatibus minoribus, vt præpositutis, decanatibus, & aliis. ac etiam in beneficiis curatis, ante vigesimumquintum annũ cœptum quis est inhabilis. cap. cum in cunctis. §. inferiora de elect. Card. in cle. generalem. de elect. Floren. in 3. parte summæ. titu. 15. c. 1. §. 3.

De ætate priorum.

219 In prioratibus electiuis, quando cura animarum per eos exercetur, ante 25. annum sunt inhabiles. d. §. cæterum. de Selua in tract. de Benef. 3 parte. q. 5. hodie per concordata sufficit vigesimustertius annus completus. § monasteriis. de regia ad prælatur. nomina facienda.

De ætate episcopi.

220 Ad episcopatus & aliâs dignitates maiores ante trigesimum annum completũ quis non est habilis. d c. cum in cunctis. in princ. Licet hodie in hoc regno sit præstitutum tempus recisius, videlicet vigintiseptem anni incepti. in d. titu. de reg. no. in concord. in quo vigesimoseptimo anno poterit esse archiepiscopus, episcopus, vel abbas: vt ibi paret: nec oportet reprehẽsibile dici si variantibus temporibus iura varientur humana. c. non debet. de cõsang. vide Bertachi. in trac. de episcopo in lib. 2. q. 31. vbi cumulat, quæ sint prohibita minoribus, & de ætate postulandi ad prælaturam, vide extra vag. dispendiis. de postul. præl. in communibus.

Furiosus est incapax ad beneficia.

221 Secundò, furiosus est inhabilis, ac cæteri qui curatorum ope iuuantur, quia hi à pupilli conditione non multum abhorrent: dicit tex in l. fulcinius. §. planè. ff. ex quib. cau. in posses eatur. & æquiparantur pupillis. l. pupillus ff de acqui. hæred. l. 1. §. 1. de acquir. possess. Et quæ de infante dixi, idem puto in furiosis. l. in negotiis. ff. de regu. iur. & ibi Dec. l. infans. ad leg Cor. de sica Nisi quòd isti ad omnia beneficia sunt omnino inhabiles, & collatio eis facta pro non facta habetur Bonifac. in clem. vna. numero 58. de homicid. Et indecorum est, vt qui non nouit regere seipsum, administrationi aliorum præponatur. cap. indecorum. de ætate & qualit. ideo hoc decreto iuuatur minimè, quantocunque tempore tenuerit, quia incipere possidere, cùm affectionem non habeat. non potest. l. 1. §. 1. ff. de acq posses.

Cõiugatus nõ iuuatur hoc decreto.

222 Tertiò, coniugatus. c. 2. & c. cum decorẽ. de cleri. coniugat. c. decernimus. & ibi glos. 28 distin. & ca. de syracusanæ. ibidem. tum quia ordinari prohibetur. c. assumi. cum seq. 28. dist. tum quia cogitat quomodo placere posśit vxori, & ideo quæ Dei sunt, minus valet cogitare, cùm quasi in duo diuisus, plenam sui non habeat potestatem, vt ei à quo stipendium accipit, plenius famuletur. capitulo diuersis fallaciis. de cleri. coniug.

Per spõsalia de præsenti cõtracta perditur beneficium.

223 Imò si contrahat tantùm sponsalia per verba de præsenti, perdit beneficia, quæ habebat, secus si sponsalia de futuro. glo. in c. 1. de cleri. coniuga. lib. sexto. extra. vna Ioan.

 22. rubr.

22.rub.de voto.Panor.& alij in ca.1.illo tit. Aufre.in decis. Tholo.qõe.239.Ias.in l.vbi pactum.col.pen.C. de transact.vbi dicit vacare beneficia etiam si contrahat cum consanguinea,vel cum alia,etiam nulliter.allegat Roma.cons.483. dubitatur. quia contraxit,& totum fecit quod in eo fuit.Imol. in c.Ioannes.col.pen.de cleri.coniugat.Dec. tenet contra in consil. 166.ego Philippus. vbi dicit priuari per sententiam, non ipso iure. Et hoc propter tacitam renunciationem, quæ causatur ex contractu matrimonij.Ideo putarem per matrimonium etiam nullum beneficium vacare, per clemen.vnicam.de sponsal. & ita seruatur,nam facto matrimonio impetrantur beneficia illius, qui matrimonium contraxit, & de stilo curiæ Roma.est, vt dentur prouisiones post matrimonium etiam nullum: vt vidi sæpius, & sic postquam coniugatus beneficiis est priuatus, quando habet, ergo fortius prohibetur habere.ca.quemadmodum. de iureiurand.plenè Præposit.in ca. placuit. col.penult.32 distinct.ideo si hic coniugatus possederit per tres annos,poterit molestari postea.

Non tonsuratus, est incapax.

224 Quartò,inhabilis est non tonsuratus.e. cum adeò.de rescri.e.ex literis. de transact. cum sit laicus. & laici beneficia ecclesiastica obtinere non possunt.ca.2.de instit quia spiritualia spiritualibus sunt committenda personis.Bal.in ca.decernimus.4 de iudi.per illum tex.nec sanctum dari canibus debet, nec margaritæ porcis.cap in mandatis.41. dist. Nec spiritualia possidere possint c. causam.de præscriptio.ergo nec hoc decreto,quod non datur sine possessione iuuari. Etiam si sit regularis conuersus, vel religiosus, quia licet gaudeat priuilegio canonis si quis suadente.17.q.4. vt ibi abundè scripsi.& hoc docet Anto.in d.ca.2 tamen beneficia spiritualia habere non debet ante tonsuram.

225 Et si Papa mandaret Titio laico cupienti militiæ clericali adscribi prouideri,tamen antequam sit clericus, non valebit beneficij collatio, licet mandatum valeat. Imol. in ca.2.col.2.de institut. Et sic cum non valeat collatio, non habet titulum etiam coloratum,ideo non iuuabitur decreto de pacific. possesso. quamuis contrarium teneat in professo Petr.Paul.Paris.consi.125.an collatio.col.3.in 4.vol.quod nõ videtur verum.

Igitur petens beneficium debet se probare clericum. Archi.& Io.Andr.in ca. si iudex laicus.de sent.excõ.in 6.nec sufficeret probare fuisse reputatum & toleratum clericum, sed oportet ordinationem probare. Domi. in consi.91.præmitto.col.1.qui nec probaretur per bullam, in qua Papa cum nominauit clericum,teste Io.Andr. in mercuria.in regula non licet actori.de regu. iur. in 6.& docto.in d.c. si iudex.de sent.excom. ibidem,scripsi in titulo de sublatio. clemen. literis in,concord.

Accipere tonsuram post beneficium adeptum non prodest.

226 Imò si post beneficium adeptum acciperet tonsuram,non conualidaretur collatio, quæ in initio nulla fuit.l. quod in initio.ff. de regu.iur.& regula non firmatur,illo tit.in 6.gl.& Io And.in d.c.2.Perus.in c.si pro clericis.col.1.de præb.libr.6.Item etiam non valeret collatio laico facta,etiã si haberet propositum ordinandi, & destinatus esset ad clericatum sic de facto seruauit Bonifa.8.in persona nepotis sui, vt refert Archid.in ca. nulli col.vlt.12.q.1.facit.ca.religioso.§.fin.de sent.excom.lib.6.vbi ante professionẽ factã non debet dici quis religiosus, licet sit per annum probatus.facit.l.ex eo.ff.de test.mili. Felin.& Dec.in dict.ca.cum adeo.vbi plenè. Quid si fuerit postulatus? tradit Innoc.& alij in ca.fi.de elec.post glo.ibi,& Lucas in l. expertes. col.1. de decurio.lib.10.Et quid si fuerit tantùm tonsuratus, & diuinum officium sicut sacerdos exercuerit? vide text.& ibi docto.in cap.1.de cleric.non ordina.ministran.

Et quamuis collatio facta sit ipso iure nulla,& sic incholorata.ca.diuersis.& c.Ioãnes.de cleri.coniuga. Tamen quædam sunt beneficia in curia Romana istis affecta,vt asserit glo.& docto.in cle.ne Romani.de elect & Paul.de Roma, in tracta. de pensio. capit.7.& in istis puto quòd post triennium non deberent molestari,sed iuuarentur hoc remedio.

Collatio facta ordinato à non suo antistite non valet.

227 Quintò, est inhabilis ordinatus à non suo antistite, cum priuilegio clericali non debeat gaudere,& ita vidit iudicari d.Chassa.in consuet.Bur. in rubr.*des iustices*.§.6.in glo *font creuz* in fi.per text.in c.1. & in c.eos. de temp.ord libr.6.licet contrarium teneat Guido Papæ in suis decis. q.449.laicus.alibi dixi.non repeto.

Suscipiens bis tonsuram quo pœna puniatur.

228 Sed dubium est non paruum, an is qui accepit tonsuram à non suo episcopo, & postea iterum accepit à suo episcopo, iuuari hoc decreto debeat? Resp.quòd non:tum quia est irregularis propter peccatum quod commisit, ideo ad alios ordines nunquam ascendere potest.ca.confirmandum.50.dist. sed in illa tonsura clericali perpetuo permaneat,vel in religioso habitu. cap.dictum.de consecra. dist.5.hoc etiam tenet Hosti.in summa. de sacramen.non iterand. in fin.inquiens dicta de rebaptizato intelligi etiam de re ordinato & reconfirmato. ca 168.dist. Nempe eadem ratio est in reiteratione tonsuræ, quæ est in reiteratione aliorum sacramentorum, & ordinum, tum quòd fiat iniuria sacramento.cap.ostenditur. de consecra.dist.4.& cap.quod quidam.1. qõ.1.Fit etiam iniuria illi,qui ordinem contulit:quia is qui iterum accipit, confitetur,quod primus non ritè contulerit.cap.si de consecra. dist.2. hostien. in summa,de sacra.non iterand.§ pen.

229 Nec refragatur text.in ca presbyteri.68. dist.

dist. § quod vbi licet iterum recipere ordines Respon. verum esse, quando ille qui ordinauit, ius ordinandi & consecrandi non habuerit, cum hic nil consecrationis, & iuris acceperat, quia in ipso ordine consecratus non erat. Si autem ordinans ius consecrandi & ordinandi habuerit, in prima vnctione cõsecutus est consecrationẽ, & ordinem qui secundo non reiteratur, sed hic primus episcopus habebat ius ordinãdi, ergo iste non debebat iterum ordinari.

Item in 68. distin in summa, quæritur de his qui ordinãtur: ergo etiã vult intelligere de clericis primæ tonsuræ. licet cap. primũ loquatur de consecrationibus, tamen respõsio debet intelligi secũdum tenorem interrogationis, per l. si defensor. ff. de interroga. actio. nam tonsura est ordo apud canonum professores. ca. cum contingat de ætat. & qualitat. Nec obest quòd pœnæ sint molliendæ, & restringendæ. verum est, sed tamen dum illas videmus impositas, eas restringere nõ debemus, cum non possimus derogare legibus, vtpote cum inferiores legem superioris tollere non possimus. cle. ne Romani. de elect. Remedium scripsi in tracta. nomina. q. 14. numer. 42. in addit. Et in praxi beneficiali in rescripto de non promouendo.

Per saltum promotus est inhabilis.

230 Idem si per saltum promotus sit, rubr. de cleric per saltum promoto. ita expressè tenuit præposi. in c. solicitudo. colum. 2. 52. dist. & hic ad beneficia curata, vel dignitates est inhabilis, quia non habet executionem ordinis, & qui eam non habet, est ecclesiastici beneficij incapax. c fi. de cleric. excom. ministr. Domi. consil. 91 præmitto. col. 2. vbi dicit non sufficere si probet se sacerdotem, quia oportet vt probet omnes alios ordines priores, cum potuisset per saltum promoueri, quod est notandum. Fallit, vt per Innocen. in ca. 1 de cleric. peregrinan. & per Panor. in c. nisi. 1. nota de præb.

Extra tẽpora non licet ordines sumere.

231 Item est inhabilis qui extra tempora recepit ordines. c. cum quidam. de tempo. ord. vel qui plures sacros ordines vno tempore recepit. ca dilectus. & c. literas illo tit. quia est irregularis Soci. in reper. ca ad audientiam. §. 7. de homicid. idem si fuerit promotus ante tempus à iure statutum. cle. fi. de æta & qualit. Prouinciale omn. eccle. fo. 60. versic. nota. quòd. &c. in dicta praxi beneficiali, scribo.

Bigamus est beneficiorum incapax.

232 Sextò, bigamus etiam si esset tonsuratus inhabilis est. c. vno. de biga. lib 6. tum quia reputatur mere laicus. d. c vno. & ca. vno, de cleric. coniuga. lib. 6. ob id non potest ordinari, Leuitici 21. c. & in rub. de biga non ordi. ca. 1. & per totum titul. & sic nec beneficium habere glos. in d. ca. de his. 38. dist. Imò si fuerit dispensatus ad tonsuram, non censetur dispensatus ad beneficium simplex. arg ca. 1 de filiis presbyte. in 6. sic fuit conclusum in senatu inter Ioan

Arrestum.

nem Nicolaum, & Ioannem de la Fete, an. 1519. die 7. Febrr. Quia secundum apostolum qui seruit altari, de eo viuere debet. ca. cum secundum de præbend. cui ipsi non potest seruire, & sic nec beneficium habere c. fin. de rescri. lib. 6. nam prærogatiua sacerdotis exutus est. capi. vna tantum. 26. dist. vide aliam rationem per Panor. in ca. 2. in fi. de cleri. coniuga. & quatuor per gloss. in summa. 26. dist. de Viaxio. in tract. de electio. in a parte. q. 20. & text. in c. quo modo. 31 q 1. Siue fuerit bigamus verus, siue interpretatiuus, cum non differant quo ad ordinem promotionis, secus quoad priuilegium clericale. cap. nuper. de bigamis. Auffre. in decision. capellæ Tholos. q 64. Item & c. si clericus. & q. 234. altercationis. & quæst. 252. item, & c. quidam clericus. & q. seq. plenè Ioan. Montaign. in suo tractatu de bigamia.

Quot modis bigamia contrahatur.

233 Et, nota quòd bigamia contrahitur in septem casibus. Primus est, quãdo quis successiuè & diuersis temporibus duas vxores legitimas habuit, & ambas cognouit. c. aperiant. 13. q 1.

Contrahens cũ spuria virgine, an sit bigamus

234 Secus ergo si cum vnica & virgine quis contrahat, licet illa sit spuria, nã tunc non efficitur bigamus, sed gaudebit priuilegio clericali posito in ca. vno. de cleric coniuga. in 6. vbi cum vnica & virgine dicit, non cum legitima: & idem dicerem, si quis contraxerit cum virgine, & postea habuerit concubinam, per cap. quia circa. de bigamis, quod requirit contractum matrimonium, vt aliàs abundè consului.

Secundus casus, quando diuersis temporibus quis habuit plures vxores, vnam de iure, & alteram de facto, & ambas cognouit. d. c. nuper. hic bigamus non reputatur, propter sacramenti defectum, cum verè bigamus non existat, sed propter intentionis affectum, cum opere subsequuto, vt ibi dicitur in fine.

Tertius quando eodem tempore plures habet vxores, vnam de iure alteram de facto, vel ambas de facto, & vtranque cognouit. d. c. nuper. vel corruptã de facto. c. quomodo 31. q. 1. c. gaudemus. de diuor.

Quartus est quando contrahit cum vidua ab altero marito cognita. c. seriatim. 32. distinct. & 33 distin. ca. maritum. & cap. debitum de biga & hoc modo fuit derisus Bulga. à suis auditoribus, vt gloss. in l. rem non nouam. C. de iud refert.

Quintus. quando contrahit cũ corrupta à quocunque scienter aut ignoranter, & eam cognoscit. ca. curandum. & ca percipimus 33 distinct. & multi hodie essent huius farine homines, si Neuisano credas in silua nuptiali.

Sextus, quando vxorem propriam ab alio cognitam scienter cognouit, cap. si cuius. & c. sequen. 34. distin. hi duo casus postremi à maritis ludibrio habentur, tamen

Arrestum. Desponsans puellam corruptam an gaudeat clericali priuilegio.

anno 1567. capitaneus de Marigni non fuit remissus episcopo, eo quod desponsasset puellam quæ duos habuerat pueros:& hoc erat notorium, & ipse hoc sciebat, ideo fuit rasus pro dimidia parte, super marmoreo lapide, & pro altera in castelleto, insequendo glo. in c. de benedicto 12. q. 1.

Septimus casus est, cum aliquis in ordine sacro constitutus de facto contrahit, licet de iure non possit. ca. nuper. & c. vlti. & ca. super eod. de bigamis.

Solus tamen primus casus est verus & proprius, alij sex interpretatiuè dicti sunt, vel propter aliquam similitudinem quam habent cum vero bigamo, aut ratione institutionis ecclesiæ, vt tenet Card. Alex. in summa. 26. dist. in fin. quos casus perpetuò notes, & vide eos etiam per Floré. in 3 parte summæ. titul. 28. cap. 4. de irregularitate propter legitimationem.

Hæreticus est inhabilis & hic pro hoc supplicat.

236 Septimò, hæreticus, quia extra ecclesiã est, ergo ad eam non debet præfici. c. excommunicamus, & per totum, de hæreti. tum etiam quia est excommunicatus, vt ibidem dicitur, & scripsi plenè in bulla cœnæ domini, art. 1. & est seruus diaboli, nec est sub protectione papæ, sed bene sub eius vindicta. Bal. in procemio decre. col. 3. nec potest acquirere ius patronatus ex fundatione. Paul. de Citad. in tract. iur. patron. 3. parte. q. 5. in prima causa acquirendi per text. in ca. quicunque fidelium 16. q. 7. odit enim deus sacrificia hæreticorum, & à se proiicit & quotienscunque congregati sunt in nomine eius, detestatur fœtorem eorum, & claudit nares suas, illi nempe offerunt sacrilegum panem, & dant eleemosynas, & sectari videntur humilitatem, nemo tamen illorum suscipiat, quia magis sunt maledictiones quàm benedictiones, nec cum eis cibum sumere debemus. cap. odit. cum sequen & c. non oporteret. & c. si quis inquit. 1. quæst 1.

Quis sit hæreticus.

237 Et dicitur hæreticus, qui contra fidem aliquid pertinaciter asserit, aliàs non. cle. vna. §. diffinientes. de summa trini. c. ad abolendam de hæret. probatur Neemiæ ca. 13. Inuentum est scriptum in volumine, quòd non debeant introire Ammonites & Moabites in ecclesiam dei vsque in æternum. Dec. consil. 137. & diligenter vbi concludit quod absolutus ab hæresi à papa, non potest amplius puniri in iudicio seculari. Imò si habeat beneficium, per hæresim priuatur ipso iure, etiam episcopatu ca fin. & ibi Card. col. 1. dist. 19. quod intellige, nisi continuò ad matrem ecclesiam reuertatur, & hæresim abiuret. nam tunc ipso iure sua beneficia non perdit. capi. ad abolendam. de hæret. quia non videtur diuertisse, quæ statim reuertitur. l. diuortium. ff. de diuor. l. quicquid. de reg. iur. Sic nec fictione iuris videtur dimisisse beneficium, qui ad id statim redit. c. si beneficia. & ibi Frã. de præ. in 6. quod est notandum. quia habui in facto, & ita respondi. Et propriè dicitur hæresis prout est error in fide. gloss. pulchra in c. 3. de hæret. plenius declarat, & largè simonia dicitur hæresis glo. in c. si quis pecunia 79. dist. Feli. in c. sciscitatus. col. 2. in fi. de rescri. Quidam tamen vocant hæreticum in iure suapte natura retractarium communi opinioni, & eligentem sibi singularem opinionem per text in l. si duas. §. est autem. ff de excusa. tuto. Item inhabilis est is, pro quo hæreticus supplicat. c. 2. §. pen. de hæret. in 6.

Schismaticus est inhabilis.

238 Octauò schismaticus. c. nos consuetudinem. 12. dist. in c. quia diligentia. de elect. quia dicitur hæreticus, cum nullũ schisma sit, nisi sibi aliquam hæresim confingat, vt rectè ad ecclesia recessisse videatur. c. inter hæresim. 24. q. 3. etiam si ad ecclesiæ vnionem rediret c. 1. & c. conuenientibus. 1. q. 7. Et propriè est is qui diuidit se ad vnitate Romanæ ecclesiæ. constituendo sibi ecclesiam, & ordinando clericos, & sacerdotes gloss in summa. 24. q. 1. Panor. in rub. de schisma. Item hi sunt excommunicati. c. licet de elect. doct. in d. rub. de schisma. ca. ad abolẽdam. c. firmissime. de hæret. c. 1. 23. dist ideo siue ante schisma possederit beneficium triennio, siue post schisma, neutro casu iuuabuntur hoc decreto, cum sint inhabiles, vt dixi, nec possunt eligi ad episcopatum. Bertachi. in tracta. de episcopo, in lib. 2. quæst. 45.

Simoniacus non iuuatur hoc decreto.

239 Nonò, simoniacus. ca cum clerici. & ibi Panor de pact. c. nobis, & sequen. de simo. quia collatio beneficij facta per simoniam, est nulla. teste Auffr. in decis. Tholo. q. 438. qui allegat Archi. in ca. ordinationes. 1. q. 1. & Innoc. in c. cum vniuersorum. de rerum permuta. Boer. in suis decisio q. 117. an collatio. Siue conferatur eidem beneficium post commissam simoniam, siue eligatur, vel alio modo eidem prouideatur. ca si alicuius de elect melius in extrauag. cũ sit detestabile. de simo. in extrauag. cõmunibus. & illud beneficium põssederit triẽnio, non iuuatur hoc decreto, siue possederit triennio ante commissam simoniam, & tunc est ipso iure priuatus simulator simoniam committit. Fel. in c. 2. col. 3. de rescri. & potest molestari etiã post triẽniũ super illo beneficio.

Collationes in fauorem quando valeant.

240 Idem si renũciatio fuerit simoniaca. c. ordinationes. 1. q. 1. in glo text. in c. sicut. & in c. Matthæus de simo. Innocẽ. in ca. cum vniuersorum, de rerum permut. Feli. in ca. insinuatum. & c. de simoniace. de simo. vt si sit facta in fauorem nepotis. glo. & ibi Panor. & alij. in c. ex perte. 1. de offi. deleg. & an legatus possit talem resignationem in fauorem admittere, quòd non. D. Boer. in tractat. de dignita. leg. quælt. vlt. vide tamen ibi dicta per eum.

241 Et fuit in mente curiæ retentum. quòd deinceps istæ collationes in fauorem factæ

coram

Renunciationis simoniacæ quãdo valeant. Arrestum.

coram aliis quàm coram papa non valeât, etiam in præiudicium resignantis, imò nec simoniaca. Anno 1521. die 13. Decembris in causa Ardoini Fournier, appellantis à Parisien. præposito, contra renatum Valin, vt est videre in stylo parlamenti in arrestis curiæ, imò in fortioribus terminis fuit iudicatum in eodem senatu. die 16. Aprilis. anno 1510. ante Pasca, inter magistros Richardum Bunost actorem, & Ioannem Hoellet ratione parochialis ecclesiæ beatæ Mariæ de celleio seuomanen. diocesis, per quod idem Bunost fuit manutentus in possessione eiusdem beneficii, contra quêdam proui sum per obitum cuiusdam simoniaci, qui eodem beneficio per nouem annos vsus fuerat. vide Domi consil. 125. dubia.

Etiam cum simonia fuerit cõmissa ignorante eo cui beneficium collatum est. glos. in verb. simoniacam in §. si verò. de elect. in prag. & d. c. si alicuius. & ibi Imol. Nam tũc cedere tenetur. c. nobis. de simo. Panor. in ca. penult. de electio. habet tamen antequam sciuerit coloratum titulum, quamobrem si possederit sic beneficium triennio, postea non molestabitur, teste d. Gomes. in q. 12. super hac regula: idem putarem quando fuisset simonia ab inimicis commissa. d. c. nobis de simo.

Corrumpens iudicem in causa beneficiali est simoniacus.

242 Imò si litigans super beneficio corruperit iudicem, propter connexitatem causæ, iudicatur simoniacus glos. in c. vendentes. 1. q. 3. Panor. & Felin. in c. tua nos. de simo. & Pano. in. c. cum ab omni. col. 2. de vita & honest. cleri.

Donãs laico pecuniam, vt à rege nominationem acceptat est simoniacus.

243 Item est simoniacus, qui alicui laico, vel alteri, dedit pecuniam, vt obtineret episcopatum, aut abbatiam, seu vt alter renũciaret, vel vt à rege obtineret nominationem, vt interdum fit in curia. text. in ca. 1. de hoc. de simo. Barb. consi 13. à Ioue col. pen. in 3. vol. & sunt excommunicati qui aliquid dant, vel promittunt pro aliqua gratia, vel iustitia obtinenda etiam à papa, & gratia talis est nulla, & scienter vtentes talibus literis sunt excommunicati, & absolutio papæ reseruatur. Io. And. in c. nemo. de simo. Floren. in 3 parte summæ, tit. 24. c. 63.

244 Idem si renunciet nominationi, aut electioni de se factæ pecunia accepta. Calder. cons. vno. de simo. vel si dat pecuniam, aut aliud vt suffragium habeat, siue vocem ab alio canonico. c. eum super. & ibi Panor. 3. not. de confessis. plenè Io. Dayma. in rubr. de cõuento approba. in verb. pactionibus.

Alicui ordinario potest, vt conferat post resignationem Titio.

245 Non tamen est simonia si quis constituat procuratorem ad resignandum purè, & liberè, & simpliciter in manibus ordinarii, vel legati, & ad petendum & requirendum illum vt dignetur conferre Titio, &c. quia hæc requisitio non imponit necessitatem ordinario, teste Cassado decisio. 1. de simonia. secus si cõstitueret procuratorem ad resignandum in fauorem, vel diceret non aliter, nec alias. ca. ex parte de offi. ordi. & pœnas istorum detestabilium simoniacorum cumulaui in tract. de simo. Io. Naucleri. circa finem in additio. ad eum.

Hodie sunt excõmunicati qui aliquod pactum aut renunciationem fecerint, vel quicquam dederint, aut promiserint, & omnibus executi dignitatibus. ca. cum detestabile. eod. tit. in extrauag. communibus. Et istorum hodie magnus est numerus, sicut stultorum Eccle. 1. ca. vide quæ dixi in rub. de elect. derroga. in glo. de simoniacis.

Committens crimen læsæ maiestatis est inhabilis.

246 Decimò, est inhabilis irretitus crimine læsæ maiestatis. gloss. in ca. satis peruersum. 56. distinct. quia bonum est argumentum de crimine hæreseos ad hoc crimen. l. Manichæos. C. de hæret. gloss. in ca. 1. de testib. lib. 6 Alexand. in additio. ad Bar. in l. si quis filios. §. hi autem. ff de inoff. Dom. Igneus in tractat. an rex Franciæ recognoscat imperatorem. col. 49. in 18. speciali. vbi æquiparat crimen hæresis simoniæ, & læsæ maiestatis glo. in l. nullus. C. ad leg. Iuliam maiest. ideo quod in vno ex æquiparatis statuitur, & in alio locũ habebit. c. de multa. de præbend quia beneficiis habitis sunt ipso iure priuati. ca. fœlicis. de pœnis. in 6. à fortiori & ab habendis prohibentur. argument. ca. quemadmodum. de iureiuran. in 6. & sic non iuuantur hoc decreto post triennium.

Sortilegus est incapax ad beneficia.

247 Vndecimo, sortilegus, quia hæretico comparatur, ca. 1. & per totum. de sortileg. l. & si excepta. C. de malefi & mathema. Et quia condemnati hoc crimine sunt infames. cap. episcopi. 26. q. 5. Et infideles sunt, ideo beneficio. & honore priuari debent, ibidem. & ca. quicunque. & c. sequen. Mandago. in tract. de elect. in 1. parte. ca. 27. Et facilius repellitur quis ab obtinẽdo, quàm ab obtento. ca. super his. de accusat. & ibi Fel. colum. 2. vide Barba consi. 55. in nomine. vol. 1. & si fieret collatio sortilego, & is possideret triennio, adhuc posset molestari, cum non censeatur habere coloratum titulum, sed nullum.

Sacrilegus est inhabilis ad beneficia.

248 Duodecimò, sacrilegus. ca. venerabilem. ibi, nunquid enim, de. ele. & ibi nota, quia non debet quis consequi ex eo, fructũ quod nixus est spoliare. Reg. ex eo de reg. iur. in 6. & quia impeditur ne promoueatur ad sacros ordines. c. si quis præsbyter 50. dist. Et quia est infamis sic condemnatus. c. si de furt. & à beneficio debet deponi postquam habet, ergo multò minus ad id, si non habet, debet admitti. ca. quemadmodum. de iureiur. glos. in ca. cum omnibus. 81. dist. est etiã ipso iure excõmunicatus. & c. si quis suadẽte 17 q 4 quod an procedat in omnibus sacrilegis, tradit Panor. & alii in c. conquestus. in fi. de foro compe.

Bannitus à. beneficio habere potest.

249 Item est inhabilis bannitus, cum beneficio seruire non possit, ex quo est bannitus. pluribus probarẽ, sed mihi sufficit senatus autho

Arrestum.

authoritas, quia ita fuit iudicatum in senatu Tholo. anno 1539. in vigilia natiuitatis, licet beneficio quod habeat antequam exularet, non sit priuatus. Panor. per illum text. in c. 2. notab. 4. de arb. & collatio illi facta non valet, & sic non iuuatur hoc decreto. doc. in c. cum nō ab homine de iudi.

Falsarius literarum papae est inhabilis.

250 Decimotertiò, falsarius literarum papæ, quia est excommunicatus ca. ad falsariorum. de crimi. falsi. vbi si habeant beneficia illis sunt priuati, multo fortius sunt inhabiles ad habendum. dicto cap. quemadmodum.

Siue falsum commiserint in magno, siue in modico, etiam si tantum adderēt vnū punctum. Hosti. in summa, de crimi. fal. §. qualiter. ver. sed hodie quid in alio falsario, vide in c. ad audientiam & ca. licet illo tit. & per Hostien. in §. final. de crimine falsi.

Praxis Franciae contra falsarios.

251 Hodie à senatu & à iudicibus secularibus solent falsarij quarumcunque literarum priuati omni iure, quod habent ratione possessionis, quia laici non possunt priuari beneficio quo ad petitorium, hoc fuit dictum contra vicentium arceuost, anno 1513. die. Octob. Boer. in decis. Burdega. q. 291. quoad ad secundum. Dubium

Arrestum.

Possidens beneficium cum falso titulo non iuuatur hoc decreto.

252 tamen est, an possidens beneficium ex falso titulo, quē verum putabat, iuuetur hoc decreto, in palatio. D. Seguerius inter aduocatos postulantes excellens, hoc dubium à me non scriptum, quia frequentissimū doluit, ob cuius auctoritatem, & quia mihi amicissimus, & ad priora subselia aliquando ascensurus, videtur istum iuuandū, per l. fi. ff. pro suo, vbi tollerabilis error facti vsucapioni non obstat, hic est probabilis error, quia ipse possessor non commisit falsum, nec sciebat titulum falsum, ergo.

Secundo videtur causam & colorē possidendi habere, cum titulus sit ab illo, qui poterat conferre, quem nesciebat falsum, Contrarium teneo, quia falsus titulus non est titulus, ob id non solū nō est coloratus, sed est nullus, sicut tutor falsus non est tutor. l. Paulus. ff. de verbor signific. vbi dixi, & falsus denarius non est denarius. gloss. in l. 2. C. de hære. & falsa iustitia non est iustitia. ca. vera. iuncta glos. 45. disti. & ideo falsi nummi soluti, & reprobi, non liberant debitorem. l. elegāter. §. qui reprobos ff. de pignorat. actio. & falsus procurator non est procurator, & actus gestus ab eo nō est validus. l. falsus. C. de furtis. igitur cum hic duo requirantur, videlicet titulus, & coloratus, hic nullus est titulus ob id possidens etiam centum annis, & cum falso titulo, nō iuuatur hoc decreto, quod est notandū.

Excommunicato beneficia conferri non possunt

253 Decimoquartò, excommunicatus. ca. postulastis. & ibi latè dixi in 2. notab. de cler. excom. minist. quia spiritualia in eum non cadunt. & ibidem assignantur aliæ rationes in 2. nota. ideo beneficia eidem conferre non possunt, & si conferantur & possideat ea triennio, poterit postea molestari. vt scripsi in titulo de excommunica. non vitand in concorda.

Suspensus est inhabilis.

254 Decimoquintò suspensus ab officio & beneficio, est inhabilis. tex. iuncta glo. in c. cum bonæ. de æta. & qualita. & c. cum dilectus. de consue. ca. præterea. & ibi gloss. de vsur. quia irregularis censetur. not. in ca. 1. de postulat. præ. & c. fi. de excessib. præl. & sic est inhabilis & indignus sicut excommunicatus, & in iure equiparantur. Anto. & Card. per illum text. in d. ca. cum bonæ. Et quia non habent executionem ordinis. c. eos. de tempo. ordi. & qui non habet executionem ordinis est inhabilis ad beneficium obtinendum. glo. & doct. in cle. generalem de æta. & quali. sequitur Domi. consil. 33. istud dubium. Henric. Boic. in c. fi. de cler. excom. minist. Bertachinus in tract. de episc. lib. 2. q 5. in par. 5. & in quibus conueniant & differant excommunicatio, suspēsio, & interdictum tradit. Ioan. de Ana. in rub de cler. excom. minist. de suspensione iuris & hominis. vide Barb. in repet. c. Raynaldus. col. 101. cum seq. de restit.

Apostata non iuuatur hoc decreto.

255 decimosextò apostata, quia ad clericatus officium admitti non debet. c. pen. & fi. 50. dist. Et plusquam heretici sunt. Azo in summa. C. de aposta. Sunq; infames. c. infames. 6. q. 1. & Prouer. 6. ca. dicitur. homo apostata vir inutilis. & an de omni apostata cum sit triplex, intelligatur, vide Panor. & aliis. in rub. de aposta. & Lucam de penna. in l. 1. colū. 3. C. de exacto. & excepto. lib. 12. Paul. de citad. in tract. de iure patro. in 3. parte. q 5. in 1. causa acquirendi. vbi dicit non posse etiam acquirere ius patronatus, & impetratio facta per eum de beneficio, non valet, quia est indignus contrariatiuè, & priuatiuè. verba sunt Bal. in c. fi. col vl. de præsum. Fel. in c. sciscitatus. col. 2. de rescript.

Sodomiticus est inhabilis.

256 Decimoseptimò, is qui crimē Sodomiticum perpetrauit, cum homicidio sit grauius. c. mulier. 15. q. 1. & iura armantur contra eos in l. cum vir. C. ad l. Iul. de adul. Lucas in d l. 3. & seq. vocat apostasiæ crimen vnum à deo, vt hæresis, alterum à natura, vbi probat esse grauissimū. c. clerici. de excess. præl. contra quos Scatinius legē tulit, quæ vocata est Scatinia. de qua D. Ayma. Riual. in histor. iuris ciuilis. lib. 3. Barb. consil. vltim. in 1. volum.

Publicus concubinarius est inhabilis.

257 Decimooctauò, publicus concubinarius qui fuerit per sententiā superioris monitus vt concubinam dimitteret, quam non dimisit, tunc ad susceptionem & dignitatem beneficiorum est inhabilis, vt patet in concordat. rub. de publi. concubinis Et illius concubinarij missam quis prohibetur audire. c. præter. 32 dist. & ipse ministrare diuina in c. fi. 33 dist. ac prohibetur eligi. Bertach. in trac. de episcopo. in 2. lib. q. 6. in 1. parte. & collatio facta publico cōcubinario

nario afferenti se velle domino famulari, est ipso iure nulla, si perseueret in cócubinatu, quia causa impulsiua fuit falsa. Barba. consil 13. à Ioue.col.vlt. in 5.vol. dixi plenè in rub.de pub.concubina.per totum.

[H]omicida est [in]habilis ad beneficiorum [im]petr.

258 Decimononò, homicida vt habetur Apocali.vlt.c. Foris autem canes & venefici,& impudici,& homicidæ, &c. quia non potest promoueri.1.Paralip.28.c. Non ædificabis domum nomini meo, eo quòd sis vir bellator.& sanguinem effuderis. c. accedens, de accusa.c. si quis omnem. 1. q.7.ca. ad aures.de ætat.& qualit.ca. fi. de tempo. ordi. Panor.& alij in ca. 2. de rescri. Auffr. in decis.suis.q.207. Item & c. si beneficiatus, quia est ad executionem ordinis inhabilis, probatur in c fi.de cle. pugi.â.in duello. per locum à speciali. Item qui nó potest dicere officium, non debet recipere beneficiũ.c.quod à te & c. diuersis, de cleri.coniuga.c.cum secundum.de præb. quia beneficium datur propter officium ca. fi. de rescri.lib.6. Fel.in c.inquisitionis. col 1. de accusa.Itẽ quia est irregularis.c. suscepimus. & seq. de homicid.cle. vna illo tit nec potest ad episcopatum eligi. Bertachi.in tracta.de episcopo,lib. 2.q.36.

Miles qui frequentauit bellũ ad beneficia est [inhabilis].

259 Idem in milite si frequentauir bellum. Latè de Ripa in lib.2.respon de rescri.c. 35. in hoc iudicio. vide Præpo. in c. miror. 50. dist.& ca.studeat.ibidem. & collatio facta homicidæ non valet, vt latè deducit D.Ruseus in tract.iuris regalio.in 12. priuileg. in fi.ideo non dicitur habere colorarum titulum, sed nullum.

Morbo laborãs caduco est inhabilis.

260 Vigesimò, detentus morbo comitiali, siue epileptico, quem vocamus *le hault mal* gallicè, Vascones vero vocant *le mal de terre*, Occitani *e mal sainct Iean*. de quo in ca.cum inter canonicos. & ibi Imol. de electtion. vbi loquitur de morbo epiletico, quẽ vocant morbum caducum.c.1.& seq.de cleri.ægrotan.c.cõmuniter.33.distin. quia prohibetur ordinari, vt ibi dicitur, & gloss. in summa.7.q. 2.hic tamen si post triennium sanus fieret, posset hoc decreto iuuari, quia collatio eidẽ facta, non erat penitus nulla, vt not.in d.ca.cum inter.

Illiteratus est inhabilis, & quis dicatur.

261 Vigesimo septimò, illiteratus c.fi.de ætate & quali, quia non potest ordinari. c. priscis.& ca.pœnitentes.55.dist.ergo nec beneficium curatum habere.c.fi. de tempo. ordi.lib.6.Sic arguit gl.in c. de his.28.dist.ca. 1.per totum.38 dist & qui habet ordines, debet habere beneficium. gl. in c. proposuit. quæ allegat alia iura, de filiis presbyte Illiteratus cæco comparatur.c.post translationem.§. itẽ si quis, de renuncia & cæcũ animal offert, qui ordinat inddctũ in loco docti, magistrumq; facit, qui vix discipulus esse poterat.c.fi.49.dist. & omnino illiteratus est nullus in ecclesia die.Bald.in c. congregato.col. vlti. de elect. Et perinde est ac si collatio facta eis non fuisset. Panor.in c. cum nostris.de concessio.prabend. & collatio facta illiterato, est ipso iure nulla Inno. in capitul. cum nostris. de concession. prabend. Felin. in ca.per tuas. colum.1.de simo. Vnde dicitur ecclesiast. 8 capit Non communices homini indocto, ne mala de progenie tua loquatur.

Illiteratus dicitur qui modicum sit.

262 Et dicitur illiteratus quando nullas scit literas, aut modicas, vtpote quia scit tantum legere & scribere in vulgari. Barba. in auth.sed nouo iure. C. si cert. petat. Qualis scientia requiratur, notatur per Inno. & alios in ca.cum in cunctis.de elect.

263 Intellige collationem non valere quando esset penitus illiteratus, secus si haberet principia, & esset spes quod proficeret & addisceret: quod est notandum secundum Card.in c.illiteratos. 36. distin. facit quod notat alex in addit.ad Bar. in l. 1. C. de dignita.lib.12. vbi dicit quòd scholaris magni ingenij non est repellendus a doctoratu, etiam ante quinquennium, quando spes est quòd addiscet, secus si sit omnino illiteratus. Felin. in c. si quando. col. pen. de rescript. Vide cum in c. scisciatus.col.5.ver.illiteratus. ibid.dixi in scholaticorum priuilegiis plenius.

Illiteratorũ infinitus est numerus. & hodie habẽt meliora beneficia.

264 Hodie illorum infinitus est numerus, vt in simili dicit ecclesiastes.ca.1. de stultis. Et sunt ij qui pinguiora & meliora habent beneficia, cum ad rapiendum tanta beneficia animum habeant,& non ad literas, quibus eruditi inescati, bona negligũt, & pauperes moriuntur.

Externus in regno benef. habere non potest.

265 Vigesimosecundò, exterus est inhabilis ad obtinendum beneficia in regno, ex priuilegio dato regibus Franciæ, vt in procemio prag. sanctio continetur, in verb. exterorũ. extat & Ludouici 12. ordinatio, rub. *des lettres de naturalite*, vbi scripsi. probatur etiam in stylo perlamen. rub. de præb. ord.3.facit regula cancel.19 vbi collatio vel alia dispositio facta extero, nõ valet quãdo non potest loqui idiomate illius patriæ, in qua recepit sacerdotium.facit c.neminem. 70.dist.l.in ecclesiis.C.de episcopis & cler. Imo gratia est subreptiua, si exterus impetrat nõ facta mẽtione originis.gl. sing in c. si proponẽte.de rescri.secundũ Pano.ibi & Fel in c.sicut tuis.col.2.de simo. Cor.in sin. incip.surreptio.de Selua. in tra. de benefic. in 3 parte q.26. Rom.in l. si verò.§.de viro. col.14.sal.eadẽ.ff.soluto mat. Barb.cõs.23. scripsi.col.5.in 1. vol. & consil. 57. præclare in eodem vol.& consil.30.in fin. in 2.vol.& aliàs consului pro quodam scholastico,& vocantur Albini, de quo est text. in l.cum ratio §.si plures ff.de bon dam. vide Ioan. Dayma. in verbo vendicabant. in procemio concordat.fol.69.& seq.

Audiui tamen in thesauro Parisi. esse librum signatũ.l.4. 20.15. 456. in quo reperitur carta data a rege, anno 1364. mense Octobris per quam rex concedit omnibus & singu

& singulis ecclesiæ Romanæ oriundis, vt possint de bonis suis in regno existentibus testari, & hæredes habere, & quod hæredes ista gratia vtantur. imò licet Chassaneus & quidam alij dicant bastardos non posse testari, fuit tamen in hoc senatu pronunciatum bona bastardi capta & saysita executoribus tradenda, anno 1529. Aprilis 16. Aliàs etiam fuit ordinatum, anno 406. quod cameraceen. succederent parentibus in regno degentibus, prouiso quod gallica mera censibus etiam succedant. vide alia in constitu. reg. in tract. de liberis natura. in 2. tomo.

Arresta de exteris & bastardis.

266 Idem in præsentatione vt exterus præsentari no posit ad regni beneficia. tenet Rochus de Curte, in tracta. de iure patro. in verb. honorificum. q. 18. Panor. in ca. bonæ 2. numero 16. de postu præl. Tum quòd in dandis beneficiis nihil contribuerunt, tum etiam ne secreta regni reuelēt, & quia non est bonum sumere panes filiorum regni & dare exteris, vt patet in euangelio, Benedic. in repetit. c. Raynutius, in verb. & vxorem nu. 1044. cum seq. de testa. Alibi multa dixi an valeret post impetrationem consensus regis. quod sic concludit Soci. consil. 260. in causa. col. penul. versic. secundo principaliter. in 2. volum. quando collatio erat bona.

Cōsensus regis post impetrationem an valeat.

Priuilegiū exterorū quo ad lites.

267 Et sic non est omnino inhabilis, imò dum litigant in regno, summariæ debent cetractari eorum causæ, & ob id fuit citatus personaliter compariturus præpositus Belua qui contrarium fecerat, ita fuit pronunciatum in senatu, anno 1522. & die 14. Maij. etiam in vim nouiter productorum exterus in senatu obtinuit, qui de nouo literas naturalitatis impetrauerat. Imò Iudæus baptisatus in regno nō dicitur exterus, quia renatus in regno, per ea quæ notat Bar. in l. t. & l. assumptio. ff. ad municipales. & c. cum nullus de temporib. ord. lib. 6. doctor. in c. eam te de rescript.

Arrestum.

Iudæus in regno baptisatus non est exterus.

268 Vigesimotertio, periuru, quia collatio facta eidem est nulla. ca. quærelam, ibi, non merentur ecclesias regere, qui crimine periurij sunt irretiti, de iureiurand. ca. constitutus. in 2. de appellat. & ibi doct. ca. cum nostris. de concessio. præbend. & ibi Inno. & Panor. Auffr. in decis. Tholos quæ. 17. in fin. Fel. in c. 2. de rescri. 3. colum. Nicol. Milius in verbo periurus. Dec i. in c. dilecti. colum. 1. de exception. facit. c. accedens. de accusat. vbi periuro imponitur silentium super præbenda, quam obtinuit post periurium. facit ca. fin. de iureiurand. in 6. quia ab ordine deponi debet. c. cum non ab homine de iud. Et sine ordine, beneficium tenere non potest. c. licet canon. de elect. in 6. Item quia est infamis, l. Lucius. & ibi glos. ff. de his qui notant. infamia. & ca infames. 6. q. 1. & vide in c. testimonium. de testib. & Cader. consi 5. an periurus. de iureiur. & multa prohibentur fieri, quæ facta tenent. l. patre. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuc. Ioan. Day. na in rubric. de conuent. approbat in glos. periurij, supra.

Periurus est beneficiorū incapax, & collatio illi facta est nulla.

An habeat locum si sit periurus super iuramento calumniæ, vide Fedec. consil. 23. Titius, quod non Bald. consil. 299. proponitur. in 5. vol per gloss. in verbo religione. insti. de pœn. teme. litig. in princip. Bal. in Margar. in verb. iuramentum. in 12. quæst.

Et an habeat locum in veniente contra fidem. Rota decis. j. de iureiurand. incip. no. quod posito, in antiq. & decisio, 1. de pact. in antiquiorib. vide doct. in l. si quis maior. C. de transact. & in §. item si quis postulante. institu. de actio. c. constitutus. de fideiusso.

Quod ego intelligerem quādo esset per sententiam condemnatus, & periurus declaratus, postea fieret eidem collatio, tunc esset nulla, per text & no. in ca. cum non ab homine de iud. quia ante sententiam non dicitur plenè apparere de periurio: ideo de his quæ non sunt, & non apparent, idem est iudicium. l. duo sunt. ff. de testa. tute. & in multis casibus hic positis sic possumus intelligere: & pro periurio papa non dat priuationem, nisi sit periurium iudiciale, vt in regulis Alexand. papæ 6. habetur, in cub. de siguatura gratiæ.

Itē intellige quando collatio facta esset virtute literarum mandati de prouidendo, vel aliarum ad beneficia, quia propter earum odium, collatio erit ipso iure nullla. Calder consil. 20. rub. de præbend. & consil. 4 rub de accusat. Fel. in 2. colum. 1 de rescri. & ca. inquisitionis. colum. 2. de accusa. & ideo hoc anno 1535. in mense decembris, die. 21. recredentia beneficij fuit per venecandum senatum adiudicata cuidam Langles contra quendam Grimault, qui quadriennium possederat beneficium, & periurus dicebatur, ac alijs criminibus irretitus. An periurus possit eligi ad episcopatum, tradit Bartachi. in tract. de episcopo. in lib. 2. quæst. 34.

Arrestum.

269 Et sic sustinui cōclusionem, quòd collatio facta periuro est nulla, ex quo infertur, non iuuari decreto de pacifi. possessoribus, cum non habeat colloratum titulum, sed nullum. Imò plus tenui, periurum esse ipso iure beneficiis priuatum. hoc probaui per c. 2. de rescri ibi, amoueretur. & ca. querelam, ibi, remouentes. de iureiurand. quæ verba denotant nudam executionem. ca. Abbate sanè in princ ibi, petiit adiudicari eidem monasterio, & vos exinde amoueri. de re iudic. in sexto. Et quādo verba executionem denotantia ponuntur in lege vel dispositione, tunc denotant executionem actualem, & inferunt priuationem ipso iure. Anto. Butri. in ca. fin colum. 2. de postuland ca insinuatum. de simo.

Conclusio.

Periurus est ipso iure beneficiis priuatus.

Item in d. c. 2. æquiparātur renunciatio & iura-

& iuramentum, sed in renuntiatione ipso iure quis est priuatus, ergo & in periurio, cum in æquiparatis quod in vno disponitur, & in altero habeat locum. c. de multa. de præben. Etiam in pœnalibus & correctoriis procedit argumentum ab æquiparatis. Bar. in authen. sed cum testator. colum. 2. C. ad legem Falci. refert Ias. consil. 133. in casu. col. penul. vol. 1.

270 Præterea periurus est infamis, vt suprà dixi, & infamia priuat militem terrestrem sua militia ipso iure. l. 2. §. miles. ff. de his qui notan. infam. Ergo & cœlestem militẽ priuabit, cum æquiparentur. l. miles ff. de re iud. tex. in l. infamia. ibi, quæsitum tibi adimit honorem. C. de decurio. lib. 10. & pro hoc est tex. formalis in l. penul. C. de dignita. lib. 12. ibi, dignitate quoque, qua per suũ videlicet periurium indignos sese probauerint, spolientur, vt in eos, vtpote illustri dignitate per suũ facinus priuatos ipso iure dicit ibi gl. Postquam ergo à iure ciuili, hoc est clarè decisum, vt periurus ipso iure sit priuatus, & in iure canonico est dubium, standum est decisioni iuris ciuilis, vt not. doct. in c. Raynutius. de testa. Et hanc opinionem tenuit Barb. in d. ca. 2. & consil. 11. col 9. volu. 2. quem vide in ca. testimonium. in 3. parte. de testib. licet opinio contraria sit, communis, vt not. in d. c. 2. de rescrip vbi plenè doct. & Dec. in c. cum non ab homine not. 4. de iudic. Tamen ista de stricto iure potest sustineri.

271 Nec obstat quòd nũquã imponitur pœna priuationis, nisi à iure fuerit expressè imposita. gl. in c. fi. de iure patro. tex. in §. fin autem. de nõ eligend. secũdo nubent. colla. 2. n. c in dubio ipso iure pœna censetur apposita. gl. in c. vno. de sagitta. Bald. in l. 1. in fi. C. de legib. gl. in verbo suspensus. in cle. vlti. de vita & honesta. cleri. Respon. esse satis expressam in iuribus supra citatis.

Pœna priuationis nõ imponitur nisi a lege.

Opposuit D. Petrus Clericus. I. V. cognitione clarus, & doctor regens, ac vicegerens huius almæ vniuersitatis. c. in nostra. ibi, ipsum à Tulleñ. ecclesia per sententiam remouendo. de procu. cui respondi, ibi, de facto fuit processum, lite videlicet non cõtestata, & iuris ordine prætermisso, ideo processus & sententia fuit irrita per appellationis iudicem. Vel ibi sunt verba narratiua, quæ non disponunt. gl. singu. in l. vna. C. quando nõ petent. part. petenti accrescat. Nec etiam obstat cap. ad petitionem. ibi, per sententiam amouentes, de accusa. quia ibi non loquitur de periurio, & etiam verba amouere, & spoliari, debent intelligi secundum materiã subiectam. Felin. & alij in c. Rodulphus. de rescrip. & c. cum non ab homine. de iud. per c. literas. de supplen. neglig. præla. & c cum dilecti. in fi. de accusa. vel dic. per sententiam declaratoriam.

272 Nec me mouet c. post electionem. in fi. de concessio. præbend. quia ibi non constabat de periurio, cum in fin. text. dicat, si super abiuratione quicquã duxerit proponendum, ordine poterit iudiciario experiri. Nec ibi probatur contrarium illius, quod suprà dictum extitit.

273 Nec obest quòd homicida non est ipso iure priuatus. c. ex literis. de excessib. prælat. c. cũ nostris. de conces. præb. Respon. ex diuersis non fit bona illatio. l. Papinianus exuli. ff. de mino. & separotorum esse ratio separata debet. l. fi. ff. de calumniato. Et homicidium est grauius periurio. c. miror. 50. dist. tamen aliquando periuriũ quo ad quid est homicidio grauius. ca. ille. 22. q. 5. nec etiam facit quòd æquiparentur in d. c. cũ nõ ab homine. quia ibi æquiparantur quo ad illam dispositionem.

Præterea nec meam conclusionem conturbat c. peruenit. de fideiusso. quia ibi priuatio resultaret in dãnum fideiussorũ, vel ibi incidenter periurium obiiciebatur. Panor. in d. c peruenit. in vlti. not. Feli. in d. c. querelam.

274 Nec refragatur ca. tua. de iureiuran. vbi dicit excludatur, quia potest intelligi quo ad possessionem. nam ex verbum denotans priuationem ipso iure factam. Et sic nõ restat nisi de facto & de possessione excludere. tex. in c. consulere. de simo. vt dicitur in c. licet episcopus. de præbend. in 6. Itẽ si dicatur quòd verbum futuri temporis priuationem ipso iure non inducit. l. in crimina li. C. de iurisdi. omnium iudic. quia hoc nõ procedit in verbis denotantibus executionem, vt suprà dixi.

275 Aliam conclusionem, quòd iuramentum promissorium producit actionẽ, satis probaui in repe. l. si quis pro eo. in præfa. ff. de fideiusso. vbi dedi nouum intellectum ad leges de iuramento promissorio loquentes. ibi videre licet: non repeto hic.

Conclusio. Iuramentũ promissorium producit actionem

276 Vigesimoquartò, illegitimus, quia ordinari non potest. c. 1. & c. ad præsentiam. & ibi Card. & per totum de filiis presbyterorum. c. cũ in cunctis. & c. innotuit. de elect, Inno. in c. constitutis. in 2. col. 2. de appel. per id quod habetur Deuter. 23. ca. non ingredietur manzer, hoc est de scorto natus, in ecclesiam domini, vsque ad decimam generationem. habetur in c. per venerabilem, in fi. qui filij sint legiti. tum propter incontinentiæ paternæ timorem. c. literas. & ca. fi. de filiis presbyte. tum in detestationem criminis, & quia sunt infame. l. vna. C. de seruis qui propriis mulier. se iniunxerunt, Hosti. in summa. de filiis presbyte. §. quæ est causa. vnde dicitur Ecclesiastici 23. c. Non trahent filij eius radices, & rami eius non dabunt fructum. Et ne infametur ecclesia. Card. in ca. præsentium. de filiis presbyte. Vide glos. de his terminis, in ca. nisi cũ pridem. in verb. manzeres. de renuntia. Et per hoc fuit reprobata resignatio beneficij facta per quendam sacerdotem in fauorem

Illegitimus est inhabilis ad beneficia.

nepotis ex legitimo matrimonio procreati, ex filia tamen spuria, per senatum Tholosanum, anno 1534. in vigilia Pentecostes, per gl. in c. ad extirpandas. de filiis presbytero. licet fuisset admissa per papam, & fuit hoc arrestum latum pro domino Ioanne de Nuptiis diœcesis Albieñ. contra Rogerium Magistri.

Arrestum.

277 Quia non solùm filij remouentur ab ecclesia, in qua pater nulla persona media ministrauit, sed etiam nepotes, per tex. in d. c. ad extirpādas. iuncta gl. ibi. nam filij appellatione nepos continetur. l. iusta. vt scripsi. & in l. liberorum. ff. de verb. signi. Imò etiam si pater resignet in fauorem extranei, qui statim resignat filio, vel nepoti, nõ valebit prouisio, quia oportet quòd persona media ministrauerit, & iura spiritualia exercuerit. Hoc declaratur in d. c. ad extirpandas, in verbo ministrarum. & ideo vidi cassari multas prouisiones super hoc, maximè pro D. de Rochebaron, contra filium episcopi Annicieñ. multa scripsi de hoc in praxi benefi.

Filij beneficia paterna habere nõ possunt nec nepotes.

Imò Clemens papa septimus, ordinauit quòd de cætero filij presbyterorum ex fornicatione nati, prælaturas vel alia beneficia nullo vnquam tempore obtinere quoquomodo possint, nec cum eis super hoc dispensari, quando presbyteri & clerici, vel religiosi, eorum patres in titulum vel commendam, aut administrationem aliquando obtinuerint illud beneficium, quod est datum Romæ, apud sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ quingentesimo trigesimotertio, nonas Iunij, pontificatus sui anno septimo.

278 Fallit quando ille illegitimus esset à papa vel eius nomine legitimatus, & ad beneficia habilis factus, tunc si possederit postea triennio beneficium, cum vero vel colorato titulo, hoc decreto iuuari poterit, quia postquam est factus habilis ad beneficia, habebit locum iste text. qui dicit, quicunque nõ violentus, &c. si pater antea in illo non ministrauerat, quia de hoc est facienda expressa mentio, & derogatio.

Illegitimus decreti beneficio huius quando iuuari possit.

Secus quando sine dispensatione & legitimatione aliqua collatio ab ordinario illi facta illegitimo fuerit, & huius collationis ratione ipse possederit illud beneficium per triennium, tunc poterit molestari, tũ ne iste tex. duo specialia inducat, contra legem primam. C. de dotis promis. Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. Primùm, quòd collatio facta inhabili dicatur colorata, tũ quòd collatio, quæ est omnino nulla, hic approbetur.

Item qualitas iuncta verbo debet intelligi secundũ tempus verbi. l. in delictis. §. t. ff. de noxa. actio. Sed tex. de pacificis possessoribus requirit possidentem habere verum, vel coloratum titulum quem habere non potest illegitimus, cũ sit penitus incapax ad spiritualia, vt supra probaui: ergo nõ poterit hoc remedio iuuari, sed post triennium, imò post centũ annos molestari poterit, quia diuturnitas temporis cum capacẽ non facit. arg. c. fi. de consuet.

Nec refragatur quòd tex. tantum vnum, vel duos casus excipiat: ergo in aliis locum habet, vt scribit D. Gomes. in q. a. Respon. verum esse, quando illi possunt verũ vel coloratũ habere titulũ, quẽ non possunt inhabiles habere. Ergo nec huius decreti auxilio continetur, qui verba huius tex. non conueniunt illis, nec ergo dispositio cõueniet. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. etiam excipiendo violentum inhabilem, alios inhabiles excipisse videtur, vt superius. nu. 159. dictũ extitit. quãuis contrariũ cõsulẽdo tenuerit Pet. Paul. Paris. cõsi. 96. pro lupo. in 4. vol.

279 Etiam si duo casus excepti in text. recipiunt extentionem ad alios similes ex rationis idẽtitate. c. cum dilecta. vbi Panor. in 5. nota. de cõfir. vtil. etiam si illi casus similes essent excepti cum dictione taxatiua. l. ob æs. C. de prædiis mino. doct. in l. contractus. per illum tex. ff. de regu. iur. Gomes. etiã fatetur q. 49. Et sic non erit nouum ad alios casus & personas similes extendere, propter eandem rationẽ, quis enim diceret non tonsuratum, laicum, bigamum, furiosum, vel coniugatum, post triennium molestari non posse? & tamen non excipiuntur in hoc tex. concord. de pacific. posses. Nec obstat quòd exceptio istius text. vt quis non molestetur lapso triẽnio est quædam defensio, quæ nõ debet bastardo denegari, cum etiam excõmunicato defensio detur. c. cum inter. de exceptio. Respõ. quando exceptio ista esset inducta bene daretur bastardo, vtpote quando fuisset habilis tempore collationis, idem de excommunicato, nam si antequam esset excõmunicatus possedisset triennium beneficium, & postea excõmunicatur, si molestetur super illo beneficio poterit excipere beneficio huius edicti. Sed si collatio fiat excõmunicato, & possederit per trienniũ, poterit adhuc molestari, quia collatio erat nulla, & non habebat verum nec coloratũ titulum, & hæc exceptio non acquiritur, nisi habenti verũ, vel coloratũ titulũ, vt sequitur, & sic hæc exceptio iam quæsita posset bastardo competere, sed ipse dum est inhabilis eam acquirere non potest ergo nec ea iuuari poterit.

Non excepti in tex. an comprehendantur.

Præterea titulus dicitur incoloratus, quãdo est nullus, vt docet gl. pragma. sanct. in verbo coloratum, sed quando est facta illegitimo, est factus inhabili, vt suprà probatum extitit, ergo est nullus, vt plenè scribit Cæsar. Lambert. in tract. iuris patro. 12. art. primæ partis. q. 7. lib. 2.

Ad hæc titulus nullus nullã potest producere exceptionem, nec effectum. l. quoties. ff. qui satisda. cogan. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. docto. in c. ex tenore. de

referri

rescript. & sic titulus bastardi non producet exceptionem, nec possit post triennium molestari.

Nec obstat generalitas, tex. videlicet quicunque, quæ non potest extendi cótra verba text. extenderetur enim contra verba, si diceremus illegitimum, qui non potest habere verum titulum, nec coloratum, posse hoc remedio iuuari: nam quælibet dispositio habet non solùm virtutem inductiuam sed etiam exclusiuam. Bart. in l. 2. §. videndum. col. 1. ff. ad senatuscons. Tertul. sic iste tex. induceit, vt quicunque habens verú vel coloratum titulum, non possit post triennium molestari, etiam excludit à contrario, quòd quicunque non habet verum vel coloratum titulum, possit post triennium molestari, & hic habes quando bastardus possit molestari super beneficio, vel non.

Intellige prædicta nisi papa scienter illegitimo conferret, quia tunc videtur cú habilem facere. per l. quidam. ff. de re iudica. quod non potest facere ordinarius, & sic non posset molestari, quando à papa esset factus habilis vel per legitimationem, vel per collationem illi scienter factam, quod etiam procedit in aliis ferme personis inhabilibus, quas superius describo: alioqui cótra, & ita sunt bene notanda.

280 Vigesimoquintò, inhabilis est irregularis, nam collatio illi facta est nulla. ca. cú in cunctis. §. fi. de electio. Panor. in c. cum nostris. & ibi Imol. de concessio. præb. Felin. in c. 2. col. 2. & seq. de rescript. & c. de quarta. col. 10. de prætersp. c. inquisitionis. 2. not. de accusa. Panor. in c. fi. de tempo. ordinan. & c. clericis, ne clerici vel monachi. c. ex literis. de excessib. prælato. quia facta indigno, & inhabili ad executionem officij. c. fi. de tempo. ordina. ideo tractatu temporis conualescere non potest. l. quod in initio. ff. de reg. iuris, & regula, non firmatur, in 6. licet irregularitas nó priuet quem beneficio iam habito. c. clericis. ibi, honore priuetur. & loco, ne clerici vel monach. c. ex literis. & c. tanta. & ibi Panor. de excess. b. prælia. & sic beneficium irregularis non potest impetrari, quia non vacat etiam si fuerit declaratur irregularis, quia priuatio adhuc requiritur. per glos. in c. fi. de iure patron. sed collatio illi, qui est iam irregularis, facta, non valet, ob id illud beneficium tanquam vacans impetrari potest. Quid si fuerit probata irregularitas per solam famam, an sufficiat? Respon. sic quo ad præsumptionem, & onus probandi innocentiam, vel saltem contrariam famá. nam onus probandi incumbit ei, contra quem facit præsumptio. ca. vnico vt ecclesia. beneficia, nota. in lege qui accusare. Codic. de edend. sic consuluit Calder. consil. 9. an si probetur. rubri. de probatio.

Irregularis est inhabilis et eius beneficium impetrari potest.

281 Vigesimosextò, vsurarius publicus & manifestus. ca. de Petro. 47. distinct. & ibi Domi. quia hi sunt infames. c. quáquam de vsur. in 6. Mathes. not. 49. nota quòd omnes. & notab. 167. nota, quòd vsurarij. Et collatio facta notoriè infami infamia etiá facti non tenet, quia non est bonis moribus præditus. Panorm. in c. super eo. in fi. de elect. c. inter dilectos. de excel. prælato. Prohibentur etiam eligi tam ad beneficia. de Viasio in tract. 1. de elect. in 2. parte, ca. 33. quàm ad officia. Ias. in l. barbarius. colum. quarta, nu. 13. ff. de offic. prætoris. Et vsurarij sicut os inferni, non satiantur. c. sicut hi. 47. distinct. Bald. consil. 395. vol. 5. Ante tamen declarationem putarê iuuari hoc decreto, ac quidem hic expressi.

Vsurarius manifestus beneficiorum est incapax.

282 Vigesimoseptimò, violentus, vt patet in hoc tex. ibi, non violentus. Adde quod habetur Esaia. 9. c. Omnis violenta prædatio, cum tumultu, & vestimentum mixtum sanguine erit, in combustione, & cibus ignis. Et intelligo hic de violento, siue cum armis, siue sine armis, cum hic generaliter loquatur, & probatur in lege t. & ibi Bartolus, & patruus meus Rebuf. C. de naufragiis. lib. 11. & hæc violentia dicitur leue delictú. l. is qui in puteum. §. si tutoris & ibi Bar. ff. quod vi aut clam. quod ego intelligerem iuxta materiam subiectam, quia ibi deficit titulus, non procedit vsucapio. §. t. instit. de vsucapio.

Violentus non iuuatur hoc decreto.

Nolo transcribere quinque genera violentiarum, quæ tradit gl. in l. 1. & l. eatat. ff. quod metus causa. l. 1. C. illo tit. gl. in c. ad audientiam. illo tit. l. 4. in l. si quando. col. 1. C. vnde vi, quæ aliás quàm tradant doct. declaraui in l. liberationis. ff. de verb. signi.

Nec intelligo hic loqui nisi de violentia expulsiua. l. si quis in tantam. C. vnde vi.

283 Quid de compulsiua, si metu coactus renuntiauit? an ille in cuius fauorem facta est resignatio metu, post triennium sit tutus? Et dicerem quòd non, si per illud tempus durarit metus, tum primò, quia resignatio facta metu, est nulla. in dec. Rotæ 374. fuit dubitatum. in nou. de Butrio in c. ad aures. de his quæ vi metúsve causa fiunt, vel saltē annullanda. Calder. consil. t. de renun. per c. super hoc. illo titu. & ibi Imol. Panor. in c. abbas. de eo quod met. causa. & cap. seq. Maleret. tract. de elect. fol. 89. vers. sic. 2. fallit, & quæ metu gesta sunt, rata nullo tempore, vel modo prætor habet. l. 1. & l. si mulier. ff. quod met. caus. & illa beneficia sic resignata quis repetere potest. c. 2. & 3. de his quæ vi metúsve causa fiunt, & non valenti agere non currit præscriptio. l. 1. in fi. C. de annal. exceptio. & quando durat metus non potest agere, ergo non curret præscriptio ista triennalis. gl. & docto. in cap. 2. & capitu.
284 quia de concessio. præbend. Sic non dicetur professa filia quæ per annum stetit in religione, si coactè ingressa sit, etiam si fecerit professionem. gl. singu. in ca. præsens. 24. quæstio. 3. quam sing. notat. Alexand. in l. si

Metu resignata post triennium etiam beneficia repetit.

Professio metu facta nó valet.

cum dotem.§.eo autem tempore.col.4.ff.so lu matri gl.& Panor.in e...quod met.cauf. quod est valde notandum secundum Iasan §.quadrupli.colum.7.nu.6a.instit.de actio. contra nobiles habentes filias claudas, vel g bbosas,aut aliter deformes, cogentes eas facere professionem,quia per hoc vitiatur ingressus & professio, secus in matrimonio earna i H.ppo.sing 347.

Procuratorium ad resignandum metu extortum non valet.

285 Idem in procuratoris constitutione metu facta,Hostien.& Panor.in d. c.1 abbas, & ibi Imol.col fi.facit e.ad audientiam.& ibi glo.& c.cum dilectus.de his quæ vi me tuve cauf.fiunt. An metus purgetur. vide B ld.in l.a C.quod met.caus. Card. consil. 137.& D c.consil.219 viso.col. 3. in a. dubio 4 q cle.n.ultorum ,de pœnis. Idē si per dolum & fraudem quia fuerit inductus ad constituendum procuratores ad resignandum ,quia tale mandatum est nullum ,cum dolus det causam contractui, & eleganter. ff de dolo. & hoc expresse tenet Oldr. consil.344.factum tale.col.3.versi.6.

286 Ex hoc sit regula, quòd violentus ipso iure perd t ius.q iod habebat in dignitatibus,personatibus, vel alijs quibuscunque ben ficiis occupatis propria authoritate, quod est in odium violenti inductum.d.e. cum qui.de præben.lib.6.c.placuit.16. q.6. quia fur est & latro.Ioan.10.c.cum non intret per ostium.

Violentus perdit ius quod habebat beneficio salli[?] infra.

287 Intellige quando quis apprehendit possessionem beneficij poss [?] per alium inuito & contradicente poss ssore, satis enim dicitur violētia illata,& quis spoliari,si alius propria authoritate ingrediatur poss ssionem in qua sum. l. clam posside[?]e.§. qui ad nundinas ff.de acqui.possess.& ibidem not. B.r.& alij.

Siue is qui erat in possessione, eam dimiserit dubitans se poss. repelli,siue nō, quia licet non dimiserit poss.ssio iem, tamen in ea passus est vio.entiam,& turbationem, & vbi totus erat in p ss ssione libera, modo sociatus est & turbatus,ab quam datur remedium possessio,sicut tædio affectis, vt veniant responsuri.ca. quoniam. vt lite non contesta.hoc tenet Lappus,alleg 127. A tastasius.in 4.q.xit.

288 Intellige n si quis apprehend sset possessionem per procuratorem generalem, quia non intelligitur datus ad illicita.l. si procurator.ff.de condict.indeb.c.cum in genera li de offic.vica.lib.6.Ideo per eum non præiudicabitur iure suo dominus, qui ad hoc potestatem procuratori non dedit.

289 Fallit nisi expressum & specrale mandatum eidem dedisset, quia tunc perinde est ac si principalis fecisset.l.1.§.deiecisse.ff. de vi & vi arma.

Secundo,fallit q ādo ratum habuit expressè vel tacite potest, a[?]g.ca. eum quis, de senten.ex.communic.lib. 6. Et præsumitur.ratum habere , quando sciebat procuratorem suū dicta possessione vti, vel suo nomine primum possessorem molestare , si non prohibuerit.cap. non est dubium. de sentent.excom.

Authoritate propria ingrediens beneficium fine violentia non[?] se io[?] non priuatur.

290 Intellige ergo quòd quando quis violentiam non committit,licet propria authoritate ingrediatur beneficium tamen non priuatur iure suo,si præcedat titulus & legitimus titulus.N co.de Milis in repet.in vee bo beneficium.in 58.quæstio.beneficij possessionem,

Item si sententiam habuerit quis pro se, & propria authoritate sine vi tamen occupauerit poss ssionem ,non priuatur iure quod habet.de Rot decis.10.incip. si pro spoliato.de cauf.poss 1.& propriet.in no.li cet contrarium teneat C lder.in e.cu nostris q.6.de concessio. præben. & cogitandum reliquerit Perusin d.e. cū qui.§. insuper Fel.in e.de cætero..of.pe.de re iud.

Declaratur e. cum qui de præbend.in 6.

291 Limita quando fieret violentia iudicis, vel superioris authoritate.Ioan. And.in d. e.cum qui.Auffre.in deci.capella Tholosa.q.44.Item ,&c.an habens.vbi dicit pœ nam, cum qui,non habere locum in hoc casu item priuatur violentus iure, etiam si is qui est in possessione,non restitisset,dum tamen non consentiret expulsioni de se facta.l.si quis.ff ne vis fiat ei.l. is cui.§. missus.ff.vt in possess o.lega.l. meminerint. C. vnde vi.Ita expressè tenet Innoc. in c.cum nostris.in glo.credimus.de cōcessio. p æb. Oldr.cons.319.super excusatione.col.

Non tamen habet locum pœna.,eū quē quando quis ingereret se administrationi episcopatus sine expeditione bullarum , ad quem est translatus.Ioan A dr.in d.e.cum qui D e.consi.319.viso puncto.co . vit. vide Domi.& Phi i, in c.cum singula.§.1.de præbend.lib.6.

292 Procedit etiam d.e.cum qui,in officiis regis.nam dicitur in l. fi. C. de offic. magistr. officio.Sed sciat is,qui sine sacro rescripto ad eandem peruenire m.litiā ausus, fuerit, non solum ea se priuari,verum etiam pœnæ 20.librarum auri subiici.Ioan. de terra rubea in tract.contra rebelles regum.artic. a.tracta.2.versic.octauus effectus, quod in regno non vidi seruari.

Authoritate propria non[?] ... quam capere debeat.

293 Item non debet quis propria authoritate apprehendere poss ssionem,etiam si habeat canonicum titulum,sed debet authoritate illius à quo habet causam, siue concessionem,siue habeat à papa.c.pastoralis. de priuileg.siue ab episcopo.e.cum venissent.de instit.spo.ia. l. si ex stipulatione.ff. de acquiren. possess.d.e.cum qui. l. fi. C. de agentib.in reb.lib 12.l.non aliter. C. de palatina.sacra. largi. co.lib.l. neminem.de re militari.co.lib.de Ripa.consil.18.rubr.de refer. tamen si expeditis bullis quis sine executore adipiscatur possessionem,non est intrusus.Domi.& Philip. in cap. b tibi absenti. & d.c.cum qui.de præb.in 6.& in regu.cā el.

Item

Possessionē beneficij an quis propria authoritate apprehēdere possit.

294 Item inquantum gl. in verbo violentus. eodem titu. in prag. tenet quòd habens canonicum titulum, non potest apprehendere possessionem beneficij propria authoritate. Selua eam procedere in casibus sequētibus, licet regulariter contra. per tex. in c. transmissam. de elect. vbi electus & confirmatus administrat sine alia possessione apprehensa, & ibi hoc tenent Innoc. Cardi. Panor. idem in c. nosti. illo tit. & vtrobique plenè per doct. & Panor. in c. cū venissent. col. penul. de restitut. spolia. ca. auaritiæ. de elect. lib. 6. & Auffre. in decis. Tholosa. q. 443. Item fuit quæsitum an habens, quia per electionem acquiritur ius administrandi, per confirmationem exercitium, alioqui nil prodesset confirmatio. glo. in c. quinto. 63. distinct. Nicola. de Milis. in verbo beneficiū. q. 58. & in verbo possessio quæst. 103. possessionem beneficij. & in verbo possessorium. §. 38. Card. in cle. vt hi qui. q. 8. de æta. & qual. Imò si confirmatus ceciderit à possessione, poterit eam propria authoritate ingredi, si inuenerit eam vacantem. Innocen. Imol. & alij in c. ex parte. col. pen. de arbitris.

Vide septem casus in quibus quis potest administrare ante confirmationem per Philippum Francū, in c. auaritiæ. de elect. in 6.

295 Et si illa iura loquantur de electione & confirmatione, idem tamen est in collatione, quæ habet vim electionis & confirmationis, vt propria authoritate ingredi possit possessionē beneficij sibi collati. Federi. consil. 134. super primo. col. 2. & idem de præsentatione facta de beneficio & institutione subsecuta, vt præsentatus possit possessionem sua authoritate apprehendere. Curtius in tract. de iure patrona. in verbo ius. q. 5. Nicol. de Milis, in verbo possessoriū. §. 48.

Simile ponitur in tutore, qui statim administrat. l. 1. ff. de administra. tuto. glo. in d. ca. cum super. circa finem. de causa. posses. & proprieta.

Nec obstant iura, quæ videntur requirere installationem, quia intelligi debēt quoad solennitatem, non de substantia administrationis, vel debēt intelligi quòd requiritur installatio, quando hoc habet consuetudo, aliàs non. Innocen. & alij in c. in literis. de restitu. spolia.

296 Primò, procedit quando esset consuetudo quòd electus & confirmatus non posset apprehendere possessionem sine superioris authoritate, quia sicut potest acquiri consuetudine possessio, ita potest operari ne acquiratur nisi certo modo. cap. 2. de consue. Franc. in d. c. auaritiæ. col. 2. facit c. in his. 11. distinct. ca. in nomine. 23. distinct. Panor. & alij in d. c. cum super. circa finem. de caus. posses. facit glos. sing. in authen. vt præponat. no. impera. colla. 2. §. 1. quæ vult omissionem solennitatis ex sola consuetudine introductæ, vitiare actū. Et ideo oportet quod his, qui eam allegat, eam probet.

Secundò, procedit glos. quando aliquis esset in possessione beneficij, tunc non licet alicui propria authoritate illud possidere, quia secus faciendo esset spoliare possessorem propria authoritate, quod non licet, vt in c. cum qui. de præb. in 6. Bal. in l. fin. q. 5. C. de edicto diui Adria. tollen. Et ista est cōmunis opinio teste Roch. de Curte in trac. de iure patro. in verbo ius. q. 5. de Ripa. in lib. 2. Responso. de referi. c. 31. quæritur. Panor. post Innocen. in ca. cum super. circa finem. de causa posses. ca. licet. in 2. de præb. lib. 6. §. 94. possessio quæ erat. & in verb. possessorium. §. 47.

297 Nec obstat l. si ex stipulatione. ff. de acquir. posses. quia loquitur quando aliquis erat in possessione: si vero res esset vacans licitum esset possessionem apprehendere propria authoritate, vt dicit ibi Ias. limita. 4. per l. fistulas. §. 1. ff. de contrahend. empt. gl. in l. 1. pro dote.

298 Nec obstat d. ca. cum qui. quia loquitur in eo qui violentiam adhibuit. vide respon. ad alia iura per Ioan. de Selua in tracta. de benefic. in 3. parte. q. 15. Fallit tamen in cle. vna. §. 1. de sequestra. posses. & fruct. & sic quando possessio hæreditatis à nemine detinetur, non est necesse intentare remedium l. fi. C. de edicto diui Adria. tollē. sed potest hæres propria authoritate possessionem capere. Ias. ibi. & Innocen. in c. cum in officiis de testa. Pet. de Ferra. in sua practi. in forma libelli quo petitur hæreditas ex testa. in verbo iniustè occupauit.

Pro l. fin. C. de edicto diui Adria. tollend.

299 Nec obstat l. non dubiū. C. de lega. quæ etiam loquitur quando legatarius apprehenderet rem legatam ab alio occupatam. secus si à nemine possideretur. quia tunc posset. docto. ibi. glos. not. in capitu. fina. in glos. penulti. de succes. ab intesta. Sic consulit Roma. de legatorio vsusfructus, consil. 312. circa propositam. Dec. consil. 243. vt clarior. colum. penulti. & sequen. & consil. 424. proponitur. columna vltima. & Benedict. in repe. cap. Raynutius. in verbo si absque. in 2. de legatis. nume. 145. cum seq. de testa. Facit quod not. Innocent. Panormit. & alij in cap. cum super. in fin. de causa possessio. Et in hoc regno consuetum est, vt legatarius ab hærede petat, & ipse sibi ius non dicat, vt scripsi in procem. constitu. regia. in 1. tomo.

Legatum quādo possit apprehendi.

Vbi dicunt beneficiatum posse agere nomine ecclesiæ sibi collatæ, antequam adeptus sit possessionem illius, quando illud beneficium à nemine detinebatur, aliàs contra, quia esset spoliare possessorem propria authoritate, quod est prohibitum in c. placuit. 16. quæstio. 6. & dicto cap. cum qui. Nicol. de Milis, in verbo possessio. §. 94. possessio quæ erat, & in verbo possessorium. §. 47.

300 Item facit quod not. Innoc. & Imol. in c. inter quatuor. col. 2. de maiori. & obed. vbi dicunt quod ecclesia quæ labitur in hæresim, vel schisma, perdit iura sua, & possessionem illorum, si tamen redierit ad fidem poterit possessionem apprehendere propria authoritate si per alium non fuerit occupata.

301 Idem si episcopus fuerit confirmatus, quia statim poterit beneficia conferre, vicarium facere, & alios actus exercere, si nemo sit in possessione illius diœcesis. de Selua in tract. de benefi. in 2. parte. q. 15. de Ripa d. lib. 2. respõ. c. 31. quæritur. videtur cõtrariũ consulere. ibi licet cernere.

302 Imò fortius habens canonicum titulum si per vim occupet beneficium à nemine detentum, non priuatur iure suo, nec dicitur intrusus. Domi. & Perus. in d. c. cũ qui. tum quia non dicitur temerarius, cum habeat titulum, licet largius sumatur quàm violentus. glo. no. in ca. tua nos. de senten. excom. ita in Prouincial. fol. 60. versi. habens canonicum. Temerarius est, qui actũ à iure reprobatum committit Domi Archidiac. & alij in d. ca. auaritiæ, de electio. lib. 6. & dicto capitu. eum qui. tum quia non est violentus, de quo loquitur ille text. ibi violenti, &c.

Temerarius quis dicatur.

303 Tertiò, procedit dictum glo. quando ecclesia daretur ad proprios vsus, id est vniretur alteri ecclesiæ, tunc sine authoritate superioris non licet ingredi possessionem, quam nunquam habuit. ca. pastoralis, de priuile. nisi ex licentia papæ, vt ibi. & papa vniendo nõ intendit præiudicare iuri episcopi. c. super eo. de offic. deleg. Petrus de Perus. in tracta. de vnione ecclesi. capitu. 2. quæst. 2.

Vnitum beneficium non debet quis propria authoritate apprehendere.

Ratio diuersitatis est, quia quando conceditur beneficium ad proprios vsus, videtur concessum vt quædam proprietas: & causa possessionis & proprietatis est separata, & nihil habent commune. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. Ideo nõ licet etiam domino intrare possessionem inuito poss. flore. d. c. placuit. & d. l. si quis in tantam. C. vnde vi. Sed quando conceditur in titulum, videtur concedi potestas administrandi, & sic consistit illa cõcessio circa incorporalia, & in acquisitione istorum iurium incorporalium, sufficit patiẽtia domini. l. quotiens. ff. de seruit. quam patientiam & authoritatem habuit statim atque superior confirmauit electionem de eo factam, vel sibi beneficium cõtulit. d. c. transmissim. & hoc est notandum secundum Panorm. in cap. cum venissent. col. penulti. de institu.

304 Quartò præcedit quando ecclesia concederetur in commendam, quia cum sit quasi depositarius, non poterit propria authoritate possessionẽ apprehendere. gl. & docto. in ca. nemo. de elect. lib. 6. Roma. cons. 350. in casu. col. 1. & seq.

305 Quintò, procedit, quando non leuasset literas apostolicas, quia confirmatus ante non poterit administrare. d. cap. auaritiæ. Aliàs incurreret illam pœnam. ca. iniunctè de elect. in extrauag. communibus. in maioribus dignitatibus.

306 Sextò, procedit quando habuisset confirmationem ab eo, qui nõ est loci ordinarius. Anto. & Fel. in c. ne Dei. col. 2. de simo. dicens hanc opinionem in practica seruari, vt possit propria authoritate apprehendi possessio. & sic intrusus non iuuatur hoc decreto, quia est exceptus, & quis dicatur intrusus? scripsi in gloss. concord. in hoc titu.

307 Quæro, quid si violentus petit à papa sibi confirmari beneficiũ per vim obtentũ, & papa hoc facit, & postea possedit per triennium, & vltra an possit molestari? Videtur quòd nõ, quia videtur purgare violentiam, à papa impetrando. Breui respon. contrarium, quia quando quis occupauit beneficium, vel aliam rem per vim, & postea facit sibi à superiore confirmari, & concedi, illa concessio non valet, nec tribuit ius. tex. aureus in l. authoritate. C. vnde vi, & tex. in l. 2. & ibi glos. C. de fund. & salti. rei do. lib. 11. Alex. consil. 3. ex his quæ. num. 13. col. vlt. in 5. vol. Barb. consil. 41. illud. afferam. col. 4. & consil. 63. sapienter. col. 10. in 1. volu. & consi. 24. clementissimi. colum. 2. 2. in 2. volu. & consil. 13 à Ioue. col. 11. vol. 3. consil. 55. clementissimum. col. 1. in fine. & seq. in 4. vol. Curtius in tract. de feud. in 2. parte. q. 3. Fel. in c. postulasti. col. 18. versic. circa quartum. de rescrip. Facit tex. in ca. si gratiosè. de rescrip. in 6. in fine. c. dudum. 2. in fi. ibi, nec intentionis nostræ fuerit aliquid ei de nouo concedere, sed vt per indulgentiam posset habita licitè retinere. de electio. nam iniuriam facit beneficio & dignitati, qui ea iniustè detinet. tex. in cap. multi. & ibi Præpo. 40. dist.

Cõfirmatio papæ an [illegible] titulum [illegible] tum, quid [illegible] lentus.

Quia ea quæ sunt iuri contraria, nũquã intelliguntur confirmata. Bald. in cap. 2. in princi. col. 2. pr quos fiat inuestit. per glos. in d. l. 2. de salti. rei donec confirmatio facta de intruso valet. Bald. in c. in literis. col. fin. de restitu. spolia. Item gratia non faciẽs mẽtionẽ de illicita occupatione beneficij, non valet. Panot. in c. præterea. vlti. not. de iure patro. & in ca. quisquis. de elect. Domi. in in dicto ca. cum de præbend. lib. 6. Felin. in ca. in nostra. correla. 2. de rescri. & sic titulus non est coloratus.

308 Limita quando papa ex certa scientia de nouo concederet inuasori expresse habita mentione intrusionis, & violentiæ, quia tunc videtur illam violentiam remittere, & de nouo conferre. Salicetus in dicta l. authoritate. Panormitanus in capitu. quisquis. de electio. & capitu. per inquisitionem. colum. 3. ibid. facit quod not. Bart. in tract.

tract.de tyrannia.q.10. Feli.latè in c. postulasti.col.18.& seq.de rescri.Barba. d. consil. 55.col.3.

Et hic post triennium non poterit molestari, vt hoc text.nec obstat q violentus semper potest molestari, verum est nō purgata violentia, sed hic purgauit violentiam impetrando à Papa, ergo amplius non dicetur violentus nec intrusus, quod est notandum.

309 Idem in alio spoliatore non violento, vt non gaudeat hoc decreto post triennium, tum quòd non habeat coloratum titulum, sed nullum, tum etiam quia futurus possessor non præscribit res furtiuas, & inuasas. §.furtinè.instit.de vsucap.& quia non possidet, sed tenet.c.cum qui de præb. in 6. probat D.Gomes.in q.11.super regula cancella. vbi etiam vide quid in subrogato in locum spoliati.

Spolians an iuuetur hoc decreto.

Item anno 1520.die 21.Februarij, fuit dictum contra solicitorem D. Archidiaconi Parisien.du Bellay, q in carceribus detineretur, donec restituisset impetrationes, quas fecerat de beneficiis sui domini Archidiaconi.

Arrestum contra solicitatorē asto beneficia acquirentem.

310 Vigesimooctauò, sunt inhabiles fratres minores, & alij mendicantes, quia hoc est propriè contra regulam illorum, & mendicitatem. Benedi. in rep. t.ca. Raynutius. in verbo & vxorē.nu.218.& seq.de test.per cle. exiui de paradiso.de verbo. signifi. c. cū ad monasterium.de statu regula.& de hoc extat ordinatio regia in rub.de cōcessio.præbē.in stylo parla.quæ bene seruatur in hoc regno, & fuit secundū eam prolatum arrestum Tholosæ nuper, vt habui ab egregio & doctrina admirabili viro, domino de Serta, olim senatore regio in dicto parlamēto, hunc verò præside ibi, integerrimo & excellentissimo. Fallit in episcopatu & archiepiscopatu, quos ad nominationem regis habere possunt: ideò in eis hoc vti possunt decreto, vt dico in §.1.versi.consanguineis.de regia ad præla.no.fa.supra.

Fratres minores beneficia nō habeant. Arrestum.

311 Vigesimononò, regularis est inhabilis ad beneficia secularia.& contrà, ca. placuit.2. 16.quæst.1.§.volumus.de colla.in concord. & dicit Ouidi. Quam malè inæquales veniunt ad aratra iuuenci. Ioan. Fabr. in rub. Institu.de nupt.& Bald. in c. cum causam. de elect.de Viaxio in tracta.de elect.c. 7. secūdæ partis. Item collatio facta monacho de parochiali ecclesia consueta regi per seculares sine dispensatione ipso iure non valet, & sic ius conferendi ad superiorem deuoluitur. Bellamera decis. 172. collatio. & 714.domi.de Rota decis. 28. collatio facta.de præben.in nouis.& decis.5.in religioso.de iure patron.in eisdem.in nouis. & sic collatio non est colorata, cum sit nulla, nec iuuatur hoc decreto, qui possedit per triennium. Tene tamen quæ dixi suprà nu. 139. quia regularis, vel ecōtra, non est omnino inhabilis, & sic coloratum habet titulum. ideò potest iuuari hoc remedio.

312 Trigesimò mulier est inhabilis ad beneficia ecclesiastica. Inn.& alij in ca. cùm nostris.de cōces.præb.dixi supra in 1. amplia. vbi possunt habere prælaturas.

Item non baptizatus, quia non potest ordinari.c.si.de præsbytero non baptizat, alij inhabiles extrahi possunt ex prac.crimina. Bernard.de luco Hispa.

Itē qui interdictū violauit, dicitur inhabilis.c.1.de postu.præ. quia est irregularis. c.is cui.de sent.ex.in 6.& religiosi, siue sint exempti siue non, sunt excōmunicati. cle.1.de sentent.excommu.& qui alios inuenerit, hic addere poterit.

313 Præterea non iuuatur hoc decreto, qui est inhabilis ad beneficium obtinēdum si obtineat, siue fuerit inhabilis ad tempus, siue perpetuò.cle.vlt.de vit. & ho.cle.extra execrabilis.de præbē.in extrauag.Io. 22. Et sic qui impetrauit beneficiū viuentis, est inhabilis, & nō iuuatur hoc remedio, siue possederit post obitū eius, cuius beneficiū impetrauit, siue ante. Quod enim ab initio nullum est, non potest cōualescere.l. quod in initio.ff.de reg.iu.& ab initio erat inhabilis impetrans.per c.1.& per totū.de cōces præb.& decis.Rotæ.4.9.si agēti in nouis. & scripsi in proœmio cōcor.in gl.fati. Quāuis contrariū teneat D. Gomes.in q.44 qui saluari potest, quando post mortem de nouo impetrauerit: & sic triennium postea possiderit. Hoc tamen debet exprimi, vt abundè scripsi in praxi beneficiali in rescripto resignationis.

Impetrās beneficium viuentis nō iuuatur hoc decreto.

314 Notandū est, quod licet homicida, & quidā supra nominati sint inhabiles ad beneficia obtinenda, tamen nō sunt ipso iure priuati beneficiis obtentis, sed per sententiam sunt priuādi, nisi illi quos proximè referā. & hoc probatur per tex.in c.clericis.ibi, honore priuetur & loco.ne cleri.vel mona. & c.ex literis.de exces.præla.Card.in cle. constitutionē.§.exterùm.in fi.de elect. Panor. in c.vlt.in 2.notab.de exces.præla. & in ca. item cū quis.in gl.1.de resti.spol. & c. cum nostris, de conces.præb.col.vlti.de Ana. in c.2.de cleri.pug.in duello.Feli.in c.de quarta.col.49.de præs.facit c.studeat.in fi.50. distin.ibi, ecclesiæ suæ. Et ibi hoc tenet Præposit.col.2.c.si tibi absenti.de præb. lib.6. Licet Archi.& Domi.inducant illum text. contra.& Deci.in c.dilecti. col.1. de excep. Soci.in c.postulasti.de foro compet. & ista est communis opinio, teste Ferra.in cautela 44. canonicus.

Homicida non est ipso iure priuatus benefi. & ea resignare possit.

315 Imò homicida si esset per sententiam condemnatus pro homicidio, non est beneficio priuatus, nisi per sententiā priuetur. Præpo. in d.c.studeat.50.dist.c.fraternitatis.de cleri.excom.ministran.Bal.in l. cum fratrem. colum.3.C.de his quibus vt indignis. Feli. & Deci.in c.2.colum.3.versi.circa.de rescri.

& c.seiseitatus.col. 1.;& 2.ibidē Feli.in d.c. inquisitionis.col.1.& seq. Auffr. in decisio. suis.q 436.Item & cætera. an si contea. de Viaxio in tracta.elect.a.pacte,q.30.

Et sic potest resignare etiam post conclusionem,etiam post sententiam priuationis si ab ea fuit appelatum. per l. quia à latronibus.§ fi.ff de testa. Et sic fuit iudicatū in magno consil.de quo alias scripsi. licet videatur de hoc dubitare Boër. in decis. suis q.206.& quia supra. *Arrestum.*

316 Etiam si esse homicidium ex industria perpetratum.Auffr.q.207. Collecta. in d.c. inquisitionis.ideò cautela est, vt ante sententiam renunciet in fauorem amici sui, & postea impetret dispensationem à Roma. pontifice,& re habilitationē,quam vocant, demum is, in cuius fauorem renunciauit, iterum resignet, & eidem Papa conferat. Fel.iud.c.inquisitionis.col.1.Thom.Ferra.d. cautela 44 Et ideò ipse facit fructus suos, donec priuetur.Panor.in c.item cùm quis. de restit.spol.Feli.in d.c. de quarta. Tamen si postea priuetur, eos restituit eo modo, quo prædo & intrusus.l.prædonis. ff. de petitio.hæredi.& ibi Angel.& Paul. quod potest de facto millies contingere , teste Hippo.sing.a68.verus poss: ssoc. Secus est in illo qui est ipso iure priuatus,qui omnes fructus restituit à die commissi criminis. glo. sing.in authen.de incestis nupt.in verb.imminente.col.a.Bald.in Marga.in verbo priuatio.l.eum qui.ff.de his quibus vt indig. multa congerit more suo do. Andre. Ticaquel.in repet.l.si vnquam.in gl.reuertatur. nu.219.C.de reuo.donatio. *Cautella pro emenda.* *Differentia inter priuatū & priuand.-m.*

317 Et episcopus potest cum homicida circa simplex beneficium dispensare,sed circa curatum solus Papa per nuta. in c. 2. de cleri. non ordi.mi.& c.2.in fine.de cler. pugnan. in duel.& in c.studeat 50. dist. non poterit tamen episcopus dispensare. postquā quis impetrauerit illud beneficium , etiam ante litis contestationem, quia per impetrationem est ius impetranti quæsitum,teste Domini.consil.105.ad supplicationem.q. vlti. quicquid dicat Igne.in l.necessarios.§.non aliàs.in lectur.num.97.cum seq.ff. de senatusconsul.sylla.

318 Regula ergo est,quòd homicida vel alius delinquens non est ipsoiure priuatus suis beneficiis.Ioan.de Ana.in c. fi.de homicid. Panorm. Feli.& alij in c.quærelam.de iureiurand.nam priuatio ipso iure non induci tur nisi in casibus à iure expressis,per glo. in c.fin.de iure patro.l.si feruum.§. prætor. ibi.non d xit prætor.ff.de acquir.hæredi.l. at si quis.§.diuus.ff.de religio.§. finautem. ibi,nec quælibet est lex aliquid tale dicens in authen.de non eligen.secun.nuben.collat 1 c.pit.si enpromissarius. de electionibus,libro 6. *Ipso iure quis nō priuatur beneficiis fallit vt infra.*

319 Primò,fallit in crimine hæresis.c.cùm secundum leges.& c.vt commissi. de hæreti. lib.6.& dixi supra limitando.per c. ad abolendam,de hæreti. *Casus in quibus quis est ipso iure priuatus.*

Secundò,perdit officium suum , regula in crimine simoniæ.Feli.in c. insinuatum. per illum text.de simo.& c.2.col.3. de rescri. & in extrauag.cū detestabile.illo titu. in communibus gio.in verbo ipso iure.§. deinde. de elect.in prag.vide gl.in c. nisi , in verbo, sed duntaxat.de renun.

Tertiò,in c.fœlicis.de pœnis.lib.6.vbi loquitur de percutiēte cardinalem,vt sit ipso iure priuatus suo beneficio.

Quartò,in cle.multorum.de pœnis,quæ loquitur in eo qui cepit clericum,& in carceribus detinuit, donec resignaret beneficium,quia si inferior episcopo fuerit , ipso iure suis est beneficiis priuatus , vt ibi cernere licet.

Quintò,in violento,in c.eum qui.de præ ben.lib.6.& supra dixi.

Sextò, in homicida qualificato , de quo in c.1.de homi.lib.6.& in c. in quibusdam. de pœnis. Idem si interfecerit parentes , vel alterum,seu fratres,aut clericum. Feli. in d. c.inquisitionis.vide Ioan.de Ana.conf. 63. præsupposito.

Septimò,in falsario literarum Papæ. c. ad falsariorum.de crimine falsi. vide text. in c. in quibusdā.ibi, & beneficiati beneficium prorsus amittant.de pœnit.

Octauò,qui promittit augere pensionem vt ecclesiam,consequatur.c.eum clerici. de pact.vbi vtitur verbo, spolietis. ibi, tamen videre docto.

Nonò,in c.1.in fi. de elect. in 6.alios casus si inueneris,hic addere poteris , bone lector.

320 Quintò,regula prima fallit, quando triennium non esset completum , etiam si parum restaret,tunc ante triennium completum potest molestari.gl.eo.tit.in pragm.in verbo triennio.arg.c.ad nostram. de regul. c.commissa.de elect.in 6.cle. vna. in verbo triennium.de sequest.pos.& fruct.l.fi.C.de repud.hære.quia vbicunq; lex requirit certum tempus,oportet q; sit completum , & computatur de momento ad momentum. l.3.§.minorem.ff. de minor.l. omnibus.1. de act.& ob. Nam hic duo requiruntur, videlicet cursus tēporis, scilicet triennij, & possessio pacifica & continua.c. eū de beneficio.& ibi Phili. Perus.not.2.de præb.lib.6 Bonif.in cle.vna.col.4.de seque.pos.& fru. nisi lex declaret incœptū tempus sufficere. l.qua ætate.ff.de test.c.cū in cunctis.§. insc. ciorca.de ele.cle.vlt.de æta.& qualit.& ibi gl. & doct.nā ista computatio est naturalis , & tempus est perfectū, quod ex omnibus suis momentis constat,quasi ex suarum partiū aggregatione,tam materiali quā formali. Bal.in c.cū vicesimum.in fi.de offi.delega. *Triennium a ber esse completum.*

321 Quæret aliquis,quid si quis possedit biennio pacificè,& colorato titulo , demum eo mortuo alter per annum pacificè, qui vult *Tēpus prædecess. an possit.*

Iungi non tempora possess.

vult coniungere illum annum cum duobus annis sui prædecessoris, an possit? Breuiter respon. quod non, vt tenet gl. in pragmat. in verbo possedit, quia sicut in bonis ecclesiæ nõ succeditur iure hæreditario. c. 1. de præben. & c. 1. & penul. de pecul. cleri. sic nec in titulo beneficij, qui debet haberi à superiore, succedetur. Panormitanus & Decius in dict. c. 1. de test. text. in c. Moyses. & c. apostolica. 8. q. 1. Card. in clem. vna. q. 52. col. 4. de foro compet.

Itē quia titulus prædecessoris morte fuit extinctus. c. qui in viuorum. de concess. præbend. nam mors omnia soluit. §. deinceps. in authent. de nuptiis. collatio. 4. ideò non continuatur.

Miraculosè resurgens beneficium non recuperat.

322 Vnde si beneficiatus miraculosè resurgeret, non posset beneficiū repetere, sicut nec vxorem cuius morte sit solutum matrimonium. gl. in verbo, vacantium. in extraua. su ceptione sed vacan. in communibus. gl. in verbo nunquam. in c. licitè. 32. q. 7. facit text. in l. cùm duæ. ff. de captiuis.

323 Nec refragatur tex. in l. Pōponius. §. cùm quis. ff. de acquir. poss. vbi successor accessione sui authoris vtitur cū sua causa, suisque vitiis, siue sit generalis, siue singularis, etiam resp. ctu possessionis. l. id tempus. & ibi Paul. ff. de vsuca. l. emptori. C. de euict. quia respon. loquitur in prophanis, in quibus successor potest in successorem trāsferri: hic in beneficialibus, in quibus successio est prohibita, vt suprà dixi. & an tempus debeat esse continuum? Tradit D. Gomez in q. 16. super hac regu. cancel. & q. 20.

324 Nec me mouet si replicetur de cap. cum ac beneficio. ibi, ab vno, vel pluribus. de præb. libr. 6. vbi in inducenda præscriptione vel consuetudine coniunguntur tempora incipientis præscribere, & successoris. Respond. nō est ibi mirum, quia ad hoc vt beneficium dicatur regulare, vel seculare, oportet dispicere à quo fuerit possessum, & sic iungitur tempus, vt illa qualitas cognoscatur, secus quoad præscribendum titulum benefic ij, vt hic, nec cōiungeretur etiā si successor esse i subrogatus in ius & possessionem alterius per supradicta, quod potest fieri, vt not. Rota decis. 385. nota quod surrogatus in antiq. & multa de hac surrogatione dixi in §. declarantes. in gl. successores. de mand. apostolo. vide tamen quæ supra scripsi, nu. 43.

Probatis extremis possessio præsumitur continuata.

325 Quatiò insuper, an probatis extremis, id est probato quod possedit primo anno & tertio, probetur possessio continua? Respon. sic per gl. singul. in c. volumus. 16. q. 4. vbi dicit sufficere probare quod possedit in principio, & in fine, quia possessio præsumitur continuata. glo. & doct. in l. siue possidetis. C. de proba. & sequitus Ioan. Fab. instit. de vsucap. in prin. Bar. & alij in l. Celsus. circa finem. ff. de vsucapionib. Et Bald. in l. si. 15. oppo. C. de edic. diui Adriani tollen. Quod intellige & declara, vt per Mathesilla. singula. 117. nota mirabilem doctrinam. & Cons. sing. incipiente possessio possessionis Panormit. & de Ripa in c. cùm ecclesia. in glo. 3. de causa pos. & Panormitanus in ca. accedentibus. de priuilegiis. Feli. in c. inter dilectos. col. 3. vers. ex quibus. de fide instr. Barba. cons. 8. sapienter. columna 10. & sequenti, in 2. volumine. & con. 37. scribitur colum. 9. versi. præterea. adduco rationem, & c. ibidem. Alexan. cons. 39. visis scripturis colum. 2. versi. vnde probatio initio. in 2. volu. latè Io. Francis. in repeti. d. l. Celsus quem vide.

326 Insuper quæro quid si fuerit interrupta possessio, an possit coniungi tempus, vtpote si quis duos annos possederit pacificè & postea resignauit, tamen resignatio non valuit, & sic reuersus est ad suū beneficium. per capit. si beneficia. de præbendis. libr. 6. An si per annum postea possederit, possit vti hoc decreto coniungendo duos annos cum hoc vltimo? videtur quòd sic, quia non censetur diuertisse, qui statim reuertitur. l. quicquid. ff. de regulis iuris. §. pauonum. instit. de rerum. diuis. Crotus in l. si is qui pro emptore. col. 2. ff. de vsucap. *Interrupta possessio an coniungatur.*

327 Contrarium videtur verum per tex. hic proximo. nam non videtur proximū, quando est interruptum. item possessio interrupta non continuatur. l. naturaliter. ff. de acquiren. possess. l. Pōponius. §. cū quis. de acquirenda possessione. Et ideò quando præscriptio interrumpitur, totum tempus præcedens in irritum cedit, ideò quod opus est illam de nouo inchoare, & erit necessarius idem temporis cursus, qui primo requirebatur. Panormita. in c. illud. & in ca. cum non liceat. de præscrip. Bartol. & alij in d. l. naturaliter. probat textus in l. si ædes §. libertas. & ibi Bald. ff. de seruitu. vrbanorum prædio. Franc. Balb. in tract. de præscri. in 3. parte sextæ partis principalis. & hoc ex stricto iuris rigore verum est. licet opinio cōtraria æqua videatur. vt dixi supra amplia. 22. & infra limita. 13.

328 Idem puto si per metum coactus est resignare, & postea redit ad suum beneficium sine noua collatione, quod potest. c. abbas. in 2. not. de his quæ vi metúsve causa fiunt, quod possedit per biennium. nam si semel amiserit possessionem, non suffragatur eidem tempus, secus si non amiserit possessionem. *Resignans metu an hoc decreto iuuetur.*

Arbitror tamen æquius esse, hunc metu renunciantem, si possedent ante metum per biennium, & postea per annum, quòd possit coniungi eo restituto istud tempus, tum primò quia nō est prohibita accessio temporis in vno & eodē, etiā in beneficialibus, licet in diuersis secùs tū etiā quia postquā restituitur sine noua collatione, quod est fortius, vt suprà dixi: ideò non videtur amisisse titulum, nec possessionem, ergo nō est interru

& c.sciscitatus.col. 1.& 2.ibidē Feli.in d.c. inquisitionis.col.1.& seq. Auffr. in decisio. sins.q 436.Item & extera. an si contra. de Viazio in tracta.elect.2.parte,q.30.

Et sic potest resignare etiam post conclusionem, etiam post sententiam priuationis si ab ea fuit appelatum. per l. quia à latronibus.§ fi.ff de testa. Et sic fuit iudicatū in magno consil. de quo aliàs scripsi. licet videatur de hoc dubitare Boer. in decis. suis q.206.& quia supra.

Arrestum.

316 Etiam si esset homicidium ex industria perpetratum.Auffr.q.207. Collecta. in d.c. inquisitionis.ideò cautela est, vt ante sententiam renunciet in fauorem amici sui, & postea impetret dispensationem à Romano pontifice,& re habilitationē,quam vocant, demomiis, in cuius fauorem renunciauit, iterum resignet, & eidem Papa conferat. Fel.ind.c.inquisitionis.col.1.Thom.Ferra.d. cautela 44 Et ideò ipse facit fructus suos, donec priuetur.Panor.in c.item eùm quis. de restit.spol.Feli.in d.c. de quarta. Tamen si postea priuetur, eos restituit eo modo, quo prædo & intrusus.l.prædonis. ff. de petitio.hæredi.&ibi Angel.& Paul. quod potest de facto millies contingere, teste Hippo.sing.268.verus possessor. Secus est in illo qui est ipso iure priuatus,qui omnes fructus restituit à die commissi criminis. glo. sing.in authen.de incestis nupt.in verb.iminere.col.2.Bald.in Marga.in verbo priuatio.l.eum qui.ff.de his quibus vt indig. multa congerit more suo do. Andre. Tiraquel.in repet.l.si vnquam.in gl.reuertatur. nu.219.C.de reuo.donatio.

Cautella pro homicida.

Differētia inter priuatū & priuand.m.

317 Et episcopus potest cum homicida circa simplex beneficium dispensare,sed circa curatum solus Papa per nuta. in c. 2. de cleri. non ordi.mi.& c.2.in fine.de cler. pugnan. in duel.& in c.studeat 50. dist. non poterit tamen episcopus dispensare. postquā quis impetrauerit illud beneficium, etiam ante litis contestationem, quia per impetrationem est ius impetranti quæsitum,teste Domini.consil.105.ad supplicationem.q. vlt. quicquid dicat Igne.in l.necessarios.§.non aliàs.in lectur.num.97.cum seq.ff. de senatusconsul.sylla.

318 Regula ergo est,quòd homicida vel alius delinquens non est ipso iure priuatus suis beneficiis.Ioan.de Ana.in c. fi.de homicid. Panorm. Feli.& alij in c.quærelam.de iureiurand.nam priuatio ipso iure non inducitur nisi in casibus à iure expressis,per glos. in c.fin.de iure patro.l.si seruum.§. prætor. ibi.non dixit prætor.ff.de acquir.hæredi.l. at si quis.§.diuus.ff.de religio.§. sinautem. ibi,nec quælibet est lex aliquid tale dicens in authen.de non eligen.secun.nuben.collat 1 c.p.r.si compromissarius. de electionibus,libro 6.

Ipso iure quis nō priuatur beneficio,fallit vt infra.

319 Primò,fallit in crimine hæresis.c.cùm secundum leges.& c.vt commissi. de hæreti. lib.6.& dixi supra limitando.per c. ad abolendam,de hæreti.

Casus in quibus quis est ipso iure priuatus.

Secundo,perdit officium suum , regula in crimine simoniæ.Feli.in c. insinuatum. per illum text.de simo.& c.2.col.3. de rescri. & in extrauag.cū detestabile.illo titu. in communibus gio.in verbo ipso iure.§. deinde. de elect.in prag.vide gl.in c. nisi , in verbo, sed duntaxat.de renun.

Tertiò,in c.fœlicis.de pœnis.lib.6.vbi loquitur de percutiēte cardinalem,vt sic ipso iure priuatus suo beneficio.

Quartò,in cle.multorum.de pœnis,quæ loquitur in eo qui cepit clericum,& in carceribus detinuit, donec resignaret beneficium,quia si inferior episcopo fuerit, ipso iure suis est beneficiis priuatus , vt ibi cernere licet.

Quintò,in violento,in c.eum qui.de præben.lib.6.& supra dixi.

Sextò, in homicida qualificato , de quo in c.1.de homi.lib.6.& in c. in quibusdam. de pœnis. Idem si interfecerit parentes , vel alterum,seu fratres,aut clericum.Feli. in d. c.inquisitionis.vide Ioan.de Ana.consi. 63. præsupposito.

Septimò,in falsario literarum Papæ. c.ad falsariorum.de crimine falsi. vide text. in c. in quibusdā.ibi, & beneficiis beneficium prorsus amittant.de pœnit.

Octauò,qui promittit augere pensionem vt ecclesiam,consequatur.c.cum clerici. de pact.vbi vtitur verbo, spoliatus. ibi , tamen videre docto.

Nonò,in c.1.in fi.de elect. in 6.alios casus si inueneris,hic addere poteris , bone lector.

320 Quintò,regula prima fallit, quando triennium non esset completum , etiam si parum restaret,tunc ante triennium completum potest molestari.gl.eo.tit.in pragm.in verbo triennio.arg.c.ad nostram. de regul. c.commissa.de elect.in 6.cle. vna. in verbo trienniom.de sequest.pos.& fruct.l.fi.C.de repud.hære.quia vbicunq; lex requirit certum tempus,oportet q; sit completum , & computatur de momento ad momentum. l.3.§.minorem.ff. de minor.l. omnibus.s. de act.& ob.Nam hic duo requiruntur, videlicet cursus tēporis,scilicet triennij , & possessio pacifica & continua.c. cū de beneficio.& ibi Phili. Perus.not.2.de præb.lib.6 Bonif.in cle.vna.col.4.de seque.pos.& fru. nisi lex declaret inceptū tempus sufficere. l.qua ætate.ff.de test.c.cū in cunctis.§. inferiora.de ele.cle.vlt.de æta.& qualit.&ibi gl. & doct.nāista computatio est naturalis , & tempus est perfectū,quod ex omnibus suis momentis constat,quasi ex suarum partiū aggregatione,tam materiali quā formali. Bal.in c.cū vicesimum.in fi.de offi.delega.

Triennium debet esse completum.

321 Quæret aliquis,quid si quis possedit biennio pacificè,& colorato titulo , demum eo mortuo alter per annum pacificè , qui vult

Tēpus prædecessoris, an prosit.

[margin: ...ngi eum tempore successoris.]

vult coniungere illum annum cum duobus annis sui prædecessoris, an possit? Breui respon. quod non, vt tenet gl. in pragmat. in verbo possedit, quia sicut in bonis ecclesiæ nõ succeditur iure hæreditario. c. 1. de præben. & c. 1. & penul. de preul. cleri. sic nec in titulo beneficij, qui debet haberi à superiore, succerdetor. Panormitanus & Decius in dict. c. 1. de test. text. in c. Moyses. & c. apostolica. 8. q. 1. Card. in clem. vna. q. 12. col. 4. de foro compet.

Itē quia titulus prædecessoris morte fuit extinctus. c. qui in viuorum. de conces. præbend. nam mors omnia soluit. §. deinceps. in authent. de nuptijs. collatio. 4. ideò non continuatur.

[margin: Miraculosè resurgens beneficium non recuperat, nec vxorem.]

322 Vnde si beneficiatus miraculosè resurgeset, non posset beneficiū repetere, sicut nec vxorem cum morte sit solutum matrimonium. gl. in verbo, vacantium. in extraua. su ceptione sed. vacan. in communibus. gl. in verbo nunquam. in c. licitè. 32. q. 7. facit text. in l. cùm duæ. ff. de captiuis.

323 Nec refragatur tex. in l. Pōponius. §. cùm quis. ff. de acquir. poss. vbi successor accessione sui authoris vtitur cū sua causa, suisque vitiis, siue sit generalis, siue singularis, etiam respectu possessionis. l. id tempus. & ibi Paul. ff. de vsuca. l. emptori. C. de euict. quia respon. loqui in prophanis, in quibus ius potest in successorem trāsferri: hic in beneficialibus, in quibus successio est prohibit, vt suprà dixi. & an tempus debeat esse continuum? Tradit D. Gomet. in q. 16. super hac regu. cancel. & q. 20.

324 Nec me mouet si replicetur de cap. cum de beneficio. ibi, ab vno, vel pluribus. de præb. libr. 6. vbi in inducenda præscriptione vel consuetudine coniungūtur tempora incipientis præscribere, & successoris. Respond. nō est ibi mirum, quia ad hoc vt beneficium dicatur regulare, vel seculare. oportet dispicere à quo fuerit possessum, & sic iungitur tempus, vt illa qualitas cognoscatur, secus quoad præscribendum titulum beneficij, vt hic, nec cōiungeretur etiā si successor esset subrogatus in ius & possessionem alterius per supradicta, quod potest fieri, vt not. Rota decis. 385. nota quod surrogatus. in antiq. & multa de hac surrogatione dixi in §. declarantes. in gl. successores. de mand. apostolo. vide tamen quæ supra scripsi, nu. 143.

[margin: Probatis extremis possessio præsumitur continuata.]

325 Quæritò insuper, an probatis extremis, id est probato quod possedit primo anno & tertio, probetur possessio continua? Respon. sic per gl. singul. in c. volumus. 16. q. 4. vbi dicit sufficere probare quod possedit in principio, & in fine, quia possessio præsumitur continuata. glo. & doct. in l. siue possidetis. C. de proba. & sequitur Ioan. Fab. instit. de vsucap. in prin. Bar. & alij in l. Celsus. circa finem. ff. de vsucapionib. Et Bald. in l. fi. 15. oppo. C. de edic. diui Adriani tollen. Quod intellige & declara, vt per Mathesilla. singula. 117. nota mirabilem doctrinam. & Corset. singu. incipiente possessio possessionis Panormit. & de Ripa in c. cùm ecclesia. in glo. 3. de causa pos. & Panormitanus in ca. accedentibus. de priuilegijs. Feli. in c. inter dilectos. col. 3. vers. ex quibus. de fide instr. Barba. cons. 8. sapienter. columna 10. & sequenti, in 2. volumine. & con. 37. scribitur colum. 9. versi. præterea. adduco rationem, & c. ibidem. Alexan. cons. 39. visis scripturis colum. 2. versi. vnde probatio initio. in 2. volu. latè Io. Francis. in repeti. d. l. Celsus quem vide.

[margin: Interrupta possessio an continuatur.]

326 Insuper quæro quid si fuerit interrupta possessio, an possit coniungi tempus, vtpote si quis duos annos possederit pacificè & postea resignauit, tamen resignatio non valuit, & sic reuersus est ad suū beneficium. per capit. si beneficia. de præbendis. libr. 6. An si per annum postea possederit, possit vti hoc decreto coniungendo duos annos cum hoc vltimo?, videtur quòd sic, quia non censetur diuertisse, qui statim reuertitur. l. quicquid. ff. de regulis iuris. §. pauonum. instit. de rerum. diuis. Crotus in l. si is qui pro emptore. col. 2. ff. de vsucap.

327 Contrarium videtur verum per tex. hic proximo. nam non videtur proximū, quando est interruptum. item possessio interrupta non continuatur. l. naturaliter. ff. de acquiren. possess. l. Pōponius. §. cū quis. de acquirenda possessione. Et ideò quando præscriptio interrumpitur, totum tempus præcedens in irritum cedit, ideò quod opus est illam de nouo inchoare, & erit necessarius idem temporis cursus, qui primo requirebatur. Panormita. in c. illud. & in ca. cum non liceat. de præscrip. Bartol. & alij in d. l. naturaliter. probat textus in l. si ædes §. libertas. & ibi Bald. ff. de seruitu. vrbanorum prædio. Io. Franc. Balb. in tract. de præscri. in 3. parte sextæ partis principalis. & hoc ex stricto iuris rigore verum est. licet opinio cōtraria æqua videatur. vt dixi supra amplia. 22. & infra limita. 3.

[margin: Resignans metu an hoc decreto iuuetur.]

328 Idem puto si per metum coactus est resignare, & postea redit ad suum beneficium sine noua collatione, quod potest. c. abbas. in 2. not. de his quæ vi metusve causa fiunt, quod possedit per biennium. nam si semel amiseris possessionem, non suffragatur eidem tempus, secus si non amiserit possessionem.

Arbitros tamen æquius esse, hunc metu renunciantem, si possedent ante metum per biennium, & postea per annum, quod possit coniungi eo restituto istud tempus, tum primò quia nō est prohibita accessio temporis in vno & eodē, etiā in beneficialibus, licet in diuersis secùs sit etiā quia postquā restituitur sine noua collatione, quod est fortius, vt suprà dixi: ideò non videtur amisisse titulum, nec possessionem, ergo nō est interru

interrupta, vel habetur ac si non esset interrupta, itē restitutio est facienda, vt vnusquisque in integrum ius suum recipiat. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minn. non reciperet renuncians ius suum, si possessio non continuaretur. præterea eiusdem possessionem, quæ in animo consistit. l. licet. C. de acq. possess. nō amisit sic renuncians, ideò cum restituitur ei naturaliu, ius fingit nunquam alium possedisse, sed possessionē semper remansisse: penes istum, saltem animo, qui animus probatur iuramento. glo. in §. sed iste. instit. de actioni. & ista opinio est æquior etiā in resignante causa permutationis, quæ non est sortita suum effectū, & in terminis. c. si beneficia. de præbendis lib. 6. & vide text. not. in c. 2. 16. q. 6. vbi sic dicitur, si quandoque à sacerdotibus & authoribus ecclesiæ quædam scripturæ quoquo modo per metum aut fraudē, aut per vim extortæ fuerint, vel vt se liberare possint, quocunque ab eis conscriptæ vel roboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis præiudicium vel nocumentum valere censemus. sed si possessio interrumperetur, esset ei nocumento, ergo contra tex. nota. vide quæ dico in 13. limita infra.

Arresta.

329 Sextò, perdit officiū prima regula quando beneficium non esset alicui perpetuò datum, sed ad tēpus, vt in abbate sancti Sulpitij Bituricen. qui ad triennium eligitur, si post triēnium destituatur, non poterit hoc vti remedio. nempe sciendum est quosdam monachos esse indomitæ ceruicis, & effrenatæ superbiæ: quos dum abbates ad religionem cogere voluerint, in eorum deiectionem conspirant: & alium moribus suis conuenientem sibi præficere contendunt: quales erant illi, qui in necem beati Benedicti conspirasse leguntur: pro huiuscemodi constitutum est vt abbates & alia officia per sacerdotes instituantur: vtor verbis tex. in c. abbas. 2. in 18. q. 2. & sic videtis quare fuit institutum vt religiosis beneficia manuaria essent. Vnde domi. de Rota decis. primò quòd monacho. de restitu. spolia. in antiq. tradunt quòd si religioso detur beneficium manuarium, seu manuale, ipsi vel monacho habenti administrationem, seu prioratum ad nutum abbatis amouibilem, non competit aliquod remedium in causa restitutionis.

Beneficium non perpetuum non comprehenditur. in hoc decreto.

330 Primò, intellige contra suum abbatem & superiorem, quin illa beneficia ab eo non obstante triennio remoueantur. c. cum ad monasterium. §. tales. de statu regula. c. 1. in fi. de priuileg. in 6. Inno. & alij in c. olim. de accusa. & ideo monachus ab abbate spoliatus non potest agere contra illum possessorio recuperandæ. Baldus in l. cum affirmes. C. de libera. causa. plenè Feli. in c. cùm dilecta. colum. 19. versi. monachus. de rescrip. imò si abbas conferret monacho tale beneficium manuale, & promitteret non auferre el per vitam, adhuc posset auferre, tum quia est contra naturam beneficij, & pactum contra naturam, actus non valet, videlicet vt præcarium nō reuocetur. l. cum præcario. ff. de præcar. tum quia talis promissio non valet, tanquam facta inter dominum & seruum, nam monachus seruo æquiparatur, imò dicitur seruus. c. multos 54 dist. gl. in regul. cancella. 37. Archidia. & domi. in capitu. præsenti. de offi. ordi. in 6. de Selua in tracta. de benefi. in 3. parte. q. 69. etiam si iuraret non reuocare. Collecta. in ca. porrecta. de confir. vtili. Sed quoad extraneū posset vti hoc decreto, & sic quo ad tertium, Baldus vbi supra. quia censetur perpetuus, si à suo superiore non amouetur, argu. l. sufficit. ff. de condict. indebi. cum liberas ædes contra alios habeat. glos. in l. loci. §. penulti. ff. si seru. vendi. nec sua obedientia respectu abbatis debet esse monacho detrimento quoad alios, alioqui religiosus esset deterioris conditionis quàm non religiosus contra text. in ca. cum quis. de præbend. in 6. & contra id quod dicitur, quòd optimam partem elegit ibi. & pro ista sententia est text. in l. qui præcario. ff. de præcarijs.

Monachus ab posita post triennium molestari super manuali beneficio.

331 Secundò intellige, quòd si abbas sine causa monachum remoueret etiam à prioratu manuali, posset idem implorare officium superioris, vt sine causa non remoueatur, & ex sola malitia abbatis, instar serui. l. 1. C. de precib. imper. offeren. Inn. in capit. insinuante, qui clerici vel vouentes. quod bene seruatur in Francia, prout inuenit Decius in capie. ad nostram circa fi. de confir. vtili. quia Francia adeò sunt iustitiæ addicti vt nullam personam ex malitia molestari permittant. vide Ioan. de Selua in tract. de benefi. in quæstio. 68. tertiæ partis. & pauci apud Galios religiosi ex suis beneficiis destituuntur, sine magna causa. gloss. in cap. cùm inter. 1. de elect. quæ allegat. cap. monachi de statu mona. & Gulliel. de monte laudu. in c. cùm singula, colū. 3. de præben. in 6. dicit in hoc casu vidisse quendam monachum per episcopum Tholosanum aduersus abbatem suum ad pristinum restitutū: imò si malè tractetur ab abbate suo potest petere, vt ad aliud monasteriū transferatur, & debet transferri. per §. final. de his qui sunt sui vel alieni iur. l. 2. ff. alio titu. vbi doctores.

Monachus destitutus quādo possit officium iudicis implorare.

Ego vidi quendam monachum destitutum appellasse tanquam ab abusu ad Parisiensem senatum, & suam appellationem admissam, & ipsum per arrestum ad priorem statum reductum, anno 1544. die 15. Decembris. tamen in hoc debent iudices aduertere ne per hoc frangatur & irritetur reformatio, nam in religionibus reformatis, quæ paucæ sunt, hæc non debet admitti appellatio.

Arrestum.

332 Tertiò, intellige quòd licet prior manualis

lis posit ad nutum abbatis expresè reuocari, tamen per mortē abbatis non censetur reuocatus. tacitè Panor. c. si. notab. 3. col. ti vers. si. ex quo infero de præcar. & Dec. in d. c. ad nostram. in fi. & sic requiritur expressa reuocatio, alioqui ante reuocationem non potest alteri cōferri, vt de præcario dicitur in l. 1. ff. de præ. & c. fi. illo tit.

Consuetudo nō valet vt manuale irreuocabile fit.

333 Quartò intellige, quòd non potest induci consuetudo, quòd beneficium manuale efficiatur irreuocabile, quia cum illud sit in facultate abbatis, si nō est vsus tali facultate, consuetudo non inducitur, nec præscriptio quia in actibus meræ facultatis consuetudo induci non potest. Panorm. & alij in d. c. ad nostram. & in c. Ioannes. in fi. de cleri. coniug. per l. qui iure. ff. de acquirenda possess.

334 Sic nec statutum ligat successorem, quo cauetur ꝙ solus abbas non posit reuocare beneficiatos ad claustrum, quia abbas in præiudicium successoris nihil potest facere sine authoritate episcopi, nec alienare, nec locare, nec statuta monasterij alterare. c. abbatibus & cap. alienationes. 12. q. 2. sic consuluit Federi. cons. 259. casus talis.

Monachi à pa confirmati nō possunt reuocari.

335 Quintò intellige, ꝙ si illud beneficiū manuale esset per Papam confirmatum, non poterit remoueri etiam ab abbate. Ioannes Andreas, Domi. & alij in c. præsenti. de offi. ordi. lib. 6. & in capit. cum singula. de præb. eodem libr. Imol. in c. nisi colum. penul. de præb. quia quando princeps concedit aliquod beneficium, intelligitur cōcedere pleno iure. Bald. in l. beneficium. ff. de cōstitu. princi. allegat §. illud in authent. constitutio. quæ de dignit. col. 6. beneficium tamen per hoc non mutat suam naturam, sed eo vocante reassumit ipsam, teste Anth. Butrio. in capitu. porrect. colum. secunda, de confirmat. vtili. Felinus in ca. in nostra. colum. vltima. de rescri. Et quilibet prioratus regularis censetur ad nutum reuocabilis, nisi sit curatus, vel conuentualis, teste Aegidio, deci. 203. quilibet, quem sequitur Paulus Paris. cons. 43. pro do. Hieronymo, columna. 1. in 4. volu. nisi à papa collatus sit, vt sequitur.

Quod intellige quando esset facta confirmatio ex certa scientia Papæ, quia tunc efficitur obedientiarius Papæ, secus si confirmatio fuerit facta simpliciter. Panor. in c. nisi essent. in fine de præbendis. Card. in clem. 1. in verbo. reuocari. de supplen. negli. prælato. facit quod dicit Archidia. in d. ca. præsenti. quòd si Papa cōferat prioratum monacho, nō tenebitur renunciare ad præceptum abbatis, quia quantum ad hoc est emancipatus. c. si monachus. 16. quæstio. 1. Bald. in ca. illud de maioritate. quem sequitur Barbatias in c. cùm accessissent. numero 85 cum seq. de constitu. Et sic etiam hoc decreto iuuaretur contra superiorem, hodie tamen monachi beati Benedicti possunt constitutione benedictina dictante remoueri, etiam si à Papa confirmati vel instituti fuerint, & hoc causa rationabili, perinde ac si à suis superioribus eisdē esset prouisum, vt censuit Senatus, anno 1519. die 15. Martij, pro abbate *de sainct Vast*, contra fratrem Ioannem Cautier. & hoc patet in constitutio. Benedict. capitu. 32. de obtinentibus benefi. ex collatio. apost. & sicut alij subiecti sunt. sinò vidi appellari tanquam ab abusu à concessione & executione, quando religiosus reformatus petit à papa sibi confirmari beneficium temporale ad vitā, & non obstante confirmatione & prouisione sic facta, fundatio maximè regia monasteriorum sortiretur effectum. ita fuit dictum anno 1546 die 10. Martij, pro conuentu Sancti Victoris Parisien. nec potest impedire reformationem hæc Papæ prouisio alicui religioso facta, postquam permittitur reformatio, ergo & omnia sine quibus. l. 2. ff de iurisdictio. omnium iudicum. & nisi in signatura fuerit dictum, quòd proso lo nutu abbatis nō posit remoueri, hoc non addetur in bullis, vt est in regula cancel. 35. & ista clausula vt non posit amoueri, interdum est causa multorum malorum & vagationis monachorū. hæc tamen clausula non est necessaria, quando Papa confert seculari beneficium regulare, quia tūc non poterit ad nutum remoueri, quia beneficium pleno iure ei censetur cōcessum, vt Felinus in dicto can. nostra. in fine, de rescriptis. docet. *Arrestum.* *Arrestum.*

336 Sextò intellige, quando beneficium sui natura esset perpetuum, tunc per abbatem non posset remoueri, quia talis collatio intelligitur facta cum sua qualitate. clement. vna. de supplen. negligentia prælatorum. & c. vno de capellis monachorum. in 6. notabili. Philip. Perus. in d. c. præsenti. & tunc non posset molestari, cum regulariter in Francia omnia ferè beneficia sic regi sint solita, scilicet perpetuò, nisi consuetudo contraria reuocandi fuerit, vix reuocari poterunt ex sola abbatis voluntate per prædicta. dissimile est si Papa ad tempus concederet, quia post tempus posset molestari, quia actus agentium vltra intentionem non operabuntur. l. non omnis. ff. si certum petatur. & quod Papa ad tempus concedere posit, probatur in c. pastoralis. 7. q. 1. & ibi gloss. & in ca. si gratiosè. de rescriptis. in 6. gloss. in §. item ordo. in verbo perpetuis. de colla. in pragmat. & in regula cancella. 37. Corne. consil. 223. visis in 1. volumine. si tamen per expectatiuam, seu mandatum papæ beneficium manuale obtineatur, non efficitur perpetuum. Felinus in capit. constitututus. columna quinta, vers. si. authoritas. in fi. de rescri. quia illa collatio censetur esse facta cum sua qualitate. intellige vt supra dixi, & proximè dicetur.

337 Septimò, intellige, quòd si Papa concedecret

derer monacho, vt toto tempore vitæ prioratum retinere possit, tunc non poterit molestari per abbatem, imò ex potestate ordinaria & sine causa Papa non posset eundem remouere, quia beneficium perpetuum reputatur Inn. & Panor. in c. cùm inter. R. de elect. in 3. nota. & gl. in c. porrecta. de confir. vtili. & postquam constat de voluntate & potestate Papæ, illa erit seruanda. tex in c. si quando. de rescri.

338 Vltimò, intellige quòd licet in aliquibus casibus suprà expressis monachus nō possit remoueri à suo beneficio, tamen in aliis remanet sub iurisdictione ordinarij, vnde poterit in manibus eius renuntiare, & permutare. per text. in c. per tuas. de maior. & obedi. Panor. & Decius in c. ad nostram. de confirma. vbi dicunt quòd si collatio facta sit à summo pōtifice immediatè de prioratu manuali, an is prior possit per abbatem remoueri? quòd sic concludunt. Fallit tamen, vt ibidem per eos, quos vide.

Vnio de manuali, nō valet sine expressione.

339 Non valeret tamen vnio facta de beneficio seculari manuali non facta illa expressione, quòd esset manuale, quia natura secularium est, quòd sint perpetua. c. præcepta. 55. dist. sed ista expressio non fit in regulari manuali impetrato. cum hoc sit iuris, & Papa hoc sciat. in c. 1. de constit. in 6. hoc expressim firmat Cassado. de deci. 4. de præb. & decis. nu. 9. ibidē, post Feli. in c. nostra. correla. 4. de rescri.

Et an religiosis possint cōferri beneficia secularia, vide tex. in c. quod dei timorem. de statu mona. de Selua in tract. de benefi. 3. parte. q. 70. vide supra, amplia. ii.

Collationem beneficiorum possidens non tuetur hoc decreto.

340 Septimò, principaliter restringitur in eo qui possedisset collationem beneficiorum per triennium, quia poterit etiam postea molestari. clem. 1. vt lite pend. vbi dicitur in gl. i. quòd illa ele. loquens in beneficio, non procedit, si agatur super pluralitate, vel super institutione, vel collatione, dicendo eā non esse canonicam, quia is qui præsentauit, non erat patronus. Item dum agitur de beneficio, vt de proprietate, non procedit ille tex. cle. dispendiosam. de iud. vbi dicitur in gl. quòd causa dicitur beneficialis, quando agitur de beneficio, vt de titulo, secus quādo agitur de beneficio, vt de proprietate, vtpote quia dico illud beneficium spectare ad collationem meam, vel præsentationem. c. cùm ecclesia. de causa posses. & quia hoc decretum tantum loquitur de possidente beneficium, ergo non intelligitur de possidente collationem beneficiorum. & ita teneo, quia non conueniunt verba text. & sic nec dispositio.

Collationē pro infecta papa habere potest.

341 Octauò, fallit quādo Papa ex aliqua causa haberet collationē pro infecta post triennium, tunc posset molestari, quia cum in beneficiis habeat plenissimam potestatem. clem. 1. vt lite pend. illam clausulam apponere poterit. c. quæ in ecclesiarum. de constitu. vbi Papa cassauit nedum constitutiones, verum & venditiones ex eis factas. facit gl. reputata sing. in clem. vna de immu. ecclesiarū, in verbo pro infectis. quæ dicit, Vide quanta est papalis potestas circa ea, quæ simpliciter sunt de iure positiuo, quia reuocat illa vt exiuit c., & si excommunicatus, indigeat absolutione, tamen quando antiqua lex ex qua fuerat excommunicatus, est habita pro infecta, tunc non indiget absolutione. Ita tenet addit. ad Panor. in c. quia in 1. de elect. per dictam glos. sequitur Barb. in clem. 1. col. 8. ibidem. & consi. 9. supremi. colum. penul. in 1. volum. & consil. 3. clementissimi. col. 3. in c. vol. & cons. 48. præclarè in fine. & consil. 60. illud. colum. 12. ibidem. & consil. 1. à loue. col. 4. & seq. in 3 volum. & cons. 42. dum innocent. & consil. 78. illud col. 3 & seq. in eodem volu. Panor. in cons. 84. illud. col. 2. in 1. vol. Fel. in c. fi. de constit. Moder. in c. 1. de iudi. vide l. si ex prætio. ibi, simulaus pro infectis habitis. C. si cert. pet. l. non dubium. de legib. l. creditor. de dona. inter vir. & vxor. l. vna qui pro sua iuris. §. fi. de non alie. reb. eccl. collat. 2. Quod non procedit in præiudiciū tertij. Cardi. & Feli. in c. fi. col. 4. de constit. & c. ad petitionem. col. 2. de accusa. Bribat. cons 13. col. 6. in 3. vol. Calder. cons. 12. an si opponatur. rub de rescri. & licet ista iuris sint in practica tamen vix possent obtineri in hoc regno sine magna causa, & iuris priuatione.

Resignans post resignationem nō iuuatur hoc decreto.

342 Nonò limita vt per regulam 34. in regulis cancella. vbi si quis resignauerit beneficium in curia, quod fuit mihi collatum, si resignans publicatione non facta intra sex menses remanserit in possessione, postea post tres annos adhuc poterit molestari, quia nullum habet titulum. Imò si moriatur resignās nō facta publicatione, & non petita possessione per me, cui fuit collatum beneficium resignatum, dicitur vacare per mortem, & non per resignationem, si resignans moriatur post sex menses, cum sit eadem ratio regulæ. Aufrol. in repeti. c. eam te. num. 267. de rescri. & in addi. ad de monte Lauduno, in ca. fi. de filiis presbyter. in 6. Pro intellectu huius regulæ vide Domini. consi. 75. in 2. quæst. Panorm. cons. 99. in 1. volu. Decius in ca. consultationibus. num. 5. de offi. deleg. Albert. Brunum in tract. de forma & solennitate actus. fol. 63. colum. 3. & quia nullum habet titulum resignans, & sic non coloratum, non iuuatur hoc decreto.

Oratorium triennio possidens potest molestari.

343 Decimò, restringitur non procedere in oratorio, quia non est beneficium ecclesiasticum. Bonifa. de vital. in clement. dispendiosam. colum. 1. & sequen. de iudi. Federi. consil. 130. factum tale. & consi. 151. thema. col. 3. Deci. cons. 148. reuerende. & text. hic loquitur de beneficio ecclesiastico. Postquam ergo non conueniunt verba, nec conueniet

ueniet dispositio.c.indẽnitatibus. §. supradi ta.de electio.in 6.Feli in c.nonnulli.col. 31.de rescri. & dicitur oratorium ecclesia, seu altare orandi causa constructum. ca. fi. de eccles.ædificand. Calca. cons. 11. Antonius.col.2.

Beneficiũ ecclesiasticum, quot modis cognoscatur.

344 Beneficium enim ecclesiasticũ cognoscitur ex multis. Primò, ex persona prouidentis, quando conferens est persona ecclesiastica: quia ad laicum non potest spectare ius conferendi beneficia, c. si quis deinceps. c. si quis .c. nullus. 16. q. 7. & ibi gl. in summa, nisi ex priuilegio. c. dilectus. in 3. de præb. Bal. in l. rescripta. circa finem. C. de precib. impera. oferen. sed oratorium datur per laicum, ergo non est beneficium ecclesiasticum, de quo loquitur text. conc. vide glo in c. quidam. 18. q. 2. & gl. in c. authoritate. de priuileg. in 6.

345 Secundò, cognoscitur ratione personæ cui assignatur, quia beneficium ecclesiasticum confertur soli clerico. c. cum adeo. de rescri. & c. ex literis. de transact. vbi eo ipso quod mandatur prouideri clerico, intelligitur de officio ecclesiastico. c. fi. de præben. in 6. cle. vt hi qui. de ætate. Ancha. in clem. per literas. de præb. ca. si quis episcopus. & c. saluator. 1. qõ. 3 de Butrio in ca. in nostra. col. 5. q. 2. de rescri.

346 Tertiò, cognoscitur beneficium ecclesiasticum ex qualitate beneficij, vtpote quando habet aliquid spiritualitatis annexum, vt quia propter diuinum officiũ datur beneficium ecclesiasticum. c. fin de rescri. in 6. Brab. in d. c. in nostra numero. 74 cum seq. quæ habuit ab Aegidio Bellamera in c. super hoc. 15. q. nu. 16. de renuncia.

347 Quartò, cognoscitur ex modo prouidendi, quia purè conferri debet, & non sub conditione, nec cum pacto, nec pro cõmodo temporali, alioqui esset simonia. c. si quis datur. & seq. c. si quis obiecerit. 1. q. 3. ca. ex parte. in 1. de offic deleg. ca. consulere. de simo. Nicol. de Milis in verb. beneficium. §. 75. Ancha. in regula 1. de reg. iur. in 6. col. 1. facit text. in l. naturali. §. 1. ff. de confirman. tutor. vbi sic dicitur, Si quæratur, an ex inquisitione tutor rectè datus sit, quatuor hæc consideranda sunt, an hic dederit, qui dare potuerit: & ille acceperit, cui fuerat dandus: & is datus, cuius dandi facultas erat, & pro tribunali decretum interpositum est. dixi in præfa. ad rubr. de colla. in concorda.

348 Quintò, dignoscitur eo ipso quod est perpetuum, & ad vitam eius cui confertur, durat. ca. præcepta. 55. dist. c. sanctorum. 70. dist. c. veniens. de filiis presbyterorum. cap. postulasti. de rescrip. ca. pen. de cleri. ægro. Non ad tempus, vel sub conditione conferendum est beneficium ecclesiasticum regulariter. c. si gratiosè. de rescri. lib. 6. Barb. in cle. causam. col. 51. cum seq. de elec. & ista oratoria si honestè non tractẽtur, post episcopus destrui facere. Panor. in c. fi. de cẽs. vbi plus dicit, quod licet episcopus ea non possit visitare, tamen ad illa accedere potest, vt videat quomodo se habeant, & si præter formam iuris constructa sint, & an honestè tractentur: quod est notandum: & sic etiam non procedit in hospitalibus, quæ non dantur in titulum. gl. in verb. beneficium. eod. tit. in pragm. dixi supra amplia. 12. vide Calder. cons. 4. de religio. dom. & cons. vlt. ibid.

349 Et ideo capellaniæ fundatæ per laicos, si non fuerint à diœcesano approbatæ, non possunt ad episcopo conferri, sed laicus qui fundauit pleno iure, dabit tanquam legata pia: vt plenè decidit Guido Papæ in decis. Delphi. quæstione 187. an capellaniæ, & si appareat de vna collatione, vel institutione episcopi, in dubio censetur beneficium. per ca. omnes. 16. q. 7. & c. regenda. 10. q. 1. aliàs non. vide quæ scripsi supra, num. 89. Et quid si oratorium, vel capella non fuerit ad episcopo approbata, sed intra castrum facta, & postea castrum fuerit diuisum, an is qui habeat castrum possit solus conferre illam, quando ecclesia est constructa authoritate episcopi, tunc ius patronatus omnibus competit æqualiter. c. 1. & ca. ex literis. vbi Panor. de iurepatr: sed si nõ fuerit approbata, sed sit oratorium tantùm, est dubium: vt curtius docet in tract. iurispat. in verb. ipse vel is q. 13. cum operæpretium fuerit decidam.

Laicus quãdo ecclesiam pleno iure dare possit

350 Vndecimò, limitatur non procedere in beneficio, quod in curia vacauit, & ante mensem fuit collatum per ordinarium, quia cum collatio sit nulla, & sic incolorata. ca. secundo. de præbend. libro sexto. nam titulus datus à non habente potestatem, habetur pro non titulo. l. Sulpitius ff. de donat. inter vir. & vxor. & collatio facta à nõ habente potestatem, non videtur imprimere colorem tenendi ei, cui collatum est. not. in cum nostris. de concessio. præb. l. minor autem. versi. denique. ff. de minor. & d. l. hoc colore. ff. de inoff. test. ideo collatio facta per ordinariũ de beneficio reseruato, reseruatione in corpore iuris clausa, vt est ista, non est colorata. vt gl tenet in d. regula cancel. & gl. in verbo coloratum. eod. tit. in prag. quod videtur tenere D. Gomes. q. 29. super hac reg. can & q. 30.

Possidens beneficium in curia vacans per collationem ordinarij, an possit post triennium molestari.

351 Duodecimò, nõ procedit in beneficio debito iure regali, quia intra triginta annos poterit molestari possidens. gl. in verbo coloratum. in fin. eodem tit. in pragma. quia reseruata principi in signum superioritatis, non præscribuntur. l. comperit. C. de præscrip. trigin. vel quadra. anno. & ibi addidi postlo. Francisc. in tract. de præscrip. in secunda parte quintæ partis prin. columna 40. q. 1.

De beneficio iure regali debito

Sed cum rex consenserit concordatis. & huic maximè titulo de pacificis possessor.

cur non debeant per concordata hæc beneficia sub iure regali possessa post triennium hoc decreto iuuari non video, quamuis secundum prag. sanctio. fortè hoc posset dici, quia illi forte rex non consenserat, sed secus est in his cócordatis, & facere differentiã inter beneficia cócessa per vnum, vel alium, est ius nouum concedere, & speciale: & tamen ius concordatorum est generale inter regnicolas, & si rex super hoc interrogaretur, credo quòd sic responderet, licet quidam asserant contra; sed quomodo probent per rationem congruã quisque videre potest.

Regaliorũ ius cedi non potest.

352 Item quando collatio esset facta à rege duobus, tunc si vnus contra alium possideret per triennium, posset hoc decreto vti, glos. in l. cum sponsus. ff de publi. in rem actio. & c. ad audiẽtiam. de præscri. refert D. Ruseus in tract. regalio. in 4. priuilegio. & 21. Et hanc regaliorum materiam quidam vocant cabalisticam, & ante Ruseum non descriptam, vtinam non adhuc. nec potest alteri cedi, vt fuit dictum tempore regis Io. in Anglia capti, qui licet cessisset filio suo Carolo, tamen hoc non fuit receptum, quia hoc solius regis est proprium.

permutãs suũ beneficium potest adire alterũ sibi euictũ.

353 Decimotertiò, fallit in illo qui permutauit beneficium suum cum alio, quod post triennium euictum est, licet is qui dederit non suum beneficium, possederit pacificè per triennium beneficium alterius, tamen edicto dato potest liberè reuerti ad suum primum non obstante triennio, & decreto de pacificis possessoribus. c. si beneficia. de præben. in sexto tum quia episcopus qui confert isti beneficium, intendit sibi conferre hoc beneficium loco dimissi. Sed iste nihil dimittit, ex quo non habet ius, ergo etiã nihil consequitur, quia episcopus non contulit simpliciter, sed ex causa permutationis. & habet locum illa regula, quod potuit noluit, & quod voluit implere nequiuit. c. cum super de officio delega. l. multũ. C. si quis alteri vel sibi: tum etiam quia sequeretur absurdum, quòd quis per phas, & nephas acquireret beneficium, & videns se non posse tenere illud salua conscientia, permutaret cum habente ius in alio, quod est iuri contrarium Ioan. And in c. vno. de rerum permuta. lib. 6 Feder. in tract. de permutat. beneficio. q. 10. de Selua in tracta. de benefic. in tertia parte, quæst. 24. Item resoluto iure datoris, resoluetur ius acceptoris. l. lex vectigali. ff de pigno. facit l. empti actio. C. de euict. in. vbi emptor non impeditur agere, licet post longa tempora res sit euicta, sic non impedietur agere permutãs, licet aduersarius triennio suum beneficium possederit, vel cum alio permutauerit, & is etiam per simile tempus possederit, & hoc est iuri & æquitati conforme: & quia neutri permutantium ius acquiritur, nisi quilibet ipsorum ius habueric in beneficio per ipsum resignato. regul. canc. 18. vide quæ dixi s. in 22. amplia. & in 5. limit.

Nec obstat quòd habens coloratum titulum, non potest post triennium molestari, quia verum est, quando ille titulus durat, secus quando de titulo fit non titulus, vt in eo qui liberè ad suum beneficium potest reuerti. vt in permutãte dicitur. in c. pen. de rerum permu. & in c. si beneficia de præb. in 6. Et idem in eo qui adipiscitur secundum beneficium curatum. ca. de multa. de præb. vt possit mollestari etiam post triennium.

354 Vnde solet is qui conuenitur super beneficio summare, & requirere eum qui compermutauit, vt faciat molestiam & prosecutionem cessare, alioqui concludit, quòd liberè liceat reuerti ad suum beneficium quod dedit, ita vidi in practica seruari. vide d. Gomes. super hac regula, q. 49. & quæ superius dixi.

praxis contra eum qui beneficium in permutatione dedit non suum.

Fallit quando aliquis litigaret super beneficio cum alio, & ille resignaret beneficiũ, vt alter resignaret ius si quod haberet, tunc si nullum habeat, nõ poterit ad suum beneficium reuerti, quia is poterat preuidere an ius haberet antequam permutaret. Fel. & alij in ca. cum venerabilis. de excep.

355 Item non iuuatur beneficio huius decreti is, qui resignauit, licet remanserit postea in possessione per trienniũ, quia non habet titulum. Et ideo beneficium non potest teneri sine titulo. regula 1. de reg. iur. lib. 6. nec possidet licet sit in possessione, & detentione. l. si quis ante. ff. de acquir. pos. vbi longè aliud est possidere, aliud in possessione esse. sic concludit Gom. in hac reg. q. 24.

Resignans nõ iuuatur hoc beneficio, nec resignatarius eius secundus.

Sed dubium non paruum est, an si resignans secũdo resignauerit, & resignatarius secundus possederit per triennium ignorante forte primo resignatario, an ipse secundus possit se iuuare hoc decreto de pacifi. posses. aduersus eum cui primò prouisum fuerat. Et breui respondeo quòd non, quia nullum habuit titulum: & sic nec coloratum, quem text. de pacifi. possesoribus requirit: & nullus titulus non dicitur primus nec secundus. c. factus. in fin. 7. q. 1. ibi, iam non secundus ille, sed nullus est. Et literæ quæ non valent, non dicuntur literæ secundæ, vel primæ, sed nullæ gl. in c. cum nostris. in verbo de facto. de concessio. præb. ca. ex tenore. vbi gl. & doct. de rescri. & vbi nullus est titulus, dicitur incolloratus, vt suprà dixi & sequitur Gomes. q. 8. & 24. & q. 29. vbi concludit possidentem beneficium triennio ex collatione etiã Papæ post suam reseruationem, non iuuari hoc beneficio de pacifi possesso. quia titulus est nullus; & sic tractu temporis non potuit conualescere per regulam iuris.

Item Papa non confert beneficium non vacans c. 2. de concessio præb. sed non vacabat, postquã illi primo resignatario iam erat prouisum: nec intẽdit præiudicare iuri tertij.

tertij.ca.quamuis.de rescri.in 6.& si sciuisset, primam prouisionem non contulisset. c.cum adeo.c.postulastis.de rescrit. Imò si Papa diceret non obstante collatione alteri facta, intelligeretur de inualida.ca. super eo.de offic.delega Felin.in ca.causam.col. 11. de rescri.vnde solet dicere in sua prouisione, dummodo tempore datæ præsentiũ non fuerit alteri ius quæsitum: ergo Papa non vult conferre, si fuerit ius quæsitum. Ioan.Andr. & Perus.in ca. si postquam. de præben.in 6.

357 Adhæc non potest valere secũda resignatio non reuocata prima. cle.vnic. de renuntia.doct.in c.ex parte decani.de rescri. Nec potuit plus iuris transferre secundo resignando, quam haberet.l. traditio.ff. de acquir.re.do.nec dare quod non habebat.ca. quòd autem. de iure patro. quia resignans erat omni iure priuatus per primam resignationem.c. quod in dubiis. c. in præsentia. & per totum.de renuncia.etiam possessione.gl.in verb.assignari.c.inter. de præb. Rota decisio. 23. fuit dubitatum. in nouis. nec valet secunda resignatio facta etiam in fauorem primi, teste Cassado. in decis. Rotæ.rub.de conces.præb .decis.9.& Gomes q.18. multò minus valebit in fauorem alterius: & collatio facta absenti non potest retractari, nisi is consentire recuset.c.si tibi absenti.de præbẽd.in 6 vbi Perus dicit etiam collationem Papæ secundam nõ valere, si non fecerit mentionem primæ. Et in regno Franciæ etiam si faceret mentionẽ. Cassado decisi.Rotæ 24. dubiũ super reg. cancell. & Gomes.q.17. de publ. resig.nam quamdiu viuit resignans, potest primus resignatarius adispisci possessionem gl.in regula cancellar.14.Ergo interim non potest cõtra eum præscribi, maximè, si ei patruus vel alius retinuerit bullas.docet Perus.in c. commissa.de elect. in 6. & quia ignorauit prouisionem, ignorantiam nolumus obligari. dicit l.generali.C.de tabular. libro 10. & d.regula 34.in fi dicit, quòd quæcũque dispositiones factæ de illo beneficio iam resignato, sunt nullæ, & inde secuta: & sic prouisio secunda, & possessio capta, & pro hac decisione est regula Pauli Papæ moder. 46. vbi sunt hæc verba. Et si ipsum resignantem, vel cedetem pluries super vno & eodem beneficio in fauorẽ diuersarum personarum successiuè consentire contigerit, voluit sanctitas sua, quòd primus cõsensus teneri debeat & alij posteriores cõsensus, ac literæ illorum prætextu etiã sub priori data expeditæ, pro tempore nullius sint roboris, vel momenti. Ecce quòd secunda resignatio est nullius roboris: ergo non est colorata. & sic non potest parere decretum de pacificis possessoribus. Et ita concludo.

Secunda resi. gnatio non valet non facta mentione primæ.

358 Sed si prima resignatio non fuerit acceptata, & secunda sic tunc poterit resignatarius iuuare se multiplici titulo, vel primo, vel secundo, per ca.post electionem. de conces. præbend. & dicta regula 46.à contrario, dicens non valere consensum vltimum in diuersis personis, in vna verò sic, quia tunc nemini fit præiudicium eo tẽpore quo Papa secundo confert, & quod est introductum in suum fauorem, non debet in odium eius retorqueri.l. quod fauore.C.de leg.& prima prouisio non acceptata pro non facta habetur.c.si tibi de præb. in 6.hoc probat Cassad.decis.9.acceptauerat.rub.de conces.præben. & sic non obest quominus possit quis possessionem adipisci: & iuuare se hac secunda prouisione, quamuis primam reiecerit, & poterit leuare bullas intra sex menses à die secundæ resignationis, & prouisionis: quod secus esset, si resignatio esset & prouisio facta duobus, vt superius dixi: licet quidam ignorantes differentiam, inter resignationem factam vni vel duobus contrarium sine iure & ratione asserant. Nec obest quòd resignans nihil iuris habebat, ergo nihil potuit in secunda resignatione dare.respond. ius non prouenit ex resignante, sed ex conferente, ideo postquam Papa inuenit beneficium non acceptatum vacans. vt in ca. si tibi.,de præben. in 6. potuit illud conferre, nec attenditur quòd resignãs habuerit ius, vel non habuerit, sed an Papa voluerit, & potuerit conferre.

Resignatar. an possit se multiplici iuuare resignatione.

Nec refragatur, quòd secunda collatio sit subreptitia, quia si Papa primam suam collationem sciuisset, non contulisset secũdo.docto. in c.causam.de rescri.respond. si secunda collatio fuerit facta alteri, quàm illi, cui primo collatum est, verum esset, sed in dubio Papa facilius conferret illi, cui semel cõtulit, quàm alteri vt sua collatio sortiatur effectum, ergo non est subreptitia, quia non exprimi debet id quod facilius Papam mouet. vt dixi in gl. pro expressis. in forma manda.in concord.

350 Intellige tamen quòd si aliquis resignasset suum beneficium facta sibi promissione, quod ille iterum postea sibi resignaret dictum beneficium, quòd tantùm volebat pro titulo, vt ordines ibidẽ posset assumere sine literis dimissoriis, is qui habet beneficium ex hac resignatione, possedit triennio, non vult nunc reddere, an possit molestari? dicerem quòd non, tum quia is cui facta erat promissio, debebat venire intra tempus præstitutum: vtpote intra triennium: ideo videtur illi reliquisse, postquam intra tempus à iure statutum non venit, & etiam quia ab illo resignãte non habet ius, sed à superiore: caueas ergo sic resignare: ita vidi de facto, nil allegaui ex tempore sed istæ promissiones sunt simoniacæ. cap. ex parte de offic deleg.ca.per tuas. tertio. de simo. Ioannes nauclerus in tractatu de simo.in prima parte.§. octauo. vt scipsi in

additioibus ibidem.
360 Decimoquartò, non procedit quando
partes intra triennium fecissent compro-
missum, & interim alter possedit, quia du-
rante compromisso non dicitur pacificè
posidere.clemen.quandiu.de appella. vbi
tempus prosequendi appellationem non
currit durante compromisso. facit quòd si
alter ex litigãt.bus per subterfugia causam
protelat, non currit instantia alteri, in quo
culpa cessat.glossa in ca. venerabilis. de iu-
di.sequitur Alexand.consilio 72. videtur.1.
colũna.in tertio volumine. etiam si decies
milies pluſquam biennij tempus excesse-
rit. text.in authent.de appella.collat.8.Ra-
tio tibi traditur, quia partes confidebant
quòd arbiter terminaret causam. tex.in au
thent. si tamen.C.de tempo. appella. Soci-
nus.conf.39. capio circa finem. in 4. volu.
quia non potuit pars durante compro-
misso ire ad iudicem, & prosequi causam
sine pœnæ incursione in compromisso ad-
positæ l.si quis rem. & l. diem. §.stari.ff.de
recept.arbit. vel saltem sine violatione fi-
dei & promisionis.l.1.& l.iurisgentium.§.
prætor.ff.de pact. quod graue est. l.1.ff de
constitu. pecun. prætetea compromittere
fuit factum licitum & honestum, videlicet
vt lites & eius an fractus vitarentur. ca. di-
spendia.de rescri.in sexto. Ideo non debet
pati pœnam: qui sic compromisit, quia le
gitimè fecit.l. Gracchus .C.ad legẽ Iuliam.
de adulte.siue cõpromissum fuerit factum
pendente prima instantia, siue in causa ap
pellationis. Baldus in l.eos.§. Apostolos.in
fine.C.de appellat. Refert Anton. Tremo.
in addit.ad Hubert.de bonacurso.rubri.de
impedi.execut. & causa.nullita. versiculo
idem est: si appellatione. in verbo compro
mittatur. vide gloss.in §. & ne sub vmbra.
in verbo prorogationem.de causis, in prag.
Item si quis fecit quod potuit, vt lis conte-
staretur, reus tamen suis subterfugiis, & ca
uillationibus fecit, vt non contestaretur,
tunc actio perpetuatur tam respectu tem-
poris, quàm etiam vt transeat ad hæredes,
ac si lis esset contestata. textus singularis
secundum Bolog.ibi, in secundis interpre-
tationibus.in l.si eum.§. qui iniuriarũ. ff. si
quis cautio. Alexander conf. 100. discusis.
columna 1.in 5. volu. Ias conf. 35. in quæst.
colum.2.in 1.volumine. & cum hoc trien-
nij tempus sit introductum in favorem v-
triusque partis, poterit vtraque pars renun
ciare tacitè, si nõ opponat, ergo & expresè
361 conueniendo, vel compromittendo. Facit
etiam quòd si partes compromiserint in
prima instantia, compromissum duret per
triennium, tamen non perit instantia, cum
sit eadem ratio, quæ in appellatione: ergo
& idem iur.l.illud. ff. ad legem Aquiliam.
& idem si exprimatur certum tempus in re
scripto, intra quod causa finienda, iuxta
ea.super eodem 2. de appellationibus. ta-

Pendente compromisso, quod durat triennio non poterit innouari, etiã post ea hoc decreto.

Partes an triennium prorogare possunt.

men si partes compromittant, non curret
interim tempus in rescripto expressum. Bo
nifacius in d.clem. quandiu. columna 3.&
sequen.

Nec refragatur quòd partes nõ possunt
expresè prorogare illud tempus, nec trien
nium.l. properandum.C. de iudi. quia fa-
teor.quando altera pars prosequeretur, vel
ambæ, secus si ambæ vellent supersedere,
vt not. in l.postquam.C. de pact. Pro præ-
dictorum intellectu.& d. cle. quandiu. vi-
de.Mathesilla. not. 24. nota quod tem-
pus, &c.Ioan.Masuer.in rub.de arbit.in sua
pract.Guido Papæ in statu. si quis per lite-
ras.in verbo appellatione. col.18. cum seq.
& conf 184. in causa.& decis. 115. compro-
missum.Bal.conf.290. volu. 1. Ancha.conf.
284 Ioann.Panor. conf.77.in q.2.q.vol.2.
Alexander conf.72.videtur in secundo.vo-
lu.& conf.68.in causa.in 7. volu. Socinus
conf.39.capio.nume.14 in 4. volu. Georg.
Nathan in repet.clem.sæpe.in princ.col.18.
& in §.& quia.col 9.cum sequen.de verbo
rum signifi.& addidi add. clem. quandiu.
alia vide per Bertachi. in tractatu de epi-
scopo.in 13 q.1.partis libri primi. & per De
ci.in c.ex ratione.col.5.nu.8. de appel.
362 Decimoquintò, flectitur regula quando
molestaretur super aliqua re beneficij, vt-
pote super decimis, vel aliis rebus, tunc
non posset iuuari hoc decreto, quia titulus
de pacificis possessoribus, tantum intelligi-
tur quando molestaretur super titulo bene
ficij, secus si super aliis, hoc videtur innuere
text. ibi, dum dicit, coloratum habens ti-
tulum, & sic fundat se super titulo, secus
super rebus beneficij, hoc etiam probat ver
bum beneficium, prælaturam, &c. nam cu-
ius est beneficium, non vtique omnes res,
quæ sunt in beneficio.text.in l.si quis cum
totum.§. si ancilla. ibi, etenim cuius insula
est, non vtique cœmenta sunt. ff. de exce-
ptio.rei iud.& qui vniuersas ædes posidet,
singulas res, quæ in ædificio sunt, non vi-
detur posidere.tex.in l.qui vniuersas.ff.de
acquit.posses. facit l.fundi.de actio. empti.
& hoc decretum non iuuat, nisi super titu-
lo beneficij.
363 Decimosextò limita, vt non posit mole
stari post triennium, poterit tamen is, qui
est in processu cum alio, se iuuare titulo il
lius qui nil dicit per triennium, & suam iu-
stificare possesionem ex isto titulo habi-
to, licet is qui eum haberet, non posset se il-
lo iuuare.arg c.post electionem.& c.ex par
te.de concess præben. Rom.conf. 423. quo
ad primũ in 2. q. & sæpius vidi sic in pos-
sessorio iudicari, & nouissimo Anno 1536.
die 27. Martij ante Pascha in magno consi
lio, pro D. Vigueri.contra Petrum de Lescu
re, & alios litigantes: & sic fuisse multoties
iudicatum asserit etiam Boer.in decis.Bur-
degal.quæst.24 duo litigabant Nam con-
tra eum qui tacuerat per triẽnium, poterat
opponi

Super rebus beneficij post triennium molestatur.

Titulo alterius post triennium an iuuari quis possit.

opponi hoc decretum, sed contra eum qui est in processu, non poterit, quia non est in culpa, vt in simili est tex huic sententiæ non parum accummodus in cap. vltimo. in fin. qui matri. accus. poss. & sic hoc iuuabitur titulo, nec prohibet iste text. dicens tãtum quòd possessor triennalis non molestetur. Nec nouam possessionẽ in vim huius noui tituli adipisci tenetur, nec nouas citationes facere, sed tantum petere se subrogari à Papa vt ius cedentis habeat. iuxta c. fina. vt lite pend. in 6. vide glos in §. declarantes. in verbo successores. de mand. aposto. in concord.

Triennium, an prorogari possit etiam à papa.

364 Fallit quando habens prorogationem regulæ, & sic triẽnij, cederet alteri, nam ille subrogatus non posset vti ista prorogatione, cùm sit beneficiũ personale, & illa quæ à principe conceduntur specialiter alicui, non transeunt ad alios. l. 1. ff. de constitut. prici. §. sed & quod principi. de iure natu. in institu. sic scribit Gomes. super hac regula cancella. q. 23.

Papa an tempus triennij prorogat.

365 Et quamuis Papa in patria obedientiæ proroget tempus triennij, hic tamen non reciperetur ratione concordatorũ quibus non derogat vt in rub. de firma & irreuoc. concorda. stabil in concord. patet etiam si collatio regalis superueniat, requiretur noua possessio si glos credatur eo tit. in verb. coloratum. in fi dicenti iure hoc non probari, sed est quædam vsurpatio, sed hoc probat Rufæ. in tracta. regal. 1. priuileg. ego tamen vellem stare regulæ, & ius nouum non promulgare.

Habẽs collationẽ à rege, alio non potest iuuari titulo. Arrestum.

366 Habens tamen collationem à rege, non potest se iuuare alia collatione, etiã si à Papa emanata fuerit, in hoc senatu decisum inter magistrum Robertum le Gay, & Gulielmum de Machicolo, ratione præbendæ Rothomagen. anno 1338. die 3. Iulij, quod est mirabile, nec id quidem approbo. Licet possit suaderi, quia vasallus qui feudum tenet ab vno, si ab alio feudum recognoscat, priuatur feudo tanquam ingratus. Iacobi. in l. singularia. col. 2. ff si cer. peta. nec est alia opus probatione, sed sufficit sic vsurpatum esse. Fuit etiam statutum à rege Ludo. 11. ne aliquis cõferret beneficia, iure regali ad eum spectantia, & quòd alibi non tractentur quàm in curia parlamẽ. Paris. anno 1462. die 24 Maij. vt est in lib. ordi d. Ludo. fol 21.

Quãdo collationes factæ sunt eodem die ab vno, quæ valet.

367 Decimoseptimò, forte non procedit in eo qui possedit per triennium vigore collationis factæ ab odinario, qui contulerat eodem die alteri, & sic vtraque collatio erat nulla, quia non apparebat de prioritate, ideo non collorata vt not. in ca. cum nostris. de concess. præbend. vbi quando collatio est nulla penitus, non dicitur colorata, sed incolorata, & sic hoc titulo non iuuatur: posset tamen dici titulus coloratus, per ea quæ suprà dixi in amplia. & sic iuuari hoc decreto, quia non est omnino nulla collatio, vt infra dicetur.

Sciendum tamen est, quòd collationes factæ ab vno, & eodem ordinario eodem die, mutuo se impediunt, argu. l. duo sunt. ff. de testa. tutela. Io. And. in c. si à sede. de præbend. libro 6. Panorm. in c. capitulum. de rescri. si partes instare velint, consulendus est collator. Panor. in c. 2. de offic. dele. per illum text. Baldus in ca. 1. §. 1. de lege Conrad. vbi dicit, quòd quando vterque vassallus allegat vnum eũdem dominum, potest dominus alteri feudum assignare, vt ibi textus dicit. facit textus in l. si quis seruum §. si inter duos. ff de leg. 2.

Si duo eiusdem datæ conueniãt an vincant sequentem prouisum.

368 Quid si duobus facta sit collatio ab vno, nec apparere potest aliquo modo de prioritate, ideo tertius qui postea impetrauit petit beneficium, duo primi conueniunt, & vnus non petit, an ille possit vincere tertium? quod videtur, quia est primus respectu tertij, & postquam consocius eiusdem datæ non conqueritur, videtur acsi non esset scriptũ pro eo, vt dixi in forma manda in gl. si pro alio. in contrarium videtur, quòd neutra collatio valeat. arg. l. duo sunt Titij ff de test tut. Nec potest valere cessio vnius, cùm nullum ius habeat, saltem non apparet, imò non valeret confessio vnius, quòd alter est prior, quia in fraudem censetur facta, & in tertij præiudicium, licet in suum præiudicium valeret confessio, quãdo non adesset tertius. per gloss in ca. duobus. de rescri in sexto. sic vidi de hebdomadariis; nempe vnus contulit, & alter, nec apparet, an vacauerit in hebdomada vnius, vel alterius propter incertitudinem neutra prouisio valet. d. l. duo sunt Titij. ff de testa. tutel. ideo collatio ordinarij postea facta valebit. Quia aut vnus contulit duobus eodem verbo, vt vobis eodem tale beneficium confero: & tunc neutrius collatio valet, quia esset diuidere beneficium, quod est à iure prohibitum. ca. maioribus. & ca. cum non ignores ca dilecto. de præbend. Si verò fiat diuerso tempore, & diuersis, tunc prima valebit. ca. post electionem, de concess præbend & primò nominatus præfertur. ca mandato. de præbend in 6. Igitur oportet quòd appareat vtra prior fuerit, non potest melius apparere quàm per eum qui eas fecit, ideo ad eum recurritur, & si non constet de prioritate, neutra valebit per supradicta. & potest cõstare ex ordine scripturæ. quando in libro curiæ Romanæ, vel episcopi sunt collationes ambæ descriptæ: tunc prior scripta censetur prior. ca. mandato. de præbend in 6. sic fuit iudicatum per senatum Tholosanum super possessorio cancellariæ Caturcen. teste Bened. in c Raynutius. in verbo testamentum 2. nu. 28. de testa.

Arrestum.

369 Primò, fallit quãdo collatio fuit facta in fraudem ab vno eodemque, videlicet, vt

Secunda collatio in fraudem non valet.

annullaret collationem primam, secundò contulit: tunc valebit illa quæ declarabitur ex ordine literæ procedere in libro, & tenebitur episcopus alteri prouidere, iuxta ca.inter cætera. de præbend. ne præbeatur materia delinquendi.l.côuenit e.ff. de pact. dota. Et hoc ideo est, quia quando episcopus vellet annullare primam collationem à se factam, iterum conferret alteri, & sic indulgeretur fraudibus, & malitijs, quod est à iure improbatum.ca.sedes.de rescri.l. in fundo.ff.de rei vendicati. Et præsumitur fraus, nisi causa appareat cur secundo contulit: nam ignorantia in facto proprio recenti non est tolerabilis.l.fi.ff pro suo.

Secundò, fallit quando agitur de prouisione facienda vigore literarum ad beneficia, per quas mandatur duobus conferri tunc habebit locum id quod habetur in c. duobus de rescri. libr. 6. secus in gratia facta, vt hic, & tunc altera tantùm valere potest, licet aliter intelligat Dec.in c. 2. not.1. de offic.deleg.

Collatio secunda habili facta valet.

370 Tertio, fallit quando collatio fuit facta inhabili & habili eodem die ab vno, tunc collatio facta idoneo valebit, nec illa collatio facta inhabili reuocabit primam, sicut testamentum nullum non reuocat validum.l.sancimus.& l. volumus. C.de test. doct.in l.pacta nouissima. C. de pact. Et quid si sint duodecim canonici, & sex vni nominato eligêdo conferant, sex alteri, an valeat collatio? & vtra valeat? Dic quòd illa quæ est facta antiquiori nominato, & idoneo, quia sic côferendo sunt executores concordatorum, ideo illorum collatio valere debet, vt scripsi in §.statuimus.1.de col lat.in concorda. Nempe is cui beneficium ab his collatum est, in possessione interim, vel quasi esse videtur.l. cû verò.in fi.princ. ff.de fideicommis.liber. si non agebatur de nominatis, vel graduatis, neutra valet, vt consuluit Feder.cons. 2. ideo impetrari de nouo debet, & is obtinuit in senatu hoc anno 1542.in vigilia diui Mathiæ apostoli, qui collationem à sex tantùm habebat, quia erat ritè qualificatus.

Arrestum.

Declaratio c. si à sede.

371 Notandum est tamen, quòd quando collatio est facta duobus à diuersis eodê die, nec apparet cui prius fuerit facta, potior est conditio possidentis.d.ca.si à sede, quia præsumitur quod is, qui prius adipiscitur possessionem, priorem habuerit collationem: & hæc est præsumptio iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium.l.fin.ff.quod met.caus. cap. is qui fidem. de sponsalib. sicut quando duo sunt iudices ordinarij, & vnus præoccupauit, ille est potior. l. si quis posteaquam. ff de iudic. Idem in procurationibus dicit textus in cap. si duo. de procura. in 6. & si vterque eodem momento acciperet possessionem, præfertur is qui habet à Papa propter maiorem prærogatiuam.gloss. in dicto cap.si à sede, quam sequuntur ibidem doctores.

Amplia procedere etiam in prophanis, vt in duobus instrumentis quorum vnum est liberationis alterum cessionis, vt possidens præferatur. Bald.cons.274.licet in 2. volu. Item in pari delicto vel causa potior est conditio possidentis. regula iuris in 6. in pari.

Secundò, amplia siue collatio fuerit facta à Papa, & ordinario, siue à Papa & legato, vel à legato, & ordinario. gl. in d.cap. si à sede, vel à Papa, & abbate, vel alio potestatem habente, cùm sit eadem ratio. Domi.in d.c.si à sede.

Tertiò, extende vt præferri debeat non possidenti is, qui collorato possideret titulo, in regula cancella.15. Et si caderet à possessione, posset petere dictum beneficium à quocunque possessore, etiam ab habente titulum, secundum gloss.ibi, quia illa regula concedit titulum, vt dicitur ibidem. & suprà dixi in 3.amplia.

372 Quartò etiam procedit d. cap. si à sede, si collatio esset facta ab episcopo, & eius vicario. Philip. Perus. in dicto capitulo si à sede: nec in hoc casu videtur reuocasse potestatem episcopus, quando non apparet quis prius contulerit, sicut dicitur de Papa, & commissario speciali, in dicto capitulo si à sede, nec potest assignari ratio diuersitatis, ergo idê ius erit.l.illud ff. ad legem aquil. nam & si sic dicatur, quòd collatio facta per episcopum, est maioris prærogatiuæ, ergo præferenda.cap.dudum.de præb. in sexto. Brunel. in tract.de dignit.leg.conclu. 22. in tertia declara. quia verum est, quando ille cui est facta per vicarium, non esset in possessione, sed esset æqualis vt iudicauit senatus Parisien.anno.1519. die 29. Iulij, pro Petro moulin, contra quosdam alios, secus quando non æquo iure procedunt, & sic vna non reuocat aliam, cum præsumptiuè constet de prioritate, nec dubitatur, quod episcopus non possit reuocare, sed oportet quòd iure reuocet, videlicet antequam sit collatum per vicarium, postea non posset collationem factam reuocare, quia ius tertij auferrre non posset. not.in cap.quamuis de rescrip. in 6. Imò quia prouisus à vicario est in possessione, præsumitur prius institutus, & sic non reuocatus, & sicut Papa conferêdo, videtur aliis potestatê abstulisse.c.vt nostrum.vt ecclesiast.benefic.tamê si Papa.& ordinarius eodem die conferant, & is cui contulit ordinarius, est in possessione, præfertur: sic quâdo is cui contulit vicarius, erit in possessione, præfertur.nec refragatur c.si quê, de procura. in 6. vbi dominus tractando causam videtur reuocare procuratorem, quia fateor, eò quòd venit ante causam finitam secus si esset finita: sic episcopus conferendo ante vicarium reuocat, sed postea non,

De collatione facta ab episcopo, & vicario vtra præferatur.

Arrestum.

non,per prædicta. vide infrà in 5.limita.

Quintò,amplia etiam si collatio esset facta à tribus.per gloss.in d.ca.1. si à sede.quia quod in duobus dicitur, & in tribus.procedit nota.in l.singularia.per illum text.in fi. ff.si certum petat..& quia eadem ratio est in tribus,quæ est in duobus.Ioan.Brunel.in tracta.de dignita.lega.conclu.22.

Possessionē sufficit semel habuisse.

373 Sextò, procedit quòd præfcratur possideus, etiam si non haberet possessionem tempore litis inchoatæ, sed sufficit quod semel habuerit.Do.& Perus.in d.ca.si à sede. per tex.in l.1.§.semel.ff.de bonorum. posses. secundum tabul.quia ex quo possessio validat ius illius, qui primò eam adeptus est sequitur extinctio iuris alterius, cùm duo simul non possint habere vnum beneficium. ca.cum non ignorca.de præbend. Et ideo postquam erat per primam adeptionem possessionis extinctum ius alterius, licet alter postea acquirat possessionem, & primus perdat,non debet reuiuiscere ius vltimi iam extincti.l.qui res.§. aream.ff.de solut.ca.quàm periculosum. 7. q.1.etiam quia daretur materia spoliandi primum,vt secundus obtineret, & sic daretur via delinquendi,quæ maximè est iuri exosa.l. iurisgentium .§. si paciscar.ff.de pact.l.conuenire de pact.dotal.

In officiis prout dict.c.si à sede.

374 Septimò,amplia in duobus officiis collatis eodem die duobus, vel feudis,tunc is qui in possessione primo fuerit obtinere debet, quia præsumitur prius habuisse donationem, postquam prius habuit possessionem.Bald.in ca.capitulum. colum.1.de rescri. Barba. in repet.rubr. C.qui admitti.colum.2.Catellia.Cotta,in 2.parte memoralium,in verbo hora,in fine.

Octauo,amplia,siue beneficia sint regularia,siue secularia,siue dignitates,siue personatus,vel quæcunque alia beneficia ecclesiastica, cum appellatione beneficij hæc veniant.glo.in regula.1.de regu.iur in 6.Felin. in cap.postulasti.de rescri.

Nono, amplia etiam quando ignoratur an bona rectoris mortui sint ecclesiastica, vel patrimonialia, quia si quisquam possideat,præsumitur pro possessore.gloss.singu. in ca.nulli.12.quæst.5.quàm singu.dicit Barb. in repet.rubr. C.qui admit.col.2. & consil. 23.scripsit. col.11. & consi.90.illud afferam colum.1.in 1.volum.

In duobus testamentis eodē die cōfectis possessor præfertur

375 Decimo,amplia in duobus testamentis eodem die confectis, quando non apparet vtrum prius fuerit confectum, tunc possessor præferetur.l.1.§.non autem.& ibi Bar. ff.de bono.posses.secundum tabul.Barb.dic. consil.23. scripsit propheta, colum. 11.in 1. volum D.de Ripa. in capit.sepe.colum.1.de restit.spoliat. & sic potest dici, Beatus, qui tenebit sicut dicit gloss.in §.si tres.de pace tenend. & eius violat. Et in duobus instrumentis eodem die confectis,concludit Bald. consil.274.in 2.volum.vide Alexand.cons. 19.admodum.in 2.volumi.

Vndecimo,procedit in casu sequenti,videlicet quod si vir & vxor conuentione facta inter eos vt bona superstiti remaneant, moriantur,nec appareat vter prius decesserit,& hæredes vxoris, petunt bona vxoris, hæredes viri,bona viri,illi debent obtinere qui possident.Bar.in l.si inter.ff.de reb.dub. & possessor absolueretur.l.fi.C.de rei vendi. vbi vide plenius

Possessio iniusta non iuuat.

276 Primo, limita quando possessio erat iniusta,quia pro nulla reputatur,argumen.l. quotiens.ff.qui satisda.cogant. Decius.consil.169. & diligenter. in fin.per cap.eum qui, de præbend.in 6.condemnatum eum accipere debemus,qui ritè condemnandus est.l. 4.§.condemnandum.ff.de re iudicat.& non quæuis exhæredatio summouet filium à contra tab. bonorum possessione, sed quæ ritè facta est l.non putauit.§. non quæuis. ff.de bon.possess. contra tabul.& notar.in l. auctoritate.C.vnde vi.& l.1.§.fi.vti possess. ff.l.vis.eius.C.de probat.sicut dicimus de eo qui est in possessione conferendi mala fide, vt non valeat collatio facta per eum.notat. Inno.& alij.in ca.consultationibus. de iure patro.plenè de Bellamera in consil.10. factū col.17.ver.circa quintum.

Secundo,fallit quando delegatus specialis contulit vni, & legatus alteri,tunc præfertur qui à speciali delegato habet. argum. cap.sanè.2.de offi.deleg.& Perus.in d.c.si à sede.in glo.1.in c.dudum.&c.quāuis. in 2.de præbē.in 6.quia species derogat generi.c.1. de rescri.& regula generi.de re.iur.in 6.

Acceptatio præfert acceptantē.

377 Tertio,non procedit quādo ille qui haberet ab inferiore, prius acceptaret, quia tunc alteri venit præferendus.ista est elegās decisio,& expressa.Ioan.Calder.consi. 7.de præb.quam sequitur Fel.in c. capitulū.colū. 15.versi.de duabus.de rescri.Selua.in trac.de benefi.in 3 parte.q.15.& oporteret. constare de illa acceptatione per testes,aliâs esset periculosum probare per iuramentum,nec admitteretur ratione falsitatis vitandæ.

Clausula motus proprij fert præ impetrātem.

378 Quarto, restringe quando in altera collatione esset clausula motus proprij, tunc ille esset præferendus, in cuius collatione esset clausula motus proprij,etiam si alter esset possessor.Ioann.Andr.in cap.duobus.de rescri. Soci.consilio.67.eadem die. colum.tertia,& sequent.in tertio volumine. primo,quia ampliorem habet gratiam.cap. si motu proprio, & cap.si pluribus,de præbend.in 6.ergo præferri debet, quia text.in dicto capitulo si à sede, loquitur quando sunt pares:sed non sunt pares quando vnus habet clausulam motus proprij,ergo possidens non præferetur.ita disponitur in regu. cancella.15.

Collatio reseruationi præfertur.

379 Quinto, modera quando papa vel legatus reseruauit, & ordinarius eodem die contulit,tunc collatio ordinarij præfertur,si non appareat de prioritate actus.Io.An.&

alij in d.cap.si à sede.nam ordinarius habet liberam facultatem conferendi, nisi fuerit præuentus.ca.nulla.de concessio. præbend. ergo liberè confert si non apparear ei de reseruatione,& quia reseruationes sunt odiosæ,ideo restringendæ.cap.quæ à iure.de regul.iur. in sexto. Alexand.in consilio.90. omiss.in 7. volumi. de Selua in tractat.de beneficio, in 3. parte. quæstione vltima Idem quando quis eadem die impetrauerit gratiam in ecclesia Bituri.& ecclesia codē die impetrauerit priuilegium, quòd non teneretur procedere ad recepti onem alicuius per literas apostolicas, nisi in gratia fuerir habita mentio de priuilegio, tamen adhuc impetrans gratiam obtinebit, & ecclesia quæ excipir de priuilegio, probare debet prioritatem illius.l.ei.ff de probar.Gulielm. de monte lauduno.in d.c.si à sede & ibi Io. Andr.Brunel.in dict.tractat. de digni.legat. conclu.22.declara.5.& 6.

Vtra collatio valeat si ab Archiepiscopo & episcopo facta eadē die fuerit.

380 Sextò,non procedir quando collatio pertineret ad vnum post alium vt ad Archiepiscopum, post ad episcopum, tunc valeret collatio episcopi,etiam si is cui facta est collatio ab Archiepiscopo esset in possessione. glos.in d.c.si à sede.quia Archiepiscopus nō habet præuentionem, ideo valebit collatio ordinarij primi intra sex menses.

381 Seprimò,fallit quando esset præsumptio prioriratis, vt in duobus instrumentis factis vno die, si alterum sit factum pro dote,vel studio,alterum non præferetur instrumento priuilegiato, etiam si habens instrumentum non priuilegiatum esset in possessione. Vincen.Hercula.in l.1. colum.4.ff.sol. matrimo.Dec.in l.in ambiguis. de regu.iur. l.1.C.de iure fisci.lib.10.scripsi in scholasticorum priuileg 82.

Debitom priuilegiatū præfertur.

382 Octauò,fallit quando à legato vni esset commendata ecclesia, & alteri ab ordinario collata eodem die,tunc is cui est collata. præfertur. Philip.Petrus.in ca. nemo q.5.colum.vltim.de electi.in 6.quia ordinarium remedium facir cessare extraordinarium l.in causæ.ff.de minor.& quia habens titulum, habet gratiam pinguiorem, & pleniorem, & sic præferri debet,licet ille qui habet cōmendam, possideat, quod est notandum, Ego tamen dubitarem de hac decisione cum commenda sit titulus habilis in hoc regno,vt superius scripsi in 5.amplia. nume. 35.& sequenr.ergo possessor præferendus esset,alibi pluribus probabo, si operæpretiū fuerit.

383 Nonò,fallit quando in collatione ordinarij esset apposita hora, & in collatione Papæ vel legati non, tunc collatio ordinarij præualebit,glo.in d.cap.si à sede.quia ille qui certius probat, vincere debet,licet probatio necessario non concludat.Cyn.& Bal. in l.de rebus.C. de donatio.ante nupt.sed crtior est probatio quando hora est apposita,ergò,&c.& glo.in ca.si eo tempore. de electio.in 6.

Hora appositio quid operetur.

384 Secundò,probatur in d.ca.si à sede vbi dicit præferri possessorem, quando non apparet quis sit prior,sed apparet quando est hora,ergo Ias.in l.1.col.2.& seq ff. solut.matri.Cotta in 2.parte memo. in verbo hora, & in verbo possessionis. & sic consoluit Soc.consi.67.eadem die.in 3. vol.nam apparere dicitur etiam ex præsumptióne.text.in cap.scribam.ibi, ex prius datis, & neglectis apparet,quod has negligent. de præsumpt. vel ex argumento à contrario sensu.text. Iuncta gloss. prima in §.ex his.institut.per quas personas nobis acquir.vel alio modo, in authen. nisi triennale. C.de bonis mater. ibi,ex quo suæ potestatis esse apparuerint. l.3.de vectigal. sic consuluit Deci.consilio 169 & diligenter in fine, dicens quod ista opinio placuit Do. de Rota. vnde cautela erir quod probetur de certa hora. Cynus & Bald. in dict.l. de rebns.C. de donation. ante nupt.Ioann.de pla.in l.1. de iure fisci.li. 10.Felin.in ea.pastoralis.col.3.& ibi Deci.de rescri.Hippoly.singul.319. hora.& Cassado. decisio 20.rubr.de præbend.

Apparere quādo dicatur.

Contrarium videtur verius,quia quando non apparet quis sit prior prefertur possessor.d. ca si à sede.sed ex appositione horæ non concluditur. quod is sit prior,ergo licet videatur contrarium tenere idem Soci.in l.l.1. ff. solut.matrimo. sed debet intèlligi quando gratiæ pontificis & ordinarij sunt æquales: sed quando gratia summi pontificis habet clausulam motus proprij decreti, vel aliam.tunc non habita ratione horæ præfertur is qui à papa prouisionem habet, & c.sic consuluit Soci. sibi contrarius in l.1.ff.soluto matrimonio.

Secūdo,sequeretur absurdum,nam esset in potestate ordinarij tollere dispositionem istam. semper apponendo horam,& sic decretalis si à sede de nihilo seruiret,quod nō est dicendum,nam fraudibus non debet indulgeri ca.sedes de rescript.

Tertio,prioritas debet probari per eum qui eam allegat.l.1.C.de iure fisci,sed is qui producit instrumentum, in quo est hora, non probat prioritatem, si in alio instrumento non insit etiam hora, ergo non dicitur apparere. quia licet in vno sit hora, tamen aliud instrumentum potest præcessisse,ergo oportet constare de hora vtriusque. gloss.& doctor.in l. Titius. §.Lucius.ibi,incalescente cœlo.ff.de liber.& posthu.

386 Quod intelligerem siue hora esset apposita in collatione, vel esset probata per testes,quia testes de hora deponentes præsumuntur falsum deponere si de login quo deponant, cum memoria hominum sit labilis.l.peregre.ff.de acquirend.posse.ideo nil iuuat.

Testes præsumuntur falsarij si de hora deponant.

Primam opinionem ego intelligerem. quando is qui haber collationem, probaret certa hora sibi factam collationem.&

illa

illa hora erat longè ante meridiem, tunc quia collatio alterius potuit esse post meridiem, & hic certius probat, debebit obtinere, secus si probaret, quòd hora sexta post meridiem, vel quinta hoc esset factum, quia tunc cum alia potuerit iustè præcessisse, dicerem non sufficere, quia ista probatio potius concludit contra eum, quam pro eo. ideo nil facit l. neque natales. C. de probat. nam etiam quando probatur hora septima de mane collatum esse beneficium tibi, non habes nisi præsumptionem, videlicet quod præcesserit tua: eo quia bona hora tanta est, sed quando hora octaua post meridiem esset apposita, tollitur præsumptio, ergo ista horæ appositio nil faciet pro apponente, quod est notandum, quia ex hoc conciliantur opiniones contrariæ, licet cogitandum reliquerit. Felin. in dict. cap. pastoralis.

Sed adhuc posset fieri semper fraus collationi Papæ, ideo tutius esset seruare decisionem. d. cap. si a sede. vt indistinctè possessor præferatur, siue hora fuerit apposita, siue non: dicunt tamen arrestum interuenisse pro quodam religioso habente horam contra magistrum Gulielmum Bude, in curia aduocatum, Anno domini 1514. die 14. Augusti, quod intelligerem quando gratiæ essent omnino æquales, secus si inequales, vt vnus graduatus, alter non, vt superius dixi.

Arrestum.

Decimo, fallit quando in altera collatione esset impetrans creatus canonicus, quia tunc constituitur ei ius ad rem, & afficitur ei præbenda. capit. hi qui. & ca. dudum. de præbend. in 6. Gulielmus de monte Laudduno, in d. ca. si à sede.

387 Vndecimo, non procedit quando altera impetratio vel collatio esset subreptitia, tunc non obstante possessione illius qui subreptitiè impetrauit, altera præfertur. arg glo. & not. in c. ex tenore. de rescri. Fel. in c. capitulum. col. 4. versi. limita fallentiã. illo tit. quia quod nullum est, non debet præstare impedimentum, regula iuris non præstat. in 6. nec effectum producere.

Subreptitia impetratio nõ iuuat possessorẽ.

388 Vnde si duo procuratores eodem die fuerint constituti, vnus ad permutandum alter ad resignandum simpliciter, si non appareat de prioritate, valebit illa constitutio minorem continens læsionem, aliâs neutrũ tenebit, per gloss. singu. in cap. si quis iusto. in verbo nominatus. de elect. in 6. Sic fuit iudicatum Burdegalæ, vt refert Boer. in decis. suis q. 311. dominus Patrus.

Quando sunt duo procuratores ad resignãdum vterum valeat.

389 Duodecimo, limita quando in altera impetratione etiam facta ab eodem esset apposita clausula gratificationis, tunc quia iste maius & pinguius ius habet, & non sunt pares, ideo præfertur, etiam si alter primo adeptus fuerit possessionem, per ea quæ supradixi de clausula motus proprij. Et cautela est, quando aliquis dubitat de alio impetrante, vel de alio cui conferatur eodem die, vt apponat in signatura, & cum clausula gratificationis: & quando opus fuerit, ad longum & latè in literis extendatur. & hac cautela vti consueuit, vt asserit Dom. Probus in additio. ad Mona in cap. duobus. de rescri. in 6. vbi dicit. breui posse sic extendi, & si forsan illud beneficium alicui, seu aliquibus, alij, vel aliis conferri, & de illis etiam prouideri consenserimus, & mandauerimus, ita & adeo vt in data pares, seu æquales sitis, & mutuo vos impediatis, & propterea locus gratificationi existat, tibi gratificando apostolica authoritate conferimus, & de illo vel illis etiã prouidemus, decernentes prout est irritum, & inane, &c. & ibi vide per do. Probũ formã istarũ literarũ, & nota ista perpetuo, quia alij non tangunt quos viderim, nisi Cas in decis. a. Cardinalis, & c rub de rei un. & hanc etiam clausulam posses extendere ad collationẽ factã per ordinarium & Romanum pontificem.

Arrestum.

Cautela gratificationis pro impetrantibus

390 Decimotertio restringe quando illa collatio facta per superiorem, vel per alterum teneret, alioqui possessio nil facit, vt pote si papa conferat vno die, & legatus eodem die beneficium cadens sub præsentatione laici: quia legatus non potuit conferre. ca. cum dilectus. de iure patron. ideo is qui ratione collationis legati adeptus est possessionem, non præferetur: ita in hospitali collato à legato concludit de Butrio in consi. 62. in nomine, & cap. hic de duobus. sic dixi suprà de impetratione subreptitia. versic. vndecimo.

Collatio nulla nõ iuuat possessorem.

Decimoquarto, non habet locum in prouisis secundo loco, vt pote si ab ordinario collatum fuit beneficium A. & eodem die à papa B. si non adepta possessione A. resignet. C. qui possessionem adipiscatur, non præfertur tamen prouisio à papa, quia sermo intelligitur de primo. l. boues §. hoc sermone. ff. de verb signi. Et cedens non potuit plus iuris. quàm haberet transferre. l. traditio. ff. de ac. re. do. ita nominatim scribit Cassado decis. 15. de præb.

391 Decimoquinto, non procedit, quando papa contulisset hodie Romæ per resignationem vni. regu. de viginti diebus derogando. Et eodem die moreretur resignans, & ordinarius contulisset alteri, qui prius accepisset possessionem, tunc præsumitur quod prius fuit expedita resignatio: ideo fuit resignatario adiudicata recredentia, An. 1524. die 24. Decembris, in hoc celeberrimo senatu. Et simile arrestum fuit prolatum in vigilia Mathiæ apostoli, anno 1542. quamuis ab ordinario prouisus hora sexta mane fuisset, & hoc in sua collatione exprimebatur: & eodem die fuerat adeptus possessionem, vt audiui in recitatione causæ à D. præside de sancto Andræa. Item præsumitur quod mors impetrationem præcesserit, quando die mortis facta est collatio, vt docet Cassad. in decis. 21. Cardinalis in rubr.

Habẽs collationem per resignationẽ præfertur habenti per mortem. Arrestum.

in rub. de præbend.

Vltimò, si is, qui habuit per concessum acceperit possessionem antequam is, cui facta est prouisio eodem die per fiat, adhuc præfertur is, qui per fiat obtinuit, vt decidit Cas. in decis. 14 regula cancella tu rbr. de præbend. in duabus causis sic iudicatum fuisse, & interpretatum per regulam Inno. 31.

Decimoctauò, non procedit regula huius text. in officiis temporalibus, seu dignitatibus secularibus & prophanis, quia hic text. loquitur de dignitatibus & officiis ecclesiasticis, ergo in aliis temporalibus non habebit locum. cap. fœlicis. de pœnis. in 6. nam verba non conueniunt, ergo nec dispositio l. 4. § toties. ff. de damno infec. & supra dictum extitit de beneficio ecclesiastico & temporali, in tract. nominationum. q. 21. numer. 54. & vide quæ dixi supra in 11. amplia. nu. 74.

Triennium nō currit durante hostilitate.

392 Decimonò, limita in casu hostilitatis vt hic, qua durante dormit præscriptio. cap. ex transmissa. de præscri. non enim erit obiicienda præscriptio temporis, vbi necessitas intererit hostilitatis. dicit text. in ca. prima actione. in fi. 16. q. 3 item ea quæ in beneficiis possidentur, siue quæ metu hostilitatis interueniēte diutius possessa fuerit, præscribi non possunt. c. si sacerdotes, in fin. 16. quæst. 3.

Extēde, si ne vna die durauerit hostilitas, siue pluribus annis, hoc enim tempus quo durauit, siue fuerit magnum, siue paruum, de medio subducetur, & tempus præcedens continuabitur cum sequente. d. ca. ex transmissa. & l. quibus diebus, in princip. ff. de conditio. & demonst. ita quòd licet in aliis casibus, in quibus quis impeditur præscriptio currat contra impeditum, sed datur restitutio. l. sed & si per prætorem. in princi. & §. si feriæ. ff. ex quibus causis maior. isto tamen casu ipso iure præscriptio non currit, sed dormit, secundum Barb in l. naturaliter. col. pen. & seq. versic. quæro an ista vsucapio ff. de vsuca Angel in l. cum notissimi. §. imò. col. fin. C. de præscrip. 30 anno. Alex. consi. 81. reuocatur. col. vlti. in 5. volum. Corne. consil. 92. licet in hac. in col. 2. volum. 4. & casus in quibus præscriptio dicatur dormire, tradit Panormit. & alij in d. cap. ex transmissa.

393 Amplia hanc conclusionem, nedum tempore durantis belli, sed etiam post. quia contra populum hostilitate destructum & bello, non currit præscriptio. Ioan. Francisc. Balb. in tract. de præscri. in 2. parte. 6. partis. in primo casu, quod hodie frequentissimum est.

Limita quādo tempore hostilitatis, vel postea. posset ire ad locum, in quo redditur ius cum saluo conductu vel sine quia tunc si non moueat controuersiam aduersario intra triennium, currit ei hæc triennalis præscriptio. Felin. in cap. accedens. in 2. per illum text. vt lite non contesta. & dicto cap. ex transmissa. Arct consil. 16. præsupponitur. column 2. Ioan. Franc in di. 2. parte sextæ partis princi. in princip. nec vani timoris esset aliqua excusatio. l. nec vani ff. de regulis iuris.

Peste durante non currit præscriptio.

394 Idem in impedimento pestis, quia bonum est argumentum de bello ad pestem, cum pestis dicatur bellum inter deum & homines. Bat. in l. naturaliter. col. penulti ff de vsuca. & in l 1. ff. de bon. pos. quæ ex test. milit. Alex. in l fin. col. 2. C. de test. & in l. 2. §. si quis in iudicio circa princip ff si quis caut. & consi. 30. ponderatis. colum. 2. & consi. 81. reuocatur. colum. 2. in 5. vol. Pan. in d. ca. ex trāsmissa. vbi etiam ampliat, licet reddatur ius in loco vbi grassatur pestis, si aduersarius erat absens propter timorem pestis, contra quam non valent medici nec medicinæ. Paul in l. si ab hostibus. ff. soluto. matri. tamen currit præscriptio, sed datur restitutio. Bar. in l de ætate. ff. ad trebel. quam legit cum §. fin. l recusare de Ripa. in tractat. suo de peste multa congerit pertinentia ad tempus pestis. vide ibi quæ habuit à Io han. præfuitello, qui antea ediderat tracta. de peste. In hac tamen materia vix obtineretur restitutio, nisi liquido probaretur impedimentum, & iustum.

Secundo, contra impeditum postulare propter pestem, vel præsentare intra tempus, à iure præstitutum. non currit præscriptio, & sic non deuoluitur ius ad episcopum. Bald. consil 459. sanctissimæ recordationis. libr. 4. de Ripa in tracta. de peste. fol. 27. versi sed dubium.

Infirmo nō currit tempus.

395 Idem dicendum est si quisquam esset infirmus, per triennium, & eo non posset agere, excusaretur, & non posset possidens triennio gaudere hoc beneficio. saltem ope restitutionis argu. c commissa de elec. lib 6. Nam qui detinentur ægritudine, non sunt abiiciendi, nec alij in locum eorum fuūt consecrandi, nisi ex hac fuerint luce subtracti a pontifices. 7. q. 1.

Idem in absente causa reipublicæ, nam interim non currit præscriptio, si tamen fuerit inchoata, curret sed dabitur restitutio l 1. ff. ex quib. causis maior. l. quod tempore. C. de testa milit.

Excōmunicato nō currat præscriptio.

396 Idem si fuerit iniustè excommunicatus, & non fuerit in mora petendi absolutionem. Bald. Fel. & alij in cap. 1. de præscriptio. nam qui facit vt non possit agere, posse videtur. l. qui potest facere. ff. de regul. iur. cap. fin de elect. l. sed & si §. hæc clausula. ff. ex quib. cau. maior glos. in cap. qnia diuersitatem de concess præbend. licet ibi Panorm. dicat præscriptionem currere cōtra excommunicatū iustè, quamuis non fuerit in mora petendi absolutionē. & si cōtrariū teneat in c. cum inter. col. 1. de excep. dicēs actiones tēporales extingui tēpore cōtra excōmunicatū, qui fuit in mora petendi absolutionem

Idem

Furioso an currat præscriptio

397 Idem in furioso effecto post collationé, beneficij eidem factam, & antequam potuisset agere. Panormi.in ca.cum non liceat. col.1. numero 10.de præscri.per gloss.in l.2. C.de curato. furio.dicentem quòd priuilegia & beneficia collata minoribus in præscriptionibus, & aliis, censetur collata furiosis. Et illam singu dicit Barba.in consil.42.illud col.5.in 1.vol.& Soci.consi.66. viso in 4.vol. Alex.in l.centurio. col.2 ff.de vulg.Ias.in l. tutor.§.1.de iureiur. Purpura.in l.1.col.2.de iurisdi.omnium iud.

Restitutio an post triennium concedatur.

Et an minori detur restitutio post triennium, concludit gloss.in verbo impedimenti,isto titul.quòd sic, tamen restitutionem nunquam vidi concedi in Francia,si tamen propter minas quispiam non egerit intra triennium poterit postea, vt expresè decidit Cassado.decis.2.rub.de in integ. rest Nā cum minor reputetur pro maiore in beneficialibus.ca.fi.de iud. imputetur ei,qui non egit,nisi protestatus fuerit, iuxta text.quia præscriptiones contra maiores currūt etiam contra minores. l. fi.C. in quib. caus. in integ.restitut.non est necessa.vbi Bart. & alij Doct.in cap.constitutus de in integ. restitu. D.Gomes.q.15.nisi eidem ex magna succurreretur causa.l.1.ff. ex quib caus.maie.vide quæ dixi suprà,nume.177.in addit.

Captus à turcis post triennium egit.

399 Idem si facta collatione,is à Turcis captus fuerit,vel incarceratus. & totum triennium non potuisset egredi.nam non computabitur ei tempus.l.2.& ibi not.ff. si quis cautio.cap. significante. de pignor gloss.in prag in verbo impedimenti.eodem titul.vbi idem dicit in pupillo.

Impeditus quādo non excusatur.

400 Idem in alio quocunque impedimento,vt hic. intellige tamen si impeditus non poterat remouere illud impedimentum,alioqui non excusaretur.cap.fi de electio.c. 2.& ibi Dec.in 4.not.de testib.c.cum sit Romana de appella. vnde dicit Innocen.in ca. ex transmissa. de præscriptio. quem refert Fel & ibi.& in d.ca.1.eod.titul.quòd non sufficit allegare impedimentum, nisi doceatur de diligentia adhibita, vt impedimentum vel non eueniret,vel non obstaret.

Impeditus protestari debet.

401 Debet etiam impeditus protestari,aliâs post triennium non ageret,vt dicit hic text. & text.in ca.fi.de appel.vbi Philip.dicit esse optimam cautelam euitandas opiniones, protestari in omni casu de impedimento, & quòd per eum non stetit,nec stat.ca scisci tatus versic.dummodò.de rescrip.c.pastoralis ibi,quasi non fuerint protestati.de exceptio gloss. in ca.cupientes. §.quod si per viginti in verbo proposita.de elect. in 6.& in ca.plerunque.de rescri.multa congerit Feli. in d.ca ex transmissa.col.2. & sequen.versiculo dū subdit abbas.& doc.in d.c.plerūque & cap.cum M. de constit Et an protestatio debeat fieri in scriptis,vide in ca.cupientes. in dict. glos. proposita Bart.Ias.& alios in l.non solum.§. morte.ff.de noui operis nunttia.& doct.in d.ca cum M.& qualiter possit probari impedimentum, tradit Bald.in l.1.C.de dila.Prapositi.in ca.ex ratione. col.5. de appella.Alexā.in l.2.§.quod diximus ff.si quis cautio.dixi plenè in practi. mea rubri. de exceptis. gloss.2.& in rubr.de collat.§.1. gloss. impedimento in concorda.& istius impedimenti protestatio debet si possit intimari possessori beneficij ante triennium, vt hic dicit text. & debet in hac intimatione seruari cōsilium Viennen. descriptum in cle.causam. de electio.quia sicut propositum in mente retentum nihil operatur l.si repetenti.C.de condict.ob cau.dator.ita ista protestatio quam alius ignorat ante intimationem,nihil debet operari in præiudicium ignorantis.Dec.in cap.cum M.colum.7. versic.2.conclusio.de constitu.ca cumana & ibi Panor.de electio.multa possem hic de impedimento inferere, quæ ne in longum protraham,missa facio.

402 Primò, fallit quando is,qui habet protestari, esset per trienium incarceratus,vel vi ab hostibus detentus,seu valetudine aduersa,tunc licet non fuerit protestatus, quia non valuit agere, tamen poterit,cum ista constitutio ad impossibile non velit nos obligare,nam lex possibilis esse debet,cap.erit autem lex 4.dist not.do.in cap.1. quod met. caus.do Gomes.hoc expresè decidit,qōe. 57.vbi supra.

Trienniū quādo prorogare possit.

403 Secundo,fallit secundum eum,quando fieret prorogatio istius temporis antequam lapsum esset triennium propter bellum,vel aliud iustum impedimentum, impetrando in hoc regno literas regias. vt prorogaretur triennium ad vnum annum,vel ad aliud tempus visis bullis, & impedimentis,& hæc est noua practica, & sic consului cuidam, qui regis legatione fungebatur,vt faceret sibi prorogare triennium, quia erat impeditus agere, & obtinuit literas regias, licet quia aliæ in hoc regno non impetrantur, ego tamen vellem & à papa & à rege impetrare, quia concordata ab illis edita sunt,& titulus beneficij à Papa & non rege datur.

Resignatio nō potest admitti ab alio quā ab episcopo.

404 Vigesimo. fallit si resignatio beneficij fuerit facta in manibus inferioris episcopo,& per eum admissa, & pars cui fuit collatum illud beneficium resignatum,possederit per triennium, non enim iuuabitur hoc decreto,quia hæc renunciatio & admissio factæ coram alio inferiore episcopo,sunt nullæ. ca.admonet.& ibi nota & c.quod in dubiis.de renuncia.cap.quæsitum. de rerum permutatio. nisi episcopus ratam illam admissionem habuerit, & collationem, ideo actus dictæ collationis & admissionis nec quo ad possessionem acquirendam, nec retinendam, seu continuandam,nec quo ad præscriptionem inducendam,vel complendam iuuare potest.ita expresè tenet de Bellamera in consilio 10.factum est tale in 7. dubio.

dubio: quia quod de iure nullam est, non potest aliquem operari effectum, nec potest dici coloratum Hostien. in cap. olim. de except. dixi plenè in repet. l. quod iussit. no tab. 2. in 4. limit ff. de re iudi. Idem in per-
405 mutatione quæ ab inferiore Episcopo non potest approbari, nec coram eo fieri, c. quæsitum. vbi doctor. de rerum permut. nisi hoc haberent ex priuilegio, per gloss. singu. in verb. proprij. clemen. 1. de reb. ecclesiæ non alienand. vbi addidi. Et an capitulum sede vacante possit admittere resignationem mortuo episcopo, quod sic, probat Io. Francis. in tract. de offic. & potestate capitul. sede vacante in 2. q. secundæ partis. versicu. quæro an capitulum, & ca. vi de ibidem. & extrauag. execrabilis. §. cæterum. & ibi gloss. de præbend. in extrauaga. Ioann. 22.

Permutatio ab inferiore episcopo approbari non potest.

Aliæque multæ reperiūtur limitationes, & casus excepti, quamuis do. Igneus in repet. l. necessarios §. non aliàs. numero. 284. ff de senatuscon. Silla. dicat non inueniri, nisi tres casus, & non licere vltra extendere, sed non dicitur extendi quod ex mente elicitur. l. non ini s. ff. de verb signific. & supra dixi. Imo si quis possessor post triennium confiteretur iniustum esse titulum suum, non prodesset hoc remedium. Gomes. q. 36. super hac regula istud firmat, dixi in repetit. l. quod iussit. in 2. notab. ff. de re iudic.

406 Et an capitulum possit requiri vacante sede, dixi in §. si quis vero. in glos. dispositio circa finem. de collat. Et an per illam requisitionem præueniri possit papa? adeo quod si nominatus vel graduatus requisierit capitulum, quod recusauit conferre, demum aliquis collationem obtinet à Papa, nominatus, qui primo requisiuit, etiam obtinuit collationem à metropolitano post papæ collationem, vter præferatur? Respon. dominatus quia capitulum potuit conferre postquam collatio erat necessaria. cap. 2. ne sede vacante.

Per requisitionem an dicatur papa præuenire.

Item plana est ordinatio, & in propriis terminis ad hoc edita per Ludouicum 12. arti 14. inter publicatas, anno 1512. quæ est in rub. *des preuentions apostoliques*, contra quem iudices regii iudicare non debent, alioqui essent periuri. & sic suis officiis saltem priuandi, cum in principio iurent iudicare secundum regis ordinationes, vt patet in rubric. *des sermens*. articu. 3 & in authent. iusiurand. quod præsta ab his. item nec iudices à papa dati, cum prohibeatur eis iudicare contra. concorda. §. 1. de firma & irreuoc. concord. stabili. ibi, & sic per quoscunque iudices, &c. & ista sunt etiam in cordatis statuta. ergo secundùm ea debet iudicari. Secundò, probatur quod ista sunt in concordatis statuta, per §. declarantes, de mandat. vbi declarat papam vel le conferrè liberè beneficia quomodocunque qualificata iure præuentionis, ergo alio, iure non vult conferre, sed quando nominatus requisiuit beneficium sibi conferri præuenit papam, igitur papa non poterit conferre iure præuentionis, neque in præiudicium nominati vel nominatorum, qui requisiuerunt, cum tantum præuentionem sibi retinuerit, & non potest dici præuenire, quando nominatus requisiuit, vt infra patebit.

407 Tertiò, bonum est argumentum ab illusione vocabuli. l. 2. §. appellata. ff. si cert. per. sed præuenire, dicitur anteuenire, ergo quando nominatus ante venit ad ordinarium, quam alius ad papam. papa dicitur præuentus, & non poterit conferre iure præuentionis amplius, nec alio iure in præiudicium illius qui iure requisiuit, quia cum ipse papa sit cultor & auctor iustitiæ, non patitur contra iustitiam aliquid fieri, nec ipse vult facere cap. vno. de alienat. feud. Item si papa tibi confesat beneficium, quod ordinarius mihi absenti contulerat, non valebit papæ collatio tanquam præuentis, licet ante acceptationem ius mihi non sit requisitum, vt meum dici possit, cap. si tibi de præbend. in 6 & quia per suam collationem non intēdebat excludere collationem factam, sed faciendam. cap. audita de restitut. spoliat. sic expressè concludit Collecta in cap. fin col. 2. de sortileg. sic nec papa intendebat conferre beneficium iam affectum, cum id non expresserit.

Præuenire quid, & quomodo dicatur.

408 Quartò, non refragatur si dicatur præuentionem per collationem fieri, ergo antè non dicitur. Respondeo, etiam per requisitionem & petitionem præuentionem fieri in iudicialibus, si alter ex reis credendi petat, adeo præuenit, vt alteri non possit fieri solutio. l. ex duobus, & ibi Bar. & Imol. ff. de duobus reis. & in iurisdictione voluntaria per interpellationem peruenitur & præoccupatur iurisdio. l. 1. & 2. ff. de officio procos. Ias. in l. si pluribus. numero. 25. ff. de legat. primo. Et quod per requisitionem nominati affectum sit beneficium, & ei debeatur, declarat tex. in §. tenetur. in fi. de colla. Et si papa voluisset præferri post requisitionem, dixisset, iure prælationis volumus conferre in d. §. declarantes, vel iure præuentionis collationis. Sed simpliciter dixit iure præuentionis, ergo quomodocunque fit præuentus, non intendit papa conferre, & petitio seu requisitio nominati vel graduati præuenit, & adeo afficit beneficium, vt ordinarius postea non qualificato minimè possit conferre, non tamen afficit alios qualificatos, quo minus requirere possint, & requisitione facta, ordinarius potest gratificare vnum ex expectantibus graduatis, in mensibus illis præstitutis. l. cum quidam. in 2. & ibi Paul. col. vlti. ff. de leg. 2.

409 Quinto dolus nō debet alicui prodesse l. fi. le

l.si legatarius,cum similibus.ff.de dolo,sed episcopus post requisitionem vel ante mitteret Romam,vt haberet collationem à papa pro suo nepote antequam nominatus veniret ad superiorem,& sic cum suo dolo lucraretur.item daretur materia delinquendi,quam totis neruis iura propulsant.l.cōuenire.ff.de pact.dota.nam semper pro magnis beneficiis collator mitteret cursorem ad papam, & interim aleret nominatum & verbis remoraretur illum, vt non adiret superiorem,& sic excluderet eū,quod summopere debent tollere senatus Franciæ, & huic cautelæ obuiare.

410 Sextò,cōditio debet haberi pro impleta,quando non stat per eum,qui illam implere debet.l.in iure ciuili.ff de conditio.& demonstr. sic & collatio debet haberi pro facta à die requisitionis, postquam nō stetit per nominatum, ne malitia vnius noceat alteri, nam si prima die requisitionis bonam fidem agnouisset collator, eidē requirenti contulisset , & sic præuenisset papam etiam in conferendo,sic etiam dicitur præuenire in requirendo,quia papa voluit tollere negligentiam ordinariorum nō cōferentium.& nominatorum non requirentium, ideo sibi ius præuentionis retinuit, non prælationis

411 Septimò,si aliud diceretur,libertas & facultas conferendi beneficia ordinariis adimeretur,& concordatum in fauorem regni & regnicolarum editum in odium illorum retorqueretur,& res nummariæ Galliæ exhauriuntur , contra ea quæ dicuntur in proœ.concorda.quia si primus collator & secundus non conferent semper papa præueniret. nam aliquando audiui quòd nepos habeat episcopatum , & patruus archiepiscopatum, si nepos episcopus recusabat,archiepiscopus nunquam iure deuoluto cōferebat,interim illa beneficia per phas & nephas obtinebant, quia abusus iper senatum deberet reformari , & requirenti possessorium adiudicari, licet primam collationem non habuerit.

412 Octauò,non me mouet ca. vltimum,de conces. præbend.in 6. quia loquitur in gratia papæ seu prædecessoris , quam potest successor facilè reuocare, etiam si beneficium fuerit acceptatum per expectantem apostolicum, quia prædecessor non potuit legem imponere successori,vt plenè dixi in præfat.ad rubri.de colla.in concord.sed in nominationibus secus est , quas papa non concedit : neq; prædecessor. ergo nec solus eas reuocare poterit, vt dico in quæst.vlti. tracta.nomi. eas reuocaret saltem quo ad illud beneficium , & sic quo ad partem, si post requisitionem conferret,ergo non potest, & sic cessat illud quod dicit Imol. in ca.inter cætera col.3.de præbend.Et Felin. in c.capitulum.ver. de duabus. de rescript. nume. 16. quòd post acceptationem apostolici potest papa conferre,quia hoc verū, vt dixi,in expectante apostolico, & de iure antiquo, secus per concordata , postquam papa ius tantum præuentionis retinuit,nisi conferret insequendo tenorem concordatorum,vt scripsi in §.statuimus.1.in gl.gratificare de colla.in concorda.

413 Vltimò quando quæstio est dubia in iure canonico , & est planè decisa per ius ciuile , tunc statur illi decisioni factæ per ius ciuile, etiam in foro canonico , vel econtrario.c.Raynutius. & ibi docto. de testa. sed de iure est dubium an appellatione præuentionis veniat simplex requisitio , ergo stabimus declarationi factæ per ordinationem regiam, etiam in curiis ecclesiasticis, quod est notandum.Alia missa facio,ne sim prolixus, alibi plena manu scribam. hæc tamen interim non sunt contemnenda. alià dixi in dicta glos iure præuentionis.si tamē quis velit alia videre,recurrat ad gl. prag. sanctio.ne eas hic transcribam, sicut quidam putant me facere , & nil vltra scribere , hoc tamen ex suprascriptis satis superque disgnoscetur.

Hic sistere calamum, & receptui canere ordinariæ iubent lectiones nostræ,quas,& adagio dictante ordinem deserere , & sic multis obrutus sum negotiis , nolui , vtilitatem publicam alternis horis, vel scribendo,vel interpretando, pluris facies , quàm priuatam , quæ mihi contemptui fuit , vt hæc breui(quasi Glauci ars)congesta fuissent,& commodum nostris affere possent: quod futurum spero.& quia dicitur primæ ad Thessalonic.5.cap.In omnibus gratias agite, Igitur agam Deo Optimo Maximo, immensas gratias in sempiternum. Amen.

Spes mea Christus.

SVBTILISSIMA
NECNON VTILISSIMA L. VNICAE,

C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt.olim apud Bituri-
ges aperto pectore dictata repetitio,& nunc reui-
ſa,areſtisq; ſupremi ſenatus decorata ab egre-
gio viro D.Petro Rebuffo de Montepeſ-
ſulano,Iurium Doctore,& Comite,
in iure pontificio Pariſ.publico
profeſſore,ac in Pariſienſi
Senatu aduocato.



LVGDVNI.
Ad Salamandrę, apud Claudium Sennetonium.
M. D. LXVI.

SACRATISSIMO PRAESVLI,

REVERENDISSIMOQVE PATRI D. ANTONIO à Prato, Sacrosanctæ Ro. ecclesiæ præsbytero cardinali: ac in Gallia à latere Legato, atque meritissimo Cancellario, Petrus Rebuffus, I. V. doct.

S. P. D.

QVANTO fuerit tarquinius Priscus, dum Romam cùm rebus suis commigraret, miraculo, nemo vnus ignorat, sacratissimè pater. Qui cùm ad Ianiculum fortè peruenisset, Ibi carpento sedenti cum vxore, aquila suspensis demissa leniter alis, pileum abstulit: superque carpentum magno cum clangore volitans, rursus velut ministerio diuinitus missa, capiti (quem sensim abstulerat) aptere posuit. Inde (si Liuio credimus) sublimis abiit, ac paulò post ingenti cum consensu po. Ro. regnare iussus fuit. Verum enimuero quæ de Tarquinio modo iactauimus: etsi Romanorum animos in tantam admirationem rapuerint, longè tamen maiori miraculo, nedum Gallis hominibus, sed omnibus (vt ingenuè fatear) tuum apud Tolosates extitit præsagium. Nam cùm illic regis munus aduocati pro tua singulari facundia præclarissimè (vt soles omnia) gereres fato quodam angelus (vt plane creditur) sub nimei specie viri ad modum senis, diuinitus tibi in quadriuio, quàm Hannibali (cui inquiete iuuenis quidem diuina specie, qui se à Ioue missum diceret, ducem eum in Italia futurum prædixit) te ad summum dignitatis apicem post archipræsidis, & Cardinalis gradus (licet cum vxore tum ageres) à Deo op. Max. natum esse præannunciauit. O rem admirabilem, omni laude, prædicatione, literis, monumentisque decorandam. O rem incredibilem, omnibus etiam antiquis factis ante ponendam: vt quem Deus magnopere Reipub. Gallorum idoneam, commodissimumque. Atlantem futurum nouerat: insigni quodam præsagio nobilitare voluerit. Quæ cum mihi iamdudum Tolosæ per fidelissimos testes, hunc etiam rei præsentes, comprobata fuissent, nō potui sane tam diuina, tamque præclara tuæ dignitatis fastigia (licet a multis magnifice, varieque celebrata) hoc tamen nouo præsagii genere non admirari solùm, sed & perpetuis laudibus prosequi. Solent enim ita præstantissimis viris, nescio quo fato, diuina quædam prodigia accidere: quò perfecta virtus & gloria, deorum etiam testimonio confirmata videatur: quod in Galba, Vespasiano, Domitiano Imperatoribus: ac in Platone, Virgi. Cicer. compluribusque aliis (quos breuitati studens omitto) maximis viris videri potest: & in te satis fata demonstrarunt: vt interim taceam diuinam ingenii tui dexteritatem, memoriam (instar Mitridatis) tenacissimam, incredibilemque iuris cum diuini, tum humani scientiam: quæ tanta est, vt non iniuria iuris nostri asylum dicaris. Fati autem tuæ eruditionis supremam fidem primiseria (vt ita loquar) dignitas illa, quam tuis vnius meritis, tubque marte, in florentissima nostra Gallia (pace omnium, ac tua dixerim) es consecutus. Cuius vices tanta obiisti semper æquitate, vt iure optimo dicere possim, & citra adulationem, te vnum esse quem præsens seculum suspicit, quemque futura perpetuo mirabitur ætas. Aristides (quantum accepimus) vnico actu iustitiæ, quam vnicè amauit, à veteribus Iustus cognominatus est: qui tamen si tecum conferatur, haud scio an iustus appellari possit: iustitiam enim sic semper coluisti, vt nihil æque. Quandoquidem intelligebas obseruandum esse ei, qui tam frequenti præest multitudini: in eo præsertim regno, quod ætate nostra cætera multis nominibus non æquat tantum, sed superat. Cyrus Persarum rex à Xenophonte commendatus est, quòd plures oculos atque aures haberet: dicebat enim oportere principē aurituū esse, oculosque Argi seu Iani habere: quo nomine tu mihi videris laude dignissimus: vt qui tam oculate intendas reipublicæ, vt raram istam tuam in administranda republica diligentiā nemo non miretur. Qua in re longe dissimilis es Philippo Macedonum regi (vt est apud Plutarchum) illum anum (quæ eum frequenter interpellarat, vti causam suam cognosceret) neglexisset: ac diceret sibi non vacare vt causam tractaret: audiuit: ergo nec rex esse velis. Tu verò profectò neminem explodis, quin omnes pro tua singulari humanitate admittis: qua vna fretus, non sum veritus lucubrationes multis me hercule vigiliis, ac sudoribus redemptas, & ex vmbra in solem eductas, reuerendissimè pater, dignitati tuæ nuncupare: non quòd putem dignas esse quæ in manus tuas perueniant, sed vt hoc munusculo (quantulumcumque est) meam in te prodam obseruantiam: quæ maior est, quàm vt facilè credas. Auxit autem animum meum aliòquin deiectum, quòd intelligam te studiosis impense fauere: doctisque instar Nicolai quinti pōtificis maximi, qui cum nunciatum ei fuisset quosdam esse Romæ, qui bonos versus ederent: negauit bonos esse. Cur enim (inquit) ad me non veniunt? qui poetis etiam malis pateo. Molestè tulit vir ille sapiens, quosdam Romæ agere, qui scirent, & ne sciretur quod tu (quemadmodum audio) diligenter obseruas; doctos enim humanitate excipis, vberibus, pensis premiis, patrocinio alumnos, nominisque tui claritate illustras. Quare commentarii nostri, in id quod interest, pater optime, tuis auspiciis in publicum exeant & me in tuorum numero ascribi sustinebis: vt tui nominis celebritate nihil formidem sugillatorum calumnias: quibus & si dicio vestra non probetur, quia paroemia dicitur, N. Ispiter quidem omnibus placet: susque deque feram, si modo tibi probata, ac aliis doctis (ex quorum iudicio pendeo) fuerit. Nil enim moror quid de me sentiant imperiti: sed quàm bene aut male apud peritos audiam: quos in hac re æquissimos mihi futuros iudices, & spero, & opto. Tuo igitur auxilio communitus, non est quod reformidem. Vale pater amplissime. Dignitatem tuam incolumem nobis seruet Deus Opt. Maxi. Datum Parisiis, Anno 534. post milesimum 5. Idus Martias.

CONSVLTISSIMO VTRIVSQVE Iuris, domino Iacobo Clerico Cotierio, maximo Regis referendario, Petrus Rebuffus I. V. doctor. S.

SI ANTIQVAM & percelebrem clericorum familiam Mutianæ comparare velim, imò maioribus encomiis extollere: nemo mihi (qui horum præclara nouerit facinora) vitio adscribet, dignissimè referendarie. Vti enim duo Mutii etiam omnibus in rebus similimi fuerũ, extra id quod alter erat consultorũ disertissimus, alter disertorũ consultissimus: ita in clericorum familia duos simillimos intueri quisque rectè potest: qui nedum vniuersitatem, verùm ciuitatem, imò & vniuersam Galliam illustrant. Horum alter theologorum doctissimus, iuxta atque optimus, iamiam vno omnium ore celebratissimus est: hic sacras ad populũ conciones tanta omnium admiratione indies habet, vt ad eum plenis vndique viis eatur: suo quandoquidem verborum lepore omnes allicit, sententiarum grauitate suspendit, & concionis dulcedine ac viribus flectit omnes: rursus tam modestus, vt etiam infimis se non grauatè incuruet: veritatem sibi præcipuam semper elegit, & iniquam hæreticorũ sectam odio (cane peius & angue) prosecutus est: adeò quoque contemplationi incumbens, vt momentarium respirandi vix sibi permittat ociolum. Crassus Mutianus multis de causis clarissimus habebatur, quòd ditissimus, nobilissimus, eloquentissimus, iurisconsultissimus, & pontifex maximus fuerit. His omnibus patrem tuum egregium in senatu Parisien. consiliarium ornatum, extra vltimum, nemo ignorat: præter hæc, est omni virtutum genere instructissimus: ipsaque probitate melior, sinceræ vitæ, æquitatem (quam ille Mutius recusauit) in omnibus amplexus est: in forensique iudicio multipliciter: doctus & præter modestiam, quis non meminerit quã sit religionis & pietatis ardens cultor? quo non alius prudentior, doctior, religiosior, ac omni virtutum genere clarior: cuius eruditioni prudentiæ, ac virtutibus, pulcherrime respondes: fato enim quodam etiam clericorum familia filios patribus, similes, imò verius præstantiores (vt de Q. Mutio filio, Celso, & Aelio dicitur) produxit. Nam vt de te primo loquar, qui maiores natu, percelebri familiæ maximã honoris accessionem adiunxisti: quoniam tu tam nitetis maioribus ornatus, tamque facundus existimaris, vt si ipse Hermes celo descenderet, nec elegantiore, nec beatiore facundia vsurus videretur. Non taceo quam sis vtriusque iuris etiam cognitione clarus, eloquens, virtutibus ac nobilitate insignis: suarum vestigia virtutũ sic vbique impressisti, vt maximus ille cancellarius in suorum affinũ numerum iure te locauerit. Fama deinde tua adeo progressa est, vt ad aures Opt. Max. principis, qui te senatoria donauit dignitate, perueneris. Eo loci adeo exactè muneris tui vices curasti, vt primo quoque tempore, maximi officio referendarii, te rex Christianissimus decorauerit: per belle cogitans, officium tua authoritate & virtute illustrius reddere. Præterea fratres tuos, non modo iurisconsultissimos, verumetiam Græca pariter & Latina lingua eruditos, ac summa ingenii & linguæ gloria præditos, omnibusque animi dotibus cumulatissimos, quis non nouit? Vsque adeo enim commendabiles sunt probitate, scientia, integritate, fide, veritate, ac omnibus virtutibus, vt conspicuam Clericorum familiam omnes prædicent: & nomen Clerici bellissime illis conuenire existiment, tũ quod nihil non diuinum animo menteque agitent, tum quod docti clerici sint. Porrò licet euehendis tam insignis familiæ laudibus (quæ nec Chrysippi, nec Didymi voluminibus comprehendi possent) intelligam me parem esse non posse: id vnũ tamen silere non possum etiam quòd me sponte tua obuiisque vulnis, ne quidem de facie notum, inter amicorum ordines retuleris: quod tamen minime videri debet mirum: nam studiosos quosque complecteris, & amas, authoritate tueris, splendore ornas, atque benignitate foues, nil fuci gerens, vt omnes tibi addictissimos facias: quæ cum ita sint, etiam atque etiam oro, vt me reuerendissimo domino Legato, quantus sum, atque opera mea offeras, & oblatum commendes: quod si (vt spero) feceris, tantum tuæ debebo humanitati, vt nullis officiis, nulla opera, labore, industriaque vices queam rependere. Vale. Apud Parisios anno 1534. post millesimum, & 5. Idus Martias.

CONCLVSIONES EX REPETITIONE L.

vnicæ, C. de sentent. quæ pro eo quod interest, proferuntur, elicitæ, & publicè apud Bituriges, inter legendum disputatæ, incipiunt.

1 IVRE diuino, interesse inuentum asseritur:
2 Imò iure ciuili, citra contrarietatem tuetur. Vide in præfat. nu. 5. & seq.
3 Ante moram interesse debetur:
4 Sed non deberi iurisconsult. defendant. In præfat. num. 24. & seq.
5 Interesse partis, princeps remittere potest:
6 Non posse etiam iuri est consonũ. In præfa. nume. 30. & seq.
7 Appellatione interesse, venire rem, certi iuris est:
8 At non venire defendetur. In præfa. nume. 48. & seq.
9 Noua cæteris reprobatis, continuatio datur. In præfa. nu. 80.
10 Pacto de retrouendendo, nunquam præscribitur contra communem:
11 Imò triginta annis posse iuris est. In nota. j. nume. 52. cum seq.
12 Ratio Barto. & aliorum (cur in casibus incertis interesse non taxatur) non est sufficiens: ideo noua dabitur. nota. iij. in fine. & no. vij. in fine.
13 Nouus intellectus ad l. Titius. & seq. iuricon formis describitur. nota. iiij. numer. 15. cum seq.
14 Noua ratio, cur in certis casibus ad duplum tantum taxauit Imperator: (cæteris reprobatis) assignatur notab. v.
15 Interesse in casibus certis non potest vsque ad duplum peti.
16 Contrarium asserere, Iurisconsultorum est. Vide in vj. not.
17 Noua diffinitio interesse datur. in gl. prout. nume. 23.
18 Non esse dabile interesse conuentum, Soci. asserit, in gl. j. nume. 14.
19 Vnum tantum esse interesse, pro Petro, indubitati iuris est.
20 Imò multiplex esse, pro communi, defendetur.
21 Nõ esse dabile interesse, pro Alciato dicetur.
22 Imò contrarium asserere, non erit pertinacis. in glo. j. nume. 24.
23 Non reperiri interesse, inæstimabile, contra omnes doctores certum est. gloss. j. numero 28. & seq.
24 Imò reperiri docto. affirmant.
25 Nouæ definitiones ad interesse cõuentum commune, & singulare, cæteris reprobatis inueniuntur. glo. j. nume. 50. cum seq.
26 Iuramentum in litem, hac constitutione coarctatur.
27 Imò non coarctari Alcia. defendit: cui respondetur. glo. j nu. 94. cum seq.
28 Nouus intellectus ad l. libertus, qui soluendo st. de bo libert. datur in glos. j. nu. 115.
29 Nouæ definitiones ad interesse intrinsecũ, & extrinsecum, iure probantur. Vide in gl. j. nume. 149.
30 Nouus intellectus ad §. si quis, de honoribus. l. iniuriarium. ff. de iniur. datur in glos. j. nume. 165.
31 Noua ratio ad text. cur contractus potius, quàm delicta expresserit. in glos. in omnibus casibus. nume. 3.
32 In delictis interesse taxatur hac lege: contra Alcia.
33 Noua & facilis declaratio, qui dicantur casus certi & incerti, vltra do. 10. hactenus dabitur. in glo. quantitatem.
34 Singulare interesse non consistere circa affectionem solam: contra communem opinionem doct. tenetur, in glo. j nu. 50.
35 Interesse incertis vltra duplum peti posse, verum est.
36 Non posse, sustinebitur. in glo. dupli.
37 Etiam si intrinsecum debeatur, extrinsecum petitur.
38 Sed contrarium commune est: vide gloss. dupli. nu. 31.
39 Venditorem non teneri de tradendum asserimus.
40 Imò teneri Iurisconsulti autumant. vide in glos dupli. nu. 35.
41 Nec interesse conuentum, nec commune, duplari sentimus.
42 Imò & commune, & conuentum, posse tenebimus. in glo dupli.
43 Interesse extra rem deberi, certi iuris est.
44 Imò non deberi, Iurisconsulti affirmant. vide in glo. dupli. nume 65
45 Pœna adiecta dationi quantitatis, debetur.
46 Imò non deberi, Iurisconsulti arbitrantur. vide in glo. proferuntur. nu. 23 in glos. j. & in glos. dupli.
47 Nouus intellectus ad l. fin. ff. de pericu. & commod. rei vend. datur. vide in glos. vlti. nume. 11.
48 Nouus intellectus ad l. is cui. §. fina. ff. de furt. depromitur. In gloss. vlti. num. 16 cum seq.
49 Interesse lucri cessantis non debetur. Vide in glos. vltima.
50 Imò deberi, iurisconsulti defendunt.

- Interesse.
  - 2 Inæstimabile.
    - 3 Non petibile.
      - 5 Publicum.
        - 7 In ciuilibus consistens.
        - 8 In criminalibus.
      - 6 Priuatum.
    - 4 Petibile.
      - 13 Propriè.
        - 14 Legale.
        - 15 Iudiciale.
          - 16 Commune.
            - 9 Vltionis.
            - 10 Applicationis.
            - 25 Intra rem.
            - 33 Extra rem.
              - 26 Actionis amissæ.
              - 27 Circa damna & expensas.
              - 28 Interesse iuris interitus.
              - 29 Mutationis personæ.
              - 30 Mutationis fori.
              - 31 Ex delicto vel quasi.
              - 32 Ex contractu vel quasi.
              - 34 Honoris.
              - 35 Commodi.
                - In lucro.
                - In damno.
          - 17 Singulare.
          - 18 Affectionis.
          - 20 Conuentum.
            - 19 Affectionis cum vtilitate.
            - Solius affectionis.
              - 21 Certum.
              - 22 Incertum.
                - 23 Totale.
                - 24 Particulare.
      - Largè
  - 11 Inestimabile.
    - 12 Petibile.
    - 36 Nó petibile.
      - 37 Quo mediante nil petimus.
        - 38 Ex caussa probabili, sed non honesta.
        - 39 Ex cassa honesta, sed non probabili.
      - 40 Quo mediante petimus ex caussa honesta & probabili
        - 41 Mœroris.
        - 42 Pudoris.
        - 43 Valoris.

PRAEFATIO REPETITIONIS l.vnicæ,C.de sententi isquæproeo quod intereſt,proferuntur.

Epitomæ Præfationis.

1 *Materia intereſſe difficilis,ſubulis,vtilis & continua.*

2 *Diuiſio totius huius operis,& materia.*
Mechanici qui Socrati.

3 *Intereſſe quo iure inuentum cum nu.ſeq.vſque ad nu.25.*

4 *Intereſſe eſt damnum:ſeu damni æſtimatio..*

5 *Mercenarij opus non morari vſque mane,ita vt damnoſa ſit dilatio.*

6 *Dans damnum tenetur de iure diuino compenſare.*

7 *Naturalis æquitas non vult aliquem locupletaro cum aliena iactura.*
Arguit intereſſe eſſe de iure naturali.

8 *Iudex debet ſupplere ne quis locupletetur cum aliena iactura.*

9 *Damnum tua cauſſa paſſim mihi reſtitui,æquitas dictat.*

10 *Naturalis ratio ſuadet,vt benefacienti benefaciamus.*

11 *Intereſſe inuentum de iure gentium arguit.*
Ius gentium dicitur, quo omnes gentes vtuntur

13 *Francigenæ nunquam committunt vſuram.*

14 *Intereſſe à gentibus inuentum ſicut contractus.*

15 *Intereſſe de iure canonico eſſe arguit.*

16 *Intereſſe videtur quod ſit de iure ciuili.& nu. 17.19.*

17 *Lex ciuilis vbicunque addit vel detrahit iuri gentium vel naturali,efficitur ius ciuile.*

18 *Ius ciuile addit actionem pro intereſſe.*

19 *Vnumquodque ſimile ſuam generat ſimile.*

20 *Intereſſe generat actionem mediante obligatione.*

24 *Reſolutio quo iure intereſſe ſit inuentum.*
Intereſſe de iure diuino origine,ſeu inuentione. 21.

22 *Lex diuina prima & vniuerſalis origo omniũ legum iustarum.*

23 *Impediens alium à beneficij conſecutione,cum damnificat, & ad reſtitutionem de iure diuino tenetur.*

24 *Intereſſe ex mutuo in foro conſcientiæ ſeptem cõcurrentibus debetur.*

25 *Debitor in foro conſcientiæ tenetur ad id quod intereſt creditoris etiam ante moram.*
Intereſſe etiam ante moram in foro conſcientiæ debetur:ſecus de iure ciuili.
Homines de ſuis facultatibus ſepe plus ſperant, quàm in eis ſit.

26 *Sorti quicquid accedit,vſura eſt.*

27 *Sancte intereſſe petitur.*

28 *Caſus in quibus licite recipitur vltra ſortem remiſſiue.*

29 *Intereſſe receptione de iure gentium,approbatione de iure canonico, de iure ciuili quoad formam producendi actiones,& taxandi.*

30 *Intereſſe partis princeps remittere non poteſt.*
Princeps.ſicut non poteſt totam rem auferre,vel eius dominium,ita nec rei partem.

31 *Papa,Imperator,aut quiuis princeps vſuras non remittunt.*

32 *Vſurarius cedendo bonis non liberatur.*

33 *Princeps non poteſt remittere ius partis.& nume.34.*

35 *Princeps in ſui præiudicium poteſt remittere intereſſe.*

36 *Clauſula in gratiis apponi ſolita.*
Ablatiui abſolute poſiti inducunt conditionem, & gratiam reddunt conditionalem.

37 *Idem in literis releuamenti.*

38 *Princeps intereſſe partis taxat:inſpecta tamen qualitate delinquentis,& facultate,& poſſibilitate,& nu.39.*

40 *Aeſtimatio quomodo fiat.*

41 *Intereſſe poteſt remitti ſi ſit ſtatutum populi,vel ſi hoc fiat in conſilio generali.*

42 *Idem in conſuetudine.*

43 *Intereſſe partis princeps ob pacem habendam remittit.*

44 *Princeps ob bonum publicum poteſt ius priuati auferre.*

45 *Princeps auferens ius priuati non debet recognoſcere ſuperiorem:& debet apponere clauſulas derogatorias.*

46 *Princeps condendo legem generalem poteſt ius priuati auferre.*

47 *Intereſſe appellatione quid veniat.*

48 *Rem debitam poteſt petere qui fecit pactum de non petendo, ſuper iniuriis,intereſſe,damnis & expenſis.*
Intereſſe aliud res debita.

49 *Re debita improprie venit intereſſe nomine, quando alias libellus nihil operaretur.*

50 *Maxime ſi apponeretur dictio, omnia remiſit.*

51 *Fructus appellatione intereſſe longe comprehenduntur.*

52 *Item & damni appellatione,& numero 53.fallit nume.54.*
Diſtributiones quotidianæ non veniunt appellatione fructuum.

53 *Creditores reuocant alienata in fraudem,vbi agitur de damno.*

54 *Fructus non veniunt damni appellatione quando in conuentione,vel lege exprimeretur.*

55 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*

56 *Differentia inter damnum & furtum.*
Damni appellatione proprie venit diminutio patrimonij.

57 *Expenſæ an veniant appellatione damnorum, & nu.58.& 59.*

& numero 58.& 59.

58 *Expensæ minuunt patrimonium, sicut damnum.*

60 *Expensarum appellatione non continetur rei pretium.& numero 61.*

61 *Expensæ an veniant fructuum appellatione remissiuè.*

62 *Expensæ non veniunt appellatione interesse.*

Iudices condemnant ad expensas, damna & interesse.

63 *Iniuriã remittens non videtur remittere damna & interesse.*

64 *Cautela.*

65 *Interesse in lege positum, intelligitur de pecuniario.*

66 *Promissio de stando iuramento partis super interesse, damnis & expensis, valet.*

67 *Potest tamen per promissorem reuocare ante declarationem.*

Iudicium habet vim stipulationis.

Declarationi interesse & expensarum standum, si est iusta: alioquin habebitur recursus ad arbitrium boni viri.

68 *Promissio refectionis expensarum, intelligitur de moderatis, non effusis.*

69 *Interesse quot modis capiatur, cum numero seq. vsque ad numero 79.*

Interest, pro præsens est.

70 *Interest, pro differt.*

71 *Interest, pro, immediè est.*

72 *Interesse, pro quadam vtilitate non facile æstimabili.*

Reipublicæ interest subiectos habere locupletes.

Item ne vrbs ruinis deformetur.

73 *Reipublicæ interest dotatas mulieres esse, & dotes eis conseruari.*

74 *Munera per ditiores & potentiores regi, & nõ per pauperes, reipublicæ interest.*

Agricultores non debent in consules aliquius loci eligi, vbi est copia sapientum.

75 *Reipublicæ interest, ne delicta remaneant impunita.*

Item ne quis re sua male vtatur.

Item habere magistratus à quibus iustitiam recipiamus.

76 *Testamenta mandari executioni, & ne rumpantur reipublicæ interest.*

Item partus non subijci.

Item nihil rapi tempore incendij, ruinæ, & naufragij.

77 *Creationes officiorum inimicitia non fieri, sed ex commodo, reipublicæ interest.*

Item riuos & cloacas purgari.

78 *Interesse hoc quomodo accipiatur.*

Pecuniosores estimantur regulariter.

Interest mea, idest, aliquod commodum amitto.

79 *Glossæ continuatio.*

Sententia certa super eo quòd interest, an ferri possit, & numero 83.

80 *Verba in dubio ad ius referuntur, & non ad factum.*

81 *Comes vel prælatus non dicitur qui non est de iure.*

82 *Rex Franciæ an recognoscat imperatorem superiorem.*

83 *Iudex an possit super interesse incertam ferre sententiam.*

Practica notabilis.

84 *Continuatio Bartoli reprobatur.*

85 *Continuatio noua.*

QVANQVAM ad explicationem huius legis ac materiæ, eruditionem meam longè imparem censeo, auditores dilectissimi: tum per materiæ subtilitatem: cum extricabilitatem: Tamen quia vt impendiò difficilis est, ita impendio vtilis, & ob id apprimè legenda: Ideò ingenium meum, qualecunque est, meas curas omneis, studia, festos ac profestos dies, omnem denique operam, omnéque oleum consumpturum me polliceor: & ita spero futurum, vt & mihi prodesse, & vobis pro virili satisfacere possim: Dei fretur auxilio: si sequentia purgatis auribus haurire velitis.

1 Hanc l. sic exorditur. Bartol. Hæc lex est vna de difficilioribus totius. C.& habet materiam profundissimam, & longissimam. Dicit insuper Alberic. quòd hæc materia est subtilis, vtilis, & continua. Et Bald. hic colum. octaua eam esse subtilissimam, & vtilissimam dicit. Et idem in additio. ad Specu. in titu de fructib. & interesse, colum. secunda, inquit, verba istius text. esse ita obscura, sicut aliqua quæ sint in corpore iuris. & Fulgos. quem refert hic Soci. esse profundissimam & subtilissimam. Auget hic difficultatem Dec. eo quod non est solita legi, Ideò calcata semita non reperitur. Item teste domi. Ignaro, in reperi l. quatenus. in princip. ff. de regul. iur. Hæc lex amplectitur mare amplissimum: in quo pauci sine periculo nauigârunt. Propter eius subiectam materiam turbatur totus mundus, nec est qui nauiget securus in ea, Licet Dyn. in regul. mora. de regul. iur. libro sexto, eam solenniter disputauerit. In cuius disputatione tota synodus ciuilis philosophiæ comparuit: secundum Cin. hic, colum. prima. quare iniuriam facit synodo, qui rectè iudicata & disposita euellere contendit l. tertia, C. de summa trini. & fide catho. §. & nos non latuit. in fin. in authen. quibus modis natura. effica. sie git. collatio. 6. refert patriæ decus & conciuis Bocr. in dicta regu. mora. in penul addit. Difficilis est hæc materia.

2 Et cunctas res difficiles non potest homo explicare sermone, Ecclesiastes capitu. 1. Idcirco domine inclina cœlos tuos, & descende

& defcende:tange montes & fumigabunt. emitte manum tuam de alto:eripe me,& libera me de aquis multis. Dauid pfal.143. vt per te mihi liceat auditoribus hanc materiá planá & facilem reddere,& paucis perftringere. Licet aliqui de induftria moderni,in hoc infefto pelago opiniones infolitas tenuerint, & ignotum, per ignotius declarauerint noctem in oculis circunferentes: in ea tamen fic procedemus. Primò nouiter quæremus, quo iure intereffe fit inuentum. Secundò, quid veniat eius appellatiõe. Tertiò, quot modis fumatur. Quartò fuccedet gloffæ continuatio. Quinto, legis diuifio. Sexto, cafum fingemus. Septimo, notabilia eliciemus. Octauo gloffam, & Bartoli apparatum expediemus: Primo quærendo quid fit intereffe. Secundo, quotuplex fit. Tertio, vfque ad quam quantitatem pofsit afcendere. Quarto, qui dicantur cafus certi,& incerti. Quinto, quomodo in iudicium deducatur. Sexto, quomodo probetur. Septimo qualiter fententia feratur fuper eo:& alia vfu venientia inferam, quibus vifis aderit finis noftræ repetitionis. Moder. Soci. Deci.& alij præmittunt multa, ego vero referuo dicendum ad gloffam, ne fua fraudetur dote. Nuper in manus meas fcripta, imo verius venena quorundam iuuenum incierunt, qui in fuis ne dicam fcriptis, fed confufionibus in tantam deducti funt ftoliditatem, & vefaniam, vt omnes alios infanos vocent, qui in hac materia antea fcripferant, quorum digni non funt, vt calceamentorum corrigiam (vt verbis Euangelij vtar) foluant, atque adeo detractionibus & iniuriis difcerpunt & dilaniant, vt nullus vnquam in eorum comparatione in iure praxive aliquid nouiffe videatur quamuis in eorum libris centum & plures errores, etiam quofdam hærefim fapientes, annotauerim. Quid enim eft, quod arroganter clafsicos authores, & iuris antiftites ita miferè & arroganter deprimere gaudent? nunquid vt arrogantiam fuam vnufquifque intelligat? Nonne poftquam Deus optimus maximus eos iurifconfultos excellentes (vt dicunt) fecit, illi gratias agere, & alios maledictis non inficere debebant: fed hos ἀνοήτους καὶ μεγαλαυχεῖς vltra Herculis columnas reiiciamus, cùm leges Dei, & feculares contemnant, iuribus certandum & non probris ftatuentes, & philofophorum etiam documenta irrita faciunt. Socrates enim cùm interrogatus fuiffet Mechanici qui effent, refpondit, qui fui fimiles fpernunt. Et Democrates iam fenex afcendens in arcem Athenis perquàm anhelofus, idem facere dixit, quod vniuerfa ciuitas Athenienfium foleret, nempe fe magnum quidem fpirare, parum autem valere, Et menander Græcus.

Totius materiæ diuifio.

Ὦ τρισάθλιοι ἅπαντες οἱ φυσῶντες ἐφ' αὑτοῖς μέγα.
Αὐτοὶ γὰρ οὐκ ἴσασιν ἀνθρώπου φύσιν.
πᾶς ἀμαθὴς φρονῶν,
ἀλαζονείᾳ καὶ ψόφοις ἁλίσκεται.
Διὸ μήτε τὴν πτωχὴν πάλιν
Ἡμῶν καταφρόνει τοι δὲ γ' εὐτυχῶν ἀεὶ
Παρέχου σεαυτὸν τοῦ τύχειν ἄξιον.

Id eft,

Omiferrimi térque quatèrque,
Omnes, qui de fefe magnifice fentiunt, inflati,
Ignorant enim illi hominis conditionem,

Omnis infipiens
Arrogantia & plaufibus capitur
Quapropter neque etiam pauperes
Nos fpreueris, fed fælicitate tua femper
Exhibeas teipfum fpectantibus non indignum.

Ob id fi quis aliorum fcripta non iufta effe decernat, ea modeftè, & non probris corrigat.

Scilicet, eft virtus fratrem releuare cadentem,
At nihil eft laudes turpia verba loqui.

Et fic legem dei, & ciuilem feruabit, ad quod totos (vt aiunt) neruos debemus tendere, vt finis nofter fœlix perpetuúfq; fit, & vt ita fit, Deum vehementer rogo. Et quia inconueniens eft interpretationem promittentibus omifsis initiis, atque origine non repetita, atque illotis (vt ita dixerim) manibus protinus materiam interpretationis tractare. l.1. ff. de origin. iur. Quamobrem fequentia præfari licebit, quamuis quidem ftupidi, iftas præfationes nihil faciant, ficut alia omnia ex fui inconftantia ingenij, ita res leuiter iudicantes.

3 Nouiter eft primò quærendum, quo iure fit inuentum intereffe: feu, id quod intereft. Et primo videtur de iure diuino: vt habetur Exodi 22. capi. Si læferit quifpiam alterius agrum: vel vineam & dimiferit iumentum fuum vt depafcatur alienas quicquid optimum habuerit in agro fuo vel vinea, pro damni æftimatione reftituet; & ibidem reddet damnum. Et in cap. fi læferit. & fequen. de iniuriis, & damno dato.

Quo iure fit inuentum intereffe primo arguo de iure diuino.

4 Sed intereffe eft damnum: vt hoc text. ibi damnum, quod re vera &c. & in ca. peruenit de fideiufforib. feu eft damni æftimatio: vt in prima gloffa dicetur. Ergo eft de iure diuino quo mandatur damnum reftitui.

5 Item fecundo, dicitur Leuitici decimonono capite. Non morabitur opus tui mercenarii apud te vfque ad mane. Idem intelligendum eft in aliarum rerum reftitutione, vt damnofa non debeat effe dilatio: alioqui petat quis detinendo rem inuito domino & ideo ad id quod intereft tenetur iure diuino. Leuitici quinto capite. Ipfúmque, quod intulit damni, reftituet. & hoc tenet Ioannes de Turre crema. in c. fi

res

res.verſi. ad tertium.14.quæſt.3. Item verè damnum eſt, ex mutuo detento contra domini voluntatem proueniens, ſciente detentore: vt dicit d.Caieta.in 2.2.quæſt.81. artic.2.verſi.ad primum.

6 Tertiò, De iure diuino, dans damnum tenetur compenſare: Exodi 21. capi. & ſeq. ſed in intereſſe quis patitur damnũ: vt hoc text.ergo de iure diuino tenetur illud compẽſare. Et alia multa poſſem adducere, quæ ſeriò omitto: vt expedita ſit ad vacationes, quas poſt ſex menſes habebimus, cum hoc Martio menſe.1530.inceperim.

Argum. de iure naturali.

7 Secundò videtur quòd ſit de iure naturali, quia naturalis æquitas non vult aliquem locupletari cũ aliena iactura.l.nam hoc natura ff de condictione indebiti.l.iure naturæ.ff de regulis iuris.ſed detinendo rem meam, vel mihi debitam, locupletatur quis cum mea iactura: quia medij temporis recepit commodum, vt patet: ergo tenebitur ad id quod intereſt.

8 Tum iudex ex officio debet ſupplere, ne quis cum aliena locupletetur iactura. Barbatias conſilio 42. illud columna.7.adducit Imol.in capit.peruenit de emptione & venditione.

9 Præterea ſumma æquitas dictat, damnum tua cauſa paſſum mihi reſtitui.l. quod ſi Epheſi.in fin.ff.de eo quod certo lo. & Bal. notab.in rubri.de officio iudi.columna 3. ergo &c.

10 Item naturalis ratio ſuadet, vt benefaciẽti benefaciamus.l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff. de petitione hæreditatis.l.ſi non ſortem §. libertus.de condictione indebi.ſed ego bene feci mutuando proximo meo: ergo ratione naturali tenetur, ſi aliquod damnum ex hoc patior, id ſarcire.

De iure gentium quod ſit intereſſe inuentum.

11 Tertio videtur, quod de iure gentium ſit inuentum: quia illud dicitur de iure gentium, quo omnes gentes vtuntur.§. ius autem gentium.inſtit.de iure natu.l.j. in fin.ff. de iuſtitia & iure.

12 Sed omnes gentes vtuntur eo quod intereſt, ac illud quod petunt, quando ſunt perpeſſæ: vt notoriè patet.

Francigenæ nunquam committunt vſuram.

13 Maximè Francigenæ, qui in hoc gloriantur, eo quod nunquã committant vſuram: licet quandoque vltra ſortem recipiant nomine intereſſe. Odofredus in l.emptione. C.plus valere quod agitur.refert.d.Chaſſa. in conſuetudi.Burgun. rubric. *des droicts*.in §.23 .numero.33. & deriſiue loquitur: ergo &c.

Argum. quod de iure canonico.

14 Item à gentibus fuit inuẽtum: ſicut contractus.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iure. Nam ante gentes non erat intereſſe: ergo dicitur de iure gentium.

15 Quarto, videtur de iure canonico: in capitul.peruenit.& ſequenti.de fideiuſſoribus. capit. conqueſtus.& capit.ſalubriter. de vſuris.hoc videtur tenere Speculator in titul. de fructibus & intereſſe.§. ſequitur. Petrus de Ancharano, conſilio cl.in quæſtione quæ vertitur. Panormitanus, Felinus & alij in capitulo, P.& G.de officio delega. capitul.cùm venerabilis. de exceptionibus. Calderinus conſilio 11.mercator. rubrica, de vſuris. Petrus de Ferra.in practica ſua, in forma libelli in actione reali. in gloſſa & floreuis.verſic.ſed circa.Bal.conſi.166. ſtatuto.in 1.parte.

16 Vltimo videtur, quod ſit de iure ciuili: vt hic,&.l.1.& l.Titius. & aliis multis iuribus. ff.de actio.empt.

17 Item vbicunque lex ciuilis addit, vel detrahit, iuri gentium vel naturali, efficitur ius ciuile.l. ius ciuile. ff. de iuſtitia & iure. facit quod notant Bartolus & alij in l. ædita.C. de edendo.l.1.§. & poſt operis ff.de noui operis nunciatione.l. 1.§.ſi quis ſimpliciter.de verborum obligationi. capitu. ſtatutum.de electionibus, libro 6.latè Albertus Brunus in tractatu de augmento, concluſione 3.pulchrè declarat Iaſon in repetitione.l admonendi.col. 66. nume.184. ff de iureiurando.

Nunc de iure ciuili.

18 Sed ius ciuile addit actionem, pro intereſſe: taxationem, formam, & alia: ergo dicetur de iure ciuili.

19 Imo etiam ſi non addat, ſed ad ordinem redigat l.2.§.poſtea cum Appius.ff. de ori. iur.ergo eſt de iure ciuili.

20 Præterea vnumquodque ſimile, ſuum generat. ſimile.l. quòd ſi nolit.§. qui mancipia ff.de edilitio edicto. gloſſa in capitulo finali.de filiis presbyterorum. libro 6 domin. Andreas in omni arte præcellens. Tiraquellus in tractatu, de legibus connubia. in 6.l.fol 61.Bonus de Curtili, in tracta nobilitatis, in 4.parte, colum.1.& Zaſius in verbo.ac filius.l.2.fol.157.ff de origine iur. ſed intereſſe generat actionem mediante obligatione, quæ actio eſt de iure ciuili.l. in commodato §. ſicut ibi, actiones ciuiles.ff. commodati. Iaſon.in §.1.inſtituta.de actionibus. ergo & ipſum intereſſe erit de iure ciuili.

Reſolutio, q. iure ſit intereſſe inuentum

21 Pro reſolutione, arbitror eſſe de iure diuino: quò ad originem, ſeu Inuentionem: per ea quæ ſuprà dixi. Et ita videtur pertranſire Ioan.Nider in tracta. de contractibus. c.3.& communiter theologi.

22 Quia ſicut Deus eſt origo omniũ entium: ita lex diuina eſt prima & vniuerſalis origo omnium legum iuſtarum, ſecundum beatum Thomam, in opuſculo de vſuris. capitulo 15. quomodo, & quare reſtitutio vſurarum ſit facienda. Et quia expreſsè lex diuina iubet reſtitui damni æſtimationẽ, & ſic intereſſe: ideò de iure diuino eſſe dico, non tamen ſequitur, quod omnes actiones & obligationes ſint eo iure inuentæ: quia de illis non eſt expreſsè in iure diuino cautum, ſicut de eo quod intereſt. Nec me

mouet

mouet, quòd iura diuina loquantur de dāno, seu damni æstimatione, quia idem dicunt doctores theologi quò ad lucri cessationem, si lucrum sit certum, & probabile: vt tenet Gabriel Biel, de Traiecto, & alij in 4. sententia. distinctione 15. assignantes rationem.

23 Nam impediens alium à beneficijs & lucri consequutione, quando erat in via habendi, eum damnificat: & ideò illi ad restitutionem de iure diuino tenetur: vt tenet beatus Thomas relatus per Siluestrū de Prierio, in summa sua: in verbo, vsura. in 1. q. 19. & hoc quando lucrum erat in actu, vel quasi, secundum eos: quia videtur inesse. l. lecta. versi. dicebam. ff. si certum petat. & dicam in glossa vltima.

Interesse in foro conscientiæ septem concurrentib. debetur.

24 Et ex mutuo interesse debetur, etiam in foro conscientiæ, septem concurrentibus: de quibus per Conradum, in tract. de contracta. q. xxx. conclusio 1. Primò quòd verè damnū non fictè emergat. Secundò quòd ex illo mutuo, non ratione alterius rei. Tertiò, quod exactum non excedit damnum. Quartò ꝙ passus damnum, maluisset retinere sortem, quā in nunc recipere vltra sortem. Quintò, quod mutuum fuerit consilij, non præcepti. Sexto, quod exactio non infamet actorem, nec scandalizat aliquem. Septimo, quod iam passus fuerit interesse. nam pto eo quod nō est passus, non potest agi: vt ibi plenè potes videre, si te delectet.

25 Imo licet de iure ciuili semper non possit peti, vt pote quando creditor est passus ante moram: tamen debitor de iustitia tenetur creditori, & in foro conscientiæ reddere id quod interest creditoris: vt si mutuo tibi decē, quæ restituere promittis in festo Paschatis, quia mutuaui, impotens factus sum ad soluendum meo creditori: Ideò me oportuit distrahere bona mea vili precio, vel accipere sub vsuris: tu teneris etiam ante moram, ad id quod interest: vt tenet Ioannes de turre crema. in summa 14. q. 3. & Conradus de contract. q. 30. in 4. suppositione, & cōclu. 1. & sequen. & Ioan. Nider. vbi suprà. c. 3. Nempe tua caussa damnum patior, ideo illud restituere debes, per regu. iuris, & probat l. 1. & 2. ff. ad legem Rhodiā de iactu. æquitas ergo maxima est, vt illud restituas, quod tuo nomine passus sum, nec damnū mea culpa dicor pati, quia sæpe homines plus sperant de suis facultatibus, quàm in his sit. §. in fraudem. Quibus ex causis manumit. licet vel non. in instit. & sic potest esse conclusio: Interesse ante moram debetur: scilicet in conscientia: vt dixi. Imo non deberi, iurisconsulti asserūt. & sic de iure ciuili regulariter ante moram non debetur: vide tamen l. Titia Seio. §. 1. ff. de legatis. 2. l his verbis. §. alumno. de legatis. 3. Claudi. de Seycel. in l. stipulationes non diuiduntur. in 8. q. Bart. de verborum olig. l. 2. §. cùm in eadem. & ibi Bald. ff. ad l. Rhodiam de iactu.

Conclusio. interesse etiā ante morā debetur in foro cōscientiæ.

26 Nec obstat, Quicquid accedit sorti, vsura est: & sic reprobata: Ezechiel. 18. c. Deutero. 23. c. si fœnerauerís. & c. plerique. 14. q. 3. c. consuluit. de vsuris. beatus Tho. in 2. 2. q. 78. artic. 1. latè Ambro. de Vignate, arguendo pro & contra, in repe. c. salubriter. col. 3. cum seq. de vsur. Respondeo hic non esse vsuram, sed interesse, & tanquam illud potest peti. glos. in c. conquestus de vsur. cap. si quis clericus. & c. quoniam. 14. q. 4. Aluar. de planctu ecclesiæ. lib. 2. artic. 46. litera, q. & Archiepis. Florent. in 3. parte summæ, tit. 8. c. 3. de negotiator. in si. princi. & Ambro. de Vignatæ, in repe. d. c. salubriter. nu. 45. & seqnen. de vsur.

Sanctitum [illegible]

27 Vbi tenet, iure canonico & diuino peti & exigi posse, etiam sanctè: secūdum cum. Nec dicitur recipere vltra sortem: secundū gloss. in d. cap. conquestus cui non assentio: sed hoc fit iure disponente, & permittente: prout multis probat exemplis Leonard. de Vtino, de legib. sermone 17. Ange. consi. 90. pto decisione. col. 2.

Casus in quibus licitè recipitur vltra sortem.

28 Vide multos casus, in quibus licet accipere vltra sortem, per Soci. in tract. Fallen. regul. 3. gloss. & doct. in d. c. conquestus. archiepis. Floren. in 2. parte summæ tit. 1. c. 7. de multiplici modo vsurarum. §. 3. Conradum d. tracta. de contract. q. 46. conclu. 3. Chassa. in consuetu. Burgund. in rubr. des droictz. §. 23. num. 22. cum seq. Angelus de Clauas. in summa angelica. in verb. vsura. in primo. §. 10. cum seq. Ambro. de Vignate, in repe. c. salubriter. nu. 264. cum seq. de vsuris.

29 Item habet in se æquitatem naturalem, vt supra dixi, estque receptum à gētibus, id o receptione, de iure gentium potest dici: vt in simili scribitur de matrimonio in §. 1. institu. de iure natu. gent. & ciuili Bald. nouel. tracta. de dote q. 3. approbatione diceturetiam de iure canonico, per suprà adducta. Item est de iure ciuili, quo ad formam taxandi, vt hic & petitiones & actiones producendi. l. 1. ff. de actio. empti. Sic de exceptione dixi, in arbore exceptionum, in princ. vnde cum damni æstimatio, vt restituatur, præcepta sit à iure diuino, vt supra probaui. Et lex diuina est ante ius gentium, ergo de iure diuino dicetur. Nam iure gentium non fuit dispositum interesse restituendum, sed à iure diuino prius fuit statutum: & qui vult dicere cōtrarium, hoc probare debet, & quamuis hæc lex verbis denotantibus promulgatione iuris noui vtatur, tamen quia materia repugnat, non inducit ius nouum, vt dico inferius in quarto nota. Nec sunt iudicialia ea, quæ præcipiuntur de damni æstimatione restituenda, sed mortalia, & in nouo testamento repetita sunt. Marthæ. 5. & est generale argumentum ad omnes, vt reddere habeant ad quod tenentur. per reg. Peccatum. de regu. iur.

iuris,in 6.

Intereſſe partis princeps remittere non poteſt Arreſtum.

30 Ex quo infertur,quòd princeps intereſſe partis remittere non poteſt text.cum gl. in l.venia.in fin.C.de in ius vocan.notat.in l.quotiens.& l.reſcripta.C.de precib.impe.offeren.facit gloſſ.in verbo.in conceſsione.capitulo dilectus.de offic.delegato.Baldus in l.ſi domus.ff.de ſeruit.vrban.prædiorum.gloſſa vltima,& ibi docto in capitulo authoritate.de priuileh.libro.6.& Panormita.in cap.humilis.de maiori.& obed.& ſic fuit prolatum arreſtum in parlamento Pariſienſi,vt citat Ioannes Gallus,in quæſtione per arreſta,quæſtione 124.arreſto,4.an rex ius partis,&c.cui conſentit practica vniuerſalis regni.Baldus in capitulo quanto.colũ.1.de iureiurand. Nec ſunt iſtæ ineptiſsimæ συνλογχίαι,vt iactat Labyrintus,id eſt anxietates de rebus nihili,vt quiſque ſani iudicij diſcernere poteſt. Et ſicut princeps non poteſt totam rem auferre,vel ipſius dominium l.2.C.de precib.impera offerend.iuncta gloſ.ita nec rei partem.l.quæ de tota ff.de rei vend.l.3.§.primo. Commoda.ergo princeps intereſſe partis non poteſt remittere,alio dico in tract.congrue portio.in fi.

Papa vſuras non remittit.

31 Sic nec vſuras à priuatis extortas,Papa nec imperator remittit,vel alius quiuis princeps: vt tenet Adrianus de Traiecto,in 4 ſenten.diſtin.15.verſic.aggredior.in fin.

32 Imò etiam cedendo bonis,vſurarius nõ liberatur.gloſ.ſingu.in ca.cùm tu.in verb.in facultatibus,de vſur ſecundum.Silueſtr.in ſua ſumma.verb.reſtitutio in 7.q.6.

33 Si princeps remitteret,non haberet parti obeſſe.l.authoritate.& ibi nota.C.vnde vi.Panorm.in c.in noſtra.de iniur.Bal.in l.poſt deciſionem.C.de furt.l.reſcripta.de precib.Impe.offer. Anchara.conſilio 161.viſo diligenter.

34 Imo peccaret mortaliter,ſi hoc faceret,ſecundum Paridem puteum,in tracta ſyndica.in verb.quia pluries.folio 101.in paruo volu.& quando remittere delictum,non cẽſetur remittere niſi id quod ſuam curam tangit,non ius partis.l.ſi docueris.C.de falc.ca.paſtoralis.de don.

35 Sed quo ad præiudicium principis bene valere: & quo ad eum debet extendi gratia.l.beneficium.& ibi doctor.ff.de conſtit.princip.l.ſi quando.1.C.de bon.vacant.libro decimo cap.cùm dilecti.de donat.glo.in capitulo quamuis in primo,de præbend.libro ſexto.gloſſ.in Clementina penultima.in verb.ſiue ad nos,illo titulo.Panormita.in cap.olim.de verborum ſignificat.Barbat.conſilio vndecimo,illud columna penultim.in quarto volumine.gloſſa.in regula.in teſtamentis.ff.de regulis iuris. Rauen.in alpha.iuris,in verbo beneficium Guido Papa in deciſion.ſuis.quæſtione.489.princeps.latè Felinus in capitulo cauſam quæ,columna octaua,& ſequentibus.verſiculo interpretatio priuilegij.de reſcrip.Cotta in ſecunda parte memorabilium,in verbo,priuilegia.

Clauſula quæ in gratiis ſolet apponi.

36 Ideo ſolet princeps apponere in gratis ſiue in indulgentiis,quas criminoſis concedit,per hæc verba:Satisfactione parti facta ciuiliter tantum:quæ verba ſunt ablatiui abſolutè poſiti,inducentes conditionem:& ſic gratiam conditionalem l.ab emptione.ff.de pact.l.à teſtatore.ff.de condition.& demonſtra.Iaſon.in l.1 not.5.C.de iure.emphiteu.d.de Ripa.libro ſecundo reſpond.de reſcrip.cap.6.verba illa,&c.Decius in limitat.ca.tranſlato,in 2.lect.numero tertio.de conſtit.moder. Hiſpan.in §.item ſi quis.in fraudem nu.38.Inſtit.de actio.

37 Idem dicit Guido Papa,in clauſula poſita in literis releuamenti: prouiſo quòd de fide,& iuramento factis,diſpenſationẽ prius habuerit à ſuo prælato.conſi.205.circa proceſſum.nume.9.& vide conſi.53.nobilis.col.2.per eundem.

Princeps partis intereſſe taxat.

38 Limita,ſiue declara prædicta:quod ſi pars nollet æſtimare,id quod ſua intereſt,vel in infinitum æſtimaret: poſſet princeps eam compellere,& illud taxare ad iuſtam æſtimationem: argumento iſtius text.vbi in caſibus certis ad duplum taxauit.facit.l.1.ibi precio,videlicet arbitrio prætoris conſtituendo.C.de cõmuni ſer manumiſ.

39 Et hoc inſpecta qualitate delinquentis,poſsibilitate & facultate: argu.l.2.ff.de re iudic. ſic vidi impetrari literas à quodam homicida,directas iudici,coram quo gratia interinabatur: cui mandabatur vt haberet taxare intereſſe partis,& ad interinationem gratiæ procedere.Formam illarũ vide in ſtilo magno.

Quõ poſſit æſtimatio fieri.

40 Et hæc æſtimatio debet fieri ſecundum l.hæreditatum ff.ad leg Falcid.teſte Specul.in titulo de iniur in §.ſequitur.in verſic.ſed vſque Rofre in tractatu libellorum,in tertia parte,rubrica de actionibus in factum de his qui deiecere.vel effude collumna.vlt.Panor.in cap.1.de iniur Io Lupus.in repe.ca.per veſtras §.25 ſol.17 colũ.3 de dona.inter virum & vxor. vide textum in l.ſi.ff.de his qui deiece.vel effud Et exod.21.cap. Et pulchrè Maſuer.in ſua pract.in rubr.de expenſis.verſic. penultimo. & idem ſi ſit derelicta habitatio domus ad vitam,vel data:& hæres eam velit vendere: in deciſ.Neapol.34.parte quidam.

41 Secundo limita,niſi eſſet generale ſtatutum populi:vel hoc fieret in concilio generali,quod populum repræſentat.gloſſa in rubrica,C.quæ ſit longa conſuetudo. doct.in cap.quæ in eccleſiarum de conſtit. Innoc.& alij,in capitulo in noſtra,per illum text.de iniur. Baldus in l.quicunque.columna pen.C.de ſeru.fug.Barb.conſi.11.illud.colũ.pen.in 4.vol.

42 Idem in conſuetudine,quia cùm poſsit inducere,vt aliquid petatur vltra ſortem ratione eius quod intereſt,& ſine fraude

vſurarum: ita & tollere: ſecundum archiepiſc.Flot.in ſecunda parte ſummæ.titu.1.ca.7.§.1.de Chaſſa.in conſuetu.Burg.in rubr. *des droictʒ* §.23.Bernar.in defenſo. montis in tertia parte litera,vt tracta.1.Albert.Brunus in tracta.de for.& ſolenni.actus rub.quis poſsit dare & tollere formam.

Ob pacem habendam remittit interesse princeps.

43 Vltimò limita niſi princeps remitteret ex cauſſa publicæ hutilitatis,vt pro pace habenda:nam ſi aliter haberi nō poſsit,etiam in foro conſcientiæ poteſt princeps intereſſe partis remittere. argu. ca.niſi de præbend.& cap.in noſtra.in fin. de iniur.plenè Lucas in l.vltim.columna 32 . quæſtione 28. C.publi . læti.libro 12.Bar.& alij in l.fin.C. ſi contra ius.Baldus & Angelus in l.bene à Zenone. columna ſecunda.C. de quadri. præſcript.Iaſ.& alij in.l.conuentionum.ff.de pact.& l.venia.in fin.C.de in ius vocan.& l. Barbarius columna 6.ff.de offic.prætor.Iaſ. conſi.136.An rex.columna 1.in 2.vol.& Dec. conſi.520.in cauſſa.in primo dubio. Corſet. in tract.de poteſtate regia.quæſt.41.verſicu. 78.vbi ponit 119 . priuilegia pacis.vide ſi lubet.

44 Quia habere pacem,concernit bonum publicum:& propter bonum publicum poteſt princeps ius priuati auferre.l.item verberatum.§.1.ff.de rei vendica. Bartolus in l. quicunque.C.de fide inſtrumen.& iure haſtæ fiſcal.libro decimo. Iacob. in tracta.de feud.in verb. & adhærentibus. in fin.& d. l.conuentionum & in l.3.ff. de iure dot.vide Bartol.in l.fi.ff. de pigno.actio de Ripa. in tracta.de peſte in tertia parte.quæſt.5.fo. 67.glo.in cap.licet in §.ſtatuit.in verbo.reiecta.de elect.in pragma.Albertus Brunuus,in conſil.1.& ſeq.in materia feudali. Alexand. in conſil.190.maturè.colū.2.& conſ.216.nec arguendi.columna 4.in 2.volu.& conſi.47. in cauſſa vertente.colum.2.in 7 . volumine. Barba.conſi.44. ſcribitur.col. penultima,in quarto volumi . Deci.conſilio 249.conſultus,columna tertia, & conſilio 271. in caſu numero ſexto,& conſilio 286.in cauſſa.columna tertia,numero quarto, & conſil.361. omiſſa longa.col.pen.nu.8.

45 Requiritur tamen,quòd non recognoſcat ſuperiorem:& quòd apponat clauſulas derogatorias. Baldus in l.reſcripta.in fin. C.de precib.impe.offer.& in l. ſecunda,columna ſexta.C.de ſeruit.& aqua. Alexander conſitio 126.viſo & examinato. colum. vltima,in primo volumine. Bolog.conſilio ſexto,vt in præſenti.columna penoltima. Felinus in capitulo quæ in eccleſiarum.columna vndecima verſiculo quarta declaratio.de conſtitutio. Barbatias conſilio vigeſimotertio, clementiſsimi viſo puncto.col. 1.in 2.volu.

46 Poſtremò fallit, quando hoc faceret condendo legem generalem. Ant.de Butr. & alij in capitulo quæ in eccleſiarum.de cōſtit.latè Barba. conſilio 43. præclarè columna.19.nu.39.in 1.vol.

Appellatione intereſſe quid contineatur.

47 Secundò quæro, quid veniat appellatione intereſſe? Reſpondeo, propter damnum emergens,& lucrum ceſſans:ſecundum gloſſ.Deci.& alios hic:& Corne.conſ.46.in hac.columna vltima, in quarto volumine. Alexander conſilio 158.requiſitus.numero 5. col.2.in 2.vol.

48 Ex quo infertur , quòd ſi aliquis fecit mihi pactum de non petendo, ſuper iniuriis,intereſſe,damnis & expenſis : adhuc poterit petere rem debitam, prout conſuluit Alexander conſilio 168.requiſitus. col. 2.in ſecundo volumine. & conſilio 20. requiſitus.in 5. volumine , per text.in l.1.& ibi notat.C . de ædilit. actio.facit l. Aurelio.§.Caiur.& quod ibi notaui, ff.de lib.lega.quia aliud eſt intereſſe,aliud res debita .vide glo. in l.& elegantet.§.non ſolùm.in gloſſa vlti. ff.de dolo.

49 Impropriè tamen, & largè, quando libellus non poſſet aliquid operari, tunc veniret res debita. per glo.primam,hic dicentem,intereſſe rei precium: & ideo ſuſtineretur libellus , in quo quis petit intereſſe rei, quam emit decem: ſecundum Baldum hic. columna 2.

50 Et maximè,quando apponeretur dictio, & omnia remiſit, ſecundum Barbat.conſil. 40.illud,columna 18. in primo volumine. & etiam quando appareret de mente contrahentium, & ſecundum ſubiectam materiam, alioqui non: vt hic per Deci.licet cogitandum reliquerint quidam moder.

Fructus an veniant appellatione intereſſe.

51 Item etiam largè comprehenduntur fructus,appellatione intereſſe.l. loci corpus.§. in confeſſoria. & ibi Baldus, & Floria.ff.ſi ſeruit.vend. Idem Deci.hic in rubr.nam qui non conſequitur fructus rei ſuæ, dicitur pati damnum:ergo dicitur pati intereſſe.Idem tenuit Iacob.in l.ſi ex lapidicinis.in princ.ff. de iure dotium.

Damni appellatione quid contineatur.

52 Appellatione etiam damni veniunt fructus.l.prima.in principio.ff.ad legem Aquil. & Inſtit.illo titul.in princip vbi pro damno dato competit lex Aquilia, quæ etiam datur pro fructibus.l.ſi ſeruus ſeruum. § .ſi oliuam.ff. ad legem Aquil. ſed appellatione fructuum non veniunt diſtributiones quotidianæ : quod facit ad condemnatum ad fructus præbendæ, Geminia. conſilio vltimo quid veniat appellatione ſumptuum. Baldus in capitulo grauis. colum.prima,de reſtitu. ſpolia.

53 Præterea creditores reuocant alienata in fraudem,vbi agitur de damno.l qui autem. ff.quæ in fraud. credit. cum ſimilibus,quæ reuocatoria datur, & pro fructibus.l.fina. §.fructus.illo titu.ergo appellatione damni veniunt fructus.& ſequitur hic Deci. in rub. q.vlt.

54 Fallit quando in conuentione, vel lege, exprimeretur: vt,promitto reſtituere rem cum fructibus,& ſine damno. Bald.in titul.

de pace

de pace Conſtan.in verb.poſſeſsiones.

55 Quia tunc expreſſum, facit tacitum ceſſare.l.cum ex filio.§.1. de vulga. quicquid dicant hic doct.

56 Differentiam inter damnum, & furtum ponit text. & ibi Baldus in ſummario, in l. ſi ſeruus ſeruum.§. ſi oliuam.ff.ad l.Aquil. & in margarita,in vergo,damnum. & Deci. per illum text.in capitulo cognoſcentes,in 2.lectura.in princip.de conſtit. Sed propriè damni appellatione, venit diminutio patrimonij.l.tertia.ff.de damno infect. Rofre. in tract.libel.in quarta parte,rubr. de actio. ex ſtipulat. nomine damni, & latius in rubrica,de damno infect.in 3.parte.cardina.in Clement.1.§.ciuitas.quæſt.4.de pœn. Bald. conſilio 182.locata.col.1.in primo volumine. glo.in prag.ſanctio.in titu.de friuol. appell. in verbo damnorum.

Expenſæ an veniant appellatione damnorũ

57 Sed non expenſæ venient appellatione damnorum.text.ſingu.in capitulo in noſtra, de iniur. ſecundum Roma.ſingu. 342.nunquid appellatione.gloſſ.in ca. ſi canonici.in ver.damnis.de offic.ordin.in 6.§. hæc autẽ. de pœna teme.litig.in inſti.

58 Et hoc in contractibus, & in caſibus in quibus ſit ſtricta interpretatio: ſed in materia fauorabili ſecus.l.inter quos.§. fina ff. de damno infecto.l. ſancimus.C. de iudic. authent. ei qui iurat. de bon.autho. iudic. poſsiden.Archidia.in capit.in primis.colum. prima,& altera.2.quæſt.1.& Barba. cap.fin. numero 115.de reſcript.gloſſ.in verbo, damnorum, de friuol. appella.in pragma.ſanctio. quia expenſæ etiam minuunt patrimonium ſicut damnum.l. quod dicitur. ff.de impenſ. in reb.dotal. factis & diminutum dicitur,quod de hæreditate exiit.l.deperditum.ff.de peti.hæredi.

59 Item nec econtra.l. prima.ff.de alien.iudic.mutan.cau.fac.& ibi Alexand. in addit. ad Bartol. Bal.l.3.columna penultima.C.de fructib. Bald.& Iaſ.in l.1.§.fi.ff.ſi quis ius dicen non obtempe.

Expenſarũ appellatione quid veniat.
Notet ſcholaris

60 Præterea nec appellatione expenſarum comprehẽditur rei precium:textus ſingular. in l.quibus diebus.§.1.ff. de conditio.& demonſtrat.Baldus in l.alimenta. C. de negotiis geſtis.Alexander in dicto conſilio 168. Rauen.in alphab.in verb.expenſa.

61 Ideo ſi teſtator leuauit expenſas librorum alicui,non videtur legare precium librorum. Quod eſt verum, ſi fuerit facta aliqua impenſa:aliàs ſic, ſecundum Bartol.in dicta l.quibus diebus,& an appellatione fructuum veniant expenſæ,vide latè per doct. in l.fructus ff.ſolut.matr.

62 Tamen appellatione intereſſe non veniunt expenſæ.Clemen.1.& ibi Imol. col.prima de reſcript. quod eſt in forenſi iudicio frequentiſsimum, ideo ſolent iudices condemnare ad expenſas,damna, & intereſſe, & ita iubent ordinationes regiæ in poſſeſſoriis & quibuſdam aliis caſibus condemnari.vt plenè ibi dicam.

63 Notandum eſt etiam quod remittens iniuriam, non videtur remittere intereſſe & damna.gloſ.in d.c.ſi canonici. Baldus in l.ſi pro fure.ff.de condict.furt.Angel.in §.final. Inſtitu.de iniur.Panor.in cap.primo, de iniur.&,dam.dato.

Cautela optima.

64 Ideo ad euitandum omnes opiniones cauti homines in inſtrumentis ſolent apponere:Rem cum fructibus,damnis, intereſſe, iniuriis,expenſis remiſit,vt dicit Bald & alij in l.ſi tibi.§.1.ff.de pact.quod eſt notandum: & ſic declaratur.§. ſi quis autem graduatorum.in tit.de elect.in concorda.

65 Item appellatione eius quod intereſt in lege poſitum,intelligitur de pecuniario.l.ſi liber.ff.ad exhiben.

Quando pars promiſit ſtare iuramento partis,ſuper intereſſe.

66 Aduertendum eſt etiam,quòd ſi pars ſuper intereſſe, damnis, & expenſis, promiſit ſtare iuramẽto partis,vel ſimplici dicto:illa Promiſsio valet.argum.l.hæc venditio. ff.de contrahen.emptio.

67 Poteſt tamen per promiſſorem reuocari ante declarationem. argul.ſi quis iuſiurandum.C. de iuſiurand Nam ſi poteſt in iudicio reuocari, ergo & extra:cùm iudicium habeat vim ſtipulationis.l. cùm oſtendimus.§. penult. ff. de fideiuſſo. tut. Bartol.in l.fin.fi.ff.de prætο.ſtipu. Alexand. conſil.130. difficultas in primo volum. & conſil.54.circa colum.1.volu.2.& conſil.67.ibidem. Si tamen ſemel declarauerit, ſtandum erit illi declarationi, ſi eſt iuſta: alioqui habebitur recurſus ad arbitrium boni viri.l.ſi libertus ita iurauerit. ff. de ope liberto. Angel.in §. non ſolum.columna 2.Inſtitu.de verbo.obligat. & ibi dicit, requiri citationem partis in declaratione.l. hac edictali.§.his illud. C de ſecund.nupt. & Alexand. d. conſil.130. in primo volum.Deci.cap.2.colum.3.de fide inſtru.

68 Item ſi quis promiſerit reficere expenſas,Intelligitur de moderatis, non de effuſis.gloſ.ſingul.in §.oportet.in authent.de iudicib.colla.6.ſecundum Baldum in capitu. finem col.3.de dolo.

Intereſſe quot modis accipitur

69 Tertiò quæro, quot modis accipitur id quod intereſt,ſiue intereſſe poteſt? Reſpondeo multis.Primò intereſt accipitur,id eſt, præſens eſt. Valer. Quò facilius laboribus & periculis intereſſet.text.in c.ſuſcitatus. de reſcript.& text.in c.eccleſia.2.c. quia propter &c.quod ſicut.de elect.cap.cùm eccleſia. de cauſ poſſeſ,& proprie.ca,prudentiam.&c,ſuper quæſtionum.§. ſi vero.de offic.de leg.c.ad audientiam,de eccle, ædificand.ca. ſuper eo.de rapto.Clem. ne in agro.§.porrò de ſta. monacho. ideò dicitur, quòd diſtributiones quotidianæ dantur his, qui interſunt diuino officio,& horis debitis.ca. 1.de cleri.non reſiden.libr.7. ca.de ſentent. excom.eo.lib.

70 Secundò accipitur, pro differt.Cicero, Inter hominem & beluam hoc maximè

interest. Teren.Homo homini quid præstat: ibid.o intelligens quid interest. Aristot.libr.1. Ethi.cap. 3.l.sed & si quis.§.fina. ff.si quis cautio.l.isti quidem.ff. quod met. cau.l.non autem interest. de arbit. l.nihil interest.de inoffic.testa.l 1.§.1.& fina.de his qui deie. vel effude.l.si mancipium.§.1.de euictio l.interesse puto. de acquirend.possess.l.1 §.illud autem. de aqua quotidia.& æstiua.l. colonus. & l.cùm fundum. de vi & vi arma.l.seruo inuito in princip. ad Treb. cum aliis multis,quæ ne lectorem tædio afficiam,omitto.

71 Tertio,interest,in medio est. Liuius de bello Punico,libr.primo, Id morari victoriam rati, quòd interesset annis. & Plinius libr.14.capitu.20. Arborum succo manantium, picem, resinámque, aliæ ortæ in Oriente,aliæ in Europa feruntur,quæ interest.

72 Quarto capitur pro quadam vtilitate non facilè æstimabili: vt reipublicæ interest subiectos habere locupletes. §.cogitatio in authent.vt iudic.sine quoquo suffrag. col.2.glo.in §.fin.institu. de his qui sunt sui vel alie.iur.

De interesse inæstimabili.

Item interest reipublicæ,ne vrbs deformetur ruinis.l prætor.§. hoc interdictum prohibitorium est ff. de noui oper.nuncia. l.si 12 ne quid in loc. publica fiat.l. 2.C.de æd fic.priuat.l.cætera.& ibi do. Iason.ff de legat.1.

73 Reipublicæ interest,dotatas mulieres esse,& dotes eis conseruari.l. 2. ff.de iure doti.l.1.ff.sol.mat.& ibi gl.vide l.interest.de priuileg.credito.

74 Item reipublicæ interest munera per ditiores & potentiores tegi,& non per pauperes & abiectos.l honores.C.de muner.& honori. In authent. de defenso.ciuita. in princip.§.1.& Angel. consil.68. Martius colla.2. Ideo agricultores seu fossores vinearum,non debent eligi in consules alicu ius loci, vbi est copia aliorum sapientum.l. 1.& ibi patruus meus Rebuffus. C.de agricol. & mancip. libro 11.quod facit contra Caturceń.

Contra Caturcen.

75 Etiam reipub. interest, ne delicta remaneant impunita. l. si longius.§. 1.ff de iudic. l.ita vulneratus. ad l.Aquil.capi. vt famæ de senten.excom.

Eiusdem reipub .interest , ne quis re sua malè vtatur. l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alie.iur.§.fin.Institu.illo titu.

Interest reipub. habere sacerdotes, qui nobis sacramenta ministrent:& magistratus à quibus iustitiam recipiamus. l.1.§.1.ff.de iustit.& iure.& ecclesias,in quibus sacra fiant.not.in authent.quomodo oport.episco. §.1.in verb.sancimus.colla.1.

76 Testamenta mandari exequutioni, reipub.interest l.vel negare.ff quemad.testam. aperi.capit. vltima voluntas. 23. quæst.2.& ne rumpantur. l. Gallus.§. quid si is.ff.de liber.& posthu.& ibi Bal.3.not.

Item interest, reipub. partus non subiici: vt ordinum dignitas, famularumque salua sit l.prima.§. sed & si seruus.ff.de vend. inspici.

Item reipub.interest nil rapi tempore incendij,ruinæ,& naufragij.l.1.§.si quidem.ff. de incend.rui.& naufrag.

77 Publicæ etiam vtilitatis interest,creationes officiorum inimicitia non fieri,sed ex commodo.l.vnic.C.si propter inimic.creat. fact.sit.lib.10.

Itē reip.interest,artem geometriæ disci, atque exerceri.lege secunda.C. de malefi.& mathema.

Item publicæ salutis & securitatis interest,riuos & aquas purgari.l. de pupillo.§. si quis riuos. ff. de noui oper.nuncia.dicam latius in 2.glos. expediendo interesse publicum.

78 Postremò accipitur hic, pro quadam damni emergentis, aut lucri cessantis æstimatione: quæ sit pecunia:per quam res regulariter æstimantur. l. si ita fideiussorem. ff.de fideiusso.non omnes : vt dicunt hic moder.quia non homo liber.leg. fina ff de his qui deiece. vel effude l. sed Celsus ff. de contrahen.emptio. nec res religiosæ, facræ,aut aliæ: de quibus ibi,& in lege inter stipulantem.§ sacram ff. de verborum oblig.nec inæstimabile interesse, de quo proximè dixi,pecunia æstimatur:& infrà dicam nec aliæ multæ res,quas in locis suprà adductis licet videre.

Item vulgo dicitur interest mea,id est, aliquod commodum amitto, vel damnum patior,in tertius potest se opponere contra executionem sententiæ, si prætendat interesse.l.à d uo Pio.§.si super.ff.de re iudi. Etiam dicimus non habeo interesse,id est, ad me non pertinet,non prodest,nec nocet, non curo , non me tangit. Ista vulgo dici solent,& scribitur ad Gala.secundo capitu. Ibi , quales aliquando fuerint nihil mea interest.

Et hoc quandoque æstimatur à lege aliquando à contrahentibus,quandoque à iudice:vt dicetur in glo.1.

79 Finem huiusce quæstionis excipit gloss. continuatio, quæ est Azonis in summa huius titu. licet glos.non citet,eam tamen reprehendunt Petr.Ci.Bartol. & communiter doct.quia etiam super eo quod interest certa debet ferri sententia.§. curare.Institut. de actio. notatur in l.certi condictio. in princip.ff.si cert pet glo in lege secunda,su prà titu. proximo. & per totum: & in ordina.reg.Carol.septimi,articul.123.quæ est lex regni.

Glo.continuatio

Saluat gloss. Fulgo. cum quo transeunt Soci.& Deci.hic:vt ad factum referatur:videlicet,vt sæpe de facto iudices ferant sententias incertas,sed non vult dicere gl.quòd de iure valeat.

Mihi

Verba ... ad ius referuntur.

8 Mihi verò hæc saluatio non placet: quia verba in dubio referuntur ad ius, & non ad factum. l. decernimus. C. de sacrosanct. eccle. cap. primo de regul. iur. lib. 6. l. rectè. & ibi Iacobi. ff. de iudicis. l. fina. C. de actio. empt. ll. stipulatio. §. hi qui. ff. de verbor. oblig. Aufre in stilo Parla in prima parte rubr. de dilatione quæ datur pro garando. in princip. gloss. in cap. consultationi. de tem po. ordina. collega noster do. Alcia. in lege quarta. §. Cato. in 6. q. Barto. de verbo. obliga. ff. cap. si gratiose & ibi. Philip. de rescri. lib. 6. Panormit. consil. 43. quidam dominus. in primo volu. Barba. consil. 1. columna penult. in 4. volu. & propriè Panor. in cap. vlt. de bigamis.

81 Item facit quod dicit Bald. in capi. vno. §. marchio. in principi. qui feud. dar. possunt. quod non dicitur comes vel prælatus, qui non est de iure. Adducit Innoc. in capit. in literis de restitu. spolia. ergo cùm gloss. dicat, quòd incerta fertur sententia super interesse: & de iure debet intelligi. vide Federic. cõsil. 145. in fine.

Nota ... de rege Franciæ.

82 Et per hoc pessimè dicit gloss in cap. per venerabilem. in verbo, minimè. qui fil sint legi. quando supplet ad textum, dicentem regem Franciæ non recognoscere in temporalibus superiorem: videlicet de facto: secundum Petr. Iacob. in sua pract. in rubric. de præiudic actio. fol. 47 gloss. in pragmat. sancti. in proæ. in verbo. dei. Ioan. Ferald. in tracta. de iurib. regis Franciæ. lilio primo. Baldus consil. 217. ego puto. in tertio volu. Ioan. de Turrecrema. in capitul. in apibus. columna secunda sep. quæst. 1. Iacobi. in l. de quibus. columna penul. ff. de legib. & l. est receptum in secunda lectura de iurisd. omnium iud Iason. in l. cunctos populos columna tertia in versiculo nunquid autẽ tex. C de sum. trinit. Benedic. in repetitione cap. Raynutius. in verb. & vxorem numero. 556. & seq. de testamen Iacob. Bonaudus, in Panegyrico posito in tracta. contra rebelles regum. do Ioan Igne. in tracta. An rex Franciæ recognoscat Imperatorem in superiorem, vbi dicunt, quòd non recognoscit, etiam de iure: sed forsan fauor patriæ, loci, carnis, vel sanguinis illi gloss. reuelauit, vt docet Cardina. in Clem. 1. in fin. princi. de iureiuran.

Sed in hoc solus Igneus inuentus est alterius formæ à Bituriceñ. lectore, vt ipsis verbis do. Igneus asserit in repetit. §. non alias. numero 698. ff. de senatusconsul. Sylla. quod videtis esse falsum, nempe pessimè gloss. dixisse assero, & sic de iure regem Franciæ non recognoscere Imperatorem etiam postquam eos omnes qui huius sunt sententiæ narraui: dixi illi, scilicet gloss. capi. per venerabilem, reuelauit caro vel sanguis. quomodo enim verba ista do. Igneo conuenire possent non video, quod ipse faueret patriæ alienæ, cum sit Aurelian. & fauor etiam loci non existimo quod potuisset mouere ... contra veritatem, minus conueniit fauor carnis, quia non est (vt arbitror) patruus vel consanguineus Imperatoris, ob id nunquam intelligere de eo potui, quod satis patet intuentibus, sed forte zelo inuidiæ hoc describere voluit, at honestius ipsi fuisset, mea sententia, vt in hoc conticuisset, & legalem quèm profitetur scientiam, pro sequutus fuisset, non historiam, quam tamen si texere voluisset, separatim eam conscribere debebat, quia parum commune habet ius, cum illa historia, & extra rem ista ibi describuntur.

83 Ideo potest alio modo saluari: videlicet, quòd iudex potest incertam proferre sententiam super eo quod interest, taxatione sibi reseruata: vt tenet Anto. de Butr. in capitulo grauis de restitut. spolia. & ita seruat stilus curiarum, maximè parlam. Delphinalis, si Guido papæ credamus in decisio. suis, quæst 405. Sempronius, & c. per text. in lege terminato. C. de fructi. & liti. expen. facit gloss. singul. in l. item Labeo. ff. fa ercíscundæ, in verbo, sit purè. secundum Corse. in verbo. saluo. in suis singul. & tex. in l. prima in princip. ibi, potestas cito, vt hac lege sequenti licebit ff. ad leg. Falcid. & ibi hoc notat Paul. & Vincent. dixi latius in repeti. l. quod iussit. ff. de re iudicat. infrà latius dicam in quæst. vltima ad hanc legem, quomodo iudex debeat proferre sententiam. Hodie præcipitur iudicibus, vt certam proferant sententiam, in ordina. 1. e. rubr. *des semences.* artic. 94.

Practica notabilis.

In quantum gloss. dicit iudicem posse proferre sententiam incertam, cùm ei non sit certum quantum debeat extendi interesse: videtur loqui contra hanc legem, per quàm taxatur vsque ad duplum, in casibus certis: ergo iudex potest esse certus. Respondeo, posse in casibus incertis intelligi: vel ante hanc legem non erat iudici certum, & ideo Imperator hanc legem tulit. Sic in simili dicitur in l. certi iuris. C. de iudic. & l incerti iuris. de interdic. notat, Iason. in l. illam. C de collat. in primo notat. vel inter peritos iudices est certum, inter imperitos (quorum infinitus est numerus) incertum. l. inter omnes, & ibi gloss ff. qui satisda. cogan.

84 Nec placet continuatio Bartol. dicentis, quod in ferendis sententiis super interesse, consueuerunt oriri dubia: nam hæc dubia ante sententiam oriuntur. vt hic patet in versicul. in aliis, non in ipsa ferenda sententia: nisi salues Barto. quod in ferendis sententiis, id est, ante ferendam sententiam: vt exponit gloss in Clemen. causam de elect. in verbo, in domo. quàm singularem dicit do. Chassa. in consuetu. Burgundiæ, in Rubric. *des Iustices* .in §. 8. in gloss *& le iour.* nume. 19.

Reprobatur Bar. continuatio.

Rep. continuatio. 85 Vel ego ſic continuo: Suprà viſum eſt de ſententiis quæ proferuntur ſine certa quantitate, an valeant, néc ne: verùm quia quandoque ſuper eo quod intereſt iudices dubitant, an certam poſsint & debeant proferre ſententiam, & vſque ad quam quantitatem, ſiue in caſibus certis, ſiue in incertis, ſiue in damno, ſiue in lucro: Ideo hic Imperator infert hunc titul. ad tollendum illas dubitationes quæ poſſent oriri. Dicetur tamen in gloſſ. verbo, productæ. quæ ſint illæ dubitationes. Tranſeo ad aliam partem.

Epitomæ.

1 *Legis diuiſio.*
Diuiſionis vtilitas.
2 *Modernorum reprehenſio in eo quod dicunt in certis relinquendum eſſe arbitrio iudicis, exemplo pœnarum.*

1. *Imp.* IVSTINIANVS. *Ioanni* P.P.

CVM pro eo, quod intereſt, dubitationes antiquæ in infinitum productæ ſunt: melius nobis viſum eſt, huiuſmodi prolixitatê, prout poſſibile eſt, in anguſtum coarctare. Sancimus itaque in omnibus caſibus, qui certam habent quantitatem, vel naturam, veluti in venditionibus, & locationibus, & omnibus contractibus, hoc, quod intereſt, dupli quantitatem minimè excedere. In aliis autem caſibus, qui incerti eſſe videntur: iudices, qui cauſſas dirimendas ſuſcipiunt, per ſuam ſubtilitatem requirere, vt hoc, quod reuera inducitur, damnum hoc reddatur, & non ex quibuſdam machinationibus, & immodicis perueꝛſionibus in circuitus inextricabiles redigatur: ne dum in infinitum computatio reducitur, pro ſua impoſsibilitate cadat: cum ſciamus eſſe naturæ congruum, eas tantummodo pœnas exigi, quæ vel cum competenti moderamine proferuntur, vel à legibus certo fine concluſæ ſtatuuntur. Et hoc non ſolum in damno, ſed etiã in lucro noſtra amplectitur conſtitutio: quia & ex eo veteres, id quod intereſt, ſtatuerunt. Et ſit omnibus, ſecundum quod dictum eſt, finis antiquæ prolixitatis huius conſtitutionis recitatio.

Legis diuiſio. 1 Quo dilucidius intelligi poſsit hæc lex, prius eam diuidamus: vt in ſimili dicit text. in l. prima, ff. de doli except. Nam diuiſio tria producit commoda, per gloſſ. poſitam in §. igitur. Inſtitu. in proœmio: 1. quando non intelligimus text. vti debemus diuiſionibus, & facilius intelligemus: teſte Panor. in cap. quia diuerſitatem. de conceſſio. de præb. nam qui benè diuidit proximus eſt veritati. Seneca, quem refert Salicet. in proœmio C. & in l. filiæ. colum. §. fami. erciſcun. citat. Franciſc. Ponzinibius, in tract. de lamiis columna 16. quo circa Butrig. & Bal. hunc textum in tres diuidunt partes. Albert. in quatuor. Cin. Bar. & Socin. in quinque. Petrus de bel. perti. in ſex. Moder. repeten. in ſeptem. Ego vero, ſequendo Salicet in octo diuidi partes. In prima ponitur ratio legis condendæ: videlicet ad tollendum quaſdam antiquas dubitationes. Secunda quæ eſt ibi, ſancimus. taxat intereſſe in caſibus certis ad duplum. In tertia ibi, in aliis, ſtatuit totum id quod intereſt reddendum, in caſibus incertis, per iudicis ſubtilitatem inquirendum. Quarta ibi, non vt ex quibuſdam. rationem reddit præmiſſorum, ſecundum Salice. vel limitat proximum dictum. Quinta ibi, nedum in infinitum, probat per ſimile, vel ab abſurdo: vel melius, reddit rationem quare taxatur intereſſe. Sexta ibi, cùm ſciamus, remouet dubium: vel à ſimili de pœnis ad intereſſe, probat. Septima ibi, & non ſolum, declarat conſtitutionem, tam in lucro, quàm in damno procedere. Octaua ibi, & hoc, ponitur concluſio, quòd hæc lex imponit finem antiquæ prolixitati: & hoc ſit loco ſummarij. Et quia caſus nunc communiter in nouis libris habetur, & Socin. hic ad longum ponit: igitur non tranſcribam, ſed ſola recitatione in voce facta, eritis contenti.

Modernorum reprehenſio. 2 Inquantum hic Modern. in ſuo ſummario verſicul. in aliis, dicunt eſſe in certis arbitrio iudicis relinquendum, exemplo pœnarum non placet: quia text. in verſicul. in aliis, dicit: damnum, quod re vera datum eſt, debere reddi: & hoc debent iudices per ſuam ſubtilitatem requirere: & ſic non relinquitur arbitrio ſuo taxatio, niſi ſecundum hunc text. nam aliâs damnum re vera non reſtitueretur: quod eſſet contra hunc text. licet. d. Alcia. in capit. quod ſubſequitur. in fin. idem dixerit: quod poteſt ſaluari: vt ſuprà dixi & hæc in locum ſextæ partis ſuccedant.

Notabilis 1. Epitomæ.

1 *Infinitas eſt coarctanda & à iure reprobatur. & nu. 2.*
2 *In infinitis vix certa dari poteſt doctina & regula.*
Diſtinctio longa obſcuritatem parit.
3 *Lites triennio finiri debent & non in infinitum durare: intellige tamen de iure ciuili. 4.*
4 *Compromiſſum intra quantum tempus finiri* debet

debet: remissiuè.

5 *Lites vltra triennium protrahuntur in hoc regno Franciæ de consuetudine.*

Processus hodie interrumpitur per annum.

6 *Sententia interlocutoria non possunt vltra semel, & iterum reuocari.*

7 *Dilationes in infinitum dari non debent.*

8 *Testium effrenata multitudo repellitur per iudicem.*

9 *Testes vltra decem non recipiuntur super vno articulo, secundum ordinationes regias. & nume.10.*

11 *Testes post publicationem vbicunque lex permittit posse produci, vna tantum productio fiet, aut ad summum duæ.*

12 *Prouocare tertiò non licet: nec nullitatem proponere.*

13 *Infinitas in priuilegiis reprobatur.*

Priuilegium extrahendi frumentum vltra septem dies non durat.

14 *Reficere promittens tantum semel tenetur.*

15 *Infinitas in officiis reprobatur.*

16 *Probatio impedimenti per iuramentum semel & iterum, non amplius admittitur.*

17 *Pactum per quod partes conueniunt, vt semper in communione stetur, & ne diuisio fiat, non valet.*

18 *Venditor rei, infinitam custodiam præstare nō debet.*

19 *Procuratores constituti cum potestate substituendi, non possunt substituere cum eadem potestate. fallit nu.20.*

21 *Vicarii constituti non possunt alium vicarium constituere: nisi hoc eis specialiter esset concessum.*

22 *Subdelegatus non potest alii in totum subdelegare.*

23 *Subdelegatus poterit nudum ministerium, & nudam testium examinationem committere.*

24 *Infinitas in reconuentione reprobatur.*

25 *Compromissum, si simpliciter sit data potestas prorogandi, semel tantum prorogare poterit, secus si fuerit data potestas prorogandi toties quoties. nume.28.*

26 *Potestas eligendi quibusdam data, non potest committi aliis.*

29 *Rescripto impetrato contra Titium & quosdam alios non poterunt conueniri vltra quatuor extra expressos.*

31 *Dominus quando & quoties suis subditis collectas imponere possit.*

32 *Domini si sint duo tantum, an vnus sine alio exigere possit.*

33 *Conductor remanens in re locata post tēpus conductionis, licet censeatur tacitè relocare & pro simili tempore, intelligitur pro prima reconductione nō pro aliis.*

34 *Infinitas concernens salutem animæ approbatur.*

35 *Infinitas in his quæ actum virtutis concernunt, à iure approbatur.*

36 *Ius reale in re habens, vt habens pignus in re, poterit etiam miles alii pignori dare.*

37 *Verba quando tendunt ad exceptionem infinitas approbatur.*

38 *Fallit in exceptionibus non numeratæ pecuniæ, & dotis quibus est tempus præstitutum.*

38 *Infinitas quantitatis quando contrahitur ex voluntate obligati, admittitur: nisi in donatione quā priuatus absque insinuatione non potest immensam facere.*

40 *Leges, testamenta, & seruitutes sunt perpetuæ.*

Emphyteusis in infinitum conceditur.

41 *Infinitas temporis quando obligatio ex voluntate contrahentium inducitur, admittitur.*

Idem in obligatione conditionali.

Et in obligatione reseruanda.

42 *Infinitas numeri, si verba & mens sunt apta ad infinitatem, admittitur.*

& quid si dubitetur an sint apta necne. 43.

43 *Infinitas admittitur, quando subiecta materia est apta ad eam.*

46 *Promittens repræsentare quando liberetur & numer 47.*

48 *Prohibitio alienationis extra familiam quando vltra quartum gradum extendatur.*

49 *Prohibitio de non molestando, non intelligitur de molestatione iuris.*

Fallit si prohibeatur omnis & quæcunque molestia.

50 *Transactio ad incogitata non extenditur, nisi transigentium verba hoc importarent.*

51 *Hæres impropriè, vt fideicommissarius, comprehenditur quando inuestitura fit alicui pro se & & successoribus suis quibuscunque.*

52 *De retrouendendo quandocunque. & num. seq. vsque ad fin.*

Facultas nūquam præscribitur.

53 *Ad furnum, molendinum, aut hospitium solitū, an cogi possit quis accedere.*

Facultatis vita necessitatem non inducit.

54 *Præscriptio quando possit currere cum mala fide.*

55 *Iurās reuendere quandocunque, tenetur etiam post 30. annos.*

56 *Præscriptio in causa vsuraria nūquam currit.*

Primum notabile.

SEPTIMVM prosequens, Nota primo ex hoc text. ibi, in infinitu, iuncto versicul nedu in infinitum: quòd infinitas est coarctāda. Hæc materia est brocardica, secundum Cin. & Soci hic.

Ideò in eis non reperitur profundum Ioann. Fabr. teste in §. fuerat, in fine. Institu. de action. vixque in eis certa potest dari doctrina, & regula. Idem Fabian. in §. final. Institut. de adoptio. & Panormitan. in cap. dilectus. in secundo. circa finem de præbend. Quare Ci. posuit hic longam & tædiosam distinctionē. & Bar. in l. qui bona. §. fi. ff. de dā. infe. Et quia distinctiones lōgæ sapiunt

Distinctio lōga obscuritatē parit.

sapiunt obscuritatem, igitur regula consti tui debet. Moder. in §. item si quis postulante.colum 1,.nume. 20.& sequent. In ti- tu. de actio. Ideo plane procedendo, facio regulam, quòd infinitas a iure improbatur. & hæc regula elicitur ex hoc text. & probatur in ca cum in multis de rescri.libr.sexto. gloss.ibi alia iura citat.& in §.omnes. si de feud.defunct.conten.sit inter do. & agna. vassal.& probatur iuribus sequentibus.

De infinitate multa.

3 Amplia primò, procedere in iudiciis, quia finiri lites triennio debent, & non in infinitum durare.l. properandum. in princi.C. de iudic.

4 Quod est verum de iure ciuili: secus de iure canonico, c.venerabilis, secundum vnum intellectum de iudi. & quid in com promisso, vide Guido.papæ, in decis. Delphina q.140.vtrum expiret.

Consuetudo Franciæ quo ad l properandum.

5 Sed in hoc regno Franciæ, obseruatur iuris canonici dispositio, de consuetudine. Ideo lites vltra triénium, & quandoque vltra triginta annos protrahuntur, tam in curiis parlamentorum, quàm in aliis inferioribus: teste d de Petrucia, in tracta.de viribus iuramenti, in primo remedio finiendarum litium. Ideo bonum esset, quod ius ciuile in hoc seruaretur: vt etiam videtur cõcludere veridicus interpretes côciuis meus. de.Boer.in consuetudinib.Biturig. in §. 23. de iurisdictio.omnium iud. Sed hodie processus interrumpitur per annum: vt dico in præfatio.ad ordina.regias.

6 Secundò amplia, in sententiis interlocutoriis, vt vltra semel, & iterum reuocari nõ possint: nec si fuerint bis confirmatæ, eadem ratione.gloss.in Clemen. final. de appel gloss.in verb.non habente.de friuol. appel.in Pragm.sanctio. Bat. & alij in l. quod iussit.ff.de re iudica & ibi amplè dixi, in repeti illius legis, quare hic non repeto.

7 Tertiò amplia in dilationibus: vt in infinitum non dentur.l.fina.ff.de fer. & maximè vltrà quartam.§. quia verò. in authen. de testib. colum.7. ca. vltra de testib. licet quandoque vltra quartam dentur ex stilo curiarum, in hoc regno dum partes reintegrentur ad duas dilationes post quartam. vt vidi in ressortu Tholosano seruari.

8 Quartò, in testibus: effrænata testium multitudo repelli per iudicem debet. ca. cùm causam.de testib. Masuer. in Rubric. de testib.§.item ad refrænandum. vide Roma.in repetitio.l. si verò.§. de viro.colum. 42.fallen. 45.ff.solut.matri.

practica.

9 Hodie in hoc regno, per ordinationes regias, non possunt vltra decem testes super vno articulo produci: vt habetur in eisdem ordinationibus. Rubri. *des tesmoings.* facit ca.cùm olim.de priuileg.

Vltra decem testes super vno articulo non recipiuntur secundum ordinationes regias.

10 In hoc (siue sint articuli speciales, vel singulares, siue generales) declaratum extitit per parlament. Parisien. vt citat Ioann. Gallus. in quæst. per arest. quæst.163.aresto.12. Hoc latius dicam in d.ordinatio regiis

11 Quinto amplia, vbicunque lex permittit produci testes post publicationem: vt in matrimonio capit. series.de testibus. vna tantum productio, vel ad summũ duæ post publicationem, eadem ratione hét. Baldus in ca.iurauit.colu.2.de probat. per l. fideicommissa.§.si quis decem.ff.de lega.tertio. Idem in reprobationibus testium. ca. licet dilectus, de testibus.

12 Sextò amplia in appellatione: quia non licet tertio prouocare. Rubric. C.ne liceat tert.prouoca.c sua nobis. de appella. & sic nec infinitum, nec nullitatem proponere. Clemen.1.de re iudica. Ioan Fabri. in § appellantur.colum.3. de exceptio.Instit. Philippus Franc.& alij in ca. dilecto. de appella Intellige tamen vt ibidem dicitur.

13 Septimò amplia in priuilegiis, quòd si concedatur Hispanis aut Anglis, vt eis liceat extrahere frumentum ex Francia: non extenditur vltra septem dies: eadem ratio text. & ibi notat Barto. & patruus meus Iacobus Rebuf.in l. prima. C. de tractato. lib.12.Corset. in singul.incipien.gabella. in 4. Alexand.in l. qui bona.§.fin.ff. de dam. infecto. Felin.in ca. licet in 3.de testibus vide textum in l.vna.C.de vena.fera lib.11. & Rauen.in compendio iuris ciuilis.fol. 107. nisi aliud in priuilegio exprimatur.

Priuilegium extrahendi frumentũ, vltra septem dies, non durat.

14 Octauo, in locationibus: si locauero domum, aut molendinum cuiquam, cum pacto quòd reficeret: si post refectionem destruatur casu fortuito, non teneatur iterum reficere ne in infinitum eatur. Rofre. Beneuenta. in quæstionibus sabbatinis. quæst. 14.Ioan.And in additio. ad Specu. in titu. de loca § postquam. versicu. sed quæritur. in verb. habitat Baldus in l. licet. quæst. 4. C.loca.Ias. in l.duobus. §. si ei qui. colum. 2.ff de iureiurand. facit quod notatur in l. Martius.ff.loc.l.si socius pro filia.ff pro socio ibi, nec si prior maritus &c. Alexander consilio 154. videretur. in secundo volumine. Iacobi.in l.dotis promissio. ff. de iure doti.

Reficere promittens tantũ semel tenetur.

15 Nonò amplia, in officiis: quia licet quis ex necessitate duo obtinere possit officia, non tamen tria prædicta ratione. not. text. in l.final.C.de excepto. & exacto. lib. duodecimo, & ibi hoc notat Bartol. & patruus meus Rebuffus.

16 Decimo amplia, in impedimento probando per iuramentum: cùm semel & iterum, non amplius admittatur talis probatio.text.singula.in l fina. ff. de bonis auctori. iudic. possiden. Paul. in l. veluti. in fine ff.de edend Barbat consil.50.præclarè. colum octaua, in secundo volumin. Iason in l.admonendi. colum. vndecima, numero sexagesimo, ff de iureiurand. in lectura. Quod facit ad declarationem capitul. quia propter §. primo, de electionibus, l. 2. ff. si quis cautionib. l. quæsitum. ff.

De impedimento probando per iuramentum.

de re.

de re iudica.& aliorum iurium, dicentium impedimentum probari per iuramentum.

17 Vndecimò amplia, in pactis vt non valeant si conueniãt partes vt semper in communione stetur, & ne omnino diuisio fiat. l.in hoc iudicium. §. si conueniat. ff. communi diuidum.l.si non sortem §. si centum. & ibi Iason ff de condict. indebiti. Moder. repeten.in l.nemo.ff de legatis primo. Ioã. Lupus in repetitione capit per vestras. de donat.inter virum & vxorem, folio 3. colum.2.& §.45.fol.32.colum.4.

18 Duodecimò procedit in venditionibus: vt venditor rei venditæ infinitam custodiam præstare non debeat.l. prima.§. licet & l.si quis vina.in fine,ff. de pericu.& commodo rei vendi.Iason in repetition. l quominus.numero 135.ff. de fluminibus. quæstione 22.

19 Decimotertiò amplia,in procuratoribus constitutis cum potestate substituendi: vt nõ possint substituere, cum eadem potestate substituendi: ne in infinitum procuratoris substitutio procedat Geminianus in c. primo,§. licet. circa finem, de procuratorib.lib.sexto. Dec. consil. 77. viso puncto, colum.tertia.

20 Limita,nisi esset datus in rem suam: vtpote, quia ei facta est cessio iuris in re. l. si procuratorem §.fina.ff mandati vel dominus esset litis effectus Hippolit. Marsil. in repetitio. Rubri ff d fideiussorib.quæst.9. numer 99 Vel nisi esset ei data expressa potestas substituendi cum simili potestate, vt fit quotidie:& sic vidi seruari.

21 Decimoquartò amplia,in vicariis constitutis, vt non possint alium vicarium constituere: ne in infinitum procedatur.ca.clericos.de offi. vica. Rauen.in alpha.in verb. infinitas. Rota.in decis. 378. Fuit dubitatum,aliàs est decis.4. de offic. vicat. in nouis, vbi limitatur quando specialiter hoc fuisset ei cõcessum: vt not.Dominic.& Philip.in c.primo.de offic.vicar.lib.6.

22 Decimoquintò amplia, in subdelegatione,vt subdelegatus (etiam à principe) non possit alij in totum subdelegare: vt infinitas euitetur glos sing. in ca. super quæstionum §.porrò de offi delega. Panormitan. & alij,in ca cùm Bertoldus. de re iudicat. Doctor.in l.à iudice. C. de iudic.Aufre. in decisio.capel.Tholos.quæstio 12. an vnum articulum. Alexan. in Rubri. de offic. eius cui manda.est iurisdi.colum.4.

23 Poterit tamen nudum ministerium, & nudam testium examinationem committere text singul.in dicto ca. super quæstionum.in princi in verbo nos autem. Clemẽ. vna de offi. delega. Aufre.in dict. quæstione 12.Item &c. an vnum articulum. Rota, decis.64 delegatus in nouis.

24 Decimosextò,in reconuentione: quia si primo petis à me decem, reconuenio te ad librum,non poteris iterum me reconuenire:quia in infinitum sic procederetur.glo. 2.in authen.& consequenter. C.de senten. & interlo.om.iudi.& ibi communiter doctor. sequuntur gloss.& Specul.in titul. de reconuentio.§. nunc dicamus. Rauen. in alpha.in verb infinitas.

25 Decimoseptimò amplia, in compromisso,in quo data est potestas protogandi simpliciter,vt semel tantum possit. Specula.in titu.de arbitro.§ excipitur. versic. sed quid si fuerit actum per tex. in l. fideicommissa. §.si quis decem.ff de lega. 3.vide tex.in l.fi. §.& hæc quidem.in fine. C. de iure deliberand.Barba consi.50.praclarè.colum.8. in 2.volum Alexand.consi. 70. viso colum. 2. in 2.volum. & Soci consil.117.visa. & consil 221.visa colum. 1. in 2. volumi. Ias. in l. duobus §.si ei qui.ff de iureiur. vide in decis Neapol q 46 dicit.

26 Item potestas data quibusdã vt eligant, non potest committi aliis, nisi potestas eadem fuerit data. Federic consi 65.vltra scriptæ.colum.2.

27 Si verò sit data potestas prorogandi semel atque iterum non potest vlterius prorogari Bald in ca sua nobis in fin. de appellat.& consil. 350. verba compromissi in 5. volum Alexand. in l. qui bona §. fin. ff. de dam.infect.

28 Secus si sit data potestas prorogandi toties quoties,quia tũc in infinitum. Deci. hic:& dico in vlti. limitatione infrà. Item laicus patronus potest variare præsentando secundum tantum, non tertium.Ayn addition.ad Panormita.in ca à nobis. de iure patronat.Calder.consil.16. Rubric. de iure patronat. Corset.in tractat. de geminat. in versic.69.an laicus.

29 Decimooctauò, in rescriptis impetratis contra Titium,& quosdam alios. nam vltra quatuor, extra expressos, non possunt conueniri.cap.2.de rescri.lib. 6. & ibi glos. ponit alias ampliationes.

30 Nomina verò conquerentium, tot esse possunt quot placet: tamen octo tei, non vltrà, possunt exprimi extra illam clausulam.& quidam alij: secundum prouinciale omnium ecclesia. fol 20. quod nota. ad declarationem d.c.2. de rescri in 6 & dixi ibi dñi Tholosæ legebã annis iã 20.effluxis.

31 Decimonorò amplia,quòd licet dominus possit quandoque imponere collectam suis subditis (quam nos taliã vocamus) & hoc quando efficitur miles, vel collocat filiam nuptui,aut capitur ab hostibus, aut si vult visitare terrã sanctã: & in aliis casibus positis in additionibus ad Bart.in l. placet. C.de excusa.nume. lib. 10. Ioan Raynand. in compreben.feuda.§.firmiter.de prohib. feud.aliena. per Federi Iacob.in tracta.de feud.in verb cum mero.versi. quæro vlterius.& in verb qui quidẽ inuestiti. vers. videndum est. Guido consi.1. d Io. Sanxon in consuetu. Turo.Rubric. *des loyaulx aydes.* articu.

Quando & quoties, dominus suis subditis collectas imponit.

articulo ſecundo & quarto. Albertus Bru. conſilio 32. dum quæritur in materia feudali. Etiam in foro conſcientiæ, dum tamē moderatè Silueſter de prierio, in ſua ſumma, in verbo dominium, quæſtione quinta. & Leonard. de Vtino. de legib. ſerm. 38. quadrageſima. in primo teſtimonio legis naturalis. Tamen ſubditi in tribus primis caſibus non tenentur vltra ſemel, nec in aliis in infinitum, teſte Maſuer. in rubri. de taliis, verſicu. item quatuor caſus.

32 Et ſi ſint duo tantum, an vnus ſine alio exigere poſsit,; quod ſic concludit Petrus Antibolus in tractatu de muneribus. folio 91. colum. tertia, vbi vide latius.

33 Vigeſimò, licet conductor remanens in re locata, poſt tempus conductionis cenſeatur tacitè relocare & pro ſimili tempore. l. qui ad certum. ff. locati. l. legem. C. illo titulo.

Hoc eſt intelligendum pro prima reconductione, non pro aliis, ne; in infinitum procederetur. Iaſon in l. duobus. §. ſi ei qui. colum. ſecunda. ff. de iureiurand. Hippolit. in rubrica. ff. de fideiuſſoribus. quæſtione noua. licet contrarium obſeruetur. Alias multas ampliationes miſſas facio ne tot columnis lectorem ſuſpendam.

Infinitas concernens ſalutem animæ approbatur.

34 Limita primò, quando agitur de concernentibus ſalutem animæ: puta laudare Deum, & ſimilia: quia tunc infinitas amplectitur. ca. ſacroſancta. 22. diſtinction. capitulo ſi quis vult. 16. diſtinction. l. prima. C. de officio præfect. prætorio. Aphric. Idem dicit Hieronimus, in capitulo nunquam. de conſecration. diſtinctione quinta gloſſ. in extrauagan. primo. Ioann. 22. de verborum ſignificatione, in verbo infinita, & Dauid, Benedicam dominum in omni tempore.

In his quæ actum virtutis concernunt, infinitas etiā iure approbatur.

35 Idem in actu virtutis: vt in ſtudio, quod non poteſt eſſe nimium per tempora vitæ. Cardinal. in Cle. ne in agro. de ſtatu monachorum. l. apud Iulianum. ff. de fideicommiſſar. liber. Inde Carneades philoſopſus, ita ſe doctrinæ operibus donauit: vt cùm cibi capiendi cauſa recubuiſſet, cogitationibus inhærens manum ad menſam porrigere obliuiſcebatur. Valer. reſte. rubric. de ſtudio & induſtria. libro octauo, titulo ſeptimo. Plus de Solone dicens, qui ſub mortem agens, aſsiſtentibus & amicis inter ſe conferentibus, caput ſatis iam preſſum erexit: interrogatus quid hic egiſſet, reſpondit: vt, cùm iſtud quicquid de quo diſputatis peræpero, moriar. Ibique narrat alia exēpla, & Textor in ſua officina, rubr. alij qui literarum. & Hieronimus epiſtola 39. in ſecunda parte, dixi in interpretatione authentic. babita, C. ne filius pro patre. in ſcholaſtico. priuileg.

36 Secundò fallit, quando quis haberet ius reale: vt habens pignus in re: quia poterit etiam milies aliis pignori dare, l. prima, & final. & ibi Bald. & Angel. C. ſi pignus pignori datus ſit. Alexander in dicta l. quibbona. §. fina. Felinus. in capitu. licet. in 3. de teſtibus. Licet contrarium teneat Specul. in titul. de pignor. §. primo, verſiculo ſed cùm pignus. citat Barbat. conſilio 50. præclarè. colum. octaua, in ſecundo volumine.

37 Tertiò limita, quando verba tendunt ad exceptionem. l. purè. §. fin. ff. de doli exceptione, l. ſi pactum. C. de exception. §. appellantur. Inſtituta de exceptio. doctor. in capitul. ſi autem, de reſcrip. nempe ſi poſt mille annos ageretur, ſemper exciperetur: & in infinitum exceptio obiicienda eſt: iuriſconſult. in l. apud §. in hac. ff. de doli exceptione, & ſequitur, licet illum textum non alleget. Specula. in titul. de exception. §. primo. verſiculo eſt autem. dixi in arbore exceptio. in cellula, perpetuæ.

38 Fallit exceptionibus non numeratæ pecuniæ, & dotis: quibus eſt tempus præſtitutun. l. ſecunda, & l. in contractibus. C. de non numerata pecunia. Inſtitut. de litera. obligatio. in principio. Felinus in cap. ſi cautio. de fide inſtrument. & rubric. C. de dote cauta non numerara, l. final. cum authentica ibi poſita. Quia in poteſtate rei eſt illas per viam querelæ & actionis proponere. Salicet. in l. fina l. colum. ſecunda, C. de ſacroſanct. eccleſiis. & dicta. l. in contractibus, cum authentica ibi poſita. Tamen poteſt etiam quis poſt biennium & perpetuò, ſicut in alliis exceptionibus excipere: vt eſt communis opinio doctorum, in l. pecuniam. ff. ſi certum peta.

39 Quartò derogatur, quando infinitas quantitatis, quæ propriè dicitur immenſitas, contrahitur ex voluntatæ obligati. l. continuus. §. illud ff. de verborum obliga. vbi ſi pauper promiſerit centum aureos, quos nec haber domi, nec alibi: obligatur tamen ad illam pecuniam dandam, licet ſit illi difficile dare: ſecus ſi propter voluntatem. l. ex damni. ff. de damno infec. l. ſeruos. de pignor. actio.

Fallit in donatione quam priuatus abſq; inſinuatione non poteſt immēſam facere. Secus ſi in principe. l. ſancinus. C. de dona. Anto. de Canaro plenè in tract. de inſinua. per 64. quæſtiones examinat materiam.

40 Quintò fallit, quando eſſet infinitas naturalis vitæ, vt leges ſunt perpetuæ. nam vita naturalis eſt perpetua, cum ſemper ſint in viridi obſeruantia. l. Ariani. C. de hæret. Item teſtamenta perpetua ſunt. l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. Seruitutes. l. 4 ff de ſeruit. l. eum debere. de ſeruit. vrba prædiorū. Emphyteuſis. in infinitum conceditur. §. emphyteuſim, in auth. de nō alienā. reb. eccle. & ibi no. Et feudū §. pen. qui ſeu. dare poſſ. Intellige vt ibi, & ſequitur Bald hic. col. 5.

Leges teſtamenta, & ſeruitutes ſunt perpetuæ.

41 Sextò fallit in infinitate temporis, quando obligatio ex voluntate contrahentium inducitur. l. ſi finita ibi, ſi quidem ex con-

conuẽtione.ff.de damn.infect. licet Sali. in l.fin.colum. 2.C.de ſacroſanc.eccleſi. illum textum dicat loqui in obligatione conſeruanda: Secus ſi ex neceſsitate dict.§.fin. l.qui bona.

Amplia procedere in omnibus obligationibus loquentibus de obligatione conditiunali, iuxta l. cedere diem.ff. de verbo. ſignifica. quia tunc donec euenerit conditio, aut defecerit, durabit ſpes committendæ obligationis: quæ ſemper eueniente cõditione poteſt committi. l. ſi ita ſtipulatus fuero, ſi Titius.ff.de verbo.obliga.

Idem in obligatione conſeruanda, ſi actor non negligit ius ſuum. l. cum debere. ff.de ſeruitu.vrba.prædio. quia actor ſuam poteſt perpetuare actionem vſque ad 30. annos: & perpetuò conſeruabitur obligatio.l. nec bona fide.C.de præſcriptio.longi tempo.l. nam poſtea.§.ſi is qui.ff.de iureiurand.Salice.in dicta l.fina.collatio. 2. C.de ſacroſanct. eccleſ.poſt Bartol. in dict.l.qui bona.§.fina.

42 Septimò, limita in infinitate numeri: vt quando multiplicatur præſtatio annua: quia ſi verba & mens ſunt aptæ ad infinitatem admittitur.l.ſi duo.§.ſi.ff.de recept. arbi.l.ſi ita ſtipulatus à Seio fuero.ff. de fideiuſſorib.& l.in annalibus.C.de lega. Alexã. conſi.115.viſo themate.colum. 2.in 4. volu. & conſil. 49.viſo themate. in 6. volumin. Secus ſi verba expreſsè repugnant. l. ſi ſic. 2.ff.de verbo.obligatio.

43 Amplia idem eſſe ſi dubitetur an verba ad infinitatem apta ſint, necne: & multiplicatio contingit culpa aut facto eius qui obligatur.l.ſi ſic.2.reſponſo. ff. de verbor. obligat. Et idem ſi multiplicatio facto eius cui obligatio quæritur contingat, ſi ex hoc obligatus non lędatur, vt ex editione iterata.l.veluti ff.de edend. & dicta.l. ſi finita.in princi.

Idem ſi obligatus lædatur, tamẽ tantum debitori adeſt ex facto eius qui obligatur, quantum reddere tenetur.l.ſicut in annos. ff.quib. mod. vſufruct.amitta. nam ex capitis diminutione creditoris, adeſt vſusfructus debitori: quem dare iterum debet. l. 1. §.ſi cui.ff. vt lega.vel fideicommiſ. no. cauea. aliàs.non: dicta l.ſi quis decem.

44 Idem ſi caſu vel fortuna, ſeu ex natura rei multiplicatio contingat. l.filiæ.& ſequẽ. ff.de annuis lega.& l. penul.illo.titul.d.l. ſicut.Bartol.in dicta l. qui bona.§. fina. latè Henric.Boic in ca.quia circa.de priuileg.

Quando ſubiecta materia eſt apta ad infinitatem admittitur.

45 Vltimò limita, quando ſubiecta materia eſt apta ad infinitatem, aut verba.l.ſi ita ſtipulatus a Seio fuero. ff. de fideiuſſorib.. §. penultim.qui feud. dare poſſ. l. videamus. §.iurare. & ibi Iaſ.quem legit cum §.deferre.ff. de in litem iurand. Angelus, conſilio. 261.thema.colum.2. Vita de Camba. in tractat.clauſula.clauſula, nil nouari ſecuritate pendente.colum.3.Imola in l. ſi finita, in principio ff.de damno inſecto. licèt Iaſon contrarium teneat, in l.fina.colum.6.C. de ſacroſanctis eccleſ.

Promittens repræſentare. quando liberetur.

46 Et ſic infertur primò, qud ſi aliquis promiſit repreſentare reum, toties quoties fuerit requiſitus: vel quandocunque: ſeu ad omnem iudicis voluntatem: etiam vltra bis tenetur, & etiam poſt ſententiam. textus ſingularis in l. quòd ſi nolit. §. ſi quid.ita. verſic.ſi verò conuenerit. ff. de ædili.edict.ſecundum Franciſcum Cremẽſem ſingula. 11.ſi quis promiſerit. Hippoli. in rubric.ff.de fideiuſſorib. quæſt.15. nume. 140.ſequitur Bar.in l. ſi quis reum.ff. de cuſto.reo.facit text.in l. prima, in verbo, totiens quotiens. ff.ſi famil. furt. feciſſe dicatur.l.ſi alienus.de ſtipula. ſeruorum. dicta l.ſicut in annos.§. in primis. & Inſtitut. de eo cui liberta cauſa bon.addicuntur. Hippolit.in repetitio l. vnius. §. cogniturum. numer. 35.ff. de quæſtionib. Iaſon in dicta l.ſi duobus.§. et qui.ff. de iureiuran. & conſilio.30.punctus. in primo volumine. licèt Angel.in dicto §. final. teneat contrarium: vt refert Iaſ.in dicta l.final. & idem Baldus conſil.112.præmiſſo.col. penult. ſed præcedens opinio communis eſt, & vera.

47 Imò ſi talis promiſſor repreſentauerit reum, & fuerit incarceratus. ſi tamen aufugerit, adhuc (ſecundum quoſdam) tenebitur illum repreſentare, ſaltem ſemel: propter illam generalitatem, dicta l.ſi ita ſtipulatus à Seio.facit l. nouiſsima. ff. iudic. ſol. Contrarium tenet. Lucas de penna, per tres colum.in l. ſi quis decurio. colum. 2. cum ſequen.C.de decurio.libro decimo.Hippolit.in rubric.ff.de fideiuſſorib. quæſtion. 16. numer.142.quando pro eadem cauſa fuerat captus: ſecus ſi pro alia: niſi intelligas factam eſſe proteſtationem, in prima præſentatione vt ibi dicitur. Et ſeundum iſtam opinionem pluries fuit iudicatum Neapoli.vt patet in deciſio.illius, quæſtio. 130. habuimus &c.

Prohibitio alienationis extra familiam. quando vltra quartum gradum extendatur.

48 Secundò infertur, quòd licèt diſpoſitio teſtatoris prohibentis bona alienari extra familiam, non extendatur vltra quartum gradum poſt perſonam prohibitam: in authentic.de reſti. fideicommiſſ. §.nos igitur codicilis, & ibi Iacobus de bello viſu. & Angel.collatione quarta.doct.in l. filius familias.§.diui.ff.de legatis primo.Iaſon in l. fina. numer.quinto.C.de hæredi. inſtituen. Tamen ſi fuerit facta omnibus ſucceſſoribus & hæredibus, quia vult perpetuò remanere in familia: illa prohibitio extenditur vltra quartum gradum, & vſque ad infinitum: cum verba ſint ad infinitatem apta.argument. in l. annalibus. C. de legat. Bartolus & alij, in l.Gallus.§ etiam ſi à parente.ff. de liberis & poſthumis. Baldus in l.fina. colum.prima, & ſequent. C. de hæredibus inſtituendis. Alexand.in dict. conſilio 23. conſideratis. in 2.vol. & conſi. 195.

pro-

ſione reuerendi, intelligitur iſta conditio, ſi intra xxx. annos retro venditio petita fuerit. Angel. conſilio 55. Guillelmus quia actiones illo tempore dræſcribuntur omnes lege omnes. C. de præſcript. triginta anno. & illa conditio ſub intellecta excuſat poſſeſſorem à mala fide: ſecundum Angel. vbi ſuprà.

No. quādo præſcribatur cum mala fide.

54 Et etiam quia præſcriptio poteſt currere cum mala fide, contra eum cui nondum actio competit, ſed eſt competitura: vt legatario, contra quem hæres poteſt præſcribere antequam acceptet legatum ſibi relictum: cum ignoret an legatarius velit acceptare dictum legatum. de Anchara. in regul. ſine poſſeſsione. de regul. iur. libr. 6. refert Socin. conſil. 63. in cauſa. col. 2. verſicul. præterea. in 1. vol ſequitur Ioan. Fab. & alij, in d. l. cum notiſsimi. Felin. in rubric. de præſcript. col. antepenult. Iaſ. in lege petens. col. 4. nume. 10. C. de pact. & l. ſi mater. col. 2. de inſtit. Dec. conſil. 554. quod ſuprà. Boer. in §. 1. in fine primæ glo. de præſcript. & iſta eſt verior, & communior, & ſic in iudicando tenenda & conſulendo: vt tenet Ioan. Franc. in tracta. de præſcri. vbi ſuprà.

Quia etiam ſublata præſcriptione, hæc non cenſetur ſublata. glo. ſingu. in §. 1. de ca. Corradi, ſecundum Ioan. Franciſc. Bald in tracta. de præſcript. in 5. parte 5. partis. q. 9. col. 76. Chaſſa. in conſue. Burgund. in rubr. *des fiefz*. §. 2. in gloſ. *dedans l'an*. 4. q. nume. 12. & ſeq. & in rubr. *des droictz*. §. 18. gloſ. *non obſtant*. & in rubr. *des mains mortes*. §. 2. gloſſ. *par quelque laps de temps*.

De iuramento vendere.

55 Poſſet etiam prima opinio teneri, ſi emptor iurauerit reuendere quandocunque venditor voluerit: nam ratione periurij, quod incurreret emptor, præſcriptionem opponens, & vendere recuſans, quandocunque teneretur: etiam poſt 30. annos. Roma. in l. 1. in 3. colum. verſicu. & adde duas no. cautelas. ff. de vſucap. & doct. per illum text. in l. nam poſtea. §. ſi is qui ff. de iureiuran. & hæc opinio eſt æqua, & verior, ſecundum Petr. Gerald. in ſingul. 18. not. diligenter, vbi citat Roma. tamen ego putarem iuramentum intelligendum ſecundum ius, ſcilicet ſi ille venerit intra tempus iuris, ſcilicet triginta annorum. per l. ſi. C. de non num. pecu.

56 Vel poſſet intelligi & teneri prima opinio, quando contractus præſumeretur fœneraticius: nam in cauſa vſuraria nunquam præſcriptio currit. Alexand. conſil. 46. circa præſentis. col. 2 & ſeq. in 3. vol. Iacobi. in lege mutuum. col. 1 ff. ſi cert. peta. Chaſſa. in conſue Burg. in rub. *des rentes vendues à rachapt*. §. 1. num. 19. in rub *des retraictz*. §. 10. in gloſſ. *à faire diligence*. in fin. & quando præſumatur, habetur in ca ad noſtram. de empt. cap. illo vos. de pigno. Barba. conſil. 51. ſcripſit in primo volu. & dixi latè in d. c. ad noſtram: & addidi ibi. & ideo anno 1536. die 18. Ianuarij, in magna camera fuit decretum interpoſitum annullatum etiam poſtquadraginta annos.

Amplium.

57 Vel poteſt ſaluari prima opinio, quando fuerit promiſſum retrò vendere toties quoties, & etiam quandocunque fuerit præſcriptum. Barto. & alij in l. nemo poteſt. col. penultim. ff. de lega. 1. Bal. in lege a. C. vt in poſſeſsio lega. per tex. in dicta. l. ſicut. quibus mod. vſuſruct. amittatur. Cæpol. cautela 65. & Petr. Geraldus. vbi ſuprà Sed in praxi iſta clauſula parum proderit, quia cenſetur ex voluntate notarij & ſtilo appoſita, & illa generalitas, ſic etiam eſſet reſtringenda per ſupradicta, & ſic laus deo, quia hæc materia infinitatis non fuit hactenus vtiliter adeò & plenè expedita nec ita clarè elucidata ſicut hic: licet multa relinquam ob temporis breuitatem, & ne lectorem tædio afficiam, vt vitem infinitatem.

Notabilis 2. Epitomæ.

1 *Prolixitas coarctanda, & refrenanda.*
2 *Prolixitas ſapientibus inimica.*
3 *Iudex poteſt indicere ſilentium aduocato verboſo: & quandoque officio aduocationis priuare.*
4 *Officium boni aduocati.*
5 *Scholaris poteſt compellere ſeruum ſuum iuxta ſe alta voce ſtudentem, vt taceat, aut recedat.*
6 *Prolixitas quando approbetur. & nu. 7.*

Notabile ſecundum.

De prolixitate refrenanda.

1 SECVNDO notabi, prolixitatem &c. quòd prolixitas eſt coarctanda: quia veritas in paucis conſiſtit: ſecundum philoſoph. refert Areti. conſil. 7. procedendum. & conſil. 101. in cauſa. & conſil. 104. breuitas. & Soci conſil. 44. in præſenti. in princip. in 1. volumi. Alexand. conſil. 61. viſo. in 5. volu.

2 Et prolixitas eſt ſapientibus inimica. Areti. conſil. 11. procedendum in princip. & conſil. 71. diligenter. licet apud mulieres habitet. Inde Laborus, cum quis longiore oratione vteretur, ait, Quo mihi pro paruis magna facis ſacrificia: nam quantum rei ſat fuerit, tantum tibi dicendum eſt. teſte Plutarcho in apophthegma. Laco.

3 Ex hoc infertur, quòd iudex poteſt indicere ſilentium aduocato verboſo, & quandoque officio aduocationis priuare. gloſſ. ſingul. in l. ex ea. ff. de poſtulan. quam ſingul. not. Roma. ſingul. 700. 59. addit ad Panormita. in proœ. decreta. columna tertia, notab. in l. 1. ff de offic. aſſeſſo. Iaſ. in lege Gallus. §. quidam rectè. column. 2. in prima lect.

ff. de liber. & posthu.

Officium boni aduocati.

4 Nam boni est aduocati, breuiter & summatim loqui. Areti. consil. 120. procedendo. Iaſ. & alij per illum text. in l prima. ff. de offic. asseſſo. & hoc præcipitur eis. in ordinat. regul. in rubri. *des aduocatz*. & in ordi. Caro. septimi. articu. 50. & 53 & in ordi. eiusdem tangentibus stilum parlamenti. articu. 24. & 29. Specula. in titul. de aduocat. §. consequenter quia gaudent breuitate moderni. in lege prima. ff. quod metus causa. maximè Parisien.

Contra scholares.

5 Item scholaris potest compellere suum socium alta voce iuxta se studientem, vt taceat, vel recedat. Spec. in titu. de iudiciis. §. 2. Alexand. & alij in l. 1. colum. penultim. ff. soluto. matrimo. d. Purpura. in quæstio. 4. de asseſſo. nume. 105. cum sequent. imò si perturbet vniuersitatem, potest ab ea expelli, & punitur excommunicatione tridua. text. singul. cap. in loco. in fi. 5. quæstio. 4. secundũ Roma. singul. 673. quando vniuersitas, dixi in priuilegiis scholarium.

Quando breuitas, astum vitetur.

6 Limita, nisi ex tali coarctatione induceretur obscuritas gloſ. in §. illud. in procemio. ff. cùm dicit, dum laboro esse breuis, obscurus fio: nam tunc non est studendum breuitati, vt obscuritas inducatur: sed quando nullum damnum fiet intelligentiæ. Hieróny. prout refert Georg. Nathan. in Clemen. sæpe. in v. notab. de verborum signific. col. 14.

7 Secundò fallit, nisi coarctando necessaria omitterentur. l. secunda. C. de senten. ex scripto recitan. ibi, non subitas, nec debet esse quis adeò breuiloquus, vt de causæ contingentibus aliquid omittat: ne per nimium compendium, ad magnum veniat dispendium. capitulo, abbatè sanè. in fin. de re iudica. libro sexto, capitulo, qualiter. in 2. prope finem. de accusa. Specula. in titu. de aduocato in §. consequenter. versiculo, non autem. nam dicitur, qui parum intelligit, citò definit, Aretin. consilio 65. in præsenti alia addidi in dicta lege prima ff. quod metus cauſ. & lege 2. §. deinde. C. de veter. iur. enucle adde aliâs limitatio. per te, & in his notandis si lubet prolixitatem nostram excusabis bone lector, quia necessum mihi fuit verba legis & materiam illis verbis conuenientem prosequi, & pertractare quod non fecissem, si in modum tractatus scripsissem, quia tunc materiam eius quod interest solum præscripsissem, sed cum id temporis frequentissimum esset scholasticorum auditorium, & petitorum, multa eis oportuit præbere fercula, quæ cum mihi obuiam venirent, calamo temperare non potui, itaque ista eis dictaui, & hanc materiam ante nos non iustè tractatam ad inopiam redigere nolui, boni si placet consules, nec inuenies ea impertinentia, sicut quidam, qui nunquam iura publicè professi sunt, arbitrantur.

Notabilis iij Epitome.

1 *Lex de possibili facienda.*

2 *Citatio nimis breuis non arctat citatum etiam post terminum.*

3 *Iudicis præceptum impossibile est nullum etiam si iuramentum interuenerit.*

4 *Impossibilitas an excuset ab excommunicatione.*

5 *Contractus sub impossibili conditione non valent.*

6 *Impossibilitas impedit naturalem obligationem nasci.*

7 *Fideiussor non accedit contractui sub impossibili conditione perfecto.*

8 *Emphyteuta quando excusetur à priuatione. & nu. 9. & 10.*

11 *Impossibilitas excusat appellantem ab appellationis prosecutione.*

12 *Lex super impossibili non fingitur.*

13 *Fideiussor promittens se facturum & curaturum quòd Titius contrahet, aut centum dabit, liberatur mortuo ante moram Titio.*

14 *Impossibilia non includuntur in generali dispositione.*

15 *Possibilia omnia Regi, quomodo intelligatur, & nume. 16. 17.*

16 *Rex subest naturali rationi.*

Priuilegium accepta pecunia concessum princeps non potest reuocare.

17 *Dictionis possibile, acceptio multiplex. 18.*

18 *Elucidatio noua ad textum.*

19 *Modernorum reprehensio.*

Tertium notabile.

De impossibilitate.

1 TERTIO nota ibi, prout possibile, est, quòd lex non debet fieri de impossibili. text. clarior in ca. erit autem lex. 4. distinc. & si fieret, nõ valeret. regula, nemo potest ad impossibile. de regul. iur. libr. 6. & l. impossibilium. ff. eodem titul. scripsi. in præfa. ad ordina. reg.

De citatione impossibili.

2 Item citatio facta ad terminum nimis breuem, & impossibilem, non valet, nec arctat citatum vt compareat, etiam post terminũ. Bart. in l. aut qui aliter. in princ. ff. quod vi aut clam. Panor. in c. cum dilecti. col. pen. de dolo. licet. gloſ. in d. regula teneat contrariũ. facit. c. bonæ. in 2. de elect. & ibi gloſ. vltim. Bald. consil. 411. incipiamus, in 4. vol.

De præcepto iudicis impossibili.

3 Tertiò, iudicis præceptum impossibile est nullum. l. si. ff. quæ senten. sine appellatione rescindan. l. si cùm dies. §. penult. de arbi. & ibi glo. in verb. compromisso. Panor. in dicto cap dilecti.

Siue à principio fuerit, siue post, l. si decesserit. & ibi Iaſ. in iij. nota ff. qui satisd. cogã.

Etiam

Etiam si iuramentum interuenerit.' Bal. in d.l.si cum dies.§.penult.Felin.in c.accepimus.columna prima,de fide instru.

4 Quartò, impossibilitas excusat ab excommunicatione: vnde si quis per impotentiam non soluat, non est excommunicatus.cap. quæstioni.& ibi Philip.Perus.de appel.Inno.& alij.in ca.P.& G.de offi.dele. Hippo.in l.1.§.præterea. nume.117.fo.39.ff. de quæstio.

Impossibilitas excusat ab excommunicatione.

Quod, intellige quando iudici constabat de tali impossibilitate, vt pote quia eidem fuit allegata, aliàs secus.argu.l. quæ situm.ff.de re iudica.Felin.&alij in d.cap.P.& G.& in c. Odoardus.de solutio.

5 Quinto, contractus sub conditione impossibili non valent, siue sint bonæ fidei, siue stricti iuris.l.non solum.ff. de actio.& obliga. & ponitur ratio, quia tunc non videtur animum habere se obligandi.l.cum hæres.§.1. & ibi Benedict. plumbi.ff.de statu liber.vide text.in l.3.§.si quis ita.ff. de eo quod cer.loco.§.si impossibilis.Insti. de inutili.stipula.

Contractus sub impossibili conditione non valent.

6 Sextò, impossibilitas impedit etiam naturalem obligationem nasci.lege impossibilium.ff.de regul.iur.glos.in dicta regula,nemo potest l.impossibilis.& ibi Ias.ff. de verborum oblig.

7 Septimò,contractui sub conditione impossibili perfecto,non potest dari fideiussor.l.si sub impossibili. & ibi Barto.ff.de fideiusso.

8 Octauò, impossibilitas excusat emphiteutam,vt non cadat à iure suo.Bal.in capit. querelam.de iureiuran.

Emphiteuta quando excusetur à priuatione.

9 Imò etiam maxima difficultas, aut saltem iuuat ad restitutionem.Ias. l.ij.quæst.21.C. de iure emphiteu.

10 Idem si propter pestem,not.in l. eu filius. §.in hac ff.de verbo.oblig. Fulgo.consil.7. Iam pluribus citat do.de Ripa.in tracta.de peste.1.parte q.3.

11 Nono,impossibilitas excusat appellantem ab appellationis prosecutione.Innoc. & alij in ca.ex ratione.de appella. Barto.l.si procuratorem.§.si ignorantes.ff.māda. Bal. in l.fi.C.de conditio.insert.& l. acceptam.q. 23.de vsur.Mathe.not.vlti.Franc. Cremen. singu.121.statuto.

12 Decimò,super impossibili non fingitur l.qui ad certum. ff.loca. Barto. in l.si is qui pro emptore.ff.de vsucap. Decius in l.verū. de regu.iur.

13 Vndecimo, fideiussor promittens se facturum & curaturum,quod Titius contrahet,aut centum dabit:si moriatur dictus Titius ante moram,liberatur fideiussor,nec incidit in pœnam.l.si vehenda.§. idem iuris.& ibi Bar. ff. ad l.Rhodiam de iactu.l. continuus.§.illud. de verb.oblig. Panor.consil. 90.circa primum,in 1.volu. Hippo.in rubri. ff.de fideiusso. q. 20.nu.105. Angel.in dispu. incip.exorta guerra.in princ.Aretin. consil. 141.ex facto.col.4. Bart.cōsil.226.'Martinus & Federic.consi.122.Martinus Socin.consil. 288.circa primam quæst.in v.dub.2.volum. Deci.consil.313.promisit dominus.

14 Vltimo,in generali dispositione non includuntur impossibilia. Roma.consil.102. super eo.col.2. Barb.consil.13. sapienter.col. 5.nume.8.in 2.volum.In his tamen difficultas pro impossibilitate ponitur de industria quandoque.

15 Oppo.omnia sunt possibilia Imperatori,& regi:vt habetur 3. Esdræ.capitul.4.rex autem super omnia præcellit,& dominatur eorum:& omne quodcunque dixerit illis,faciunt Ecclesiastes 8.ca.omne quod voluerit, faciet:& sermo illius potestate plenus est: nec dicere ei quisquam solet.quare ita facis? vt ibi.& glos.in extrauag. Ioan. 22. execrabilis.in ver.de ipsorum consil.de' præbē. Ias.in l.rescripta colū 2. C de precib. Impe. offerend.Hippol.in l.de vno. nume 18 cum seq.ff.de re iud.& ipse est omnia, & super omnia:& quod facit,facit vt deus Bald.in §. fi.de no.for.fidelita.in fi.& in prima constit. C.col.2. versic. deinde Imo temerarium est maiestatem regiam siue Imperatoriam terminis limitare,iuxta illud Prouerb 25. in fin. scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Chassa.in Cato.glo.mundi.in 5.'parte considera.24.

Omnia regi possibilia quomodo intelligatur.

16 Respondeo,omnia esse possibilia,quæ iuris sunt positiui:cum sit lex animata in terris.in authen.de consu.coll 4.

Rationi tamen naturali subest Bal.in l. princeps. ff. de legib. cum sit animal rationale. Bal.in l.ij.col.9.nume.40.versic. est autem plenitudo.C.de seruit.& aqua. Iaco.in tract.de feud.in verb.princeps.& contractibus ligatur.cap.1.de proba.doct.in ca.quæ in ecclesiarum. de constitu. abundè scripsi in præf.ad rubr.de colla.in concord.& sic priuilegium, accepta pecunia concessum non potest princeps reuocare,nec eius successores. cap.1 in fin.qui feud.dare pos.Bald.in l.qui se patris col.8. num.13.cum seq.C.vnde liber. & Benedict.in repeti.ca.Raynutius. in verb. duas habens.nu. 36. extra,de testa.docui in tract.nomina in fi.

17 Fortius instatur,posito quod est suprà ius positiuum, quare hic dixit,prout possibile est:cum ita potuisset taxare ad quadruplum, sicut ad duplum: ergo non debebat dicere, prout possibile. Respondent hic Socin.& Deci.prout possibile est fragilitati humanæ. capitu. vno.de no.for.fidelita. & respicit quendam modum loquendi, quo est vsus tex.in l.de creationibus.in fi.C.de episco.audien.& in l.testium.de testib.tex.in ca.dispēdia.de rescript.lib. 6. c.vt circa.de elec.illo lib.Clemen.sæpe.de verb.signific.

Alibi dicitur, inquantum vires suppetunt.cap. scimus.43. distinct. Alibi dicitur prout possumus respondemus.capit. ad hæc de offic.archid.

Aliquando exponitur possibile, id est facilè. §. item lex Iulia. de vi instit. de public. iudic.

Noua elucidatio ad textum.

18 Vel ego expon rem, prout possibile est à natura. ita exponitur in authent. iusiurandum quod præstatur ab his in verb. impossibilitatem. colla. 2. & text. est melior de iure; qui non potest cauillari, cùm hoc formaliter dicat, in l. imperialis. ibi, quantum nostræ naturæ possibile est. C. de nupt. quia nulla iuris sanctio, quantumcunque perpenso digesta consilio, ad humanæ naturæ varietatem, & machinationes eius in opinabiles sufficit, nec ad decisionem lucidam suæ nodosæ ambiguitatis attigit, in proœ. Clem. in verb. quoniam.

Moder. reprehensio.

19 Nec assentio opinioni modernorum repeteñ. in glos. prout possibile est, diceñ. quod in casibus incertis videtur impossibile certam ponere metam, prout nec impo suit, vt patet nam postquàm omnia quæ sunt iuris positiui sunt ei possibilia: certè si Imperator voluisset, non dubito quin potuisset taxare etiam in incertis: vt si promisi facere domum receptis à te centum: si non faciam, poterat Imperator taxare ad duplum illius precij conuenti, vel ad aliud: nam in illis est pro ratione voluntas. §. furtiuæ. Instit. de vsucapio. dicam tamen latius, in glos. prout possibile, licet non ita facilè: fortè fuisset taxare, vt in 7. notab. infrà dico.

Notabilis 4. Epitomæ.

1 *Verba ius nouum denotantia, numero 2. 3. 4. 5. 6. & 7.*

9 *Intellectus l. Titius. § 1. fin. & l. cum fortè. & l. idemq; ff de actionib. empt. & numero 11. & 12. 17. 18. cum sequentibus.*

10 *Nouum dicitur ex quo prius generaliter non est constitutum.*

13 *Hæres an præsumatur scire contenta in testamento & nu. 30. 31.*

14 *Relatio ad proxima facienda. 15. 32.*

17 *Dictio, omnibus, in tribus ad minus verificatur.*

18 *Dictio, vterque, propriè ad duo refertur.*

19 *Dictio, tamen, aduersatiua & iuris & facti.*

29 *Dictio, his, pronomen est demonstratiuum tam ad oculum quàm ad intellectum.*

21 *Dictio omnimodo, denotat substantiam, & totalitatem. 22. 23.*

25 *Sciens plus debet teneri, quàm ignorans.*

26 *Dictio, idem, eandem denotat in pluribus casibus certificatam.*

27 *Dictio, que, copulat.*

31 *Hæredis appellatione qui comprehendantur.*

Hæres extraneus non inspecto testamento potest effectualiter adire.

32 *Clausula in fine posita ad omnia refertur.*

Notabile quartum.

1 QVARTO nota ibi, sancimus quod hæc constitutio est noui iuris promulgatoria: cum verbum, sancimus, sit iuris noui inductiuum. l. sancimus. C. de testamen. l. generaliter. de Instit. & l. sancimus de dona. Ioã. Crotus in l. si constante. col. 49. ff. soluto matri. Deci. hic.

Verba ius nouum denotãtia

2 Idem in verbo, statuimus, vt ius importet nouum. cap. pastoralis. de iudic. capit. statuimus. de offic. delega. lib. 6. & ibi glos. & in ca. vt litigantes. de offic. ordina. eod. libr. ca. 1. vt lit. penden. eo. lib. & cap. vno de cleri. non resid in glos. magna. eo. lib. glos. in Clemen. vlt. de rescript. & in extrauag. suscepti. de elect. in extrauag. Ioan 22. Corne. consil. 244. in hac. colum. 2 in 4. volumi. Deci. in capitulo, cæterùm colum 3. versicu. solum difficultas. de rescript. Ioan. Dayma in rubric de conuento. approba. fol. 130. in gloss. statuimus

De verbo, statuimus.

3 Adhæret istis verbum, decernimus. capi. decernimus. de iudiciis. & ibi Panor. & alij Cardinal. in Clementi. vna de sequæstra. poss. ses. & fruct. Corne. consil. 278. cuius nomen litera K in iij. volumi. Panorm. & Dec. in ca. pastoralis. no. primo de exceptio.

De verbo, decernimus.

4 His adiungere debemus verbum, diffinimus. Clemen. vna. de sequestra. posses. & fructuum & ibi notat Panor.

De verbo, diffinimus.

5 Idem puto in verbo, volumus. glo. in Clemen. vna de offic. vicarij: quam singularem dicit ibi Cardi. & in Cle. fi. de elect. Ias. in l. more maiorum. col. 9. ff. de iurisdi. omnium iudic Corne. consil. 243. in hac. colum. 2. in 4. volum.

De verbo, volumus.

Similis est glo. in Clemen. vna, de rerum permuta. & in glos. 1. de censibus. ca. fina. de verb. significa. lib. vj glos. in extrauag. j de voto. in extrauag. Ioan. 22. Felin. in capit. super quæstionum. §. porrò. colum. prima. de offic. deleg.

6 De verbo, nolumus, idem esse arbitratur Philip. Franc. in c. ex ratione. colũ. 2. vlti. not. de appella.

Verba cẽsemus, & nolumus, ius importans nouum.

7 Idem de verbo, censemus. Clemen. vna. in verb. censemus. de concess. præbend. Panor. in d. cap. decernimus. vide Anto. de butrio, in capitu. præterea. in 2. col. j. de appella. Socin. in l. fin. in fin. ff de reb. dub. non omittetur verbum ordinamus. de quo meminit Card. in clem. exiui. §. demum. de verborum significa.

8 Intellige supradicta, quando subiecta materia patitur: aliàs secus. glos. & Cardinal. in d. Clement. vna. Panor. & alij in d. ca. decernimus. Scripsi in § primo. in glos. prima. de collatio in concord.

Oppo.

9 Oppo.de l.Titius.in 1.cum seq.& seq.ff.de actio empt.vbi id quod interest, de iure digestorum,est taxatum ad duplum: ergo hic non inducitur de nouo.

Bart.hic col. 4.versicu.Item oppo.de l.Titius.post glo.in verb.dupli.dicit illam l.cum fortè taxantem interesse,ad duplum corrigi per l.ega.sequen.idémque.in versicul.in omnibus.

Fulgo.verò,prout citant doct. dicit de clarari,, vt iurium correctio euitetur.l.vna. C.de inoffic.dotib.capitu.cum expediat. de elect.libr.6.sed in idem cum Bart.reincidit: quia quando venditor prudens vendit rem alienam,non tenetur ad duplum solum,sed in totum.Ideò est ibi casus singularis & mirabilis,in quo de iure Digestorum interesse est taxatum ad duplum: videlicet quando quis vendit rem alienam, ignorans: & in ea emptor facit magnos sumptus, & postea euincitur à vero domino: si verò sciens fuerit in vendendo,ad totum id quod interest tenetur.Idem tenuit hic Bartol.columna 7.num.19.Rauen.in alpha.litera a.fo. 10.col.4.Paul.in d.l.Titius.Deci. & communiter doct.hic.

Declaratio l ad l.Titius.

Et ista est communis opinio, secundum Deci.hic.col.3. ratio est,secundum Petr.& doct. quia cùm hæc expensa venerit facto emptoris ædificantis, aut seruum erudientis,non debet ex suo facto obligare venditorem ad totum id quod interest: ideo ad duplum taxauit ibi Iurisc̃on. cùm venditor ignorans rem alienam, verisimiliter non cogitasset de tam magna expensa:vt in versicu.planè.videlicet quod emptor ædificaret,aut erudiret seruum: & postea euinceretur,& ipse venditor teneretur ad id quod interest. certè de hoc non cogitabat venditor, vel quod seruus fieret aginator, vel pantominus, cum pauci sint talis artificii:& per hoc non obstabit reprehensio moder.quod imò sit solitum ædificari. & magnas expensas facere,in aliena arena:quia respon. vt proximè dixi,& sic patet quod venditor erat ignorans,alioqui potuisset cogitare.

Item ibi taxatur interesse commune in illo singulari casu, hic verò singulare in omnibus casibus,& generaliter.

Et quia parum vtilitatis resultat,siue de iure nouo inductum fuerit,siue de iure Digestorum,ideo hæc missa facio, concludens in casu ignorantiæ ibi taxatum esse solum: Imperator verò hic generaliter in omnibus casibus certis taxauit: & quod sit de nouo inductum, ponderatur huius l.procmium in verbo.sancimus, & verb.nostra. & huius constitutionis recitatio, & respon. latius, vt hic per Deci. & Modern.ad contraria.

10 Idem satis dicitur nouum, ex quo non erat prius generaliter constitutum: vt hic: sed in vno casu tantum: ita est text.in l.1.C, commu.de lega Deci.in cap. decernimus.in fin.de iudic.Item in casibus incertis nil erat declaratum:ideo hic nouiter statuitur.

11 Sed glos.in d.l.idémque. aliter intelligit illum text.in versicu. in omnibus.in verb. omnimodo.videlicet quòd venditor sciens teneatur: siue emptor possideat, siue non: & sic denotat substantiam obligationis: & hunc intellectum sequutus est collega noster.do. Alcia.in tracta.de eo quod interest. capit. ait lex.col. 2.nouis & subtilibus fundamentis, dicens perspicacitatem veterum inhac re longè defecisse,& tamen ante eum erat intellectus glos.quæ non defecit in eo. Probat primo.

Opinio glossæ quā sibi vsurpauit Alciatus.

12 Quia non est iurisconsultus ita ingenij habetis, qui ignorantiam nullam in hærede tradiderat, vt incontinenti se corrigat. Nil adducit:allego text.in l.non ad ea.ff.de condi.& demonstratio facit.l. eum qui voluntatem.de proba. Alber.in lege videamus in princip.ff. de in litem iuran.& philosophus:argumentum compositæ mentis existimo posse consistere,& secum morari:& Teren.qui tam citò docto.in l. quarta.§. Cato. in glos sed videamus.ff.de verbo.oblig.Barba.consil.52. circa.numero 24.inter consil. Alexand.in 4.volu.

13 Secundò probat, Quia hæres præsumitur scire contenta in testamento.l. eius.circa fin.versicu.quod si proponatur.ff. si cert. pet.Ideo distinctio, sciat, aut ignoret,non potest cadere in eum.ergo hic versi.ad illum casum non potest referri, sciat vel ignoret, cum non possit esse ignorans.

14 Tertio probat, Ad proxima faciendæ est relatio.l.1.§.deinde adiecit prætor. versicul. eum qui.ff.de postuland. ergo referetur ad illum proximum casum possideat,necne,nō ad alios.

15 Item facit vltra adducta per eum:quia ad proxima tantum fit relatio, quando l. est diuisa per paragraphos, aut versiculos, glos.in capit.vno.in fin.de postu.prælat.libr. 6.glos.in l.2.C. de edic.di. Hadri.tollend. Sed hic non solum est facta diuisio per paragraphos, sed etiam per leges: ergo hic versiculus in omnibus non potest referri ad casum.d.l.Titius. & ita residet,licet hæc glos.opinio sit egregia,& subtilis, tamen nō satisfacit.

Nouus intellectus ad l. Titius.

16 Ideo diutius cogitando arbitror quod vtraque opinio,siue vter intellectus sit coniungendus,& bonus:& hactenus non cogitatus succedet intellectus,qui sequentibus fundamentis potest probari.

17 Primò ponderando dictionem, in omnibus,positam in dicta l.idémque. quæ communius in tribus. ad minus verificatur: text.iuncta glos.1. in l. final. C. de natura. libe.l. si duorum. de actio. empti.l.1.§.si cui.ff. vt lega.vel fideicommisso non cauea. l.proinde.de stipula.seruo.l.veterem. versic. etenim.C.de autho. præstan.l.fi. de impub.

Nota de verb. omnibus.

ibi, an omnes in virilem.l.1. circa finem princip. C. quando & quibus quarta pars debetur. lib. 10.& l.cùm scimus.de agricol. & censit.libro vndecimo, in authentic.de hæredi.ab intesta. venienti. in princip.versicu.quia igitur omnis generis. colla.9.ita consuluit Barba. consil.35. clementissimi. columna secunda, & in primo volumi qui adducit text.in lege nō distinguemus.§.cùm in plures de recepti. arbit lege ita vulneratus.§.rursus.versic. igitur.ad legem Aquiliā §.deinde adiecit prætor.ff de postulan.lege si seruus.decem ff de solutio.& textus in l.si fuerit.in princip. de rebus dubiis.capitulo prudentiam.§. adiicimus. de offic.delega. Anchara.consilio.68.subtiliter columna secunda. Ergo ad omnes casus legis referri debet: siue quando seruus proclamat in libertatem, siue quando euincitur ad seruitutem, siue quando area aliena euincitur: in quibus omnibus si facti sint sumptus per emptorem: vtrum venditor teneatur, & versicu.in omnibus.respondet, quòd sic quando fuit sciens, in totum id quod interest, siue possideat, siue non: quando ignorans, in duplum tantum.

Secundò, Dictio, omnibus, est generalis l.à procuratore.C manda.ergo generaliter ad omnes legis casus debet referri.lege Iulianus.ff.de legatis 3.Moder.in §. omnium.colum.2.Instit.de actio.Deci. in l. omnia.ff.si cert.peta.

81 Tertiò ponderare debemus, quod iurisconsulti, (qui fuere maximi oratores.§. discipuli. in procem.ff).quando loquuntur de duobus, vtuntur verbo vtroque, quod certo loco l.ait prætor.§. si quid.Ibi vtriusque fraus reiicietur, id est, testatoris & ipsius, quæ in fraudem creditorum.lege iurisgentium.§. adeo.in fin.ff. de pact.lege si communi fundo.& l.tria. de seruitu.rustic. prædiorum l.si ego pecuniam. & lege quidā si certum peta.& l.eleganter.§. si quis post. ibi enim vtrunque non debet habere locum, & repetitio & transactionis exceptio. lege si non sortem.§.penultimo, & sequent. ff.de condictio. indebi.lege tigni.§.fina ad exhiben.lege creditor.§.duobus .ff. manda. l.1.§.præterea.de tutel.& ratio. distra.l.iam hoc iure.de vulga.sub lege si duò rei.de verborum obligatio. lege si alienus.& l.sicum duorum.de stipulatio.seruo.lege tutor.& sequenti.de fideiussor.l.quidam.C.de iure deliberan.l.penultima.de impuber. Oldrad.cō sil.191.an litera.versicu.præterea.summe.4.cū aliis multis iuribus: quæ possem adducere, ni lectorem fatigarem.

De verbo, vtroque.

Ergo si iurisconsultus voluisset intelligere de illis tantum duobus casibus possideat, vel non: dixisset in dicta lege idémque in vtroque casu, alioqui contra rectæ loquutionis normam loqueretur: quod non est fatendum: ideo ad omnes legis casus referas.

19 Quartò pondero dictionem, tamen, quæ est & iuris, & facti aduersatiua l.prima, in princip. & ibi Barto.ff.si quis ius dicent. non obtempe.l. quidam tamen.de arbit.l.ita tamen.ad Trebellia. Igitur non potest referri ad verbum, possideat, vel non, tantum: quia non aduersaretur, tum in iure, tum in facto, vt dixi: ergo &c.

De dictione tamen.

20 Quintò ponderando dictionem, his quæ est pronomen demonstratiuum, tam ad oculum, quàm ad intellectum.lege fina.ff.de edend. lege.hæc actio de calumniato.l.prima, & ibi Barto.& Alexand.ff.de noui operis nunciatio. l. his solis.C. de reuocand.dona.igitur demonstrabit & casus l. Titius.& liuius l.& etiam determinabit. pro hoc est text.apertus, iuncta glos. in l.hac edictali. § illud.C.de secund.nupt.Oldrad.consil.132. quidam.

De pronomine hoc.

21 Sexto ponderanda est dictio, omnimodo, quæ potest denotare substantiam, & totalitatem, sic exponendo, In his omnibus casibus si sciens quis alienum vendiderit, omnimodo teneri debet: id est, ad totum id quod interest. est obligatus, siue possideat vel non, & licet moderni repetentes non interuenerint textum. neque glos. Imo nec doctores loquentem de dictione, omnimodo: sed de dictione, omnino, quæ diuersæ sunt argumento. l. si idem. C. de codicill. Ego vero allego textum pro opinione mea, in l.tertia, § at hoc edicto omnimodo iuncta.l. prima.§. final.& l.fina.ff. nautæ, caupo.stabula. lege si cum exceptione.§. quatenus. quod metus causa.ponderat. Iason, in §.curare. columna prima, Institu.de action. l. iuris gentium. §. item si quis pactus. in fin.ff. de pact. l.si seruus.§.boue.de condict. furt. lege.antiquæ.ibi, omnimodo teneri. C. ad Velleianum.& lege si filiusfamiliàs, in princ.§. primo, in fin.ibi, omnimodo rumpet illius testamentum.ff. de testamen.milit.l.Quintus in fin. de annuis. legat. & l.vbi.§.fina. de verborum obligationi. l. qui autem §.si quid. iuncta glo.quæ in in fraud.credito.lege si ita stipulatio. de oper.liberto.lege.quod seruus.ibi, omnimodo à se reiicit. de stipul. seruo.l. Græcè.§.illud ff. de fide iusso.l.ob casum de pollicita.l. quæ legata. de regulis iuris, §. primo. Institut. quibus modis ius patriæ potesta.soluitur. l. penultima. C. de pact.l. fina.§. si autem nescius.de sert. l.precibus, & ibi Iacob. columna secunda, de impuberum. l. cùm satis circa finem.C. de agrico. & cens.libro vndecimo, cum aliis similibus iuribus, quæ allegaui in voce, & alia dedi in scriptis: tamen per hæc patet satis supérque probatam meam opinionem & nouum meum intellectum. Vide alexand.consilio 72.visis volumine secundo, Iacobi. in lege precibus.notab.2.C.de impuber.

Dictio omnimodo.

Præter

22 Praeterea licet supradicta sufficiant,tamē adhuc probatur verbum, omnimodo, non posse tantum denotare substantiam obligationis,cùm non esset dubium, an venditor sciens rem alienam, &eam vendens teneatur : ergo l. esset de indubitabili. contra l. quod l abeo.ff.de Carbo.edic.l ancillae. C. de furtis.

23 Item superfluus esset ille versiculus, in omnibus tamen his d.l. idemq;.quia disponeret & decideret illud quod iam erat decisum in l.Iulianus.§.praeterea. l. emptorem. §.denique.& l.fi.& l.seruus §.fi.ff.de actio. empti. & contra primam constitutionem. C.& in procemio Institu. Ideò licet in praedictis iuribus esset dictum quod teneretur, tamen non erat dictum quòd omnimodo teneretur.Ideò hic addit ad illa iura, & sic non erit superfluus secundum meum intellectum, vt in simili dicit glo.in l. qui romae. §.Calimachus.ff.de verbo. obliga. gloss. in l.ab Anastasio.C. mand doctores in proœ. decretal.& Anto.de Burgos,in c.cùm causa col. 1.de empt. & vendi.Aretin.& Feli. in prooemio decret.

24 Deinde incertum esset ad quid venditor teneretur : secundum illam expositionem collegae contra §. quibus. in verbo, certas. vbi;constitutio debet esse certa: in prima constit.C. l. si is qui precium. si mancip. ita fuerit alia.vt manumita.Bald.in c. fi.col. 2. per illum tex.de constitu.

25 Item plus debet teneri sciens,quàm ignorans.l.tenetur.§.fin.& l.idemque. de actio. empti.l fin.ff.de decret.ab ordine facien.& ibi gloss.alleg itionibus plena:& secundum intellectum glos.in plus non teneretur sciens euàm ignorans, quare male : Imo scientia venditoris non punitetur , contra l. si longius §. fina.ff. de indicis. si in vtroque casu siue sciens vendiderit , siue ignorans, non puniretur: nisi in duplum : vt dicit collega.de Alciatus.

26 Vlterius si vis ponderare dictionem, idē, in principio legis positam , quae significat eandem in pluribus casibus censuram. gl. singul.in l.cum hi. §.si vni in verb. obligatus.ff.de transactionibus. secundum Bald. in margari. in verb. idem. & idem non est, quod potest ad alio separari.gl. in l haeredibus.ff.de dolo.§.idem Institu.de satisda. tutorum. ergo in casu l. Titius , non esset idem si separaretur ab illa l.idemque.Igitur malè esse haec dictio idem, posita: quod est absurdum:ideo ad l. Titius.etiā referamus. *Dictio, idem, ...*

27 Item dictio,quae est copulatiua. Bartolus & alij in l.his verbis. ff. de duobus reis , ergo copulat casum.l. Titius.& coniungit : & sic eadem iuris decisio erit : & debet postea determinari per versiculum in omnibus tamen &c. *Dictio,que copulat.*

28 Vltimò (si vis) pondera dictionem , expeditius , quae comparatiuè ponitur : ergo debet participare de natura positiui : vt dicunt grammatici.not. doctores in l.iubere. ff. de iurisdictione omnium iudicum. per haec satis corroboratur noster intellectus: sic doctores legunt etiam l. Titius.& duas sequentes simul:ad denotandum quod debēt iungi & determinari, & vna per aliam declarari.

29 Et licet per praedicta sit satis responsum ad contrariū tamen sigillatim. respondeo: non obstat primum , inquantum dicit non esse verisimile iuris consul.statim se corrigere:quia si non corrigit , sed declarat venditorem scientem rem alienam:ad totum teneri id quod interest,siue possideat,siue nō: ignorantem verò ad duplum , quod potest fieri:vt in simili declarat Barbat. consil. 52. circa num. 24.posito inter consi. Alexand. in 4.volumine. *Respōd. fundamentis Alciati.*

30 Minus obstat , quòd haeres praesumatur scire cōtenta in testamento.d.l.eius. respondeo,haeres in testamento.scriptus praesumitur scire contenta in testamento. Sed hic non apparet quòd fuisset scriptus in testamento:ideò ab intestato potuit succedere: quia facta non praesumuntur. l. in bello. §. factae.ff.de captiuis. dixi in repetit l. diuus. ff.de senatuscons Sylla. in 3.nota.c.cum in iure de officio deleg. Panormitanus consi. 11.in caussa.col.1.in 2. volumi. Et testamentum est facti in construendo: vt probatur in l. hac consultissima.C.de testamen.ergo non praesumetur.

31 Item appellatione haeredis omnes significari successores (etsi verbis non sunt expressi) dicit Vlpianus in l.haeredis.ff. de verborum significatio.sed l. Titius. vtitur verbo, haeres:ergo potest etiam intelligi ab intestato,vt ibidem dicitur.

Vel potest dici quòd non praesumitur scire,etiam si sit in testamento scriptus, secundum vnam opinionem : quia etiam haeres extraneus potest adire , antequam aperiatur testamentum.l. vna.§. in nouissimo. C. de caducis tollendis. ergo non praesumitur scire:cùm non viderit, nisi fortè ex reuelatione, quod non praesumitur, & dicitur, qui in alterius locum succedit,iustam habent ignorantiae caussam. l. qui in alterius. ff.de regulis iuris.

Imò non est necesse quod extraneus inspexerit testamentum,dummodo sciat qua ex parte est institutus,vel a notario , vel à testibus, seu per publicam famam in ciuitate : ad hoc vt possit effectualiter adire,& conuenire, & conueniri. Bartolus in l. is potest.post glossam columna 5. numero 19. ff.de acquirenda haereditate. Iason in dicta l.eius qui not. 4. multos alios citat Bartolus & alij in l. qui Romae. §. finali. quaestione tertia. ff. de verborum obligation. facit textus in §. fini.ibi, quòd nihil à testatore audiuerit. Institut, de fideicommiss. libertatibus. vel respond. & fac eum scire contenta in testamento, tamen potest

ignorare, an illa res fuerit testatoris, vel non per dictam. l. qui in alterius, & sic potest hic loqui.

32 Non obstat quod ad proxima debet fieri relatio: quia regula est in contrarium, vt clausula in fine posita ad omnia referatur. l. a C. de edict. diui Hadrian. tollend. & ibi glos. l. talis in fi. & ibi Bartollus & Iason. ff. de legatis 1. maximè propter illam clausulam generalem omnes. Ita consuluit Deci. consilio 11. & pro tenni. num. 13. & sequen. Iason in l. 1. C. de liberis & posthumis. vbi ponit 12. limitationes dom. Chassa. in consuetu. Burgun. in rub. *des enfans*. §. 6. in fi. præposi. & alij in c. a. requiris. col. a. de ap.

Fallit, quando est dare diuersam rationem. d. §. deinde. Barbatias consil. 37. !præclarè. col. a. in 1. volumi. Aretin. consil. 116. viso puncto. Corne. consil. 79. visis. col. 2. in 1. vol. dico latius infrà, in gl. in verbo, & non ex quibusdam. ibi vide.

33 Vltimo non obstat, quod hic facta fuit diuisio per paragraphos, imò per leges, ergo non debet referri ad alios casus. Responde illud esse verum, quando omnino esset facta diuisio: sed hic non fuit facta penitus sed est continuatio, quando dicit idemque, & etiam propter verbum, omnibus, quod est generale: vt supra dixi, quod debet referri ad omnia. Item est eadem lex: scilicet Pauli, licet aliqui habeant in subscriptione, Vlpia. qui non appellasset se dominum: vt fit in dicta l. Titius. ideò est Pauli, & per compositores fuit inserta. l. cùm fortè. & sic habes coniungendo vtranq; opinionem, nouum & verum intellectum hactenus non ita discussum, nec inuentum: laus deo. Et debet teneri, cùm concordentur sic opiniones. & intellectus concordans est sequendus. Modern. in §. tursus. num. 14. in fi. insti tuta, de actio.

Notabili 5. Epitome.

1 *Duplum non excedit id quod interest, in casibus certam habentibus quantitatem aut naturam & quare. nu. 2 cum seq. vsque ad finem.*

2 *Communis opinio reprehenditur.*

3 *Decius reprehenditur.*

4 *Miserorum refugium non valentes aliquam rationem dare, est, vt dicant, speciale. &c.*

5 *Imperator qua ratione motus ad taxandum id quod interest, ad duplum. & num. 6.*

Notabile quintum.

1 QVINTO nota, quòd in casibus certis & habentibus certam quantitatem, aut naturam, id quod interest non excedit duplum, nec vltrà potest peti, vel exigi: & qui dicantur illi, in glossa, vel naturam declarabitur.

2 Quæret aliquis, qua de caussa vsque ad duplum, & non ad triplum, vel quadruplu, est taxatum? Respondent doct. ratione infinitatis vitandæ: vt in princ. & in versi. nedum in infinitum. quod mihi non placet: nã licet taxasset ad quadruplum, vel sextuplũ, non esset infinitas: vt habetur in l. eos. C. de vsuris. *Reprehẽditur cõmunis opinio*

3 Item non esset infinitum, si esset taxatum etiam ad decuplum: ideò hæc ratio docto. non conuenit: nec obstat hic tex. in princi. quia loquitur de dubitationibus antiquis in infinitum productis: nec obstat vers. nedum: quia non dicit ꝙ si fuisset taxatum ad quadruplum, ꝙ fuisset infinitum: sed ideo fuisse taxatum, ne si in infinitum non procederet, caderet.

Aliam rationẽ assignat Decius, quia non est verisimile ꝙ venditor voluisset obligari in maiori quantitate duplo, dicta l. Titius. vers. planè qui non probat opinionem Decij, quia dicit non esse cogitatum à venditore de tam magna summa, quam petebat emptor: sed nõ dicit an se obligaret, necne. imò est textus in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verborum oblig in contrarium. & l. eos. C. de vsuris. *Reprehenditur ratio Decij.*

4 Ideo aliam rationem Moder. repe. assig. de l. non omnium. ff. de legibus. quæ est ratio generalis ad omnes non valentes aliquam rationem dare, vel dicere, speciale refugiũ miserorum est, si ratio specialitatis non assigneretur. in l. filium, quem. C. famil erciscũ. vel dicere, fallit in legibus inforciati: quia difficiles. glo. in c. j. de concess. præb. in verb. in vltimis. libr 6.

5 Ego verò puto Imperatorem fuisse duplici ratione motũ ad taxandum ad duplum: & non ad minus, vel plus. Primò, vt mediã viã amplecteretur, & mediocritatem, quam variis in locis sequi voluit. l. antiqui. ff. si pars hæredi. peta. §. si. instit. quib. ma. non licet. text. §. j. & ibi gloss in verb. medium. in authen. de consuli colla. 4. medium purgat vitium. c. ex transmissa. & c. extirpandas. de filiis presbyte. & sic ad mediocritatem reducit Imperator vsuras, in d. l. eos. C. de vsuris. *Duae rationes [illegible] quare ad duplũ ta[illegible] in c[illegible] certis.*

6 Item ratione vitandæ correctionis, de l. Titius. & l. cũ fortè, quæ taxauerat ad duplum in vno casu ignorãtiæ: vt suprà dixi. hic verò Imperator videns æquum esse, in omnibus casibus certis statuere voluit duplum tantum petendum: ergo illa lex non est correcta in casu ignorantiæ: vt patet cogita, de meliori, & vide in gloss in verbo, proferuntur. quæ dixi. Sic vitius est Imperator taxare ad duplum. in l. 1. ff si quis testamento liber esse iussus fuerit l. 1. furti aduersus naut. Exodi. 22 capitulo. §. pœna. Institutà, de obligationibus, quæ ex delicto nascuntur. l. qui tabulas. de furtis. l. . de

ing.

tig iniunct.l.defensionis.& ibi gloss. de iure fisci.libro 10.C.l.missi. de exactoribus. eodem libro.l.vna. de superexacto.eodem libro.& l.& tantum.§. in hac actione. ff.de seruo corrupt.l. vel obligatus.§. fi. de libe. causa.§. & hanc. in authentica, quomodo oportet episcop.iudi.collatio.1.l.1.ff. de his qui deiecerunt,vel effuderũt. l. qua vulgo de ædil.edictio.

Notabis. 6. Epitome.

1 *Duplum licet id quod interest non possit excedere,minus tamen non prohibetur exigi. fallit. num.17.18 & 19.*

Inducta ad diminutionem non debent augmentum operari.

2 *Interesse vsque ad duplum non petitur, quando non tanti interest.*

3 *Excessus in vno nummo reprobatur.5.*

4 *Transgressus non dicitur,qui parum transgreditur.*

6 *De minimis curatur in casibus à iure expressis.*

7 *Mandatum etiam in minimo excedere quis non debet:aliàs agetur contra eum iniuriarum. num.8.*

9 *Aedificans fines non excedat.*

10 *Testes examinans non debet numerum decem testium per ordinationes regias taxatum, excedere.*

11 *Iudex vltra summam taxatam iudicare non debet.*

12 *Arbiter excedere non debet fines compromissis.*

13 *Legatus nihil debet de suo adiicere.*

14 *Emptor non tenetur parere generali consuetudini Franciæ,si retrahens proximus totum pretium non offerat.*

15 *Resisti potest apparitoribus excedentibus commissionem suam.*

16 *Expensæ non debent excedere rem,seu reditus rei.*

Notabile sextum.

1 SEXTO nota nouiter, ponderando text. in ver.excedere, quod licet id quod interest non possit duplum excedere,tamen minus nõ prohibetur exigi: quia hic cum vnum prohibeat, videlicet vt non excedat aliud videtur permittere.arg.l.cũ prætor.ff.de iudi.c. honne, de præsump. c. qualis. 25.dist. Item quia inducta ad diminutionem,non debent operari augmẽtum: vel ecõtra.arg.l.legata inutiliter.ff. de leg.1. sed hæc constitutio fuit edita ad coarctandum: vt patet in princ.ergo nõ operabitur augmentum,nõ obstat l.eum, qui. ff. de iureiu.vbi qui in vno grauatur, in alio debet releuari: sed in vno grauatur petens interesse: quia licet sua vltra duplũ intersit, tamen,non potest vltra petere: ergo licet sua nõ intersit ad duplum : videtur ꝙ id possit petere? Respon. ꝙ non grauatur hic secundum Mod.cùm authoritate legis hoc fiat: vt non possit peti vltra duplum: ideò lex non dicitur grauare.

Interesse vsque ad duplum nõ petitur,quãdo non tãti interest.

2 Igitur id tantum quod interest petetur: & hæc opinio in conscientia est tenẽda: in qua quod vere interest,& nõ vltra petitur. Angel.in summa,in vers.vsura.in 1. q.30. & sic erit conclusio,ꝙ etiam in certis duplum nõ potest peti: scilicet in conscientia, quando non tanti interest,Contrariũ asserere iurisconsul.est: videlicet quando tanti, vel pluris,interest. Vide Alciatum,in ca. ait lex. in fi.huic opinioni subscribentem.

3 Quæret aliquis,an excessus etiam in vno nummo reprobetur? videtur ꝙ non: quia de minimo non curat lex.l. scio.ff. de in integrum restitutione.

Nona quæstio Reprobatur excessus etiam in vno nummo.

Secundò facit l. senatus.§.j.ff.de legat.1. singul.secundum Roma. singul. 330. hodie quidem & Ias. in l. cætera. in principio, de legatis 1.

Tertiò facit c. cæterùm. de dona.c. terrulas. 12.q.2.

4 Item qui parum transgreditur,non dicitur transgressus.l. quamuis.ff de conditio. & demõ.l.2. de his qui sunt sui vel alie. iur. Bald.in l.quicunque.col. 2. C. de ser.fugit. Barb.in proœmio Clem.in 2.lectura.col.11.

5 Contrarium teneo : quia vnus nũmus facit excessum : & remouet numerum taxatum à taxatione.gl.& doc. in c.cùm caussa. de empt.& vendi.vbi rescinditur venditio: etiam si excedat in vno nummo dimidiam. nam denarius positus à latere stateræ facit præponderare:& sic excedere.Pãtha.Cald. in repeti.l.2.col.13.C.de rescin.vendi. in 11. extensi.Antho. de Burgos post Panormit. & alios in dicto.c.cùm causa col 3.

Facit, quia lex figit pedem in hoc duplo hic:ideo fieret cõtra legis prohibitionem, etiam si in vno nummo excederet. Vnde si iudex condamnaret errore iuris non expresso,vltra duplum: etiam in minimo,posset appellari: quia contra hanc legem iudicaret l.1. §. item cum contra. ff quæ sententiæ sine appellatione rescinduntur. capitulo,cum inter,de re iudicata. & ibi Panormitanus. Quia legis determinatione debet esse quis contentus.l. si non fuerit.§. si ff pro socio,& ibi glos.pen.

6 Nec obstat quòd nõ curetur de minimis: quia regula est in contrarium : sed fallit in casibus à iure expressis.Cardinalis in proœmio Clementina. colum. 3. Vel quando est secũdum ius cõmune, attenditur etiam minimum. §. gallinarum.Institu.de rerum diuisione,alias nen. docto.in d. l. scio.

Notes quãdo curetur de minimis.

Corset.

Corsa plenisſimè in tracta. de potesta. regia.quæstio. 4. vbi ponit 79. casus, in quibus non consideratur minimum. & 40. in quibus curatur. vide ibi pro vtraq; parte.

De excedente mandatum.

7 Consequens est, vt mandatum quis non debeat etiam in minimo excedere: quia in eum casum aliud à mandato videtur factũ. l. diligenter. ff. mandati. Baldus consilio 402. coniungamus libr. 1. Felinus in capitu. cùm dilecta de rescriptis. Socinus in tracta. fallen. regula. 252 Iason in l. si procurat. C. de procurat. do. Boer. in tracta. de dignita. legal quæstio. 1. fol. 17. etiam in rebus piis. l. hæreditas. ff. de peti. hæredi.

8 Imò si excedat, potest agi actione iniuriarum. Guido papæ in suis decisionib. quæst. 293 quod executor. Item nec donans potest metam à iure donationi præstitutam cedere l. sancimus. C. de dona.

9 Sic nec ædificans. l. fi. ff. finium regundorum. Cepol. in tracta. de seruitutib. vrban. præd. c. 40. de pariete seu muro. & c. 81. de arboribus.

10 Similiter nec examinator testium debet excedere numerum decem testium, per regias ordinationes taxatum: quod si vndecimum examinauerit, & admiserit, non valet illa depositio, etiam si alij nil probarẽt: & hic vndecimus pro non admisso habetur: vt patet in ordinatio. reg. Ludouici duodecimi, primò publicatis. argum. 23. quæ est rubr. *des tesmoings*. in princip. dixi in primo notabili, Amplia. 4. suprà.

11 Nec etiam iudices. in §. & iudicare. in authen. de defens. ciuita. collat. 3.

12 Præterea nec arbiter excedere debet l. nõ distinguemus. §, de officio. ff. de arbitr. Panormitanus consilio 18. in caussa. in secundo volumine. Decius consilio 11. & pro tenui. col. 3. versi. 3. principaliter Corne. cons. 9. præmittendum. in primo vol. in fine.

13 Minusque legatus, ne aliquid de suo adiiciens, totam partis legationem mendacio suo decoloret. capitulo, pura. 3. q. 9. Luc. de Penna. in rubric. C. de legatis. columna 8. versicul. 7. caueat. libro. x. Valerius libr. 2. de institu. antiq. capit. 150. & libr. 2. ca. 199. de posthumis. Tiburt. titulo, de disciplina militari. & habetur 1. Regnum, cap. 14. & sic periit Icarus filius Dædali, mandatum patris excedendo, si poete vera loquantur. de quo Ouid. libro. 2. Metamorph. scribit.

De retractu.

14 Consuetudini generali regni Franciæ nõ tenetur emptor parere, si retrahens, proximus totum precium non offerat: etiam si ipse excesserit in vno numo plus emendo. Idem iudicatur de domino qui habet prælationem, si totum præcium offerat: alioquin secus. l. finali. & ibi Iason in septimo notabili. C. de iure emphy. dominus Boer. in §. fi. de reten. rer. in consue. Bitu. Chassa. in consue. Burgundiæ, in rub. *des retraicts*. §. j. gloss. *le pris*. in fine.

15 Seruientibus excedentibus commissionem potest resisti. l. defensionis facultas. & l. prohibitum. C de iure fisci. lib. 10.

Et de excessibus imperatorum, regum, inferiorum principium, baronum, militum, & aliorum officialium, ponit Paris de Puteo, in tract. de Sindica. trac. 1. versi. & primò. cum multis sequen. & Aluar. de planctu ecclesi. libro. 2. & Archiepiscop. Floren. in 3. parte summæ.

16 Vltimò notandum est, quòd expensæ non debent excedere rem, seu reditus rei. gloss. in authenti. de consul. in verbo, transcendens collatio. 4. l. ius alimentorum. & ibi, Bartolus. ff. vbi pupillus educari debeat. & ista faciunt ad intellectum concord. in tit. de collatio. §. si quis verò ex dictis. & Clemen. 1. de iure patronat. vide tex in c. procurationes. de censib.

17 Limita primò, nisi in illa dispositione esset clausula, non minus: quia tunc nec minui poterit glos. solennis, in authen. qui semel. in verbo triginta dierum. C. quomodo & quando iudex. & ibi notat eam Angelus, vt ibi dixi. facit text. in l. per interuallum. ff. de iudic. & l. minoribus vigintiquinque annis. ff. de minorib. Deci. in c. maioribus. in primo notab. de præbendis.

18 Secundò falit, nisi esset taxatum suprà & infrà text. & ibi Baldus in l 1. §. ne autem colum. 1. C de commu. seruo manumisso. tunc potest dici, quod habetur Deutero. 12. capit. in fi. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito domino: nec addas quicquam, nec minuas & Apoca. vlti. Si quis apposuerit ad hæc, apponet deus super illum plagas: si quis diminuerit, auferet deus partem eius de libro vitæ. c. cui de non sacerdotali. de præbendis, libr. 6. & Rota decisione 74. nota. quód vbi alicui. Decius in l. in eo. ff. de regul. iur. facit Clemen. 1. de iure patro.

19 Tertiò fallit hoc ex effectu consuetudinis. l. final. & ibi patruus meus Rebuffus C. de cano. largi. tit. lib. 10. Ias. & alij in d. l. si procurator. vide gl. in c. licet ergo. 8. q. 1. & c. nullus. 61. dist. vbi inuenies alias limit.

Notabilis 7. Epitome.

1 *Interesse in casibus incertis non est taxatum: & quare. num. 2. 3. 4. 5. & 6.*

5 *Alciati sententia reprobatur.*

6 *Approbatur opinio Petri.*

Notabile septimum.

1 SEPTIMO nota: ibi, in aliis autem, quod in casibus incertis totum id quod re vera interest peti potest: & sic non est taxatum.

2 Dicet aliquis, Quamobrem

obrem non est taxatū, prout in casibus certis. & Bar. hic. col. 2. ver. nā duplū. pót dici, infrà eodem, ponit rationem: quia in incertis non reperitur simplum, quod possit duplicari, quod requiritur: quia quod non est, non potest tolli. vel duplari. l. nam & si sub conditione. §. post defectum. ff. de iniusto, rupt. facit l. decem de verborum obligationi. regula, non videtur rem amittere. & ibi Decius. ff. de regul. iuris. Bar. in l. si vniuersæ. C. de legatis.

Ratio quare in incertis non est taxatum interesse.

3 Probatur in l. in testamento. in 1. ff. de conditionibus & demonstrationib. vbi iussus construere monumentum sub pœna, ad exēplum alterius in via salaria existente, si illud non reperiatur, non incurrit pœnam: quia non potest facere ad exemplū, si aliud non sit: ita non potest duplari, si non sit simplum: & cum hac Bartol. ratione transeunt communiter doctores.

4 Tamen non esset ponere os in cœlum, tenere contrarium: quia si cōueni facere domum pro decem, illa decem possunt dici simplum: ideò taxare Imperator potuisset, si voluisset: sed fortè non ita facile, cum casus videantur incerti. vt hoc textu patet, licet ex parte dantis pecuniam, sit certum: non tamen ex parte vtriusque, sicut in contractibus nominatis. Item potuisset taxare extra duplum: & sic licet simplum non inueniretur, fuisset tamen rectè taxatum si voluisset ad decem, vel duodecim, vel ad aliquam quantitatem quam expressisset, vt supra dixi. in 4. notabili.

5 Nec placet ratio collegæ domini Alciati posita in c. ait lex. in fi. vbi dicit in casibus certis esse imputandum parti, cur sibi non prouidit quibuscunque remediis, vt sibi conuenta seruarentur. In incertis non est imputandum, cum à principio incerta fuerit quantum potuerit sua interesse: quia lege non fundatur hæc ratio. Imò est contra iura, in l. fina. ff. de prætoria stipulatione. l. stipulatio ista. §. alteri. ff de verborum obligationi. l. si quis à filio. §. si quis plures. de lega. 1. vbi in incerto non imputatur. Item hæc ratio non habet locū in interesse communi: ergo non esset generalis. Præterea fit conuentio tam in certis, quàm in incertis. ergo vtrobique esset imputandum.

Refragatur sententia Alciat.

Imò potius esset imputandum in casibus incertis, cùm interesse sit incertum: quare sibi non prouidit de certo, cùm videret esse incertum. dicta l. fin. de prætoria stipulatione. & facit l. veteribus. ff de pact. ibi, obscuram vel ambiguam: & sic in incertis potiusquàm in certis, suam culpam agnoscere debet, qui sibi non prouidit.

Item tanta est incertitudo in casibus certis, quò ad hoc, videlicet vt pars non possit præsagire, an interesse debebitur, quia pars fortè adimplebit quod promisit, nec tenebatur diuinare. l. si putator. ff. ad legem Aquiliam. Ergo non erat ei imputandum, cum habeat legem taxantem in certis.

6 Ideò posset fortè sustineri opinio Petri, dicentis hoc fuisse factum: quia in vno grauatur actor in casibus incertis, ratione difficilis probationis quæ in eis accidit. in authentica, quibus modis naturales efficiuntur sui. §. discretis. Igitur in alio releuatur, videlicet vt totum damnum possit petere, vt hic. & probatur in l. eum qui. ff. de iureiurando. sed in certis facilius probatur quod certū est: ergo ad duplum fuit taxatum.

Cogita, dicam tamen in gloss. in verbo, quantitatem.

Notabi. octaui Epitome.

1 *Iudices subtiliter debent inquirere, vt damnum quod quis verè passus est, reddatur.*
2 *Tormentorum varia genera quare à iudicibus inuenta.*
3 *Iudices quandoque simulant torturæ dare aliquem, vt ab eo veritatem eruant.*
4 *Liberationem quandoque delinquenti promittunt.*
1 *Subtilitas in doctore commendatur.*
6 *Papinianus ob subtilitatem commendatus.*
7 *Veritas in Doctore magis attenditur quàm subtilitas.*
8 *Subtilitas in iudicando reprobatur.*
Subtilitas impedit contrahentium & testatorum voluntates.
9 *Subtilitas quandoque facit errare, & eam deridet Imperator. 10.*
12 *Lectores Heracliti imitatores redarguuntur. & num. 13. & 14.*
14 *Doctor vel alius qui astutè scientiam interpretari vult, infamia notam incurrit.*
Sulpitius Iurisconsultus.
15 *Subtilitas quæ tendit ad iurium obscuritatem reprobatur.*

Octauum notabile.

1 OCTAVO nota: ibi, per suam subtilitatem, quòd iudices debēt subtiliter inquirere, vt dānum, quod quis reuera passus est, reddatur: & sic debent esse subtiles. text. in c. cùm sancti. 24. q. 3. ibi, cùm ad iudicium prorūpunt, intus subtile iudiciū respiciunt. §. si verò moriantur: in authen. de instru. caut. & fid. colla. 6.

De subtilitate hic multa.

2 Inde vt ex dicta subtilitate, veritatē eruere possent, multa tormentorum genera inuenerunt: vt licet videre per Hippol. in l. 1, in princ. num. 55. cum seq. ff. de quæstio.

3 Item quandoq; per suam subtilitatē simulant torturæ delinquentem dare, licet non faci

faciant: exemplo Salomonis in c. afferte. de præsump. & non est diu quod Parisiis hoc est seruatũ à reuerendo, & metuẽdo senatu, in falsario prætento ratione anticipationis.

4 Aliquando reo promittũt liberationem, vt ab eo confessionem extorqueant, quam postea non seruant. argumen. capit. vtilem simulationem. 22. q. 2. & ibi Archidiac. & docto. in d. c. afferte. Eam tamen recusauit facete Hipp. singul. 177. malitiis. prout ibi ipse asserit.

Subtilitas in doctore cõmendatur, sed magis veritas.

5 Item in doctore subtilitas cõmendatur. l. vna. C. de profess. qui in vrbe Cõstan. commit. merue. libro 12. vt vnum & idem verbum secundum titulorum diuersitatem, & materiæ, diuerso exponat modo: not. Modern. in rub. ff. de vulgari substit. quod aliter exponitur in l. penulti. ff. iudi. solu. & aliter in rubr. de vulgari substitutio. & hoc feci in toto titulo. ff. de verborum significa. facit Esdræ. 33. c. vbi est literatus ibi verba legis ponderans: & subtili animo diuersitatis legũ rationes excutere debet. l. 2. §. contrarium. C. de veteri iure enucl.

De papinia.

6 Et de hac præ cæteris commendatur Papinia. iurisconsul. in l. cùm virum. l. & l. cùm acutissimi. C. de fideicommissis. & l. cum Papinianus. de senten. & interlocu. & l. generaliter. §. cum autem. de institutio. sub conditio. factis. l. 1. §. sed neque. C. de vete. iure enucleando.

7 Notandum est tamen, quòd magis in doctore attenditur veritas, quàm subtilitas: sapien. 6. cap. Ponam in lucem scientiam, & non præteribo veritatem. Archidia. in c. hoc habet. 46. distinct. Lucas de Penna. in d. l. vna. colum. 7. per illud quod habetur. 3. Esdræ 3. cap. super omnia vincit veritas: quia qui verè & rectè nõ docet, deum proculdubio scandalizat. c. ille 93. distinc. ideò veritas amplectitur, & subtilitas reprobatur. in l in rebus. ibi, non enim quod legum subtilitate transitus &c. C. de iure dotium. non enim curare debet, qui docet, quanta eloquentia doceat, sed quanta euidentia: propter quod aliquando negligat verba cultiora, nec curet quàm bene, sed quid. teste Augustino libro 4. de Ciuitate Dei. refert Lucas, in l. murileguli. col. 2. C. de murilegulis. libr. 11. quod facit contra multos lectores iuuenes, fucum verborum, & non legum medullam quærentes.

Oppo. subtilitatem esse reprobandam.

8 Dicet aliquis, hæ subtilitates non sunt à iudicibus admittendæ. l. sicut. §. si debitori. ff. quibus modis pignus, vel hypothe. soluitur. & in iudicando reprobantur, teste, Petro de Ferra. in practic. in forma sententiæ diffinitiuæ. in gloss. 1. ergo non requiritur in iudice.

Item hæc subtilitas impedit contrahentium & testatorum voluntates. l. vna. in fi. C. vt actio. ab hæredit. & contra hæred. & l. si quis hæredem. in fi. de instit. sub condi. fact. & ibi Paul. & Rom. consi. 490. in proposita in fine.

9 Præterea tendit ad perniciem, & quandoque facit errare. l. si seruum. §. sequitur ff. de verborum obligationib. l. sancimus. C. ad Trebellianum. Ias. in §. pœnales. institu. de actio. num. 41.

10 Et vanam subtilitatem deridet Imperator in l. fina. C. de legibus. & reprobat in l. nuper. C. de natura. libe. & l. actio. ff. de negotiis gest. l. 4. ff. de manu. testa.

11 Sunt enim nonnulli, qui dum se existimari hebetes nollunt, sæpe in quibusdam inquisitionibus plusquam necesse est exercentes, eximia subtilitate falluntur. c. hinc etenim. 49. distin. Speculator in titu. de aduocat. in §. nunc de exordiis versicul. sunt nonnulli.

Cõtra bilem Heracliti imitatores. Cõtra . . . verbis oratoriis vtentes.

12 Et alij in legibus nil obscuritatis habentibus, ex studio difficultatis quæstionem ingerunt: & ad suam intentionem per suam subtilitatem obscuritatem introducunt: & fatuè & callidè procedunt. in authenti. constit. quæ ex asscriptitio in princip. collatio. 5. vide Modern. in §. sed iste. colum. 14. instit. de actio. sunt alij, qui in materia legibus vel canonibus congruente, verbis oratoriis & obsoletis vtuntur, prætermissis legum & canonum vocabulis propriis, cum ea ignorent, secundum Barbatiam in repetitio. cap. Raynaldus. col. 84 de testament. affectatus hic loquendi modus iurecõsul. nostris fuit semper molestus l. 2. §. post hos quoque. ff. de origine iuris. contra quos dicitur. Esa. 19. c. Confundantur qui operabantur lignum, plectentes & texentes subtilia.

13 Qui autem ea docent, quæ ab auditoribus non valent intelligi: non ad eorum vtilitatem, sed ad sui ostentionem faciunt. c. si. 4. distin. & contra tales doctores, non ponentes doctrinas claras & planas exclamat Ioannes de Anania, in capit. de simoniacæ. de simon. refert Felinus in prœ. decreta. colum. 1. facit quod notat Barto. in l. quicquid. col. 5. ff. de verb. obliga. & Heracliti nuncupari possunt.

14 Imò si doctor vel alius astutè scientiam interpretari voluerit, notam infamiæ incurrit. l. 2. C. de legibus. Nam facilis debet esse interpretatio. §. nos igitur. in fi. ibi vt omnibus sit nota propter facilem interpretationem. in authenti. de non alienandis rebus eccles. colla. 2. & in prooemi. ff. §. cuius auditores. habetur, leges clare & dilucide tradendas exemplo Sulpitij, qui ita inclaruisse dicitur, vt iuris sciẽtiam per partes distribueret, latentem explicaret, obscuram explanaret: distinguebat, & velut lucem afferebat ad ea quæ confusè ab aliis, aut respondebantur, aut agebantur, teste Zasio. in repetitio. l. 2. in verbo, operam dedit. fol. 164. & dicitur prouerb. 14. cap. facilis doctrina prudentum Ioan. Faber in §. is ita. de iusti. & iure. in institu. & huic quantum potuis-

De Sulpitio iurecõsulto.

sem

ſemper inſecutus ſum, difficiles materias planas & faciles reddens.

Ideo Lucas de Penna, in d. l. vna col. 8. ſic dicit: Nihil odibilius ſubtilitate ſola: quid enim prodeſt in illis expendere dies ſuos, quæ nec domi, nec militiæ, nec in foro, nec in clauſtro, nec in curia, nec in eccleſia, nec alicubi proſunt: niſi duntaxat in ſcholis?

Hæc eſt illa quæ citius occubuit Aret. & quidam doctor Mediola. ſuam inſequens opinionem (ſi Neuiano credamus, in ſua Sylua nuptia. in regu. an ſit tenenda communis opinio, Ampiia. 3.) plus dicens eſſe bonam ad ingenii acumen, ſed in actu practico non, igitur erit communis ſequenda.

15 Reſolutiuè dico, quod nimia ſubtilitas, & illa quæ tendit ad iurium obſcuritatem, reprobatur. l. 1. lege. C. de legit. hære. & ita intelliguntur ſupra adducta pro illa opinione, & ſic doctores plano, & facili ſtilo procedere debent.

Alia vero, quæ ex ingenii virtute procedit, à ratione pariter, & æquitate non deuians, & quando tendit ad iurium declarationem admittitur, & loquūtur iura pro altera parte adducta. & ita not. Panormi. & alij. in c. dilecti. de iudi. Henric. Boic. in cap. capellanus de fer.

Notabilis 9. Epitome.

1 *Malitiis, & machinationibus obuiandum eſt 11.*

2 *Delictis obuiandum eſt ne committantur, perpetrata autem ſunt punienda. & numero 3. cum ſeq.*

4 *Teſtes non iurati in informationibus recipiuntur.*

7 *Affinitatem probare præſumptiuè ſufficit ad impediendum matrimonium: ſecus quo ad dirimendum iam contractum.*

8 *Infamis admittitur ad denuntiandum maleficium vt obuietur ne cōmittatur.*

9 *Contra promouendum ad officium quilibet ſe opponere poteſt.*

10 *Sacerdos poteſt confeſſionem in genere reuelare.*

12 *Dolum non videtur committere qui dolum excludit.*

13 *Furari quando liceat & nu. 14. & 15.*

16 *Fur indicans ſeipſum non iuuatur proclamate facto.*

Notabile nonum.

…iis eſt ob uiandum.

NOno no. ibi, & non ex quibuſdam machinationibus, &c. Quod machinationibus eſt obuiēdū, & malitiis. facit l. in fundo. de rei vendi. ff. ca. ſedes. de reſcriptis. & fit arte verborum. l. j. ff. de dolo. l. quæro. de act. emp. peruerſus dicitur, quaſi bono aduerſus. Dom. in capi. 2. colum. 2. de cenſi.

2 Huic ſuccedit pulchrè, quod dicit Bald. in l. nullus. C. de ſum. trin. Quòd ante delictum commiſſum ei eſt obuiandum: poſt perpetratum, eſt puniendum. Bald. in l. æquiſitinium.. ff. de vſufruct. Et ſi magiſtratus non obuiat delicto futuro, debet ab officio remoueri. Bald. in l. 1. §. quies. ff. de offi. præfecti. vrbis. *Contra magiſtratus*

3 Facit ſingul. dictum Innocen. in capitulo primo, columna vltima. de poſtula. præla. vbi vult, quòd licet inquiſitio ſit facienda præcedente infamia, capitulo qualiter. 2. de accuſa. ca. Deus. 2. quæſtione prima, tamen quando delictum eſſet committendum, poſſet iudex non præcedente infamia ex officio inquirere, vt futuro obuietur delicto, & teſtes ſine iuramento recipere. Barba. in addi ad Bald. in dicta l. nullus. nihil allegat. adduco gloſſ. ſingl. in §. ſi duo. in verbo, teſtimonium de pace tenenda. in vſib. feudo. quæ eſt ſingul. ſecundum Bald. ibi, & Barba. in tract. de præſtan. Cardin in 2. quæſt. 2 partis colum. vlti. Soci. in tract. fallen. regul. 424. Barba. in repe. rub. C. qui admitti. columna. 34. Alexander conſilio 112. in cauſa, in fine, in quarto volumine. ad hoc.

4 Quòd iudex quando recipit teſtes ad informationē curiæ, poteſt eos recipere non iuratos: & etiam parte non citata. Hippol. in l. de vno numero 84 ff. de re iudi. *In informat. teſtes non iurati recipiuntur.*

5 Facit gloſ elegans. in cap. per tuas. in 2. de Simo. dicens excuſari facilem ad credendum delictum committendum, vt ei obuietur.

6 Nec diſsimule eſt quod dicit gloſſ. ſolēnis in cap. 2. de hæreti. & quod nota. doct. in cap. nouit. de iudic, quòd illud euangelicum, ſi peccauerit in te frater tuus, &c eſt præcepti, quò ad committēdum delictum: licet quò ad commiſſum ſit conſilij.

7 Pulchrè facit dictum ſing. Petr. de Ancha. in cap tertio loco. de præſumptio. & Ioan. Andræ. in capi præterea. de teſtib. quod ad impediendum matrimonium contrahendum, ſufficit affinitatem probare præſumptiuè: ſecus quo ad dirimendum iam contractum, quod non firmo.

8 His finitima ſunt quæ ponit Gofre. relatus per Panor. in cap. cum in tua. de ſponſa. quod licet infamis non admittatur ad denunciandum delictum cōmiſſum puniendum, tamen admittetur ad denuntiandum committēdum: vt futuro obuietur delicto. *Contra promouendum ad officium, quilibet ſe opponere poteſt.*

6 Haud diſsimile eſt quod dicit Anton. de Butr. in ca. ex parte A. de teſti. refert Barb. conſ. 64. ſcribitur. col 11 in. vol. vbi contra promouendum ad officium, vel dignitatē, quilibet de populo ſe opponere poteſt ſed cōtra iam promotum non admittitur, niſi is cuius intereſt.

I Poſtre

10 Postremò,potest sacerdos confessionē reueiare in genere:iuxta text.in c.2.de offi. ordi.& expressè& si non possit viam impediendi delictum inuenire:licet aliâs regulariter sit,contra per text.& Inno.in c.omnis. colū.2.in fi.cum seq. de pœniten.& remissio.& ibi latè dixi repetendo, dic sabbati ante ramos palmarum Biturigibus Anno 1531.cum multis postea diebus.

11 Amplia,etiam machinationibus obuiādum cum malitia. gloss. singul.in cap.deus. 2.quæst.1. simili. in cap. cupientes. in verbo,malignantium de elect.libro. 6. singul. & no. secundum Alexand in l.qui totam. ff.ad Trebellia. & consil.135. in primo volu. Barba.in capitulo primo, colum. 12. de iuramento calum. Clemen.1. de re iudica.& consil. 12. colum. 3. in 2. volu. Vital de Caba in tract. clausularum, in clausu.nihil noui securitate pendente. folio 39. columna 14. Corset.in tract.de potesta.regia.quæstione 86.Iason.in §.in bonæ fidei. numero 81.Institu.de actio. Deci.in l. ea est natura.ff.de regul.iur.d Ioann *le cirier*. in tracta.de iure primogeniture,libro 3 quæst. 8. facit text. in l cum pater.§. Titio in fi. ff. de legatis 2. *Not. æquestia.*

12 Ex his infertur:Quòd si mutuasti mihi in secreto decem,quæ tibi clam restitui: si iterum petieris,& non possim probare solutionem,licitè potero negare,& dicere me nihil habuisse. quin tibi restituerim, etiam cum iuramento Bald.in rubrica.C. de fide instrumen. columna 9. versiculo incidenter etiam quæro. Quia non videtur dolum committere, qui dolum excludit.l.cum pater.§. Titio.in fin.ff de legatis secundo,& ibi gloss. citat iura concordantia Alexand. in l.qui totam ad Trebellianum.

13 Secundo infertur, Quòd si non possum rem meam à te recuperare: potero furari æquiualentem,aut propria authoritate eripere gloss.singu.in cap,ius gentium.1. disti. quam sing. dicit & ordinariam Felinus in capitulo quoniam de Simo. in c.2.num.penul.de sponsa.& in recollectis ad Decretū. Alexander consil. 135. circa numero .3.in 1. volu d.Chassa.in consue. Burgund. in rub. *des iustices*.in gloss.*s'il n'a grace*. num.32.& ad It.ad Deci.in reg.ea est natura. ff.de regu.iur.Sepuitur eam Innoc. in c. olim.in 1. nu 8.de restitu.spolia.& in cap. quia plerique de immu.eccle.Bald.in l.2.colū.12. nu. 71.cum seq.C.de serui.& aqua.l.1. col.2. de testa. Floria.in l.itaque. quam legit cum l. si seruus ff.ad l.Aquil. *Not. bene.* *Furari quando liceat.*

14 Et hoc quatuor concurrentibus: de quibus per Angel.de Clana. in summa angelica.in verb.furtum.§. 40. Conrad.in tracta. de contract. q.42.in 2.conclusio. *Pro monitionibus de occultis.*

15 Imò si fiant monitiones generales de occultis, contra detinentes tales res Sempronij iniustè,non tenebitur qui sic detinet,reuelare: nec erit excōmunicatus: quia iniustè non detinet. Siluest. de Prierio, in sua summa,in verb.furtum.quæst.12.licet summa angelica,eo.verb. quod teneat, & dixi in repe.l.diuus.fol. 24. vers.imò fortius.ff. de senatuscon sul.Syllania.

16 Postremò,si passus furtū paciscatur cum Titio, vt si indicaret furem, ab ipso nihil peteretur: vel si fiat proclama per ciuitatem,quod ab indicante nil petetur: tamen si fur indicauit seipsum, non iuuabitur pacto,nec proclamate:vel si est de socijs.tex. in l.4.§.fin.ff.de condict.ob turp.caussam. Et quidam fuerunt suspēsi: vt Ias.ibi citat in 3.not. & est nota. dictum Ioann.Andr.in addit.ad Spec.in tit.de fur. in rub.quod sequitur Barba.in c.sedes.colum.3. de rescri. & Hyppol singul.177.malitiis. quod est notādum ad intellectum multorum iurium. *Notent furta.*

Notabile decimum.

Decimo nota ibi, nedum in infinitum &c. quòd nullum immensum est durabile, nullumque violentum perpetuum. Et ad hoc allegari potest hic textus, nouiter ponderando eum.

Notabilis 11. Epitome.

1 *Lex positiua debet muniri naturæ legem,& naturali ratione muniri.* *Nullum violentum perpetuū.*

2 *Ratio naturalis tanquam lex potest allegari: & ita debet mouere iudicem:sicut lex.3.*

3 *Ratio anima est legis.*

4 *Rationem quærer. vbi habemus sensum,infirmitas est intellectus.*

5 *Leges per rationem extenduntur: & ad eam recurrimus quando est dubium de legum intellectu.6.*

Item per eam interpretantur scripturas.7.

8 *Conscientia remordet quando aliquid fit contra rationem naturalem.*

9 *Bartoli. consuetudo.*

11 *Ratio legis optimus clypeus.*

12 *Homines intellectu vigētes alios regere debent*

13 *Princeps ligatur ratione,licet non legibus.*

14 *Francigenæ legum rationes seruant.*

16 *Ratione non vsens dicitur temerarius,& boni viri arbitrio carere.*

17 *Lex irrationabilis non dicitur lex.*

18 *Aduocatus alleget rationem naturalem.*

19 *Ratio legis nō censetur correcta lege correcta.* *De ratione hic multa.*

Notable vndecimum.

Vndecimo nota ibi, Cum scimus esse naturæ congruū,&c.iuncta gloss. quod lex positiua debet imitari legem naturæ, & ratione naturali muniri. l. cum ratio. ff. de bonis damnato.l.secundum naturam. de regulis iuris. & l. iure naturæ. illo titu. l.nam hoc natura. de condi.indebi. l.in reb.

l.in rebus.§. poſſunt commoda. l. ſcire.§. ſufficit.ff.de excuſatio.tuto.

2 Et tanquam lex poteſt ratio naturalis allegari. cap.ratio (& ibi nota.& dixi) de præben. gloſſ. in c.conſuetudo. prima diſtin.gloſ.in cap.cum ex eo 10 ver. rationis. de electio.lib.6.Panor.& Deci.in cap.2.requiris de appella.intellige lege deficiente: quia dum habemus legem non tenemur allegare rationem.Bald conſil. 473. circa colum.2.in 5. volu.glo.in cap.conſuetudo. prima diſtinct.Barba.in Clem.1. de elect.l. ſcire.§. ſufficit.ibi,ex ipſa naturali iuſtitia. ff.de excuſa.tutor.

3 Et ratio ita debet mouere iudicem adiudicandum, ſicut lex. Andreæ.de Iſernia.in proœmio feudorum. colum. vlti. Plus dicens,legem eſſe quod in ratione conſiſtit: quia extirpandum eſt quod ratione caret, c.correpiſcopi.68.diſtin. Iaſ. in l.illam.col. 3.verſi.limita.C.de collatio.

Imò plus attenditur,quàm verba legis: quia ratio eſt legis anima,& verbum eſt ſicut corpus:& ideo magis debet attendi intellectus, quàm vocabulum. Bald in l.ſi quis ſeruo.col.vlti.C.de fur. & in tract.ſtatuto.in ver.ratio.in ſecunda quæſt. Barbat. conſi.9.vbi Chriſtus.col 3. in 3.volu.Corne.conſi.15. ex quo dictus.col.3. volu.1.& Curti. conſi.45. ſtatuto. in nu.22.& conſi. 81.rectè. colum.2. Deci.conſi.227.in caſu. num.7. & conſi. 172. viſis.num.6.& Iaſ.in l.de quibus. ff. de legib. col.1. & l.qui quadringenta.num.2.ff.ad Trebel.

4 Et quærere rationem vbi habemus ſenſum, eſt infirmitas intellectus: vt teſtatur Auerrois, quem refert Bald. in conſi.364. quia quæſtio. in 3. volu. & Barba.conſil.7. col.3.in 2. volu.Iaſ. in l. cum filioſa. nume. 56.ff.de lega.1.

5 Et per rationem naturalem extenduntur leges,ſicut pellis. Barba.conſi.54. illud col. 10.nume.16 Item aliquando reſtringuntur eadem ratione. Iaſ.conſi. 23.octo dubia in princ.in 3.volu.

6 Et quando eſt dubium de intellectu legis, recurrimus ad rationem naturalem. Barba.in additi. ad Bal. in §.porro.colum. 1.quæ fuit prima cauſſa benefi. amittend.

7 Et per eam interpretantur ſcripturæ Barba. in l.cum acutiſsimi. col.13.& col.71.C. de fideicom. per tex. in l.1.§.veteres ff.de acquiren.poſſeſſ.

8 Et conſcientia remordet, quando aliquid fit contra rationem naturalem. gloſſ. magna circa medium.in l.in hac.ff.de tritica.Dec. in c. 2. requiris in 3.nota.de appel. Bal.in c. bonæ. primo.colum.penul.de poſtula. prælat. ratio nunquam conſentit peccato licet interdum non reſiſtat.archid.in c.ſed penſandum.6.diſt. Bald.in proœ. Decretal.in verbo rex pacificus.num 24.

9 Ideò Bart.quando volebat conſulere ſuper aliquo caſu,conſulebant mercatores ruſticos, & alios viros naturales,ſecundum caſus exigentiam.& hnc fecit opinionibus ſuis multum honoris. Baldus in cap.1.col. 4.de ſucceſſ.feud. Iacobi. in l.vna.§.in primo.C.de caduc. tollen. domi.Boer in §.14. de conſuetu.feud.& cenſua.in conſue.Biturig. *Not.de Bartol.*

10 Item litera occidit,ſpiritus autem & ratio viuificat. Bald.in l. commiſſoriæ. C.de pact.inter empt.& vend.

11 Et ratio eſt optimum legis clypeus. Bald. in l.1.§.in primo.colū.1. C. de cadu.tollen. & Cice.libro. 1. de legib.col.3.inquit,Quid eſt autem, non dicā in homine, ſed in omni cœlo, atque terra, ratione diuinius?& nihil eſt ratione melius:éſtque prima homini cum Deo rationis ſocietas.

12 Et Ariſtotel.libro.1. Politic.ſit ait,Homines ratione & intellectu vigentes,naturaliter domini ſunt,& aliorum rectores. *Homines intellectu vigentes alios regere debent.*

13 Et licet princes ſit legibus ſolutus.l. princeps.ff. de legib.tamen ligatur dictamine rationis. ſecundum Bal.ibi. & ſuprà dixi in 3.nota. Quia eſt animal rationale,& licet ſit dominus legum, non tamen rationum & motum, Decius in capitulo primo numero 15. colum. 6. verſic.2. quod dictum eſt de conſtitu. *Princeps ligatur ratiõe, licet non legib.*

14 Et ſi Francigenæ leges non allegent, tamen rationes legum ſeruant: non quòd lex hoc dicat, vel quia Imperator hoc ſtatuit: ſed quia ratio ſic vult,à qua nemo poteſt ſubduci. Baldus in l.nemo.C. de ſententiis & interlocu. omni. iudic.Iaſon. in l. illam. col.3. de colla. dixi in repe.l. quod iuſsit.ff. de re iudic.in præfa.nu.60. *Francigenæ legũ rationes ſeruant.*

15 Ex quo quiſque magis ratione vtitur,eo maioris authoritatis eius verba eſſe videntur.§.1. 20. diſt. in hoc maximè laudantur Pariſienſes,prout omnibus patet. *Laudes Pariſien.*

16 Qui non vult vti ratione, dicitur temerarius, & boni viri arbitrio carere. Baldus in l.ſolam. in fin.C. de teſtib. imò ratione carens, beſtia, & non homo nuncupatur. gloſ.in authen. de monach. colla.prima.in verb.dicenitem.in princ.& text.iuncta gloſ. 1.in c.ſi homo. 27.q.1. *Ratione non vtes, eſt beſtia*

17 Et lex irrationabilis, ſeu conſuetudo,& peccati nutritiua, perdit nomen ſuum, & peſtis dicitur, capitulo ad noſtram.& ibi Felin.col.2.de probatio.

18 Et ideo debet quilibet aduocatus allegare rationem naturalem: quia leges facilius ſoluuntur, quàm rationes viuæ, quas natura declinare non poteſt. Baldus in diſpu. incipien. accuſatus. de vi. columna ſexta, verſiculo quinto; ſic & ſicut homo ex anima,& corpore conſiſtit, ita lex ex ratione, & verbis. Socinus conſilio trigeſimoquinto,circa prædictam, columna 2.in primo volu. *Nota aduocat.*

19 Notandum eſt, quòd correcta lege,non ... confectur

Lege correcta, non corrigitur ratio.

censetur correcta eius ratio. gloss. in l.cùm tale §.falsam causam.ff. de conditio. & demonstra.l.1.in ver.prouidentia. de legit.tuto.& gloss.in cap.nouit.in verb. quicunque. de iudic.Deci.in capitulo 1.colum.5. versic. 3.conclusio. gloss. de constitut.Et habetur ac si expressa verbis esset.l. si venditor.in versic.hoc videtur exceptum.ff. de religio. & sumpti.funer.secus econtrà. glos. singu. in l.prima.in verbo,prouidētia. ff. de legit. tuto.quam singu.dicit Ias. in l. quod dictū. in primo notab.ff.de pact.& Getal de Barberano,in repetit.l.si pater. numero 145.& 298.C.de institu.& substitu. sub conditio. Iac.hæc ratio dictare de ratione coegit.

Notabile duodecimum.

Dvodecimo nota, quòd pœnæ sunt à iure taxatæ:& vsque ad quam summam, dicetur Deo auspicante in glossa, in verbo proteruntur.& de legalibus, & de conuentionalibus.

Notabile decimūtertium.

Decimotertio nota: ibi, & hoc non solùm: quòd id quod interest consistit tam in lucro, quàm in damno: & sic & lucrum & damnum, potest peti:de quo latè dicetur in gl.vlti. vbi trado regulam cum limitationibus.

Notabilis 14.Epitome.

1 *Lex omnibus imposita.*

2 *Legi subditus dupliciter quis dicitur.3.*

3 *Lex comprehendit etiam subditos priuilegiatos.*

Lex omnibus imponitur.

1 Decimoquarto ibi: & sit omnibus, nota quòd lex imponitur omnibus, & omnes ligat.l. leges vt generales. C.,de legib. intellige omnes subditos .gloss. in capitulo primo ,de constitu. Bartolus in extrauagan.ad repri. in verb. totius orbis. quomodo in lesæ maiesta.crimi .proced.

Dupliciter quis dicitur subditus.

2 Notandum est,quòd quis dupliciter dicitur legi subditus:primò, sicut regulatum regulæ:& hoc modo omnes qui subduntur potestati, subiiciuntur legi: quam facit potestas. Secundo dicitur, subditus, sicut coactus cogenti; & hoc modo virtutibus præditi homines non subiiciuntur legi:sed soli mali.Felinus in dicto capitulo primo, numero vigesimoquinto, columna octaua,de constitutio. & dixi latè in prefa ad ordina.regias.

Fac benè, & nō timebis principem.

Quia communiter dicitur:Fac benè,& non timebis iudicem.ad Rom,13. capitulo, Lacio agendi; in reb. libro duodecimo,& ibi patruus meus.Roma. singula. 671.quid aliud, & lex non est imposita iusto,dicit Paul. Comprehendit tamen subditos,etiā priuilegiatos. l. in fraudem.§. finali, & ibi Baldus,ff. de testamen.mili. Dec.in regula prima,numero nono, ff de regulis iuris,& consilio quinto:in causa dominæ. vide Felin.in d. capitulo primo, vbi ponit decem limitationes ad hanc regulam.

Notabilis vltimi Epito.

1 *Leges & regis ordinationes debent recitari, & publicari etiam diebus festiuis.2.*

3 *Lex ante publicationem non ligat.*

4 *Allegatio ignorantiæ non admittitur post duos menses legis facta publicatione: fallit si ignorantiam allegans fuerit infirmus, aut absens tempore publicationis.*

5 *Publicans ordinationes mandatum speciale habere debet.*

6 *Publicatio quæ attendatur.*

7 *Publicatio quando dicatur facta.8.9.*

10 *Publicatio legum & ordinationum vbi fieri debeat.*

11 *Notarius debet recitare testamentum, vel contractum partibus perfectum: alias non valet.*

13 *Testium depositio eis legenda, & recitanda: quare.*

Notabile vltimum.

Leges ac regie ordinationes debent recitari, et publicari etiam diebus festis.

1 Vltimo not. ibi, recitatio: quòd post legem promulgatam, requiritur eius recitatio, siue publicatio: vt habetur in primo constitu. C.in .ii. & in capitulo cùm infirmitas.de pœniten. & reminissionib.c. primo, de loca.l.litibus .in fi.C.de agrico. & censi.libro vndecimo. Probatur Genes. 41.cap.in Pharaone,qui publicari fecit Ioseph, esse toti Aegypto præpositum .& Exod. 24.vbi Moses populo narrauit leges domini datas populo.

2 Et potest fieri hæc publicatio diebus etiā festiuis.§.finali, de Iustinia. C. confir.& ibi gloss.

3 Et ante hanc recitationem lex non ligat, seu constitutio. in authentic. vt factæ not. constitut.collation.5.Ioannes Andr. in fine Sexti,in glo.vlti.in data.licet non fiat.

4 Sed post duos menses non admittitur allegatio ignorantiæ, factá publicatione:nisi fuerit infirmus, aut absens tempore publicationis, is qui ignorantiam constitutionis deducit. Angel.in d.authen.vt fact.no. constitu,docto. in d. capitulo secundo,& fina. de constitu.

5 Nota tamen,quòd publicatio debet fieri authoritate conditoris: & is qui recitat & publicat,

publicat. debet habere mãdatum ſpeciale: de quo oportet conſtare : aliàs etiam poſt publicationem nõ ligaret: quia paria ſunt non eſſe,& non legitimè.l.quotiens. ff. qui ſatiſda.cogant.Bald.in c.a.colum.ſecunda, de conſtitu.

6 Quæro quæ publicatio attendatur:ſi fuerit facta in curia Pariſienſi, Tholoſæ,&alibi? Reſpondeo, publicationem factam in curia eſſe attendendam : ſecundum Cardi. in proœ.Clem.in fine.quod facit ad intellectum concordatorum.§.in primo mente poſt præſentium acceptationem,& earundem publicationem de colla. vbi beneficia vacantia in primo menſe, poſt publicationem debent cõferri graduatis: ſed concordata fuerunt publicata in ſuprema Pariſienſ.curia in menſe Martio, Tholoſæ & alibi in aliis menſibus : ideo attendetur publicatio prima in curia ſuprema : & ita fuit declaratum per regem: vt patet in quibuſdam literis in fine concorda. inſertis. Rubri.de regia facultate primum menſem graduatis nominandi vbi abunde ſcripſi.

Publicatio quando dicatur facta.

7 Quæro ne procedamus per ignota,quãdo dicatur facta publicatio? gloſſ. in clem. prima in verb. publicè de ſepultu. quam ſingula.ibi dicunt Cardi.& Rauen. Panormi.& Barba. in cap. ſi quis contra. de foro competen. dicit publicatum, quando fit coram multitudine populi: vt in publica miſſa,vel ſermonibus,vel nundinis, vel alio actu per populum frequentato.gloſ.ſolennis in clemen. cauſſam. in verbo. ſolenniter.de electi. vide textum in cap. omnis vtriuſque ſexus. in verb. in eccleſiis publicetur.de pœni.& remiſsio.

Elucidatur regula cancellariæ.

8 Quod facit ad intellectum regulæ cãcella. 34. quæ vult quòd ſi beneficia in curia reſignata non fuerint ibi publicata intra ſex menſes, vel extra curiã reſignata intra menſem, & in loco beneficij : quòd ſi poſſeſsio non fuerit per eum,cui collatio facta fuerit petita,ſi reſignans moriatur, beneficium dicit vacare per mortem:& ita collatio facta non tenet: ideo illi regulæ non erit ſatiſfactum per adeptionem poſſeſsionis factam corã quatuor teſtibus & notario, prout conſuluit Panor. conſ. 99. illud in præſentiarum.in 1. vol. Geminia. conſil. 75.in cauſſa.colũ. 2.& ſeq.ſequitur Chaſſa. in conſuetu.Burgun in fin. in verb. *ſoyent publies.* in concluſione, & approbatione concluſio.vide do. Boër. in conſuetu. Bituri.§.fi.de don.

9 Tamen ex neceſsitate poterit publicatio fieri alibi quàm in loco beneficij, dummodo poſsit deuenire ad notitiam ordinarij: & valebit ac ſi fuiſſet facta in beneficio. Roma. conſilio 431. quo ad primum. Feli. in capitulo cum dilecta, ſeptima limitatione de reſcriptis,citat Alber. Brunus in tracta. de for.& ſolennita.actus rubri.de poteſtatia,& effectu.for.33.limitatione abũde. ſcripſi in gloſſa ad dictam regul.cancel.34.

10 Notandum eſt etiã, quòd hæc publicatio debet fieri in locis conſuetis, & principalibus ciuitatis, & quadriuiis, & voce tubæ, vt de conſuetudine fit Federicus de Senis: conſilio 211. ſuper themate, verſiculo ex præmiſsis. Felinus in capitulo exceptionem,columna penultima, de exceptio. quod facit ad intellectum ordinatio. regiarum,quando dicentur publicatæ,&c.

Vbi debeat fieri ordinaria publicatio.

11 Sic & notarius debet recitare teſtamentum, vel contractum partibus perfectum: alioquin non valebit : gloſſa ſingularis in l. fideicommiſſa, §. primo, ff.de legatis 1. ſequitur Guido Papæ,conſilio 334. non valuit.Benedictus in repetitio capituli Raynutius, in verbo in extremis, numero 40. de teſta. vbi hoc l.mitat in teſtamento ad pias cauſſas per text ſingul.in l. Lucius. ff. de teſtamen.mili.qui licet loquatur in milite, vt eius teſtamentum ſine recitatione valeat, idem tamen in teſtamento ad pias cauſſas : & illum text. ad hoc dicit ſingul. Roma in repetitio.authen. ſimiliter, colũ. 20.C.ad legem Falcid.& Barbat. in conſil. 42.columna quarta, in quarto volumine. Rauen.in capitulo ſecundo, de fide inſtru. ac Bauer.in §.primo,columna 27.& ſeq de teſta.in Inſtit.

12 Item iudex ſententiam recitare debet. l. 1.C.de ſenten.ex libello recitand.

13 Item poſtquam teſtes depoſuerunt, debent iterum eis legi dicta eorum, vt per lectionem compleantur.& error, ſi quis ſit in ſcribẽdo,remoueatur. Baldus in l. finali. li.C.plus vale. quod agi. Felinus in capitulo per tuas. in fine de teſtib. dixi in repe.l. quod iuſsit,in ſecundo nota 7. differen.inter interlocutoriam, & diffinitiuam.ff.de re iudic. & ſic eſt finis notabilium huiuſce legis.Tranſeo ad gl.

Depoſitio teſtium legi debet.

Gloſſ.prout,Epitome.

1 *Imperatori quomodo omnia ſunt poſsibilia, remiſsiuè.*

2 *Impoſsibilitas multiplex.cum nu ſeq.*

Impoſsibilia quæ ſub certa doctrina comprehendi non poſſunt.

3 *Impoſsibilia propter ſui infinitatem.*

4 *Impoſsibilia propter rei confuſionem.*

5 *Impoſsibilitas propter facti examinationem.*

6 *intellectus l.quatenus ff.de reg.iur.*

7 *Intereſſe quid ſecundum primam gloſ. diffinitionem.*

8 *Rei appellatio generalis.*

Res non plenè reſtituta dicitur, niſi reſtituatur & fructus, & omnis conditio rei.

9 *Lucrum ceſſans quod potui facere ceſſante impedimento non rei augmentum.*

10 *Alciati definitio intereſſe ſingularis reprehenditur.*

Intereſſe interdum excedit pretium rei.

11 *Pretium aliud,& aliud intereſſe.*

& aliis prouenientibus ex ipsa re, quæ possunt rei appellatione venire. Secus in lucro, quod potui facere si tradidisses rem: vel damnū, quod pretior quia non tradidisti rem quam mihi debes. Nam aliâs sequeretur, quòd dando rem quis daret id quod interest: & sic tam damnum quam lucrum, quod non est verum, argument. l. tertiæ, C. deposi. facit l. Iulia. in princi. §. fina. ff. de rei vendicatio. & l. cæterùm. cum ll. sequen. illo titu. Aufred. q. 50. fuit legatus. & q. 51. vbi vide: nam bene facit.

9 Item lucrum cessans quod potui facere cessante impedimento, non est rei augmentum: sed aliud a re: vt hac l. in fine. & argu. l. si idem. C. de codicil.

Item in dic. l. prætor. §. per hanc, venisit fructus: quia à lege declaratur, hic non. & dicto §. in Fauiana. & l. fi. propter verbum restituas. quod plenam habet significationem: vt ibi dicitur. & l. cùm prætor. in princip. ff. de verborum significatione, vbi plenissimè scripsi.

Item dicta l. etiam loquitur de iure in re, hic etiam extra rem: videlicet de lucro, & quod non veniat, probatur in l. prima. §. non solùm. ff. de vi & vi arma. vbi iurisconsultus non expressisset veritatem venire, si rei appellatione veniret: & hoc ratione superfluitatis. *Definitio Ale. reprobatur.*

10 Item dum collega dicit, quòd interesse est singulare pretium rei non præstitæ, cum suo augmento, accessionéque, hoc est lucri damnique non habita ratione: non valet definitio: quia interesse venit propter non factum, vel malè factum, aut malè datum, vt infrà dicam: & tamen in hac sua definitione nihil. Item non comprehenditur interesse conuentum, & commune nisi dicas esse descriptionem quibus veteres vtebantur.

Tertiò, id quod interest, interdum rei pretium excedit. l. prima. ff. de actio. empt. l. in interdicto. de vi & vi arma. Sed respondeo, quòd rei pretium non tantum accipitur pro eo quòd deducitur in contractus principio: sed & pro damno, & lucro, postea subsecutis: & sic cum augmento lucri & damni habita ratione. Nec placet hæc responsio: vt suprà dixi. Nam dum collega noster dicit, æstimationem rei iunctam damno & lucro, esse interesse: certū est quòd aliud est rei æstimatio, & aliud damni, & aliud augmentum: vt suprà probaui.

11 Quartò, aliud est rei precium, aliud interesse. l. sicut. ibi, quo non restituto, non pretij quantitatis, sed quanti interest. &c. C. de actio. empt.

Quinto, Inæstimabile interesse non habet pretium. l. libertas. ff. de regulis iuris. Alia multa argumenta ponit hic Soci. in rubric. & recentiores, quæ licet videre, ob id non trāscribo. Ideo gloss. definitionem ponit alteram, quæ talis est: interesse est damnum emergens, & lucrum cessans, ex eo quod aliquid fieri cessatur. Primo quod sit damnum, probatur hic in text. & in capitulo secundo, de fideiussorib. cùm multis aliis. *Secūda glo. definitio.*

12 Non tamen, quod aliud est damnum inæstimabile: vt quando quis in re conducta tenet meretrices, vel vsuras exercet: de quo per Panormita. in ca. propter. de loca. & Conrad. in tractat. de contract. in quæst. 87. conclu. quarta, in 3. casu. l. ædem. C. locа. & ibi doct. *Damnum inæstimabile quid sit.*

Item quod sit lucrum, probatur hic, & in l. tertia. §. fina. ff. de eo quod certo loco. l. si commissa. ff rem rat. haber. & latius dico. in gloss. vltim.

Item emergens, probatur in l. ærate. §. ex caussa. ff. de interroga. actio. l. final. ibi aliæ dubitationes emergebant. C. de anna. exception. Postea dicitur ex eo quod aliquid fieri cessatur: vt quia debuit tradere, & non tradidit l. si sterilis. §. cùm per venditoré. ff. de actio. empt. & infra in mea noua definitione latius declaro hanc gloss. definitionem sequuntur Bald. & Salic. & Dec. hic. & in hoc Accurs. est creditum: secundum collegam, in ca. quod lex. & Ambros. de Vignate. in repeti ca. salubriter. numer. 246. vers. cul. quæro igitur in primis. de vsur. Petr. de Ferra. in sua Pract. in for. libel. in actio. real. in gloss. & in florenis. Anchara. & Cardina. in ca. facto. de senten. excommunica. Pirrus, in l. quatenus ff. de regul. iur. Bald. consil. 169. locata libr. tertio Alexāder consilio 168. requisitus, in tertio volumine, & consilio vigesimo in quinto volumine.

13 Contra hanc definitionem insurrexit Iacob. de Arenis. Primo in eo quod dicitur, damnum, quia si quis petat damnum: tantum damni, quantum voluerit, habebit. Nam ei dicetur, Damnum vis, damnum habe, sicuti Crasso Ro. dictum extitit: Aurum sit isti, aurum bibe. Ergo absurdum est quod quis petat sibi damnum: quod satis nobis cōtingit sine petitione: & sicuti fundi æstimatio, non est fundus: ita nec damni æstimatio est damnum. l. si ita fideiussorem. ff. de fideiussor. sicut aliud est factum, alius eius æstimatio. l. si quis ab alio. §. fina. ff. de re iudicat. ita aliud est damnum, aliud damni æstimatio.

Secundo, dum dicitur, lucrum: quia in certis tantum casibus venit: ergo non debet fieri regula nec in definitione poni. gloss. in regul. prima. ff. de regu. iur. gloss. in Rubric illo titulo, lib 6.

Tertio videtur damnum cessans, & lucrum emergens: vt si hostis, vel alius dat mihi damnum in fundo meo: interest mea damnum non esse datum: & sic cessare: vt Instit. de his qui sunt sui vel aliæ. iur. §. fi. & l. 2. ff. eo. tit. Item legatum est tibi relictum, dicitur lucrum emergens: quia interest tua habere

habere. l. si fideiussor. & l. si creditori. ff. de leg. i. primo. & l. si cui fundus. de legat. 2. ergo definitio non est bona.

Quartò quandoque quis petit damnum tantum, aut lucrum: & tamen in definitione ponitur copulatina, &, de cuius natura requiritur vtrunque esse verum. l. si hæredi plures. ff. de conditio. institu. gloss. & ibi plene doct. in ca. 2. de rescript.

Quintò ponitur in definitione, in eo quòd aliquid fieri cessatur, sed non comprehendit id quod ex facto prouenit, quod fieri non debuit: vt si venditor rem vitiosam aut alienam tradiderit. l. tenetur. §. sed si vas. ff. de actio. empt. & l. Iulianus, ibidem. vel si commiserit quis vim vel furtum. l. in interdicto. ff. de vi & vi arma. l. Inficiando. §. primu, de furt.

Item non comprehendit iniuriam, in qua non petitur lucrum nec damnum: sed bene quis petit id quod interest. §. pœna autem. In[illegible] de iniur.

Item non est deminutio patrimonij interesse, quia nunquam in patrimonio fuit: & tamen damnum à deminutione patrimoni, & ab ademptione dictum est l. 3. ff. de damno infect.

Sophismata glo. & definitio, & ponderatio.

14 Vltimò non comprehendit interesse inæstimabile: secundum Bar. hic. & sic definitio gloss. impugnatur. Posset tamen sustineri respondendo ad côtraria, Primò, quod non sit damnum: quia Accurs. loquutus est secundum vsum communem loquendi: quo dicitur: Restituas mihi damnum.

15 Vel emendes damnum, quòd intulisti & procederet petitio Bald. in ca. secundo, de ordin. cognitio. nota. in ca. in nostra. de iniur. qui communis vsus debet attendi. l. Labeo. ff. de supell. & lega. Alexa. & alij. in Rub. ff. de noui o[illegible]is nuntiatio. Felin. in prooemio Decre[illegible]a.

Vel intell[illegible]e, interesse est damnum: id est æstimatio damni. l. si seruum. iuncta l. ait lex. ff. ad legem Aquiliam. l. damni. in tertio, §. cum parietem. de damno infect. l. post venditionem, de aqua pluuia. & l. si tertius. §. primo. illo titu. & hoc text. & l. in hoc iudicio. ff. de seruo corrupt. nec petit quis damnum: sed damni æstimationem, seu restaurationê, vel reparationem. quod facit contra quosdam dicêtes interesse non esse æstimationem damni. nempè hoc plenè probat. l. si seruum, ibi, damnum consequimur. iuncta. l. ait lex. ibi, æstimationem hebet damni, & per totum illum titulum, ad legem Aquil. vbi pater damni æstimationem vocari vtilitatem, seu id quod interest, vt superius fusius probaui.

16 Non obstat secundum, quòd lucrum in quibusdam casibus tantum veniat, quia imò regulariter: secundum vnam opinionem, & potiorem, & communiorem, vt dicam in [illegible]oss. vltim. & etiam fac esse: tamen non est incôueniens vt casus etiam singulares côprehendat definitio: quia quæ dubitationis tollendæ causa interuntur, ius commune non lædunt. l. quæ dubitationis. ff. de regu. iur.

Non obstat copulatiua, & lucrû cessans, quia ponitur pro disiunctiua, prout in l. sæpè vbi scripsi abundè. ff. de verborum significatio. gloss. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbor. obligatio. l. secunda. C. de exhibend. reis. vel interesse petitur tam ratione damni, quàm lucri generaliter: licet non in vno casu.

Minusque obstat quòd quandoque fit quod fieri non debet: quia appellatione facti, & non facti in continetur. l. qui non facit. ff. de reg. iur. l. si mora. solu. mat. l. si quis sepulchrum. §. funus. de rel. & sumpt. fun. l. id quod nostrum est. & ibi Deci. de regul. iur. Corne. côs. 99. dominus. in 1 vol. Bar. & alij, in l. 4. §. Cato. ff. de verbor. obliga.

Non factum continetur sub appellatione.

17 Præterea non obstat, quòd iniuriam passus non petat damnum: nam fas esset: nec etiam petit interesse, sed pœnam. Bart. in l. iniuriarum actio. ff. de iniur. nota in §. pœna. & §. in summa. Institut. de iniur. quæ ab eo quod interest differt, cum certa sit, aut de facili certificanda, arbitrio iudicis cui committitur. l. prima ff de effract. gloss in l. sanctio legum ff de pœnis. gloss. in l. nemo martyres. C. de sacrosanct. eccle. Iason in l. iubere cauere. colum. sexta, ff. de iurisdict. omnium iudic. & l. non dubium. colum. secunda. C de legib. Alexand consi. iii. ponderatis. in primo volumin. probat. l. secunda. §. emancipatus. ff. de collat. bonor. text. & ibi glos. & docto. in l. 1. §. fin. ff. de co per quem factum erit.

De argumento conuersorum.

18 Non obstat agument. conuersorum: quia ex capitum inuersione tollitur, secundum collegam hic, in ca. quod lex habet. quia si hostis aut alius dedit mihi damnum, iam est damnum emergens: & ita in dicta l. secunda. sic in legato mihi relicto quod nôn sum consequutus, cessat mihi lucrum, & sic non obstat. vide text. in l. qui quadringenta. ff. ad legem Falcid. vel considera respectu vnius & alterius, sicut dicitur in ca. cum renuntiatur improbitati, statim adsciscitur virtus & c. 32. quæstion. primo not. Floren. in quarta parte summæ. rubr. de effect. grat. operant. ca. sexto. §. 4. in fine.

De dictione quasi.

19 Item respondeo, quòd non sit diminutio pat[illegible]imon[illegible], quia in dicta. l. tertia ponitur dictio. quasi, quæ improprietatem notat. l. ait prætor. §. primo ff ex quibus caus. maior. l. in facto. ff. de conditionib. & demonstrationib. Felinus & alij in ca. gratum. colum. vltima, de offic. deleg. gloss. in ca. cum ecclesia. in verb. quasi. de causa possessio. Dec. in c. cum dilecta. 6 nota de confirma. vtil. etiam quandoq; largè dicitur interesse eius, cuius patrimoni[illegible]m non fuit diminutû, si quam iniuriâ accepêrit. l. hi ta-

hi tamen. ff. de accusatio l. 1. cum sequent. de libera. cau. vel. si alio modo negotium ad eum pertinet.

Non obstat vltimum, quia hæc constitutio non loquitur de interesse inæstimabili, cùm non comprehenditur quid ad nos secundum Moder. hic.

Moder. repra- 20 Oppo. Moder. quia hæc lex taxat ad duplum, & sic vltra damnum: ergo interesse non est damnum. Respod. quando quis priuatur commodo, dicitur secundum eos pati damnum l. secunda, §. damnum. ff. de de damno infect. sicut qui implet voluntatem, dicitur lucrari. l. fina ff. de vsu & habit. non erit. §. primo, de iureiurand. gloss. vltim. in l. penult. de condictio. caussa da. ita qui non implet, dicitur pati incommodum: & sic dam num No placet mihi: quia (secundum eos) omne interesse consisteret in damno, & nullum in lucro: cùm omnis (secundum eos) qui non implet voluntatem, & sic qui non lucratur, dicitur pati damnum: quod est contra istum textum, & in l. tertia. §. fina. ff. de eo quod cert loco. Itē lōgè aliud est pati damnum, & lucrū nō facere. l. Proculus ff. de damno infect. l. fin. C. de codicil. nisi iam lucrum sit radicatū Iason in dicta l. fina. & dicto §. damnum. etiam loquitur in publico, secundum glos. in dicta l. Proculus: idcò non obstat: quia Imperator vidēs partium petitiones in infinitum produci, taxauit in casibus certis ad duplum: nā etiam si vltra duplum damnum fuerit datum, vltrà non habebit, si tantum non fuit passus, interesse tantum habebit: vt dixi supra in 6. nota.

Item hoc interesse, scilicet explendi voluntatem, nihil opperatur. Barba. consi. 74. colum. quinta, in tertio volu. cuius est. initium, omnia quæcunque, & sic potest sustineri gloss. dimitio.

21 Alia est Iacobi de Are. definitio. hic per Bar relata: quæ talis est: Interesse est æstimatio dāni emergentis. & lucri cessantis: ex eo quòd non debet fieri: vel non datur, quod dari debet: vel datur, quod dari non debet: & sic fuerūt Petr. Cin. & Alber. hic. Pet. de Ferra. in forma lib. in actione reali. in verb. & in florenis. & Moder. in suo tractat. de eo quod interest. c. tertio. fol. duodecimo. prosequere hanc definitionem: vt hic per Bartol. & alios dicentes esse magis verbalem, quàm effectualem.

Iacobi ab are- no definitio.

Innocen. defini tio.

Alia est innocen. in ca. sacro. de sentent. excommunica. quam sequitur Specu. in titu. de fruct. & interesse. §. interesse. quæ est talis: Interesse est æstimatio in pecunia numerata: que succedit in locum cuiusque rei, si non detur vt debet: vel facti, si non fit vt debet. sequitur. dom. & conciuis domi. Boer. in regula mora. de regu. iur. lib. sexto in additio ad Dyn. non videtur tamē com prehedere singula membra definiti: vt infrà latius patebit. Item innuit quod interesse consistat in obligation bus dandi. quod regulariter non est verum. l. stipulationes non diuiduntur. & ibi not. ff. de verbor. obligat. & dico infrà, in gloss. in verb. & in aliis.

Alia est definitio Bar. quam videbimus in gloss. prima, expediendo quotuplex sit id quod interest, siue interesse. Alia est Bal. in consi. 343. examinanda, in fine. in primo volumin. videlicet, est restauratio damni emergentis, & suppletio lucri cessantis.

Bar. definitio.

22 Sed pro concordia opinionū, dicit Deci. hic, interesse duobus modis esse considerādum. Primò prout petitur: & non est damnum, sed damni æstimatio: & loquuntur iura alegata pro illa parte.

Aut consideratur in quidditate, siue in essentia: & tūc est damnū: & sic intelligi debet glo. & iura pro illa parte ad iucta hanc opinion. ponit Ioan. And. in addit ad Spe cul titu. de fruct. & interesse §. sequitur in glo magna, circa finem. per hanc tamen considerationem non est plenè satisfactum: vt infrà patebit. Ideo dicunt moder. in ca. 3. in fine, in tractat. de eo quod interest. quòd omnes hæ definitiones in verbis tantum differunt, eundem tamen sensum habent: quia omnes voluerunt definire id quod interest, quod æstimari petique potest, propriè & strictè sumptum. Quid ego homuntio post tantos patres dicam? tacere lōgè melius fore reor, quàm in hoc vasto pelago quicquā depromere. Sed quia deus opt. max quandoque reuelat paruulis nonnulla, quæ abscondit sapientibus. ca. esto. 95. distinctio & vt dem materiam cogitandi aliis, nouiter sic definitio.

Concordia De cis.

23 Interesse, est id quod legitimè petitur, propter damnum datum, aut lucrum impeditum. Ideò posui legitimè, quia si petatur vltra quàm hæc lex vult, non erit condemnatio in certis: vt hac lege. & facit l. legitima. ff de pact. Pet. enim d bet, quia iudex de facto non suppleb it, & indicium hoc non datur, nisi postulatum fuerit. l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de damno infect. & sufficit quod definitio conueniatur cum suo definito. l. prima. §. dolum. ff de dolo. quomodocunque diuidatur. vt notant doctores in l. prima. ff. de testament. per illum textum, vbi definitur testamentum prout res ad exercitium deducitur, & in l. prima. ff. de tutel. & nemo rectè iudicans dicet dictionē, propter, hic nō fuisse rictè appositā, nempe denotat ob caussam, & ta caussam proximam, quàm remotam, iurisconsult. significat. in l. si fideiussor. prim. §. in omnibus & l. ita. §. primo. ff mandat. & damnum datum intelligitur sine facto, vel negligentia, vel qualitercunque datum fuerit. l. si familia. ff. de iurisdictione omnium iudic. iuncta l. prima. §. proinde. & §. sed & in omnibus. Si quis testament. liber esse iussus

Noua definitio nis autoris.

commissa ff.rem ratam haberi non definitur interesse, vt quidam putant, sed magis declaratur stipulationem rem ratam haberi commissam, competere in eo quod interest, & quantum dicitur interesse docet text.in quantum mihi abest, & quantum lucrari potui, licet Bald. ex illo tex.dixerit posse colligi definitionem: Cùm omnis definitio in iure sit periculosa: & rarum est quod non possit subuerti. l. omnis definitio.ff.de regul.iur. Elige ex his, cui dicas, tu mihi sola places: vel meliorē inuenias. Laus Deo optimo maximo, à quo cuncta bona procedunt.

Epitome in Glossam 1.

1 *Glossa diuiditur.*
2 *Pretium rei & interesse an idem sint.& nn.3. cum sequen.*
3 *Dictio vel, inter diuersa ponitur.*
L. x Aquilia datur ad id quod interest.
5 *Genus a quo remouetur, remouentur eius species*
6 *Disponens & dispositum non sunt idem.*
Vna res non debet diuerso iure censeri.
7 *Pretium rei quadruplicatur in actione furti, sed non in id quod interest.*
8 *Remittens id quod interest, non videtur remittere rem, seu eius pretium.*
9 *Pretium aliquando id quod interest, excedit.*
Interesse & pretium rei habent se vt excedentia & excessa.
10 *Interesse quando possit dari pretium rei.*
11 *Interesse largè & strictè debet considerari.*
12 *Interesse quotuplex.cum nume.seq.*
Petrus à Bellapertica Doctor insignis.
13 *Numerus singularis in vno verificatur.*
14 *Excessum & excedens sunt diuersa.*
15 *Plus & minus non faciunt differre specie.*
Dictio hoc, est demonstratiua ad oculum & intellectum.
16 *Interesse conuentum an possit dari.*
17 *Intellectus l. Lucius 2.§.quisquis.2. de legatis 2.*
18 *Aestimatio singularis à communi differt.*
19 *Authoritas maiorum quando sufficiat.*
20 *Interesse an sit vnum, an multiplex opinionum concordia.*
21 *Actio vna in genere tantum est, licet plures sint species.*
22 *Iurisdictio vna est, plures in se species continens.*
23 *Iurisconsulti sæpe à dialecticis recedunt.*
24 *Diuisio ex modica differentia secundum Iureconsultos constituitur.*
25 *Interesse in genere quid.*
26 *Vtiluas pro interesse.*
27 *Intellectus l.itaque.ff.de furt.*
28 *Intellectus l.non a iudice.ff.de iudic.*
29 *Intellectus l.sed eximendi.§.item si quis. ff.ne quis eum qui in ius voc.est.*
30 *Verborum acumina pertinacibus, sensus verò sapientibus relinquitur.*
31 *Noua confingere vocabula caussa doctrinæ licitum est.*
32 *Interesse æstimabile, & inæstimabile, & quid vtrunque.nume.33.& sequen.*
36 *Vsuræ tanquam interesse debent solui dote non restituta.*
37 *Paria sunt non æstimari, vel in infinitum.*
40 *Cautio de rato in beneficialibus non admittitur.*
41 *Interesse æstimabilis diuisio, & definitio.nn.42. cum seq.*
44 *Signum alterius recipere quis prohiberi potest.*
45 *Signum seu insignia defuncti hæres retinebit.*
47 *Scholari interest non habere pulchram ancillā aut hospitam.*
30 *Titulus de sepulchro violato hodie abiit de consuetudinum.*
51 *Is cuius non interest, non appellat.*
52 *Interesse potabile aliud generaliter & largè, aliud propriè.*
53 *Interesse propriè sumptum quid 54.*
55 *Interesse conuentum, commune, singulare & affectionis.*
56 *Interesse conuentū quid Bart.& Dec.& quid habeat authoritatis.57.*
58 *Interesse non æstimatur, cum sit æstimatio.*
59 *Interesse conuentum quando debeatur.60.*
61 *Interesse conuentum debetur etiam in foro conscientiæ 92.*
Fallit nume.63.
64 *Interesse conuentum adiectum dationi quantitatis an debeatur.& nume seq.*
65 *Papa super futuris vsuris non dispensat.*
68 *Vsurarum modus legitimus nullus est de iure diuino.*
69 *Arbiter non potest disponere vt certa quantitatis detur, donec sors fuerit soluta.*
70 *Interesse conuentum an debeatur in contractu transactionis, & in omni alio contractu 71.*
Et quid in vltima voluntate 72.
73 *Pœna siue adiiciatur dationi quantitatis pro pœna, siue factum augmentatiuum non valet.*
74 *Pœna quibus casibus debeatur. nnmer. 76. 77.cum sequen.*
75 *Pœna promissio facta vsurario non valet.*
77 *Pœna cum iuramento promissa debetur.*
78 *Stipulatio valet, quando quantitatem stipulor, mihi verò pœnam.*
80 *Interesse posse taxari per legem sicut per hominem.*
81 *Interesse commune quid.& nn.82.*
83 *Interesse commune vnde dicatur.*
84 *Faber non æstimat librum.*
85 *Interesse singulare quid & nn.86.87.*
87 *Interesse in libris versatur.*
88 *Interesse quare dicatur singulare.*

Gloſſa prima.

1 AGGREDIOR glo.ptimam, quæ licet ſecundum ordinem legis prius deberet expediti: tamen ſecundum ordinem materiæ, non ideo :gloſſ. .in verbo, prout, prius declarauit nunc ſequitur iſta, quam in tres diuido partes: in prima, præmittit aliqua ad legis euidētiam. In ſecūda, ponit vbinā de hac materia tractetur. Tertia, caſum fingit : ſecunda ibi, & habet hoc. tertia ibi, dicit ergo hæc lex.

Precium rei, & intereſſe an ſint idem.

2 Ex glo. primò colligitur, quòd precium rei & intereſſe idem ſunt, & licet nil alleget, tamen facit tex. in l.precia rerum.ff. ad leg.Falcid.text.melior iuris, & ibi Alberi.in l.ſi tutor.de in litem iuran.idē tenuit Azo, in ſumma huius titu.glo. in l. j. ff. de actio. emp. & Hoſtien.in ſumma, de ſent.§.quis ſit effectus.In vltimo effectu. Inno.in c. ſacro.de ſenten.excom.Specul. in titu. de fructi.& intereſſe.§.intereſſe.& ibi Bal. in addi.ad eum:& hæc opinio eſt verior, & communis in practica ſecundum Salic. hic.col. 2.in fine.

Secundò facit: nam id quod intereſt, refertur ad æſtimationem rei. l. qui tabulas. in princi.ibi, eius quod interfuit, quod ad æſtimationem refertur &c.:& l.ſi vendidero.§.j.ibi tamen ad æſtimationem. & cap. ſi. de furt. ergo rei æſtimatio, & intereſſe, ſunt idem:& ſic precium.

Tertiò facit l.j.C.de his qui à non domino ma.ſunt. vbi manumittēs ſeruum alienum, tenetur quāti domini intereſt : quod in precio rei declaratur : vt ibi not. gloſ.& Bald.not.illum text. contra proteruos doctores, qui dicunt precium rei non eſſe intereſſe: qui parum facit, propter dictionem, vel.

De dictione, vel.

3 Quæ inter diuerſa ponitur. Bart. in l.ſuprà iter. §. officium. ff. de aqua pluuia arcen. Cardi.in Clemen.a.quæſtio.2. de æta. & qualita.

Quartò facit, quia ſi peto tabulas teſtamenti mihi exhiberi, in quibus purè legatum relictum eſt, vel ſub conditione, aut ſum inſtitutus : & non exhibentur: in id quod intereſt ſit condemnatio : quod eſt æſtimatio, ſeu precium, ſiue hæreditatis, ſiue legati relicti.l.locum.§.condemnatio.ff. de tabu. exhibend. & idem ſi cautum non eſt.l. penulti.§.j.quib. ex cauſ. in poſ. ea.& precium & æſtimatio pro eodem ibi accipiuntur.l.in ſumma.§.in frumēto.ff. de condic.indeb. & quot modis ſumatur. præciū, latè Lucas in l.3.col. 6. C. de præd. curial. lib.10.d. Chaſſa. in§. 1.gloſſ. *le pris des retractz*.in conſuet. Burgund.

Quintò facit, quia lex Aquilia datur ad id quod inteteſt.l. ait lex, quanti.ff. ad leg. Aquil. & iſtud eſt communis rei æſtimatio, & ſic rei precium.l. ſi ſeruum meum.ff. illo titu.ergo &c.

Vltimò, qui promiſit ſiſtere aliquem in iudicio, & non ſtetit, tenetur quanti ea res eſt.l. 2.in ſi.ff. qui ſatiſda. cogan. Sed hæc verba, quanti ea res eſt, ad æſtimationem communem referuntur.l. hæc verba, quanti.ff.de verbo. ſignifica. & tamen lex in id quod intereſt dicit condemnari. l. fina. ff. ſi quis in ius voca. non ierit.l. quotiens. 3. de verb. oblig. Ergo per hæc & alia, quæ breuitatis cauſa omitto, probatur rei precium & intereee idem eſſe : & plenius docto.hic probant, & Dy. in ſuo tract.de intereſſe. & Soci.in rubri. huius titu. columna quarta, & ſeq.

Arguit preciū rei non eſſe intereſſe.

4 Contrariam opinionem tenuit Dyn. in reg.mora.de regu.iur.lib.6. Alexan. conſil. 67.viſo themare.in a. volu. quam ſic probo : Interdictum vti poſſidetis, datur ad id quod intereſt turbati : tamen hoc non refertur ad æſtimarionem, ſeu rei precium. l.ſi duo.in ſi.ff.vti poſſide. ergo rei preciū, & intereſſe, ſunt diuerſa.

Secundo, A quo remouetur genus, remouentur eius ſpecies.l.fundi.§.fina. ff. de fundo inſtruct. Sed ſi venditor conueniat cum emptore, nolle teneri de euictione, ſeu garando, non poterit re euicta agi ad id quod intereſt : ad precium tamen agetur l.emptorem.§.fin.ff. de actio.empt.quē ſing. & nota. clamant docto.primo Aufrer. in deci.capel.Tholoſā.q. 360.itē fuit quæſitum, vendidi. Barba.in conſil..16.col.3. incip.ſapienter. in 2. volu Albert. Brunus in conſil. 96. in cauſa Iacobi. in l. venditor. ff.de iudi. Soci. in tracta.fallentia. reg.437. Iaſ.in l.ſtipulatio iſta.in princi. col. 4. & in l.qui Romæ.§. fina. nume.38.ff. de verbor. obliga. Cepol.cautel.97.tria ſunt ergo precium non eſt intereſſe.

6 Tertio probatur, Diſponens & diſpoſitum non ſunt idem.l. fina.ff.de fundo inſtr. Sed precium commune & conuentum limitat & diſponit ſingulare intereſſe, vt vltra duplum præcij non excedat: vt hac lege patet: ergo non eſt idem

Item quandoque petitur res, ſine rei precio, & intereſſe: vt not. Innoc. in ca. ſacro. col.1. de ſentent.excom.& dico infrà, in intereſſe communi: ergo &c.

Quarto, Vna res non debet diuerſo iure cenſeri.l.eum qui ædes ff.de vſucap. ſed diuerſum ſtatuitur in precio & in intereſſe: ergo non ſunt idem. Quod diuerſum ſtatuatur in vtroque, probatur.

7 In actione furti quadruplicatur rei precium, ſed non id quod intereſt. l. in furti actione non quod intereſt quadruplicabitur, vel duplicabitur, ſed rei verū præcium. ff.de furt.l.2. in hac.vbi bonor. rapto. facit

l.1.§.consideraudū. de tutel.& ratio distrahend.l. Titius. in prima: ibi non precium rei tantum continet, sed omne quod interest,&c.ff.de actio.emp. facit l. quam non adducunt doct.C.de actio.emp.l. sicut ibi, non precij quantitatis, sed quanti interest emptoris competit actio.l.euicta.ff. de euictio.l.& tāquam.§. fina.ff. de ser.cerrup.l. 4.§.in eum.ff.de damno infect.

Item quia sunt diuersa nomina: ergo nō idem.l.si idem. C. de codicil.cap.cleros.21. distinct.c.olim.& ibi glo.95.dist.

8 Quintò vltra docto.probatur: nam remittens id quod interest, non videtur remittere rem ipsam, seu rei precium.l.1. & ibi Bald.C. de ædili. actio. & dixi suprà in præfatio.huius legis.q.2.facit l. 6. in fi ff.de in litem iurand Item facit l. vna. §. hoc iudicium,non ad id quod interest, sed quanti ea res est concluditur.ff. si quis ius dicenti,non obtempera

9 Vltimò probatur, quia aliquando id quod interest rei precium excedit.l.1. ff.de actio empt.l.Iulia.§.fi.ad exhibend.ibi,quæ vtilitas(inquit) interdū maioris erit, quàm res erit. ergo excedens & excessum non sunt idem: aliquando plus est precium, quàm id quod interest, vt si obligaui rem centum aureorum(puta fundum) tua causa pro decem: & tu promisisti illam liberare, non facis: agam aduersus te ad id quod interest:puta ad decem,non ad centum facit l. liber homo. in 2. §.fi.ff.ad leg. Aquil. ergo se habent sicut excedentia & excessa: vt in simili dicit glos. in. l.certi condictio. ff. si cert. peta. alia multa iura & rationes adducunt docto. quas non transcribo, quia licet per eos videre,& has puto sufficere ad intellectum glo.& materiæ.

Interesse. & precium habēt se vt excedentia & excessa.

Defenditur gl. & declaratur quando interesse possit rei precium dici.

10 Tamen saluari posse glo.dicit hic Barto. nume.10.intelligendo interesse communiter æstimatum, esse precium commune.l.1. ff.de act.empt.interesse singulare, esse precium singulare. l. libertus qui soluendo. ff. de bonis liberto.& conuentium, esse interesse conuentum.l.fina.ff. de prætor. stipula.l.procurator. in 2.§.fina. rem ratam haberi,sed interesse commune, non est singulare rei precium, nec conuentum: vt notat veridicus interpres.do. Boer. in addi. ad Dy.in reg. mora. de regulis iuris, lib. 6.Et sic cessabunt argumenta, intelligendo secundum subiectam materiam. teste Dec. & aliis hic: nec respondere puto ad contraria esse necessarium,si tamen quis vellit,videat moder. hic respondentes,& in voce sigillatim respondi.

Et per hoc consuluit Bald. consil. 291. quæstio talis,col 1. in 1.volumi. quòd procederet libellus. Peto decem mihi promissa pro meo interesse.

Nos. aduocate.

11 Item saluari potest glos. considerando duobus modis id quod interest: largè videlicet, & strictè. Largè accipiendo & generaliter interesse, rei precium comprahendit,sicut genus speciem: nam quicquid ad nostram vtilitatem pertinet, dicitur nostra interesse Ideo si agam ad decem mihi debita,indubie dicor agere ad id quod mea interest.Bar. hic.colum.5. quod probar. ex l. stipulatio ista.§. alteri. & §. si quis ergo.ff. de verbo. obliga. & hoc sequuntur etiam modern. hic in tracta.de eo quod interest. ca.quæro id quod interest & sic potest dici interesse, precium esse rei, quæ abest, vel damnificatæ,vt d.l.locum.§. condemnatio. ff. de tabul. exhibend. & iuribus superius probatur quia pro eo quod interest datur rei æstimatio tantum, aliquando excedit rei estimationem, vt in singulari, & conuento. l. prima ff.de actio.empt. dicetur in glo. dupli.susius.

Interesse largè & strictè consideratur.

Secundò accipitur strictè, & propriè: & tunc aliud est rei precium, aliud id quod interest, quia vnum est rei æstimatio,aliud damni seu lucri.l. ait lex. ff.ad legem Aqui. & hæc dicitur cum adiuncto,videlicet damni,seu lucri,æstimatio alia rei.

12 Secundò elicitur ex glo.quod duplex sit interesse: & quidam dicunt (vt petrus de bella Pertica Gallus, suo tempore nulli secundus, qui peregrinans Romanj, hanc l. Bononiæ repetiit) vnicum tantum esse interesse: scilicet singulare, quod probatur sic: Partes integrales domus, non sunt domus, sed faciunt domum.l. rectè decimus, & ibi no.ff. de verborum significa. Nam postis non est domus, paries non est domus, sed pars domus: sic nec precium conuentum, vel commune, est interesse: cùm sint partes integrales interesse singularis: quod non potest excedere duplum interesse communis,vel conuenti: & sic conuentum & cōmune faciunt singulare ergo &c.

An vnum sit interesse.
De Petro à bella Pertica.

13 Secundò, Lex ista & aliæ leges semper loquuntur in singulari numero: ergo in vno verificantur. not. in l. pluralis. de regulis iuris, libro sexto.l. vbi numerus. ff.de testibus.l. falsa.§. si quis ita. ff. de condictio. & demonstration.l. 1.§. item hoc edictum, quod fal.tuto.gestum esse dicetur.

Tertiò, Interesse refertur ad personam actoris,l.prima ff. de actio.empt. l. quarenus, de regulis iuris, l. liber homo, in 2. §. fina. ff. ad legem Aquiliam, ergo non est nisij vnicum: videlicet actoris personam respiciens: quia non est dicendum quòd actor habeat triplex interesse,sed habet vnū tantum.

14 Quartò probant, Excessum & excedens sunt diuersa.l.2.ff.de stipu.seruo.Sed quandoque singulare excedit commune, & conuentum.l.prima ff de act.empt & hic:ergo commune & conuentum non sunt vnum interesse, sed diuersa. Nec approbo similitudinem,quam faciunt doctor. de batizato & baptizante,ca. debitum de baptismo, nec de instituto & instituente. cap. fina.de

instit

institu. de præsentato & præsentante, cap. per nostras. de iure patron. Iason, in l. prima, C. de sert. fugit. quia licet sit inter præfatos diuersitas: non tamen probatur, quòd habeant se tanquam excedentia & excessa: & ideo alego text. pro hoc. in l. lumen. ff. de seruitu. vrba. prædio. vbi quod seruitus luminum, siue ne luminibus officiatur, excedit seruitutem prospectus: siue ne prospectui officiatur in specie acceptam: & ibi glos. declarar, & Cepol. in tracta. de seruit. vrb. prædio. capitu. 31. & sequent. Item adduco text. & ibi glos. notab. in l. certi condictio. in gloss. 1. ff. si cert. peta. vbi sicut certi condictio generalis excedit condictionem triticariam, sic & exceditur ab ea: & probatur per illa iura non adducta per doctores, hactenus hic, nec alibi quod viderim.

15 Item plus & minus non faciunt differre specie, l. finali. ff. de fundo instruct. latius dico in repetitio. l. quod Nerua, (dum respondeo Zasio tenenti contra communem) ff. deposi.

Quintò probatur per text. in l. prima. ff. de actio. empt. ponderando dictionem, hoc, quæ est demonstratiua ad oculum & intellectum l. primæ, & ibi Bar. & alij. ff. de no. oper. nuntiatio. supra dixi in 4. notab. declarando l. Tirius. sed in dicta l. prima, prius agitur ad id quod communiter interest, si res non tradatur, hoc autem interdum egredietur precium, & sic est vnum idem, quod aliquando fit secundum communem æstimationem, aliquando vltrà, & est subtilis inductio, secundum Soci. hic in rubr. col 15.

Præterea nulla lege inuenitur cautum, quod sit multiplex: ergo non erit nisi vnicum. §. consideremus. in authen. de trien. & semisse, collatio. quarta, & l. illam. C. de colllatio.

Non esse dabile interesse conuentum.

16 Vltimò, si promisisti mihi pro interesse decem, & postea petam, quia mea interest, succumbam. Nam illud instrumentum promissorium de decem, non probat quòd mea intersit: ergo non est interesse: cum non sit damnum emergens, vel lucrum cessans: nihilominus possum petere, non quòd mea intersit, sed quia mihi promissa sunt. l. stipulatio. §. alteri. ff. de verborum obligatio. vbi quando promittitur certa quantitas nomine pœnæ, non inspicitur an intersit: ergo quantitas pro interesse promissa, & sic interesse conuentum, (quod vocant) non est interesse. Idem videntur tenere hic docto. Alexand. consil. 27. viso, in 4. volumi. & Soci. in rub. huius titu. latè: vbi vide.

17 Item facit l. Lucius. in 2. §. quisquis. 2. ff. de leg. 2. vbi si testator legauit mihi decem, quæ dicebat, se debere ex causa mutui: propter hoc non potest legatarius agere ex mutuo, sed ex fideicom. seu legato. sic si confiteor decem ex causa mutui, non possum ex mutuo conuenni, sed ex confessione. Institu. de litera. obliga. & l. generaliter. C. de non numera. pecun. sic nec legatum mulieri relictum pro dote, peti debet, quia in dotem datum est: sed quia nomine dotis est ei relictum. l. si non designata. C. de falsa causa adiect. & sic id quod interest secundum conuentionem, non est interesse, alia multa citant doctores hic, quæ seriò omitto, vt ad vacationes sit perfecta hæc lex.

Contrariam opinionem tenuit glos. hic, & in l. 1. ff. de actio. empt. quam hic approbant communiter docto. & est communis & verior: & eam sequuntur docto. tanquam Euangelium, secundum Soci. hic in rubric. columna decimaquarta, & sequen. totaque synodus & legistarum, & canonistarum tenet hanc partem, excepto Petro hic & Pantaleo. Calder. in repetit. l. 2. columna 54. C de rescinden. vendi. & quibusdam aliis: & hoc est vtile scite, propter probationem quam latè discutiam in glos. in verb. subtilitatem.

18 Primò sic probatur, Singularis æstimatio, dicitur singulare interesse: quód à communi æstimatione differt. l. & si æquo. ff. de legat. primo, & l. si cui fundus. de lega. 2. ergo commune interesse est diuersum & separatum à singulari: & sicut æstimatio singularis dicitur singulare interesse: ita communis æstimatio, dicitur commune interesse. Et quòd communis æstimatio sit interesse, probatur. Nam actio legis Aquiliæ datur ad id quod interest. l. quidam tabularum. §. de lege. ff. de furt. l. ait lex. ad legem Aquil. hoc autem interesse est communis æstimatio rei: quia non æstimatur affectio, sed quanti omnibus valet l. si seruum meum. ff. ad legem Aquil. ergo est commune interesse. Secundò probatur in l. prima. ff. de actio. empt. vbi dicitur, si res vendita non tradatur ad id quod emptoris interest agitur: quod interdum precium egreditur, si pluris interest: & sic loquitur de singulari, subsequitur in text. quàm res valeat: scilicet communiter: & sic loquitur de interesse communi, vel empta est: scilicet, conuentionaliter: & sic loquitur de conuento: ergo erit triplex interesse, secundum glos. ibi, & communem doctorum opinionem, insuper pluralitas vocabulorum, denotat pluralitatem negotiorum. l. natura. ff. de præscrip. ver.

Item certum est quod aliud interesse respicit personam, & vtilitatem: & vocatur singulare. & ita loquitur l. videamus, §. penul. ff. de in litem iuran. & l. libertus qui soluendo. de bo. liber. aliud respicit valorem, & dicitur commune. l. si seruum. ad. leg. Aquil. aliud conuentionem partium respicit: & dicitur conuentum. l. fina. de præto. stipu. ergo est triplex, & non vnum:

& ita comuniter tenetur.

Authoritas Maiorũ sufficit.

19 Præterea vbi non inuenitur casus legis, sufficit authoritas maiorumm. casus singularis in l. si idem cum eodem in princ. ff. de iurisdi omni. iudic. cap. 1. de deci. Barba. in repet. l. cum acutissimi colum 94. C. de fideicom. dixi in præfatio. l. quod iussit. ff. de re iudica sed doctores & maiores tenuerũt esse triplex interesse: ergo &c. vltimo osten dit l. precia rerum ff. ad legem Falcid aliàque varia citant doctor. maximè Salice. Alberi. & Soci & ante eos Dyn. in dicta regula, mora. & in suo tracta. de interesse. & Moder. quæ extra lucem omitto, hæc sufficere ratus.

Cõciliat opinio nes quando sit vnum interesse vel multiplex.

20 Arbitror opiniones concordari posse vt vnicum sit interesse, quod multis consideratur modis. Pantha. in repet. l. 2. columna 54. C. de rescinden. vendi. vel vnum est interesse in genere: & sic intelligitur prima opinio Petr. & aliorum: & ita Bar. & communiter docto. videntur sentire: sed sunt plures species, seu differentiæ: sicut quando dico hoc anima, quandoque rationale est, quandoque irrationale: nam semper idem est animal: ita & interesse vnum est in genere sumptum: & est idem siue æstimetur communiter, siue ex couentione, siue singulariter hæc opinio probatur, per glos. in l. licet. C. de pact.

Vna est vltima voluntas in genere actio, & probatio.

21 Vbi vna est vltima voluntas in genere: sic vna est tantum actio in genere, licet plures sint species. Bart. in l. si seruus communis Mæuij. §. cùm seruus. in princip. ff. de stipul. seruo. docto. in rubri. instit. de actio. in princip. item vna est probatio in genere: Dec. & alij, in rubr. de probatio. extra, col. secunda, vide Bald. in l. si vnus. §. quod si in specie. col. 2. ff de pact. item excusatio (tanquàm genus) vna est, plures continens species excusationum. text. in l. ff. de excusatio. tuto. Institu. illo tit. in princ. glo. in rub. C. de excusa. num. lib 10.

22 Sic vna est iurisdictio in genere, plures in se species continens. not. in l. imperium. ff. de iurisdictio. omnium iudic. & adoptionis nomen generale est, quod in duas species diuiditur. l. 1. ff de adoptio.

Item cùm genus sit vnicum. l. cùm post. §. gener. ff. de iure doti. & ibi Iacobi. ergo vnum erit interesse, quod hic in genere generalissimo vocat Bart. col. 5.

Contra Alua.

23 Non obstat. quod genus generalissimum sit id quod non habet quid supra se: vt ens: quia hic Bart. legaliter loquitur, & non secũdum dialecticos: à quibus sæpius in hoc recedunt iurisconsf. l. 2. §. 1. ff si cert. pet. cum quælibet scientia suos habeat terminos, & parum habeant commune legistæ eum logico, secundum do. Igneum, in dicta l. quatenus. columna 2 glos. in l. 1. §. huius studij. ff. de iusti & iure. & idem dicit Bar. de officio idicis l. 1. communa tertia, ff. de iurisdictio. omnium iudic.. vide text.. in l. 3 §. fina. ff. de acquiréd. possess. & ibi latè docto. & per hæc concordantur iura: nec est opus sigillatim respondere ad contraria: vt respoñ. moder. quos videre licet.

24 Non obstat, quòd non dicantur species, sed accidentia, quia licet secundum dialecticos fortè hoc admitteretur in aliquibus diuisionibus: quas infrà ponam tamẽ secundum iureconsultos ex modica differentia constituitur diuisio: ideo eos insequendo, vt dicit hic Dec. colum. 6. ponam diuisiones caussa clarioris doctrinæ: iuxta l. primam. ff. de dol. exceptio. siue sint acciden. siue species: non curo, cum hoc inquirere sit vtilitatis admodum perpaucæ

Quid sit interesse in genere.

25 Quid sit interesse in genere. Barto. hic. colum 5. sic definit: videlicet, quòd est iusta alicuius vtilitas.

Primò ponitur, iusta. Nam vtilitas iniusta non attenditur: ideo malæ fidei possessori non datur actio furti: licet intersit eius rem non surripi: vtpote, quia eius periculo, fit. l. itaque fullo. ff. de fur. ne ex improbitate sua actionem consequatur: vt ibi dicitur.

Item probatur, Actio legis Aquiliæ datur ad id quod interest. l. ait lex. ff ad legem Aquil. Intellige, si damnum iniuria datum fit. l. 2. illo tit. Ideo si seruus meus te aggrediatur, & eum occidas: pro illo interesse iniusto non datur mihi actio. l. itaque. cum seq ff. illo titu.

Vtilitas pro interesse ponitur.

26 Secundò in definitione ponitur, vtilitas Nam plerunque ponitur vtilitas, pro interesse. l. penultima, ff. si quis cautio. l. sed loci. §. 1. finium regundo. & ibi Bald. in l. videamus. versic. non enim. de in lit. iurand. l. secunda, & tertia. §. fina. de eo quod cer. loco. l. emptorem. §. fina. & l. si sterilis. §. fin. de actio. empt. l. precia rerum. ad legem Falcid. l. enim qui emit. §. si epistola. versic. quis ergo. & l. si vendidero. §. 1, ff. de furt. sic vocat Petrus Iacob. in sua practica de act. ex empto. col. 3. text. in l. Iulianus. §. fina. ff. ad exhibend.

Sententia Dec. aduersatur. Intellectus ad l. itaque ff. de furt.

27 Nec placet expositio Dec. exponentis iusta: id est, vera: per text. Institu. de liber. in princi. quasi velit dicere, quòd verè furis non interest: & ideo loquitur contra text. in dicta l. itaque. ibi, quamuis intersit eius rem non surripi: dicerem, interesse furis: scilicet quia res furata est eius periculo: vt dicta l. itaque. & quia domino tenetur. l. 1. §. prædo. ff. disposit. tamen ad id quod interest non agit: quia iusta non est vtilitas, id est legitima & à iure approbata.

28 Non obstat l. non à iudice. ff. de iudiciis, vbi prædo habet actionem, intellige, ex cõtractu suo: quia deposuit rem furtiuam, aut ab eo est ablata: sed ex sua improbitate non: videlicet ex furto.

29 Minusque obstat l. sed eximendi. §. item si quis. ff. ne quis eum qui in ius vocatus est vi exi. vbi etiam per calumniam litiganti

exemp

ex empto datur a ctio: intellige, ad pœnam, non ad interesse: vt ibi Paulus & alij tradunt & Soci. in tracta. de d. latio. artic. 34. quæst. 6. nec eam habet ex sua improbitate: sed ex malitia eximentis.

Nec obstat, quòd si vicinus altius tollat domum suam, & obscuret domus meæ lumina, quòd ibi est iusta vtilitas: tamen non ago. l. altius. C. de seruit. & aqua. esto enim quod non agatur, tamen dicetur mea interesse generaliter, alioqui sequeretur quòd interesse non petibile, non esset interesse, quod est absurdum: vt infrà dico.

Contra Alciat. 30 Item non obstat, quòd in aliquo textu iuris ciuilis non reperitur interesse. nam id inueni in l. quod sæpe. §. finali. ff. de contrahenda emptio. in libris antiquis. licet in nouiter impressis sit deletum opera Alciat. etsi ipse fateatur. in libr. 4. de verborum significatio. regeriri. Item in l. debitor. in princip. ff. de legatis secundo. Sed de his disputare spectat ad grammaticum & pertinacem gloss. in rubri. ff. soluto matrimonio, acumina enim verborum pertinacibus: sensus verò sapientibus relinquitur. Baldus in capitulo ex parte. columna vltima, de appellatio. Item inuenitur in Clementina primâ, de rescrip. & Clemen. constitutionem. de electio. & in capitu. sacro. de senten. excommunica. reperitur verbum, interesse. in §. si vasallus. in 2. §. & si facta. si de feud. defunct. cònten. sit inter do. & agna. vassal. capitu. 1. & capitu. venerabilibus. in princip. de senten. excommunica. libro sexto, & capitu. quoniam. in fine. de immuni eccle. cap. per tuas. de arbi. cap. vno de plus petitio.

Item caussa doctrinæ licitum est confingere noua vocabula. Bald. in l. si pupili. §. quid ergo. ff. de nego. gest. idem dicit summus orator Cicer. in lib. 3. de finibus bono. & malo. in princip. vbi excusat se, cùm omnis sua oratio in populari ratione versetur: ideo populariter sibi loqui necesse sit. Moder. in §. sic itaque. columna octaua, Institut. de actio. sic & necesse erit iurisconsultum etiam his terminis vti: facit dictum Persij. Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.

Præterea nec obstat, quòd damnũ emergens in definitione non comprehendatur: quia considerando in genere interesse, non fit damni emergentis, aut lucri cessantis differentia: sed tum quando propriè agitur, & in specie ad interesse: vt not. Deci. in Rubri. columna secunda, & in genere comprehendit rei precium, & largè: vt suprà dixi. licet moder. contrarium dicant, sibi contrarij: vt dico in diuisione generaliter, & largè.

Duplex interesse, inæstimabile, & æstimabile. 32 Quotuplex est interesse? & sequendo patrem legistarum Barto. respond. duplex: quoddam videlicet inæstimabile, alterum æstimabile. Et hæc est prima diuisio summariè cum aliis elucidata in arbore, quam ad inuentum eruditionẽ nuperrimè (hanc materiam interpretando) formaui: & ante hanc legem sitam eam facere impressores rati sunt, quibus optimum factu reputans, dissentire volui, & licet quidam non se, nec alios intelligentes, dicant multum insanitum esse in absurdis & superuacuis diuisionibus, quas si intellexisset, superuacuas non dixissent, cum ad intellectum huius materiæ aditum facilem præbeant, vt cuilibet sapienti patet.

33 Inæstimabile, est alicuius iusta vtilitas, inæstimabilis. l. 1. ff. soluto matrimo. l. non est singulis §. primo, ff. de regulis iuris. l. libertas. illo titu. l. 1. §. sed cùm liber. de his qui deiecer. vel effuder. dicam infrà, in versiculo publicum, in 6. diuisione latius. vide Felin. in cap. pastoralis, in princip. col. 5. de rescript.

34 Si tamen quis vellet tenere, non reperiri interesse inæstimabile: posset respondere ad iura per Bar. adducta: & primò text. in l. non est singulis. §. infinita est æstimatio libertatis, & necessitudinis, probat quòd libertatis æstimatio est: sed est infinita, & non taxata, nec facilè taxanda, sicut aliæ res: & sic debet intelligi l. libertas inæstimabilis res est, scilicet finitè ad duplum, vel triplum: sed bene potest æstimari: scilicet infinitè, per text. in l. procurator. ad exhibend. §. fina. ibi, æstimatio libertatis ad infinitum extenderetur. ff. rem rat. habe. ita debet intelligi text. in l. fina. ff. de his qui deiece. vel effude. & §. non solum. Institu. de legat. vbi si res cuius commercium non habetur, sit legata, aut campus Martius: nec æstimatio eorum debetur. l. idem Iulianus. §. fi. ff. de lega. 1. ibi, etiam si difficilis, & ibi, æstimatio. ergo possunt æstimari: sed habent æstimationem infinitam, & nullam habent finitam. l. 1. §. sed cùm liber. ff de his qui deiece. vel effude. & l. inde Neratius. §. idem. Iulia. ff. ad legem Aquiliam. *Cōclusio cōtra sciṁonũ, quod non sit dabile interesse inæstimabile.*

35 Item in dicta l. 1. fit condemnatio liberi hominis occisi ad quinquaginta aureos: & idem in l. fina. illo titu. ergo æstimatio fit, sed non ad duplum, quò ad corpus liberum cùm non recipiat æstimationem: scilicet finitam, cum non sit simplum, quod possit duplicari.

Non obstat l. 1. ff. soluto matrimonio. quia ibi nullum verbum, an id quod interest sit æstimabili, nec ne: licet ibi glos. contrarium teneat: & sic non bene secũdum istam opinionem, vel debet intelligi inæstimabile interesse, scilicet, finitè: vt dixi.

39 Item dote non restituta, solui debent vsuræ, tanquam interesse. l. insulam. §. vsuras. ff. soluto matrimonio. l. vna. §. exactio. C. de rei vxor. actio. ergo & in dote cadit æstimatio. & sic non est inæstimabilis: tamen damnum ex eo proueniens nõ potest æsti-

mar:ſvt not.do. Igneus. in l. quetenus. col. 4.ff de regulis iuris, vbi dicit eſſe damnum iniuſtè emergens inæſtimabile: vel dicit vt ſuprà. Ideo dicitur Sapien.9.cap. Difficilè æſtimatus,quæ in terra ſunt.

37 Sed Bart. vocauit hic inæſtimabile, cum æſtimatio eſſet infinita. Nam paria ſunt nō æſtimari,vel infinitum.l.idem Iulia.§. finali.ff de legatis primo, & melius in l. ſi domus.§.qui cōfitetur.illo titul.l.non dubium.§.fi.de leg.3.

38 Item non obſtat, quod debitor (cui quoddam ſeruitium præſtiti) obligatur ad antidora.l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff. de petitio. hæred.l.ſi non ſortem. § .libertus. de conditio.indebi.tamen non eſt æſtimabile: nec poteſt conſiderari. Iacob. in l. quod dictum.ff. de pact.dico poſſe æſtimari: vt ſuprà dixi: & ideo multos effectus illius obligationis ponit Iaſ. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti.& iur. Moder. in l.frater.de cōdict. indeb.

39 Item ſic poſſumus reſpōdere ad id quod intereſt, quia voluntas non expletur: nam non æſtimatur. Barb a.conſilio 74. columna quinta, in tertio volumine, & ſuprà dixi in definitione eius quod intereſt: vel fortè poteſt æſtimari, licet communiter non æſtimetur: nam poſſum æſtimare implementum meæ voluntatis ad centum mille,aut aliam ſummam infinitem,& maximam.

Cautio de rato in beneficialibus non admittitur.

40 Nec obſtat, quod coniunctus pro coniuncto in beneficialibus non admittatur, nec etiam in aliis ſpiritualibus: licet caueat de rato. domini de rota, deciſi. 142. in cauſa beneficiali, aliàs eſt deciſio. 6. de procurator. in notab. Quia cautio quæ cōmitteretur ad id quod intereſt, de nihilo ſeruiret.l. 1.C. de procura c.coram de offi. deleg.Iacob.in l. exigendi. columna ſecunda.C. de procura. ideo non æſtimatur ratione commoditatis. Sed non obſtat quin poſsit æſtimari: vt ſuprà dixi, & ſic diſputatiuè, & in puncto iuris hoc poſſet ſuſtineri: Ideo poſui concluſionem, Non eſſe dabile intereſſe inæſtimabile contra communem: ſcilicet quin poſsit æſtimari infininitè: aut finitè: imò eſſe dabile docto.aſſerunt: ſcilicet quod non æſtimatur finitè, & ad duplum, & ſic cōciliantur opiniones.

Con: infer

Secunda diuiſio nō petibile, & petibile.

41 Aeſtimabile ſubdiuiditur: quia quoddam eſt non petibile, aliud petibile. Intereſſe æſtimabile non petibile, eſt iuſta alicuius vtilitas, non petibilis, habita vel non habita, ſine alicuius facto iniuſto, vel ceſſatione iniuſta. Vel ego ſic definio: eſt illud quod æſtimari poteſt: ſed non peti. Quare ponitur, iuſta, proximè dixi. Item ponitur in definitione Bar. æſtimabilis, ad differentiam inæſtimbilis: de quo ſuprà fuit dictum. Item non petibilis dicitur: vt differat ab eo quod poteſt peti: de quo ſtatim dicam.

Prætetea ponitur in definitione, habita, vt comprehendat omnes caſus in quibus quis habet quod ſua habere intereſt, & tamen non petit: vt ſi rem meam poſsideam, intereſt mea eam habere: & poteſt æſtimari: at peti per me non poteſt, cùm eam habeam, l. nemo rem ſuam.ff. de verborum obligationibus.l.ſuæ rei. ff. de contrahenda emptio.l. finali, de legibus. nam ſi peterem: exciperetur, Tute lepus es, & quod petis intus habes.argu.l.bona fides.ff. de regu.iur.

42 Item ponitur, non habita, ſine alicuius facto inſtituto, propter l. Proculus ff.de damno infect. l.binas. de ſeruitu. vrbanorum prædiorum.l. altius. C. de ſeruitu. & aqua. vbi ſi quis altius tollendo domum ſuam, obſcuret lumina domus meæ: licet mea interſit: tamen non agam: quia iure ſuo facit, & ſic prouenit ſine facto iniuſto: niſi in caſibus poſitis per Cepol. in tracta. de ſeruitu. capitu. 39. in rubrica de ſolo ſeu area. fol.23.columna tertia. Soci. regul. 101. Hippolitus de Marſil.ſingul.154. Idem habetur in l. 1. §. penultimo. de aqua pluuia arcend & l. fluminum.§. finali.de damno infect.idem de aqua quæ ex puteo tuo ad meum venit, tua intereſt, tamen non agis.

43 Poteſt etiam poni, ſi quiſpiam de nouo veniat ad habitandum iuxta bibliopolam, vel alium artificem, & ibi officinam de nouo erigat: intereſt bibliopolæ antiqui ſeu alterius artificis ſimilis, ne alia officina iuxta ſuam ſit: tamem actio non dabitur contra eum, qui de nouo venit ad habitandum: nec id quod intereſt peteretur quia iure ſuo facit, is qui venit, vt proximè inhabitet.l. libertus negotiatorius.ff. de oper.liber.l.quæro.de lure patrona.

Nota criſim

44 Niſi de nouo veniens vellet recipere ſignum alterius bibliopolæ, vel hoſpitis ſeu alterius artificis. Nam poſſet prohiberi. Alberic.in dicta l. quæro. Bar. in tracta. de inſignibus & armis. Bald. in l. 2. C.quæ res vendi non poſſ Panorm. & alij in cap. dilecta. de exceſsibus prælat. & Rebuffus in l. ſtemmata.C. de fabricen.libro vndecimo. Benedict.in repet. capitu. Raynutlns in princip.fol.10. de teſta.do.Ioan. Sanxon in conſuetudi. Turoñ. in rubric. *des droicts de chaſtellanie*, arti. 6.do. Chaſſa.in catalog. glor.mundi. in prima parte, in 32. conclu. cum ſequetibus.

De doct. Chaſſa & Sanxon de filiartis.

45 Vnde mortuo artifice, hæres ſignum ſeu ingnia retinebit, alij verò non habebunt inſignia defuncti ſimplicia, ſed quicquam eis addetur, vt vidi in forenſi iudicio decidi. Et hoc non petibile, ſubdiuiditur: quia quoddam eſt quo mediante nihil petimus aliud, quo mediante petimus.

Tertia diuiſio

Primum, quo mediante nihil petimus, eſt de quo

de quo proximè sum loquutus, & potest poni in l.1.§. cum arietes.ff. si quadru.pau. fecis.dicatur.l.qua actione.§.si quis in colluctatione. & l.si ex plagis.§.finali.iuncta l.item Mela. & l.si putator.ff. ad legem Aquiliam.

46 Item interest mea non habere domum delectabilem, propter amicorum cōcursum glos.in l.1.in glos.4. de seruitu. vrbanorum prædiorum.

Scholaribus nobilibus pulchrā ancillam, vel hospitam.

47 Interest etiam scholaris non habere pulchram hospitam, & meretricem, vel ancillam: propter numerum aliorum scholarium cum visitantium: non sua caussa: sed hospitæ, aut ancillæ. & hoc interesse æstimari potest, non tamen peti. Cepol.in tracta. de seruitu. vrbanorum prædiorum. capitulo, 26. so. 14. colum.3. Interdum caussa hospitæ vulnerabitur, vel occidetur, vt vidi aliquos. Ideò tu scholasticæ fuge meretrices hospitas, si diu & securè viuere cupis.

48 Item interest mea, quia factus sum inimicus alicuius tua caussa. gloss. singul. in lege si pecuniam in verb. repetetur. ff. de condi. caussa data. secundum Baldum in margare. in vers. interesse. quæstione 12. non tamen petetur.

49 Non petibile, quo mediante petimus, est si agat quis actione populari: quia sua interest, non tamen id petit: sed ad pœnam vel vindictam agit. gloss in rubric. ff. de popula. actio. l.1. & per totum. illo titul. l. si verò. §. hæc autem. de his qui deiecerunt vel effuderunt. Iason. in lege · um qui. §. in popularibus. ff. de iureiuran. idem in illo qui agit actione sepulchri violati. l.3. & per totum. ff. de sepul. violato.

Rub. de sepul. violato hodie abiit in desuetudinem.

50 Hodie verò ille titulus, quò ad hoc, abiit in desuetudinem: cùm habeamus cœmiteria. Berber. in viato. iur rubric. de sepulchro violato. vide doctores in cap. fraternitatem. de sepultur. de quo prosit sepultura. & Cicero lib.1. Tuscul. quæst. in fine Benedictus in repe c. Raynutius. in verb. mortuo. in 1. num. 51. cum seq. de testa.

Item quando quis proprium sanguinem defendit: hoc facit: quia sua interest: hoc tamen non petit: sed eo mediante aliud petit. l.2. & sequent. ff de libe caus.

51 Item non appellat is cuius non interest: sed ille tantùm cuius interest. capitul. non solent. 2. quæstio. 6. lege 1. ff de appellatio. recipiendis. tamen hoc interesse non petit appellans: sed eo mediante petit sententiam rescindi: & malè iudicatum pronunciari: & sententiæ annullationem prosequitur l. eos. & ibi doctores. C. de appellationibus. ita Baldus videtur sentire, in rubric. huius titu. dixi in repet. l. quod iussit. in præfa. ff. de re iudica.

Aliud est interesse æstimabile petibile: & subdiuiditur: quia quoddam generaliter & largè dicitur, aliud verò propriè.

Quarta diuisio de interesse petibili, largè sic dicto.

52 Generaliter & largè per Bartolum sic definitur, Est iusta alicuius vtilitas æstimabilis, petibilis, non habita, propter alicuius factum iniustum, vel cessationem iniustam: vt si quispiam mihi donet, aut leget librum, seu stipuletur: peto illum, quia mea interest: id est, mihi est vtile: & ideo stipulationes inuentæ sunt: vt quisque stipuletur quod sua interest. lege stipulatio ista. § alteri. ff. de verborum obligation. §. alteri. Institut. de inutili stipulatio. In hoc ergo dicitur largè interesse, quando peto rem mihi debitam: secundum Bartolum. hic, cum quo doctores communiter transeunt, & suprà latius dixi.

Definitio interesse, quādo propriè accipitur

53 Aliud est interesse propriè & strictè sumptum: de quo hic amplis (vt ita dicam) columnis loquuntur doctores, & sic definitur per Bartolum. Est æstimatio alicuius vtilitatis non habitæ, propter factum iniustum, vel cessationem iniustam.

54 Primò ponitur, æstimatio, ad differentiam inæstimabilis & hic terminus, æstimatio, est generalis, comprehendens tam rei æstimationem, quàm interesse: secúdum Panthal. Calde. in repeti. d. l.2. colum. 54. de rescindenda vendit.

Item vt à præcedentibus differat, quod rem ipsam respicit: seu factum debitum, ponitur æstimatio.

Item dicitur, vtilitatis non habitæ, vt & lucrum & damnum comprehendat, secundum Bartolum hic: quia dum minuitur patrimonium, non dicitur habere quis vtilitatem. nota. in lege sterilis. §. cum per vēditorem. ff. de act. empt. & vendi.

Item dicitur factum iniustum, quia si iustum: non peteretur: cum licitum sit: vt proximè dixi: & l. iustè. ff. de acquirenda possessione.

Cessationem declaraui suprà in noua mea definitione: ibi vide. & hanc definitionē it sequuntur communiter doctores dixi suprà n gl. prout. ibi videre licet.

55 Alia est diuisio: quoddam est interesse conuentum, commune, singulare, & affectionis.

Quinta diuisio. conuentum commune singulare, & affectionis.

Cum primo sequamur quod actum est inter partes l. semper in stipulationibus. ff de regulis iur. ideo videndum est inprimis de conuento.

De interesse cōuento. Bar. definitio reprobatur.

56 Quid sit conuentum gloss. hic dicit quod est precium conuentum: sed reprehenditur, prout dixi in principio huius glossæ, & saluari potest, accipiendo largè: vt ibi dixi: sed Bartolus hic. columna. 7. sic definit. Interesse conuentum, est precium conuentione partium æstimatum. quæ definitio non placet: quia quodlibet precium, æstimatum. partium conuentione pro aliqua re, in emptione, sequeretur quod esset interesse conuentum: & tamen non est verum vt suprà dixi. aliis multis rationibus doctor.

reprobant: vt dixi suprà in princip. huius glo. ideo Deci. hic sic definit: Conuentum est quantitas partium conuentione taxata: potest etiam reprobari: quia verum pretium rei, est quantitas precij, taxata partium conuentione, tamen non dicitur strictè id quod interest: vt patet liquido, & suprà probatum extitit.

57 Ideo sic nouiter finio, Interesse conuentum, est pecunia conuentione partium promissa, in defectum primæ conuentionis, non completæ. Primo pono, pecunia, cuius appellatione omnes res continentur. lege penult. C. de constitu. pecu. lege litigatores. ff. de arbit. lege pecuniæ. vbi scripsi. ff. de verb. significatione. probatur in l. si quis ab alio. in §. fi. ff. de re iudic. & quia communiter. promittitur pecunia.

Item pono, conuentione partium. per l. fi. ff. de pretoria stipul. lege. procurator. 2. §. fi. ff. rem rat. habe.

Item pono, in defectum primæ conuentionis non completæ. Si vendo tibi domum centum, & trado: non agitur ad id quod interest: quia iam completa est prima conuentio. Si vero vendo domum centum: & si non tradidero, quinquaginta pro eo quod interest promitto: si res non tradatur, & sic prima conuentio non compleatur, agam ad id quod interest. videlicet ad illam pecuniam promissam. Hoc probat lege j. ibi, si res vendita non tradatur, ergo si tradatur, non agitur, probatur in d. §. alteri. & l. prædia. de actio. empt. poteritis cogitare de meliori definitione, cùm definire rem, sit periculosum, ac summè difficilè: & veteres descriptionibus vsi sunt.

Item conuentionis verbum pono, cum sit generale. l. j. §. cõuentionis. ff. de pact. Ias. in rubric. columna 2. ff. de verborum obligation.

58 Nec obstat, quod illa pecunia promissa pro interesse, nõ est interesse: nec facit quod verè intersit lege fideiussor. §. fi. ff. qui satis dare cogantur. quia respond. Bartol. quod non est illud interesse: sed æstimatio illius, attamen interesse non æstimatur, cùm sit æstimatio: argmẽt. lege improbum. C. ex quibus caus. infa. irrog. secundum Deci. hic, in rubr. col. 3.

Ideo non dicitur, quod interesse sit æstimatio eius quod intersit: sed æstimatio damni: aut lucri cessantis. vel dic, quod pecunia promissa pro interesse, est pecuniæ summa pro interesse promissa. Andega. in tracta. eius quod interest. fol. 35. & sequent. quod nihil est dicere. ideo dicunt quidam, quod ius fingit tanti mea interesse, quantum promissum est: vt in dicta lege fin. de prætoria stipulatione. melius probat. l. vltima in fi de eo per quem factum erit. Ibi tanto enim mea interfuisse videtur. quia id voluit exigi: & ideo licet quandoque verè non intersit tanti, tamen fictè secus: & partes videntur confiteri tantum fore interesse, quantum pœna. Barba. consilio 45. illud in medium. columna 13. in 4. volu. & in hoc decipitur Decius secundum eos, dum dicit, quòd ius præsumit: quia imo fingit, cùm fit super certo: præsumptio super incerto. glossa. in lege vnica. §. accedit. C. de rei vxor. actione. & ideò non admitteretur probatio in contrarium, quod non tantum interesset, postquam promissum est: vide tamen Socinum in rubric. huius titul. columna penul. tenentem conuentum non esse interesse: & quia illa sunt magis subtilia, quàm vtilia, & vtiliora appeto docere: ideo illa missa facio.

Refellitur opinio Decij.

59 Notandæ sunt in hac materia tres conclusiones, quarum prima est: Quod interesse conuentum sine pœna speciei adiecta debetur: vt si vendas vasa, aut equum: & si nõ tradideris certo tempore: promittis decem: illa pœna debetur, si non sit partium conuentioni. textus singula. in lege Lucius. ff. de action. empti. secundum Roma. consil. 101. præpositæ. Ioan. Lupini, in repetitione. capitulo, per vestras. fol. 109. versiculo, sextò infertur. de donatione. inter virum & vxorẽ. Ias. & alij per illum textum, in l. promissis. C. de transact. c. dilecti. & ibi Panormita. & alij de arbitris.

Interesse conuentum quãdo debeatur.

60 Secunda conclusio, Interesse, seu pœna facto apposita, debetur: vt si non feceris domum, promittis centum. l. prædia. ff. de act. empt. lege sed & si quis. §. fin. si quis cautioni lege 2. §. item si in facto. & l. 4. §. Cato. & vbique not. ff. de verborum obligation. Alex. in consil. 148. viso themate in 7. vol.

61 Amplia etiam si nihil interesset. text. in lege stipulatio ista. §. alteri. ff. de verborum obligation. §. alteri. Institu. de inutili. stipul. l. cum pœna. ff. de arbit. Conrad. in tracta. de contract. q. 85. quia videtur quod ammodo transigere super illa summa promissa: etiam si plus interesset, quia non peteretur: sed ex stylo Neapolitano consilium non solet condemnare, nisi quatenus cum interesse concurrit: vt habetur in decisio. Neapol. quæst. capit. 35. quidam Venetus, & istud est æquius.

Interesse conuentũ debetur etiam in foro conscientiæ.

62 Amplia etiam deberi in foro consciẽtiæ quatenus interest. Petrus de Anchar. in regul. possessor. de regul. iuris. lib. 6. Felin. & alij in cap. j. de constitutio. Dominicus in cap. commissa. §. fina. de electionibus. libr. 6. Corne. consilio 69. de duobus. in fi. 2. volum. & consilio a circa columna 7. versic. dato. in 3. volumi. & consi. 55. visis versicul. vnde litera n, in eodem volu. Barba. consil. 45. illud in medium col. 9. in 4. volu. Et hæc opinio de consuetudine obseruatur. Alex. consil. 19. stantibus. col. 2. in 6. vol. Lauren. de Rodol. in c. consuluit. q. 67. de vsur.

63 Limita, quando debitor esset in tanta necessitate, & angustia positus. ita quod esset ei impossibile facere quod promisit: vel speci

speciem dare: nam tunc non debetur. secun dum Conrad. in tractat. de contrac. quæstio. 85. Angel. de Clauas. in summa Angel. in ver. pœna. 9.13.

64 Tertia conclusio, Pœna adiecta dationi quantitatis præsumitur in fraudem vsurarum apposita: & ob id non debetur: vt si non dederis centum, quæ mutuaui: promittis decem in annos singulos. nam non valet tex in lege rogasti. §. si tibi. ff. de rebus creditis. doctores in capitulo, dilecti. de arbitr. & capitulo, suam de pœnis. Angel. de Clauas. in summa Angel. in verb pœna. quæstio. 12. Porcus, in §. non solùm. Instit. de verb. oblig. Petrus de Anchar. consi. 148. apud antiquos Alex. consi. 49. paucis. & sequen. in 4. volum. & consi. 135. circa columna 4. in 6. volum. Decius consil. 183. in controuersia. in fin. & hæc opinio est communis secundum Iacobum in dicta lege promissis. C. de transact. Alexand. consil. 119. quæritur. colum. 3. in 2. volu. & consilio 45. quia subtiliter. in 6. volum. & 135. circa columna 3. eodem volu. ratio diuersitatis est inter hunc casum & præcedentes: quia in quantitatibus consistit mutuum. lege 2. §. mutui datio. ff. si certum peta. §. 1. Instit. quib. modis re contrahitur obliga. & sic committi possunt vsuræ: sed nec in facto, nec in datione speciei committitur mutuum: nec ergo vsura regulariter. notat Ambros. de Vigna. in repeti. capitu. salubriter. nume. 91. de vsur. Imol. & aliis, in c. dilecti de arbitr. Laurent. de Rodol. d. q. 67. tracta. de vsur.

Quando in interesse promissum adiicitur datio quantitatis an debeatur.

65 Amplia etiam prætextu dispensationis papalis. Cùm enim prohibitio vsurarum sit de iure diuino: per illud mutuum dantes, non potest papa super futuris dispensare vsuris: prout consuluit Alex. consi. 1. in 2. volu. & consi. 49. paucis. colum. 1. in 4. volu. per casuper eo. de vsur.

Papa super futuris vsuris nō dispensat.

66 Secundò amplia, etiam si inimicus nobis promitteret illam pœnam. Conrad. in tract. de contract. q. 42. vbi declarat text. in ca. si. 24. quæst. 4. vide Roma. singul. 265. an extra. Gaspar. in repeti. l. imperium. col. 8. ff. de iurisd. omn. iudi.

67 Tertiò amplia, siue creditor sit solitus fœnerari, siue non glo. in d. l. Iulia. §. idem Papinia. ff. de actio. empti. & dicta lege. cum al legas. C. de vsuris. Alexander in lege stipulatio ista §. alteri. col. 3. ff. de verborum obligatio. Ange. in §. omnes. colum. 3. & sequen. Institu. de actionibus. ita consuluit Ioan. de Zanis, consilio 51. cùm dicatur, inter consilia Alex. in 4. volumi. & Alexander consi. 45. quia in 6. volumi. & ista est communis opinio, tam legistarum, quam canonistarum, secundum Ambro. in dicto ca. salubriter. num. 92. de vsuris.

68 Quartò amplia, siue illa pœna excedat legitimum modum vsurarum, siue non d. §. idem Papinia. quia hodie per ius diuinum nullus est legitimus modus vsurarum: per illud Mutuum dantes, nihil inde sperantes. Luc. 6.

69 Quintò amplia, etiam in arbitrio: vt non possit disponere, vt certa quantitas detur, donec sors fuerit soluta. Baldus & alij in lege rogasti. §. si tibi. ff. si certum petatur. Panormitanus & alij in capitulo, dilecti. de arbi. Iason. in lege promissis. C. de transactionibus. Decius consi. 39. iuridicam. valebit tamen promissio pœnæ facta per partes: & poterit exigi, si non pareatur sententiæ arbitri. lege 5. §. fina. ff. de verborum obligat. Bald. in dicta lege promissis: doctores in capitul. dilecti. per illum textum. Innocen. & alij in capitu. suam de pœnis. Barbatias consi. 45. illud. columna 11. in 4. volumine. & Alexand. consi. 50. viso instrumento. colum. 2. in 4. volum. Fulg. consi. 160. Ioannes. col. 3.

De arbitro.

70 Sextò, extende etiam in contractu transactionis. lege promissis. & ibi Salicetus & Ias. C. de transactionibus. Alexander consil. 49. paucis. & consi. seq. viso instrumento. lib. 4. Decius consi. 183. in causa. licet contrarium teneat idem Alexan. consi. 119. quæritur. in 2. volum. & Barba. consi. 45. illud in medium. col. 11. & sequen. in 4. volu.

71 Septimò amplia, etiam in omni contractu, siue sit bonæ fidei: vt lege Iulianus. §. idē Papinianus. ff. de actione empti siue stricti iuris lege pœnam. ff. de vsuris. dicta l. promissis. gloss. & doctor. in lege. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. obliga. & Ambros. vbi suprà numero 93. etiam si promitteretur loco pio. Ita fuit iudicatum in hoc senatu contra Cartusienses petentes pœnam duorum solidorum in singulos dies, quibus non fuerant soluti reditus vel reliqua redituum, quamuis ad hoc fuisset obligatus Dux Brabantiæ, ramen fuit absolutus siue eius hæredes. anno 1508. die 15. Martij. quod est notandum: quia sufficit vt principale soluatur debitum.

Arrestum.

72 Octauò amplia, non solum in contractu sed etiam in vltima voluntate: ideo non valet dispositio testatoris, vt non solutis mille, pro centenario in annos singulos centum soluantur. Bartolus in lege. 3. §. finali. ff. de annuis legatis. & lege. 2. de his quæ pœnæ nomine. & ibi plenè Socinus & Bartolus in lege cùm stipulati. in fine. ff. de verborum obligatione. Angelus in §. finali. Institut. de legatis. Baldus in dicta lege cùm allegas. Ancharanus consilio 93. verba testamenti. Alexander in lege diuortio. in princip. colū. 7. numero. 24. ff soluto matrimonio. & consilio 27. viso themate. columna. 2. in 4. volumi. Aretinus consilio 152. viso Socinus consi. 56. viso testamento, in 3. volumi. Ias. in lege 1. C. de his quæ pœnæ nomi & in lege cunctos populos. in prima lectura. num. 59. C. de summa trinitate. Modern. Hispani. in §. actionum. numero 17. Institut. de actionibus. Modern. Tauri incn. in repetitione. l. curabit colum. 1. C. de actio. empt. Benedict. in rep. c. Raynutius. in verb. si absq. in 2. de leg. num.

229.cum sequen.de testa.

73 Nonò amplia, sine pœna adiiciatur datio ni quantitatis pro pœna, siue factum augmentatiuum quantitatis, quia etiam non valebit.not.glossa & Bartol.in l. rogasti.§.si tibi.ff.de rebus creditis.Alexand.in d.§.alteri columna.3.Barbat.in consi.45.illud in medium.col.10.in 4.vol.Ambros.in d.cap. salubriter.num 97.

Limitationes, quãdo pœna debeatur.

74 Primò limita, nisi quantitas sine pœna ex interuallo esset promissa argum.l. Titius. ff.de pigno.actio.Bar.in l.penult.C.de pact. pignor.Bartol.in l.cùm seruus.ff.de condit. & demonstra.& ibi Imol.Angel.in §.omnes. colum.4.Instit.de actio.Cornel consi.133. viso.in 1.libro.& hoc secundum vnam opinio. quam ibi latius vide.

75 Restringe, quando illa promissio fieret vsurario:nam etiam ex interuallo non valeret, propter sinistram suspicionem quam lex facit de eo. Barbatias consil.72.sapienter. colum.8.in 4.volumine.& Angelus in dicto §.omnes.

76 Secundò limita, in foro conscientiæ:vt si debitor liberè promitteret, vt solueret, nõ procurante creditore, sed simpliciter reciperet, sine intentione vsurariæ fraudis,& mallet tempore præstituto solutionem sortis sibi fieri, quàm expectare pœnam, valeret.ita Scot.in 4.sentent. distinctione 15 q. 2.articul.2. colum.v. versic.primum tripliciter.summa Angel. & Siluestrina.in verbo, vsura.in 1.q.31.sequitur Purpura. in d.§.si tibi numero 91.cum sequent. hoc tamen est intelligendum quatuor interuenientibus: de quibus per Conradum in tracta.de contra. in q.31.conclu.1.

De iuramento.

77 Tertio limita, quando iuramentum interueniret.capitul. debitores. de iureiurando. Ancharanus consilio 148. secundum antiquos. Romanus consilio 310. quo ad primum dubium.in 2. quæstione. Alexander consilio 158. in caussa. quod est repetitum consilio.207.in 2.volumine & consilio 106. magnificè prætor.in 2.volumine. & in §.alteri columna penultima.dicta l.stipulatio ista. ff.de verborum obligatione.sequitur dominus meus de Petruc.in suo solenni tracta.de viribus iura.in 47.effectu.per textum in lege si quis maior.C.de transactionib. Potest tamen peti absolutio à iuramento, si est in statu petendi. Anton.de Prato veteri.in consil.49.paucis.col.6.& Alexander consil.seq. in 4.volumine.

Quarto limita, vt per Angel.in §.omnes col.7.Instit de actio.

78 Quinto limita, quando essem stipulatus quantitatem alteri dari, mihi vero pœnam: hoc enim casu valebit stipulatio.Alexander. in d.§.alteri.columna 3.Quæ tamen conclusio periclitatur, quia per eam fraudi via pateret.Igitur nõ est tenenda lege in fundo ff. de rei vendica ca.sedes de rescript.prosequitur Anchar.in regul.peccati venia. in 4.qõe. de regulis iuris lib.6.

79 Sexto fallit, in contractu mixto, continente quantitatem & factum. Vide tamen Bart.& alios in l.rogasti.§.si tibi ff.si certa. petat. Bald. & Salice.in d.l.cum proponas Alex.in d.§.alteri.& consil.51. cùm dicatur in 4.volumine, Barbat.consil.45.illud in medium.col.9.in 4.volu.Angel.in dicto § omnes.& in summa Ange.in vers.pœna.in 12.q. & Siluaster in sua summa.in ver.vsura.in 1.q. 28.Ambro.de Vignate, in dicto capit. salubriter.nume.96.cum seq.doctores in dicto capit.dilecti.

80 Septimo fallit, quãdo statuto caueretur vel consuetudine, quod fingatur interesse creditoris in duobus solidis pro libra, soluendis à tempore moræ debitoris tunc valet:quia sicut interesse potest taxari per iudicem, ita per legem:quia nonminoris est potentiæ lex, quàm legis minister: & statutum potest inducere fictionem ex caussa, & sufficit quod sit in mente statuentium glo. in verb. ratus. in l.1.§. pueritiam ff.de posthum sic consuluit Bald.consi.166.statuto in 1.vol.Cætera theologis relinquo.

De interesse cõmuni.

81 Commune, est commune rei precium. secundum glo.hic, quæ communiter reprobatur, quia aliud est interesse, aliud rei precium: vt suprà in princip.huius gloss.dixi: ideo non repeto.Specula.in eo.titu.de fruct. & interes.§. commune. aliter definit quia prolixa est sua definitio:eam missam facio, & transeo ad Barto.definitionem, quæ talis est, Interesse commune, est interesse communiter æstimatum.Hæc definitio non placet.d.Igneo.in dicta l.quatenus, columna.9. quia per eam non declaratur quid veniat in æstimationem: licet Decius in rubr.cum ista definitione transeat. Item vult dicere, quod communis æstimatio, sit interesse commune:quæ non comprehendit nisi precium commune, non interesse:ergo non valet:vt suprà in fin.reprobatum:& quia definit idem per idem.Ideo idem domi.Igneus aliam format definitionem: videlicet Interesse commune, est æstimatio (quæ communiter ab vnoquoque bono viro fieri potest) de damno emergente, vel lucro cessante: propter aliquod factum, vel non factum: datum, vel non datum.

Primo dicit, ab vnoquoque bono viro: vt excludat affectatum, qui ratione affectionis posset plus æstimare, quàm communiter æstimaretur. l. si seruum.ff. ad legem aquiliam, cum similibus.mihi tamen non placet.

Primo, quia est prolixa,& prolixitas debet vitari:vt hac lege dixi in notabili 2. Sed cum sit ei perfamiliaris & propria filia, vt ex suis scriptis omnibus est obuium, ob id excusari potest. Secundo, quia superflua est: dum dicit ab vnoquoque bono viro:nam si fiat communiter, ergo non ex affectione.d.l. si seruum.& l precia rerum.

ff.ad

legem Falcidiam.

Item nullo iure cauetur, quòd hæc æſtimatio fieri debeat à bono viro: ideò erubeſcimus cum ſine lege loquimur.l. diſſentientis.C.de repud.§.conſideremus. in authent. de trien.& ſemiſſe. Imò videtur gloſ in contrarium.l. ſemper in contractibus.ff.de regulis iuris.vbi alia eſt æſtimatio quæ fit communiter, alia quæ fit à bono viro.

Præterea ſequeretur, quòd æſtimatio per affectionem à bono viro fieri non poſſet: quod reprobatum eſt.in l. videamus.§.iurare.ff.de in lit.iurand.& l.j.§. ſed ſi in rem. ff.ſi quid in fraudem patronatus. Item quòd æſtimatio communiter facta à non bonis viris, non attenderetur: & ſic in probatione ſecundum eum requireretur articulus boni viri: quod non credo. Nec vult intelligere de bono viro, id eſt de iudice, quia tunc ſequeretur quòd à partibus æſtimari non poſſet, ſed tantum à iudice. & tamen prius à parte æſtimatur, & æſtimatio petitur. Igitur ſic definio.

Noua definitio intereſſe cōmune.

82 Intereſſe commune, eſt æſtimatio damni emergentis, aut lucri ceſſantis, communiter facienda ab omnibus rei notitiam habentibus, propter factum iniuſtum, vel ceſſationem iniuſtam. Primò poteſt poni exemplum: Mutuaui tibi vinum, quod debebas reddere Kalendis Iulij (in quibus homines optimè bibunt) non reddis: poſtea vinum valuit decem aureis: iudex condemnabit te ad reddendum vinum: quod ſi non valeat tempore ſententiæ niſi quatuor, compellet te ad reddendum ſex aureos vltra vinum pro eo quod intereſt: quia communiter homines tantum æſtimarent.l. vltima. in fin.ff de eo per quem factum erit.l.vinum ff.ſi certum petatur. vide l.ſi ſeruum. ad legem Aquiliam.& l.qui tabulas in princip.de furt.l.colum.§.condemnatio de tabul.exhi. & ſic redditur res & intereſſe. vide exempla per Speculatorem eodem titulo.§.commune.

Vnde dicatur cōmune intereſſe.

83 Ideo dicitur commune, ſecundum Inno. in ca.ſacro.columna 1.de ſent.excom.quia æqualiter omnium communi ratione in eodem contractu vel facto, & tantum intereſſet. ſequuntur modern. hic: ideo appoſui rei notitiam habentibus, quia faber non poſſet aut ruſticus, vel mercator, ſeu fatuus librum æſtimare. per glo.in l. mortis cauſa. capimus §. fin. in gloſſ penult.ff de donat. cauſa mort. Nam debet ſcire conditionem & rei qualitatem.

Faber nō æſti. mat librum.

84 Ideo non poſſet etiam doctor æſtimare librum, niſi haberet notitiā illius: quia fortè bibliopola debebat lauare illum: nam plus ſic debet æſtimari. argument. illorum quæ dicunt doctores in l preccia rerum. ff ad legem Falcidiam. an hoc debeatur, vide in gloſſ in verbo, dupli. Baldus conſilio 417. ſuper dubia.columna.2.in 3. volumine.& an debeatur commune totum? dicam in gloſſ dupli, infrà eodem.

De intereſſe ſingulari Bar. definitio nō admittitur.

85 Singulare intereſſe, ſecundum gloſſ hic eſt, vt ſi tua intereſt propter affectionem. Non eſt definitio, ſed deſcriptio. Bartol. hic. columna 6. verſiculo, nunc ad propoſitum. ſic definit, Eſt id quod ſingulariter æſtimari poteſt: vel intereſſe ſingulariter æſtimatum non placet: quia definit idem per idem, ſicut in aliis duabus præcedentibus, quod nō admittunt Iuriſconſulti. argumen.l.fin.& ibi gloſſ ff de offic procur. Cæſar gloſſ.in l. Labeo.de vſuca.vbi non valet ratio quæ eſt eadem cum dicto.

Specul. definitio damnatur.

86 Sic nec definitio idem per idem definiens. Specul. ſic definit.in §.viſo de communi.d. titul.de fructib.& inter. Eſt eſtimatio quæ venit ex ſpeciali affectu. Sed mihi non placet, quia ſingulare intereſſe eſt citra affectionem.l.j ff de actione emptio. Item aliud eſt ſingulare, aliud affectionis: vt infra dicam: & æſtimatio ex ſpeciali affectu, eſt intereſſe affectionis: ergo non conuenit ſingulari. Nec attenditur lege ſi ſeruum.ff. ad legem. Aquiliam.& infrà dicam. Socinus aliter definit, videlicet: Singulare. eſt res quæ ſingularem vtilitatem affert vni, quam non affert alteri. Puto quod non poſsit ſubſtineri: dum dicit, res: quia aliud eſt res, aliud intereſſe: vt probatur in l.hæc verba.quanti. ff. de verborum ſignificatione: & ſi dicas verbum rei, generale eſſe. lege rei appellatione.ff de verborum ſignificatione. lege prima. ff ſi certum petatur tamen res quæ vni affert vtilitatem, non eſt intereſſe: ſed ratione illius rei venit. Item ſi res tibi donatur & traditur, afferet tibi ſingularem vtilitatem, quàm alteri non afferret: vt liquido patet: & tamen non eſt ſingulare intereſſe ſtrictè ſumptum: ergo idem de qualibet re quàm habeo, quæ mihi ſingularem & ſpecialem affert vtilitatem, alteri non: & tamen ſtrictè non dicitur intereſſe, de quo loquimur. Aliis etiam modis poteſt reprobari, quos etiam nunc omitto. Decius aliter niſus eſt definire: ſic videlicet, Intereſſe ſingulare eſt, quando mihi plus valet, quam valeat communiter omnibus. propter aliquam cauſam, vel qualitatem, quæ venit extrinſecus, & non eſt ſimpliciter in alium tranſmiſsibilis. Alia effundit verba: ſed adhuc non placet: quia liber meus mihi plus valet quàm communiter omnibus: & tamen non eſt intereſſe: quod innuit hic Decius. Item ſi pater meus moriatur relictis libris, tranſmiſsibilis eſt illa vtilitas ſingularis in filium. in lege. ſi in emptionem.ff. de minoribus. vbi filius habet intereſſe ſingulare circa res maiorum: tamen ſi fuerit ignorans, non tantum valebit ei liber patris, ſicut communiter valeret omnibus doctoribus ergo &c. Item conuenit hæc definitio aliis quàm, definito, nec cum eo

Socini definitio nō tenetur.

Decij definitio non probatur.

conuer

conuertitur, contra legem primam. ff. de dolo.

87 Arbitror sic posse definiri nouiter: Interesse singulare, est æstimatio vtilitatis singularis, ob factum alterius iniustum, vel cessationem proueniens. Vt, commodaui tibi librum meum, apostillis plenum, & remissionibus: non reddis, debes cōdemnari non tantum ad precium commune libri, sed ad vtilitatem singularem meam: tum propter memoriam localem, in qua consistit singularis libri vtilitas, alteri nō competenti: tum propter remissiones in eodem libro descriptas, & signa ibidem causa facta facilioris inuentionis, & memoriæ localis: & quia est bene per me correctus: non tamen attenditur, si dicatur quod melius didicisset in illo libro: secundum Albertum in lege nummis. col. 1. ff de in lit. iurand Alexā. consi. 69. super eo in fin. in 4 volu. alia exempla ponit Specul. in titu. eo. §. viso. vide in l si seruum. ff. ad legem Aquil. l. precia rerum. ad legem Falcid. & Dauid. Psal. 4. Quoniam tu domine singulariter in spe, constituisti me. l. j. §. sed si rem ff si quid in fraudem patr. l. si cui fundus. ff. de lega. 2. & Moder. Andega. in tract. de eo quod interest. fol. 33.

Noua diffinitio singularis interesse authoris.

In libris versatur interesse.

88 Et dicitur singulare, ad differētiam communis. secundum Albertum & Baldum hic, sicut de iure scribitur. in l. ius singulare. ff. de legib. vel singulare, id est personale: secundum Modern. Andega. fol. 37. per l. procuratorem. §. si ff. de acquir. hæredi. quæ parum probat. Vsque ad quam quantitatem ascendat: & possit peti: ponetur regula cum limitationibus. in glossa duplici, infrà eod.

Quare dicatur interesse singulare.

9 Interesse affectionis est, quod ex affectu alicuius procedit: vt si amasia tua dedit tibi zonam, annulum, bursam, aut aliam rem, quam alteri commodas: si non tibi restituat, eam estimas centum aureis, quos petis: non tamen ad id datur actio: vt asserit Ioannes Andreas in addit ad Spec. in tit. de fruct. & interesse. §. viso de communi. & potest poni in l. si seruum. ff. ad legem Aquil. l. j. §. sed si rem. versicu. & aliàs videamus si quid in fraudem patro. quia precia rerum non ex affectu, nec vtilitate singulorum, sed communiter funguntur. l. precia rerum. ff. ad legem Falcidiam. facit l. obligatione in fi. ff. de pigno.

De interesse affectionum.

90 Item quis habet affectionem ad rem, quæ fuit maiorum suorum l. si in emptionem. ff. de minor. quapropter noluit Nabot vendere vineam, quia fuit maiorum suorum. 3. Regum capite. 21.

91 Et ideo poterit minor ex illa affectione, retrahere: vt tenet d. Igneus, in repeti. l. dudum. C. de contrahen. emptio. l. qnatenus. colum 10. de regul. iuris. sequitur Renal. in suo tract de eo quod inter ca. 5. fol. 50. & collega noster in ca hæc legis verba, licet dicat non multum hanc opinionem iuuari. vide Chassa. in consue. Burgundi. in rubri des retraict. §. 3.

Retractus an procedat ex affectione.

92 Notandum est, quòd duplex est affectio: quædam æstimabilis commodo pecuniario, quæ ab vtilitate causatur: & sic habet vtilitatem iunctam affectioni l. videamus. §. 1. ff. de in lit. iuran. vbi curator in caussa adulti non cogitur in litem iurare, licet volens admittatur, si pupillo suo habuerit affectionem: non tamen ad suam, sed ad pupilli vtilitatem iurabit. Ecce ergo quomodo vltra affectionem requiritur vtilitas & sequitur Decius hic in rubric. colum. 4. mihi tamen videtur, quòd non iuratur ex illa affectione, sed ex vtilitate: cùm alia sit pupilli affectio, alia tutoris: quod secus est in vtilitate.

Duplex affectio.

Alia est affectio, quæ nummario precio nequit æstimari: vt est illa quæ vtilitatem non continet pecuniariam, sed solam affectionem: & loquitur l. libertus qui soluendo. ff. de bonis lib. cum aliis multis, quæ infrà dicam. Et requiritur quod affectio sit iusta. l. illud. ibi. Iustis affectionibus ff. de manu. vindic. l. nec ei. ibi sanctissima affectione. ff de adoptio.

93 Ex his facio regulam, quòd affectio non petitur: nec eius ratione condemnatio augetur. l. si seruum ff. ad legem Aquil. l. precia rerum. & l. in Falcidia hoc esse §. fina. ad legem Falci. & probatur hoc textu, damnū quod re vera, &c. non ex affectione. l. fina. ff. de oper. seruo alioqui remaneret infinitas, quæ in eo quod interest videtur correcta hac constitutione. etiam quia in potestate actoris esset reum facere condemnari in quantum vellet: quod esset absurdum. Ias. in l ex ea §. j ff de verborum oblig.

Regula de affectione, quod non consideratur.

94 Primò fallit, quando vtilitas est iuncta affectioni: vt in libro meo, in quo diu studui: & ideo habeo memoriam localem: & quia multa ibi, scripsi, vtilitatem iunctam cum affectione d. l. videamus. Albert. in l. 1. ff. de in litem iurand. secus si affectio sit sola: vt suprà dixi de zona data ab amasia: & sic infertur, quòd non possit iurari in litem ex sola affectione: tum quia nullo iure cauetur, licet contra sentiat Iason in l. in actionibus. col. 3. nume. 12. ff. de in litem iurando. tum quia vtilitas non interuenit, quæ in hoc iuramento requiritur, dicta l. videamus. ibi, non enim ad suam vtilitatem, nec obstat l. nummis. illo titulo quia in nummis nō cadit affectio, nec maior vtilitas in vno quam in alio, ideò in his non iuratur in litem.

Reprehenditur Iason.

Et quando inuenitur affectionis caussa iuratum: intellige, iunctæ cum vtilitate, secundum Cyn. Alberic. & communiter doctores, hic. per d. l. 1. §. sed si rem. vbi de affectione opportunitatis vel vicinitatis loquitur, quæ continet vtilitatem. l. si cui fundus. ff. de legat. 2.

95 Et ex hoc declaratur totus titulus, de in litem

Declaratio ad tit. de in litem iurando.

tem iurando: & limatatur, vt vltra duplum communis æſtimationibus caſibus certis non fiat condemnatio, etiam ſi iuretur in li tem: per hanc legem, ſecundum Barto. hic. colum. 8. verſic. ſumus expediti. ioan. Fab. colum. 4. & ſequuntur communiter docto. hic. Alexand. & Iaſ. in l. videamus. §. deferre. colum. 2. ff. de inlit. iuran. Moder. Andega. in d. ſuo tract. folio 44. quod ſic probatur: quia poſtquam non poteſt ad quod intereſt duplum excedere, quando verè probatum eſt: à fortiori quando non eſt probatum, niſi per iuramentum. argu. l. eum qui. ff. de iureiur. quia ſi in certis taxatum ſit, ergo à fortiori in coniecturis. l. continuus. §. cùm ita. ff. de ver. oblig. Item fortius debet reſtringi iuramentũ affectionis, quàm veritatis, quia affectionibus, & laſciuiis hominum obuiandum eſt. argu. l. in fundo. ff. de rei vendica. l. ex damni. de damno infect. Alber. in dicto §. iurare. Item quia hæc lex loquitur generaliter in omnibus càſibus: ergo, & c. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præſtan.

96 Nec obſtat d. l. videamus. §. iurare. vbi in infinitum licet iurare. fateor, ſed iudex taxare debet, vt duplum non excedat. per hanc l. Bart. hic. & hæc opinio eſt illi text. cõueniens. in verſic. & quidem. Et eſt communis, & in iudicando, & in conſulendo tenenda: & ſeruatur in curiis & praxi, ſecundum Pirrum, in d. l. quatenus.

Differentia inter iuramentũ in litem, & veritatis

97 Sed replicatur, Iudex debet ſequi iuramentum, poſtquàm præſtitum eſt. §. oportet in authẽ. de iudicib. colla. 6. & authen. nouo iure. C. de iudic. ſed ibi loquitur de iuramento veritatis, quod præſtatur pro expen. litis, hic ſecus? & ratio eſt: quia ſi iudex taxaret poſt iuramentum expenſas, redargueret directò iurantem de falſo: quod eſſe non debet. l. non erit. §. dato. ff. de iureiuran. quod non eſt in iuramento in litem: quia non reddit iurantem periurum, ſed affectionem iudex ad iuſtam æſtimationem reſtringit. l. de periurio. ff. de in litẽ iurand. Alber. Iaſ. & alij in d. §. iurare glo. in verb. docuerit. in c. 1. de electio. lib. 6. nec me mouet, quod ſi ageretur de ſingulari vtilitate, non admittetur moderatio, hoc eſt falſum per hanc legem, quia iudex moderare illud iuramentum poteſt, vt vſque ad duplum extendatur, & non vltra, nec detegitur periurium vt ſequitur.

98 Nec obſtat, quod iudex non debet deferre iuramentum ei, quem [illegible]ierare. l. 2. & ibi Bal. C. de indicta vid[illegible] tollen. gl. in c. clericos. de cohab. cleric. reſpon. quod ille qui iurat ex affectione, non deierat: quia talis, & tanta eſt affectio ſua: ſed non conſideratur, nec quæritur de periurio, ratione illius iuramenti. dict. l. de periurio. vel exponit Moder. Andega. in infinitum: id eſt, de re nõ finita. nec taxata: quia lex non taxauit ad quam ſummam iuretur: ideo in infinitum dicitur iurari: id eſt ſine finitione. allegat text. in l. ſi quis reſtituere. ibi, is inquantum aduerſarius in litem ſine vlla taxatione in infinitũ iurauerit. ff. de rei vendi. & hoc poſtea declarat ibi iuriſcon. dic vt ſuprà dixi, hodie pars nõ debet vltra duplum iurare, per hanc legem: & ſi iurauerit, non attenditur vt ſupra dixi, quod tene menti: imò fortius cùm hodie pœnæ dupli & quadrupli ſint correctæ in conſcientia, & in curiis regni Franciæ, gloſſ. ſingul. in cap. fraternitas. 12. quæſ. 2. ideo id non ſeruant iudices Franciæ, condemnationem ad duplum exactè: ſed quatenus probatum fuerit intereſſe, & veriſimile eis videtur, condemnant, & ſic regulariter vidi ſeruari tam in certis quàm in incertis: quod eſt in praxi notandum.

Forma iuramenti in litem

99 Item ſic debet iurare, Non expediebat mihi re illa carere, pro tanta pecuniæ quantitate. Vel, iuro vtilitatem meam tantam eſſe: & ſic ad vtilitatem debet referri, non ad affectionem, vt nollem re illa carere: ſecũdum Bartol. & communiter docto. hic. & hoc refertur ad vtrunque, videlicet, & vtilitatem & affectionem.

Reſpon. addu. ſuper Alex.

100 Item non obſtat quod adducit collega, Fulgoſ. opi. inſequẽs. in c. hæc legis verba. in fine: videlicet quod ſi taxatum eſſet per legem, non debuiſſet dubitare Vlpia. in d. §. iurare, an taxare poſſet iudex, necne: quia quæ lege permittuntur, indubitatum eſt fieri poſſe. nil allegat. poteſtis adducere tex. in l. fin. C. de nõ numerata pecunia. l. incerti iuris. famil. erciſcundæ. l. certi. C. de iudic. l. quæris. ff. de natali. reſtitu.

Reſpon. tempore Vlpiani non erat taxatum: ſed per hanc legem taxatur, in certis: ideo veriſimiliter poterat tunc dubitari: ſed hodie poſt hanc legem inter iuriſconſul. & iuris peritos non erit dubitatio. l. inter omnes. & ibi gloſſ. ff. qui ſatiſda cogan.

Nota in praxi quod in intereſſe ſing. prudẽdum.

101 Minuſque refragatur quod idem dicit: vt in d. l. videamus, relinquatur arbitrio iudicis: ergo non eſt taxatum: nam verum eſt de iure digeſtorum: ſed hæc lex noua non eſt inconueniens quòd taxet hoc, & limitet. argu. l. non eſt nouum, & l. ſequen. ff. de legib. cap. primo, & ibi plenè docto. de conſtitutionibus. libro ſexto, cùm inducta ſit ad coarctandum: vt in princ. huius legis patet: & cum hic non diſtinguatur inter contractus bonæ fidei, vel ſtricti iuris: hæc conſtitutio. noua omnes caſus certos comprehendet: ſiue ſint bonæ fidei, ſiue ſint ſtricti iuris: vel intellige in incertis opinionem collegæ.

102 Eodem modo reſpond. ad d. §. ſi. l. videamus. vbi ex magna cauſſa à iureiurando diſcedere permittitur: non alias quòd ſi taxatum eſſet, ſine cauſſa poſſet: dico, quòd non dicitur diſcedere ſine cauſſa, quando vltra duplum iuratum eſt: quia magna cauſſa eſt leges tranſgredi: quas tranſgreditur

vltra duplum iurans in casibus certis: secundum Renal. vbi suprà. vel dico ibi requiri magnam caussam antequàm possit à iuramento in totum discedere: alioqui contra glos. ibi. vel loquitur de iure Digestorũ. hic de iure nouo: ex quo potest in casibus certis etiã sine caussa discedere, si iuratum sit vltra duplum.

103 Nec me mouet quòd in infinitum permittatur iurare. in dicta l. videamus. & l. qui restituere. sed duplum non est infinitum: ergo, &c. Respon olim poterat in infinitum iurari, vt dictis iuribus: sed illa infinitas refrænatur hic: vt patet in proœ. huius constitutionis, quæ ad tollendum infinitatem inducta est: & sic hic videtur se referre ad illa iura: nec conturbari debes si replicetur quòd d l. qui restituere. dicit in infinitum iurari, & sine taxatione: ergo vltra duplum: cùm verba geminata de aliquo debeant operari. l. balista. ff. ad Trebellia respondeo, quod vnum est expositiuum alterius: ibi infinitum exponitur: id est, sine taxatione legis. secundum Renal. sed iudex taxabat. l. arbitrio. ff. de dolo. vel dic quod de iure Digestorum. non erat taxatum, sed hac constitutione sic, in casibus certis: vt dixi. & ita intelligitur non à iudice. ff. de iudic. & licet Curtius dicat quod singulare interesse non se extendit in infinitum, verum est per hanc legem, sed ante eam diuersum erat. vt patet in isto text.

104 Nec aduersatur. l. tenetur. §. si. ff. si. quid in fraud. patro quia procedit de iure Digestorum. vt dixi, nec procedit respon. quòd præsumatur verè iurantis interesse tãtum, quantum iuratum est: idcirco præstandum est, tanquàm si res esset iudicata respond licet præsumatur tantum interesse, adhuc tamen non posset exigi: quia si verè probetur id quod interest, vltra duplum non potest exigi in certis: ergo nec ex illa præsumptione: ne præsumptio plus operetur quàm veritas l. regula. §. qui ignorauit. ff. de iur. & fact. igno. §. si quis rem suam. Institut. de lega dixi suprà, de interesse conuento. Posset tamen in incertis procedere, vt tantum interesse præsumatur quantum iuratum est: iudex tamen refrænare potest: vt d. §. iurare.

Practica no. iuramento in litem.

105 Et sic practicatur: quòd iudex taxat, postea pars iurat non vltrà quàm taxatum sit: alioqui frustra iuraret. Pirtus in l. quatenus. in secunda regula. ff. de regulis iuris. vido Iason. in l. in actionibus. circa finem. ff de in lit. iuran. & practicam illius tituli, per Petrum de Ferra. in sua practi. in forma libelli in actione reali in glo. & in florenis. & in verb. iurisiurandi in forma respon. rei conuenti, vbi latius tradit.

Declaratur §. dato quod post iuramentum nil quæritur.

106 Vltimo non obstat, Post iuramentum nil quæritur, nisi an iuratum sit l. non erit. § daro. ff. de iureiuran. Respondeo, verum esse, quando voluntariè iuratum est, & delatum à parte parti: secus quando lex, statutum, aut consuetudo defert: quia tunc potest contrarium probari; etiam post iuramentum. Ioannes Andreas in capitulo primo de tempor. ordinan Alberic. in dict. § daro. Iason in l. finali. C. vnde vi. Anton. Tremol. in additionib. ad Vber. de bona curso in Rubr. de perempt. except. in verb. iurisiurandi. glossa in capitulo statutum, §. cùm verò. de rescript. libro sexto. Idem quando iudex defert: quia tunc etiam potest retractari. l. admonendi. ff de iureiurã. & l. in bonæ fidei. C. illo titu. sicut in hoc iuramento in litem. secundum Albericum in dicto. §. iurare. columna secunda. & ibi Ias. quẽ legit cum §. deferre. vel dic rectius. vt proximè dixi in practica. Nec obest. l. si quando. C. vnde vi. & capitulum fina. quod met. cau. quia ibi propter delictum, & probationis difficultatem. secundum Cardina. in ca. sacro. de senten. excommuni. Iudex tamen ex coniecturis refrænare poterit secundum Ias. & alios in dicta l. si quanto. vel loquitur in iuramento veritatis. secundum Ias. in d. § iurare.

107 Idem si probo te debitorem meum: sed non in qua summa: quia iuramento meo stabitur de summa, ex coniecturis & verisimilitudinibus. quod est valde singulare, & notandum l. fina. §. primo. C. de bo. autho. iudic. possiden & miles de facto occurrit. secundum Cepol. in cautel. 208. aliquis mutuauit. & ita fuit iudicatum secundum eum: ideo hæc opinio tanquàm communis erit tenenda: licet alia sit subtilis, & egregia, & à subtili collega ex rigore verborũ extracta. *Nota bene creditor.*

108 Secundo limita, per gloss. in l fina. ff. de oper. seruo. & per text. & Alber. in l. competit. §. primo. ff. quod vi aut clam. Tertio non procedit in casibus à iure expressis, & sic videtur loqui text. in l. non tantum. ff. de appella. & ibi est vtile, quia vita prorogatur, ob id istud extenditur ad alios casus similem habentes rationem.

109 Quarto limita, quò ad inducendam actionem: quam affectionis ratio inducit in contractibus bonæ fidei l. cum seruus. ff. manda. Intellige, si fuerit honesta: secus si inhonesta: vt de zona data per amasiam, quæ non præbet actioné: nec auget cõdemnationem Alberic. in l. prima, columna secunda, ff de in litem iurand. secus in stricti iuris actionibus, in quibus affectio non inducit a[illegible]m, etiam si fuerit causa bonesta glossa [illegible] fideiussoris. ff. de pac. quæ est ordinaria, & approbata secundum Iacobi. ibi & Iason in l. quidam cùm filium. numero septimo. ff. de verborum obligationib. & in l. prima, columna secunda, de in lit. iuran. & consilio 41. in duab. columna pen. in 3. volu. *An affectionis ratione inducatur actio.*

Fallit in minore. l. si in emptionem ff. de minoribus, & hoc sequuntur communiter

docto

do.lo. & iſta eſt communis, & in practica ſeruatur, teſte Pirro, in dicta l quatenus.in 2.regu.in fine.

Opinio Alciati recitatur.

110 Contra hanc communem opinionem inſurgit, more ſuo, ſubtiliter collega noſter do.Alciat in cap.hæc legis verba.ſic dicens: Cui conceditur maius, & minus debet concedi nil allegat. facit regul. cui licet.de regulis iuris, libro ſexto, pulchrè declarat d. Cautiuncula, in topica iuris. folio centeſimonono, in argu. à comparatione: ſed conceditur vt actio de nouo producatur, ſecundum communem: quod eſt maius, ſecundum eum: ergo etiam condemnatio debet ob affectionem augeri, quod eſt minus.

111 Secundo probat: bonum eſt argumētum de augmento ad diminutionem: & econtrà. argu.l.fina.ff.de legatis tertio. eſt ignominioſum doctori perito adducere in argu. poſtquam ſunt iura formalia, quæ allego primo textum formalem.in l.& ſi cōtra tabulas.ff.de vulga.l.in ratione.in ſecūdo, ad legē Falcid.l.penultima, & ibi Baldus.C. de ſolutio l.primam.de iure emphy.ſed per affectionem minuitur condemnatio: ne laribus ſepulchriſque auitis quis careat.l.in fundo.ff.de rei vend ergo ob affectionem augeri debet.

112 Tertio ſuadet: nam actio reſciſſoria teſtamenti, eſt ſtricti iuris. Bartolus in l.ſi hæres. ff.de eo quod cer. loco. ſicut quælibet alia reſciſſoria: ſed hæc competit ob affectionē. l.libertus qui ſoluendo. ff. de bonis libert. ergo affectio producit actionem: etiam in actionibus ſtricti iuris.

113 Quarto probat ex l. pater.ff. de euictio. vbi ſi fundus dotalis euincatur conſtante matrimonio: actio ex ſtipulatu duplæ patri competit ob affectionem: & tamen actio ex ſtipulatu eſt ſtricti iuris. in dicto §. actionum.& docto. in rubri. ff. de verborum obligationib. & in l. quicquid aſtringendæ.illo titulo.

114 Item probat tam in contractibus ſtricti iuris, quàm bonæ fidei, actionem affectionis ratione oriri: per l. ſeruus ea lege. ff. de ſer. expor. vbi ſi tradiderim tibi ſeruum ea lege vt manumittas: vel ne proſtituatur: & non ſerues conuentionem, agam ad id quod intereſt ratione affectionis: ſiue contractus fuerit bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris: hæc ſunt fundamenta collegæ domini Alciati ſubtilia.

Communis eſt tenenda Reſponſoribus adductis per Alcia.

115 Si quis tamen velit communem tenere (quæ non eſt in iudicando, nec in conſulendo omittenda. l. prima in ver. crebior. ff.de offic.quæſt.l. prima, in principio: ibi ita omnes opinantur. de his qui notantur infamia.l. ita vulneratus.§. rurſus. ibi, authoritati veterum.ad legem Aquiliam. capi. nouimus. de verborum ſignificatione. capitulo in canonicis. decimanona diſtinctione: quia præſumitur verior. Nam facilius veritas inuenitur, quando à pluribus quæritur. capitulo ſi. vigeſima diſtinctione: & ſapiens, iudicium plurium nunquàm contempſeris vnus. Et præſumitur per imperitiam iudicare, qui inhæret ſingulari opinioni, relicta communi. Alexauder conſilio 95.viſis. columna ſecunda, in 2. volumine. no.doct.in capitulo primo, de conſtitutio. latè Neuiſa. in ſua ſilua nuptia) poteſt ſic ad illa argumenta reſpondere.

116 Et primo, quòd non eſt maius actionem conſequi propter affectum, quàm augere: nam habenti poteſtatem ita facile eſt de nouo producere, ſicut augere, & extendere.l.ſecunda.C.de pact. inter empt. & venditio.facit l.1. C.de Iuſtinia.C.confir. & ibi not.l. prima.§.omnia de veter.iure enucle. & l.cùm mota.de tranſact.& illud Ouidij, Non minor eſt virtus, & c.§. quorum. in proœ.Inſtitu.Sed conditor voluit actionem oriri ob affectionem in actionibus bonæ fidei, non augeri cōdemnationem: ergo huic deciſioni ſtabo.

117 Non obſtat ſecundum, quod bonum eſt argumentum de augmento ad diminutionem. Reſpondeo verum eſſe, quando eſt eadem ratio: alioqui non. Dec.in l. ſecundum naturam.ff.de regulis iuris. ſed ibi eſt diuerſa ratio: nā fauorabilius eſt diminuere, quàm augere.l. Arrianus.ff.de actioni.& obliga iuncta.l. quæ de tota. ff.de rei vendica. facit.l. diem proferre.§. ſi plures.ff.de recepr.arbit.l. fauorabiliores.& ibi Dec.de regulis iuris.

118 Item quando eſt vna præſumptio accuſans altera excuſans: recipitur illa quæ excuſat in totum, vel partem.l. vlti.§. videri. ff.de bon. eo. qui ante ſenten. mortem ſibi conſciuer.Guido papæ ſingul. 204. Pirrus in dicta l.quatenus.in ſecunda regula.Nam inhumanum eſſet, quòd ex facto alterius quis re ſua carere deberet dicta.l. in fundo. & l. Titius.de actio.empt.& quod ad ſatiſfaciendum pro expenſis ædificij per alium facti, quis cogatur vendere lares proprios, & bona auita.ideo ſtatuitur vt ibi.

De actione reſciſſoria, cōtra teſtamenta.

119 Non refragatur etiam quòd actio reſciſſoria contra teſtamenta ſit ſtricti iuris: quia fac eſſe: tamen ſapit naturam bonæ fidei: ideo ſecundum naturam illius regetur.l. in minorum. C. ex quibus cauſis in integrum reſtit.l.non eſt neceſſa.Pirrus in dicta l.quatenus.in ſecunda regula. Socinus conſilio 131.profecto.colum.tertia, in ſecundo volumine.Moder.in §.actionum.columna 4. In ſtitu.de actio.

Nouus intellectus ad l. libertus.

120 Item in dicta l.libertus qui ſoluēdo.erat vtilitas cum affectione: cùm patronus debeat habere quartam ex bonis liberti.§.ſed noſtra.de ſucceſſio.liberto. Inſtitut. ſi alius ſi thæres inſtitutus: & adeat: eſt ſoluendo hæreditas, poſtquàm inuenit hæredem: vt

dicit ibi textus quem clamat singu. Baldus in margina in verbo: hæres. quæstione 46. sic dicitur de hæreditate quæ inuenit em ptorem.l.si hæres.ff. ad legem Falcid. & si benè conspicias illum textum: ibi affectio non producit actionem: sed præteritio facta de patrono inducit bonorum posse'sio nem: vt ibi patet: dum dicit, non ergo ideo minus habere debet ius petendæ bonorum possessionis: quia animo potius, quam alio rum computatione bona liberti æstimat. & ille text. probat quòd affectio non tol lit actionem, nec impedit: sed non probat id ad quod eum inducit collega, vel alij moder.

121 Nec obest d l. pater. quia stipulatio contractui bonæ fidei apposita, assumit naturam bonæ fidei.l. prima. §. si quis sub conditione.ff. vt lega. vel fideicommi.l. si stipulutas. de vsur.§. fuerat. Institu. de actio. Ideo tanquam bonæ fidei actio consistit.

Declaratio ad l.pater.

122 Item ibi erat vtilitas cum affectione: videlicet, vt filia esset dotata: vt probat ibi text. interest, &c. ne pater teneatur iterum eam dotare: cùm sit officium suum dotare filias.l.finali.C.de dot. promissio. & vt ea mortua fundum dotalem possit repetere: vt probat ibi text. si rectè intueatur. probat etiam textus ibi, quòd magis paterna affectio inducit: intelligendo dictionem, magis comparatiuè ponis nam sola affectio (licet gl.ibi dicat) non inducit actionem.

123 Præterea stipulatio iuncta contractui no minato, assumit eius naturam: & d bet regi secundum naturam contractus, cui adhæret.l. si stipulatus.ff. de vsur. l. secunda versiculo parui.ff de priuileg. credi l. cùm mota. C. de transactio. vide text.singul. in l. si legati serui.ff.de legatis primo.& §.fuerat.Instit.de actio.l. prima.§. si quis sub con ditione.ff.vt lega.vel fideicommis.Bat.in l. si quis cùm aliter. columna secunda. ff. de verbo. obligationib. & in l.1. §.hæc actio. si quis testa.liber esse ius.fuerit.Socin. consilio 199.in caussa tract. columna secunda. in secundo volumine.Vincen.in l. 2.§. item si in facto. columna 20.ff.de verbo. obliga. & Ias.in d.l. cùm mota.collega sibi contra rius in rub. de verbo. obliga. Sic consuluit Baldus consilio 213. punctus talis est. in 1. volumine: vbi probat per similitudinem pacti incontinenti appositi: nam si iungatur contractui bonæ fidei, parit actionem præscriptis verbis: quæ est bonæ fidei.l.secunda.C.de pactis inter emptorem, & ven ditio.§.actionum.Institu. de actio. si iungatur contractui stricti iuris, est stricti iuris.l. iurisgenr.§.quinimò. & ibi not. ff. de pact.quia principale influit in accessorium, suam qualitatem, quam in initio habebat: vt no.in l.certi condictio.in glossa.ff. si certum petatur.

124 Item dum replicat, ibi: Nec dixerit quisquam stipulationem hanc, quoniam venditioni accesserit, bonæ fidei esse. argu.l. si stipulatus. ff. de vsur. in quo facit textus in l. in bonæ fidei. & ibi traduxit per illum textum docto.ff.de eo quod cer.loco. Bartholus in l. singularia. in texto speciali.ff. si certum petatur.Iason in rubli. ff. de verborum obligationi.columna septima.& l. miles.§.decem. & ibi Iason columna penultima de re iudica.

Replicatio Alciati retiditur.

Præterea, secundum eum, stipulatio eius contra ius naturam cui accedit ita imitatur, vt firmiorem validioremque conuentionem faciat: non vt qui non tenetetur, idcirco teneatur: & qui agere non poterat, idcirco possit. allegat Alexand. in l. prima, ff.de pact inquantum dicit non teneri propter stipulationem, loquitur contra text. apertum. in l. quamuis. C. de vsur. vbi stipulatio vsurarum facit vt teneatur, qui extra eam non teneretur.l. blanditus. de fideiussor. Item si nudo pacto promisi decem: & statim per stipulationem viginti, comprehensis illis decem: is qui non tenebatur ex pacto nudo: nunc tenetur, & in plus, per stipulationem: vt notoriè patet: ergo non indiget probatione.nota. in l si pacto.C. de pactis.

Item stipulatio de dupla, non facit vt pater agat fundo euicto: nam sine ea ratio affectionis iuncta contractui empti, & venditi (cùm sit contractus bonæ fidei.§.actionum.Institu.de actio.) facit vt producatur actio, quæ alias non produceretur. l. fideiussoris.ff. de Pactis. Pirrus in dicta l. quatenus.not. tamen quæ suprà dixi. Et hic labyrinthi custos adeo intra suum inundatus est labirinthum, vt vix se vel videat, vel intelligat, quæ scribit, tam cõfuse, tamque & prolixè more suo loquitur, & ea cõfusione qua alios notat, & maiore inuoluitur, adeo quod sibi minimè constat, vt quilibet intueri poterit, & materiam euictionis aliam, & dupli, hic etiam extra oleas tradit, ex sua vt dicit, ἀναλγητα extricare se cupiẽs, in synchesin deuolutus est, à qua vix egreditur.

125 Non obstat dicta l. seruus ea lege, quia in contractu bonæ fidei secundum gloss. ibi loquitur. vel respondeo, secundum Pirrum, in dicta l. quatenus. quem sequitur Renal. folio quadragesimonono, quòd ibi affectionis interesse, non præbet actionem: nec ille textus de hoc loquitur: sed de eo quod interest generaliter: quia generaliter interest hominis hominem beneficio afficere: cum natura quandam cogitationem inter nos constituerit.l. vt vim. ff. de iustitia & iure. Obstat tamen text. ibi, affectionis ratione rectè agetur: quocirca ego dicerẽ, quòd illud est ratione expressæ conuentionis: quæ est apposita iusta contractum bonæ fidei: videlicet venditionis, ideo secundum

Nouus intellectus ad l.praenum.

dum naturam illius regi debet. l. in bonæ fidei. & ibi not. do. C de pact. & supra dixi: nec probat quod in contractibus stricti iuris, (cum ibi sit pactum, iuxta bonæ fidei contractum) oriatur actio affectionis ratione tantum: imo ibi interueniat, vel ratione pœnæ alii promissæ, vel libertatis caussa: vt ibidem patet: vide.

126 Et inquantum dicit, quòd tacitè videtur actum, vt seruus manumittatur, quando emitur, & in aliis contractibus bonæ fidei: loquitur contra textum formalem, & expressum in l. quarta. §. si ab ignoto. ff. de manumissio. qui sic dicit, si ab ignoto emptus sit: postea autem precium obtulerit suum: dicendum erit non esse audiendum: ab initio enim hoc agi debet. & ibi dicit glossa. in verb. debet. vt emptor eum libertum faciat. Ecce ergo quomodo debet fieri conuentio, vt seruus manumittatur: alioqui emptor non tenetur eum manumittere postea: etiam si seruus offerat precium suæ emptionis emptori: vt ibidem dicitur. & not. ibi, plumbi. & gloss. approbata in d. l. cum seruus. in verb. nullum. Ergo requiritur, quòd sit expressè actum vt manumittatur: alias superflua esset conuentio expressa, contra doctrinam gloss. in l. prima. ff. quod met. cau. & Baldus in rubri. C. de contrahen emptiô. quæstione 9. item omnes serui empti, essent manumittendi: quod est absurdum: nec propositũ in mente retentum quicquam operabitur. l. si repetendi. C. de conditio. ob caussam. imò quis præsumitur seruum emere sua caussa: videlicet vt eidem emptori seruiat, non vt eum manumittat, vel vt alteri seruiat, nisi sit expressum. d. l. quarta. §. si ab ignoto. l. mancipia. & l. multum. C. si quis alteri vel sibi. aliàs præsumeretur iactare suum: quod est iuri contrarium l. cùm de indebito. ff. de probatio. nec præsumitur quis donare velle. l. filius familias. ff. de donationi. nec facit ratio affectionis, quã quis habet in alium: quia maiorem erga se habet l. præses. C. de seruitu. & aqua. & diuinare est, dicere dominum aliàs non venditurum, nisi vt manumitteretur: quia communiter homines sua caussa res distrahunt, non alterius. l. 1. ff. de contrahenda emptione: nec placet responsio quam dat ad l. si in emptionem. & dicta l. cùm seruus: quòd ibi agatur de re recuperanda, in qua affectio producit actionem: secus in acquirenda. loquitur contra textum formalem, & clarum. in l. non est probabilis. C. de rescindendã venditione sic dicentem: Non est probabilis caussa, propter quam rescindi consensu factam venditionem desideras: quamuis enim duplum offeras precium emptori, inuitus ad rescindendam venditionem vrgeri non debet. Ecce ergo quòd licet habeas affectionem ad rem venditam recuperandam, tamen illius ratione non poterit recuperari: alioqui omnes res ferme recuperarẽtur: quod dissuadet textus in l. prima, & sequenti. C. de vend. reb ciui. libro vndecimo, & miror quod non aduerterit collega ad ista tam facilia: nec Bartolus in l. videamus. ff. de vsur. ho. dicit.

Contra Alciat. tex. adducitur expressus.

Alci. contra tex. loquitur.

Item inquantum dicit dari actionem ratione affectionis: quando agitur de iure conseruando, vel quando res est perdita: textus est formalis in contrarium. in l. fina. ff. de oper. seruor. & l. si seruum. ad legem Aquiliam. Nec refragatur dicta l. in fundo. quia supra dixi quomodo intelligi debeat, in 4. nota.

Item dum dicit actionem oriri ex affectione, quando expressè conuentum est: tam in bonæ fidei, quàm stricti iuris iudiciis: dico oriri ex conuentione, si fuerit vestita: non ex affectione, sed eius ratione sic: vt patet in l. iurisgen. §. quinimò. ff. de pact. & dicta l. cum seruus. & aliis, iuribus supra allegatis: & sic tutior videtur communis opinio.

127 Nota tamen, quòd iniuriam illatã, ratione affectionis, potest consanguineus prosequi. l. prima, & secunda, & l. lex Cornelia. ff. de iniur. l. in personam. de pact. Albericus in l. vt vim. columna penultima. ff. de iustit. & iure, vide l. sed hæ. de procura. & l. exigendi. C. illo titulo, & actio tunc ex iniuria oritur, non ex affectione.

128 Alia est diuisio: quoddam est interesse proueniens ex delicto, quoddam ex quasi delicto, quoddam ex contractu, aliud ex quasi contractu.

Sexta diuisio, de interesse ex delicto.

Ex delicto, est damnum ex delicto proueniens: vt si instrumenta substraxisti mihi, per quæ poteram probare rem ad me pertinere, vel mihi deberi decem: quia non habeo, succumbo: teneris ad id quod interest: quod ex tuo prouenit delicto: videlicet ex furto. capitulo si quis, duodecima quæstione 2. l. qui tabulas. & l. quidam tabularum ff. de fur. l. si quis testamẽtum. ad l. Aquil.

129 Ex quasi delicto: vt si quis iniustè me excommunicauit: quamobrem amisi actionem iniuriarum, aut aliam: quia id temporis non poteram agere. capitulo intelleximus. de iudic. agam ad id quod interest, ex quasi delicto proueniens. doctores in dict. capitulo si quis. & l. ex maleficiis. ff. de actionib. & obligationib. Cardi. in capitulo sacro. columna nona, versiculo quæro, an alio modo. de sententi. excommunica. §. primo, de obligationib. quæ ex quasi delict. instit. l. prima, ff. de his qui deiecer. vel effuder. Specul. in eodem titulo, in §. finali in fine. Asten. in sua summa. lib. 7. titu. 8. art. 4. in secunda. q.

De interesse ex quasi delicto.

130 Ex contractu patet in l. prima, & per totum. ff. de actionib. empt. vel si petam plus

De interesse ex contractu.

loco, aut tempore: in casibus à iure permissis, poteris commodum medij temporis vel loci petere.l.vna.C de plus petitio.l.secunda, & l.sequenti.§.finali ff. de eo quod cer.loco.Specul.eodem titu.§. fina.versi.& vt hic articulus.

131 Ex quasi contractu:vt prælatus tenetur soluere expensas in prosecutione electionis factas,ex quodã quasi contractu. capitulo, vt prætentæ.de electio.Specula.in titulo de fructibus,& interesse.§.finali. versiculo in summa. Cardina.vbi supr.l.Itẽ qui gerit negocia absentis, vel pupilli. §. primo, & sequen.Instit.de obliga.quæ ex quasi cõtract. nascun.l.1.§.de rationibus ff.de tutel.& ratio.distrahen.

Septima diuisio de interesse publico,& priuato.

132 Alia est diuisio:quoddam est publicum, aliud priuatum. Publicum quoddam inæstimabile, aliud æstimabile. Publicum inæstimabile sic definitur per do. Igneum, in dicta.l. quatenus.columna sexta. Est reparatio status publici læsi, propter aliquod iniuste factum, vel non factum: datum, vel non datum: quæ commodè æstimari nnn potest. Non placet: quia postquam non potest æstimari:ergo nec reparari. argu l. decem. ff. de verborum obligationibus.

Noua definitio interesse publici inæstimabilis.

Igitur ego sic definirem: Interesse publicum inæstimabile, est læsio status publici, propter factum iniustum, vel cessationem contingens, quæ æstimari commodè non potest.

Nõ licet iuxta ciuitatis muros,aut castra, ædificare.

133 Primò ponitur exemplum in ciuilibus: vt si ædificium fiat iuxta ædes sacras, aut muros ciuitatis, vel castri: nam reipublicæ interest ne fiat.ff. ne quid in loco sacro: & ne quid in loco publico. & ne quid in flu. publi.per totũ.Item si deformetur aspectus publicus.dicta l. prima, ne quid in loco sacro.l. nam & rei publicæ. ff.de noui operis nunciatio.l de pupillo.§. si quis riuos. illo titulo, l. opus.ff.de oper. public. requiritur spacium quindecim pedum, à loco sacro, vel publico.l.si cui. & l.sequenti.C.de ædif. priua.l. secunda, ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. hoc tamen est secundariò publicum,principaliter priuatum.gloss. in l. 1. §. huius studij.ff. de iusti.& iur l. seruum. §. publicæ. de procura.l. non tantùm.de appella.l.1.sol.matrimonio, & hoc in faciendo consistit.

134 Aliud in non faciendo consistit, quod fieri debuit: vt si via puclica nõ sit refecta. l. ædiles.ff. de via publica. nam reipublicæ interest; alioqui fundus proximus itineri erit.l. si locus.§. 1. ff quemadmodum serui. amittat.gl.in c.omnes leges.1.dist.

Item in principio decreti habetur, non facias aliis,quod tibi fieri nnn vis. l. prima & l vt vim ff.de iust.& iur.dicta l. de pupillo.§ si quis riuos.de no oper.nuncia.

135 Item consistit in non dando quod dari debet: vt si quis nõ soluat tributa quæ reipublicæ interest solui.l. omnes. in 1. C. de anno.& tribu.libr.10. Item si debita fisco non rependat.in authen.vt aliena.sine quoquo suffrag.fiant §.illud.vers.opportet. colla 2. & §. publicorum. de manda. princi. colla.3. alia exempla citat do.Igneus. colũ. 7.d.l. quatenus.

136 Adde etiam, quòd in criminalibus consistit: & primò in faciendo: vt si commissum fuerit delictum,quod reipublicæ expedit manifestari, vt coerceatur.l.licitatio.§. quod illicitè. ff. de public. l.si longius. §. 1. de iudic.l. ita vulneratus.§.quòd si quis. ad leg. Aquil. cap.vt famæ. de senten.excommuni.nec commodè æstimari potest, quáti intersit reipub. liberam, & purgatam esse prouinciam malis hominibus. l.congruit. ff.de offii. præsid. satisfit tamen reipub. si pro modo delicti,& personæ conditione,ac qualitate pœna reo statuatur.l.1. ff. de iusti. & iur.l. 1. C.ad leg.Iul.repetunda. & l. aut facta.§.si.ff.de pœnis.

Nocent iudices

137 Et in hoc oportet esse iudices studiosos, vt congruis delinquentes pœnis afficiant. Baldus in d.l. ita vulneratus. in fin. quòd si desides fuerint circa delictorum coerctionem,aut pœnam à iure statutam sine caussa diminuant, similitudine supplicij puniri debent. text sigular.in l.fina. C. ne sanctum baptisma reitere. seundum Roma. singul. 77. veni.qua. Cepol. cautel. 234. si iudex. & Rauen. in alphabe. in verb. delicta. & infamia notantur, in l.seruos. C.ad legem Iuliam. de vi publ. quam singul. & vnicam in mundo clamat Roma. d. singu. 77.& Chassa.in consuet. Burgun. in rubri. *d.s iustices.* §. 5. in gloss. *à l'arbitrage.* num. 24 in consuetu.Burgundiæ. & Hippolitus in pract.§. expedita. numero 87.vide textum in l.1 C de deserto.libro.12 & in ordina.regis Caroli 5. artic.2. vbi prohibet pœnas criminales in mulctas pecuniarias commutari in l.2.C.de commerciis,& mercato. Consistit etiam in non faciendo: vt si vassallus non defendat dominum suum. capitulo primo,quibus modis feudum amittatur aut seruus.l. prima,ff. ad senatusconsultum Sillanianum. & ibi dixi, in repeti. l.diuus.necnon in dando consistit: vt si quis dat iudici pecuniàm, vt eum corrumpat. Nam reipublicæ interest,ne id fiat.l.prima, cum authen.ibi posita.C.de pœna iudi. qui malè iudica.

Contra emẽtes officia.

138 Idem si dat pecuniam ratione officij habendi: quia in crimen ambitus incidit. l. vna.ad leg. Iuliam ambit.Imò sic per pecunias officium acquirens, dicitur simoniacè acquirere.gl.in l.2.C.de muriregu.lib.11 nec obtinens eo modo, debet gaudere priuilegiis sui officij.l. vniuersi. C. de legatio. lib. x.& punire debet amissione dignitatis,cum viginti libri.auri.l.vna.C de pistoribus. li. 11.licet hoc nõ obseruetur:sed temporibus

nostris

no stris quicunque placere laborat: Det, capiat, quærat: plurima, pauca, nihil. glos. in capitu. cùm Marthæ. de celebrat. missa. male dicta emprio officiorum, ac beneficiorum, hodie inualuit in magnum animarum, & totius reipublicæ detrimentum: ideò interest reipubli. non esse datam pecuniam. authent. vt iudic. sine quoquo suffrag. fiant. collatio. secunda. & in authent. scriptum exemplar. ibidem & hos ementes & vendentes reprobat dominus, Matthæ. 21. capitulo nullus 1. quæstio. 1. Idem dando pecuniam publicam, vel consumendo, in lege Iuliam peculatus incidit. lege prima & sequen. ff. ad legem Iuliam pecul. vide in arbore breuem declarationem ac vtilem. & quæ dixi suprà in prima diuisione, vbi tenui nouam opinionem, videlicet non requiri interesse inæstimabile. vide etiam suprà in præfatio. quæ dicta sunt. & per Baldum in lege prima. numero octauo. ff. soluto matrimonio, columna quarta.

De interesse in publico æstimabili.

139 Publicum æstimabile, est inæstimatio læsionis publici status, contingentis propter alicuius factum iniustum. vel cessationem iniustam. Pone in re ecclesiæ alienata contra legis prohibitionem: ob quam alienans tenetur illi ecclesiæ ad id quod interest, quod potest æstimari. §. quia verò &c. §. sicut damnosas. in authent. de non alienand. reb. ecclesiæ. collatio. secunda. l. iubemus. §. œconomus. C. de sacrosanct. eccles. cap. secundo, & cap. nulli. de rebus eccle. non alienan. extrauagan. 1. illo titu. in communibus. l. qui autem. §. fin. ff si quis cautio. scripsi in compendi. aliena. rerum eccles. Idem puto de alienante res pupilli. l. final. C. de magistra. conuenien. consequens est si quis aliehet res reipub. argumē. l. qui solidum §. etiā. ff de legat. secundo. & domi. Igne. dicta lege quatenus. columna octaua. Non absimile est, in officiali alienante suas res, reipublic. obligatas. l. prima. C. de præd. decurio. libr. decimo.

Domus ædificata in loco publico an debeat destrui.

140 Idem si domus est ædificata in loco publico: si non nocet vsui publico, non debet tolli: ne vrbs ruinis deformetur, sed pro solo pecunias rei publicæ dabit, si nemine prohibente primò ædificauerit. lege secunda. §. si quis nemine ff. ne quid in loco publico: l. prima & ibi patruus meus Iacobus Rebuffus. C. de diuers. præd. libr. duodecimo. & per hoc patet quid sit publicum, & etiam priuatum: quia cognito vno de contrariis, cognoscitur & reliquum. lege prima. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. docto. in rubric. ff. de acquirenda. possess. nam omne quod non est publicum, est priuatum.

Octaua diuisio de interesse vltionis, affectionis, & applicationis.

141 Alia est diuisio Quoddam est interesse vltionis, affectionis, & applicationis. Vltionis, est vt si vendam seruum, qui commiscuit se cum filia, ea lege ne manumitteretur: vel ne remaneat in ciuitate, propter filiam: hoc enim pactum impediet libertatem ratione vltionis, seu vindictæ. lege penult. C. si mancipi. ita fuer. alienat. vt manumitt. lege seruus. ea lege. ff. de ser. exportan. tacit. lege penultim. ff. de condictio. caussa data. & lege moueor. & per totum, C. si sert. exportan. vene. idem consului rustico, qui vēdiderat bouem cornupetam, ea lege ne in sua parochia pasceret: & emptor omnia bona sua, ne hoc fieret, obligauerat: promiserátque pœnam, si contrauentum fuisset: quod poterit in curia sigilli. si ibidem fit obligatus, exponi clamor pro damnis, & interesse contra emptorem, si contra factum fuerit conuentioni. lege 2. C. si ser. exportan. vene.

No. pro rustico obligato ad rigorem parui sigilli.

Interesse affectionis suprà fuit declaratum: applicationis, vt quando dānum passo applicatur: & hæc lex in eo loquitur, secundum Bladum in dicta lege pen. C. si manci. ita fue. aliena.

142 Alia est diuisio: Aliud est interesse valoris, mœroris, & pudoris.

Noua diuisio de interesse valoris, mœroris, & pudoris.

Interesse valoris est: vt si non tradas rem, teneris ad id quod interest: id est quantum valet res: & quandoque in plus. d. l. 1. ff. de actio empt.

Aliud est interesse mœroris: quia si fœnum mihi venditum non tradidisti, idcirco boues & equi mei mortui sunt fame: passus sum mœrorem, non tamen peto illum sed interesse intrinsecum: sic: vt infrà dicam. lege si sterilis. §. cùm per venditorem. ff. de actio. empt.

No. qui facit cōuiuia & emit perdices.

143 Interesse pudoris: vt si volebam facere festum pro doctoratu, vel filia nuptui danda: vendidisti mihi perdices, capones, & similia: vel vinum, & non tradidisti: quare festum ob vini defectum ludibrio fuit: & maximè mihi pudori, tamen non consequar hoc interesse, sed quantum communiter valuit tempore conuiuii. Specul in titul. de fructibus & interesse. §. fina. versicul. sed quid. text. & ibi Bald in lege cùm venditorem. C de actio. empt. & sic emens rem similem cariori precio, eò quòd res debita non traditur: potest interesse petere, quando res empta esset similis bonitatis. Bald. in lege si traditio. C. de act. empt.

X diuisio de interesse certo, & incerto.

144 Alia est diuisio: quoddam est certum, aliud incertum. Certum quando apparet quid, quale, quantumve sit. l. certum. ff. si certum peta. vt si domum promisisti fabricare: & si ad tempus vel diem non perfeceris, promisisti centum: hoc est certum. l. fin. ff. de præto. stipula l. nummis, in fin. de in litem iuran. l. si pœnam. de verbo. obliga.

Incertum: quod per se non est liquidum quid, quale, quantumve sit. lege vbi. §. illud. ff. de verbo. obliga. docto. in l. 1. §. fina. de eo quod cert. loco. & à principio interesse dicitur incertum: tamen ratione spei infallibilis potest dici certum: & peti condictione certi. text. & ibi gloss. & doctores in lege certi condictio. in principio. ff. si certum

peta. & hoc potest fieri certum quandoque officio iudicis taxantis de iure digestorum. declaratur in l. videamus. ff. de in litem iu rand Item per testes, & iuramentum: vt dicam in gloss. in verb. subtilitatem. Iacob. in l. final. ff. si quis in ius vocat. non ierit. vbi licet à principio sit incertum, postea potest certificari. Item potest dici certum per rerum naturam, licet contrahentes ne sciant. Alberic. in di ta l. vbi §. illud. Renal. in princip. sui tracta. de eo quod inter. quod parum placet, quia omne interesse diceretur certum.

XI diuisio. de interesse ex caussa probabili & honesta &c.

145 Alia diuisio: interesse aliud est ex caussa probabili, & honesta: aliud ex caussa probabili, sed non honesta: quoddam ex caussa honesta, sed non probabili gloss. & docto. in l. manifestissimi. C. de de furt.

Primum est, si res mea sit mihi furto sub tracta. intereste mea ex caussa probabili atq; honesta: idcirco furti agam. l. 1. & per totum ff. de furt.

Secundum, ex caussa probabili, sed non honesta: vt in fure qui furatur rem ab alio: qui licet sua intersit, eo quod tenetur ad restitutionem, tamen furti non aget, quia est in honesta caussa: & nemo ex improbitate sua actionem consequi debet. l. itaque. & l. eum qui emit. §. is. autem. ff. de furtis. dixi supra in definitio. prima. Bar. ibi, iusta vtilitas, &c.

146 Limita, nisi à principio voluntatem domini habuerit: vt quia erat ei commodata, & ipse etiam commodauit: & sic commodando furtum commisit. l. qui vas. §. si ego. ff. de furt. Poterit tamen fur condicere possessionem rei furatæ per condictionem triticari iam. l. prima, & sequen. ff. de condictio. tritica. Cin. & alij, in di. l. manifestissimi. C. de furt.

Ex caussa honesta, sed non probabili: vt si emi rem, & antequam sit mihi tradita, vel quasi, fur eam accepit: licet mea intersit ex caussa honesta, tamen furti non agam: quia caussa non est probabilis: id est, non habeo dominium, vel ius in illa ante traditionem. l. eum qui emit. in princip. & l. is cuius. in fin. de furt. gloss. in d. l. manifestissimi. l. traditionibus. C. de pact.

XII. diuisio. de interesse lucri, & damni.

147 Alia diuisio: Interesse quoddam in damno consistit, aliud in lucro: vt hac lege patet, versiculo & hoc non solum, Albert. & communiter doctot. hic, & Petr. de Ferra. in sua practic. in forma libel. in actio. reali. in gloss. & in florenis.

XII diuisio, interesse quoddã legale, aliud iudiciale.

148 Alia diuisio: Aliud legale, aliud iudiciale.

Legale, quòd à lege taxatur: vt hic in casibus certis ad duplum. gloss. in verb. proferuntur. infrà.

Iudiciale, quod per iudicem æstimatur: vt in casibus incertis. do. Igne. in dicta. l. quatenus. columna vndecima. suprà dixi in summario huius legis.

XIIII diuisio de interesse intra rem, & extra rem.

149 Alia est diuisio: Interesse aliud est circa rem, quod vocant quidam intra rem, seu intrinsecum: aliud extra rem quod vocant, extrinsecum: seu remotum: & probatur hæc diuisio. in l. si sterilis. §. cùm per venditorem. ff. de actio. empt. lege & tantum. §. in hac de ser. uit. corrupt. Interesse circa rem, seu intra rem: quod dicunt: & pro eodem hic accipiunt quidam doctor. qui hæc nomina intrinsecum & extrinsecum confinxerunt, secundum Modern. hic, scrutandum est quid sit: & profundum pelagi ad hoc declarandum ingredimur: teste Cin. hic, columna sexta. ideò Specul. in eodem titul. §. fi. versicul. in summa declarat: Ego verò citabo principales opiniones, & primo Bar. recitat hic. columna septima, versiculo item quæro iuxta &c. opinionem Vltramonta. qui quò ad nos Citramontani sunt, dicentium interesse circa rem esse, quod sequitur rem quocunque vadit: ideo si seruus sit hæres institutus, tota hæreditas dicitur. interesse intrinsecum. lege venditor ff. de eui ctio. lege inde Neratius. in princip. ad legem Aquiliam si non sequitur rem penes quemcunque vadat, vt in tigno cuius vitio domus perit, dicetur interesse extrinsecum lege Iulia. in princip ff. de actio. empt. idem in lucro, quod aliquis tanquam mercator facere potuit dic. §. cum per venditorem. Petrus tamen sic dicit: Interesse circa rem est, siue in extrinsecis, siue in intrinsecis: dum tamen comittetur rem, quocunque vadat: sed interesse extra rem quod non comitatur rem. & hoc sequitur Bartol. in lege & tantum. §. in hac. ff de ser. corrupt. & in dic. lege venditor. & A. ber. hic colum. 4. reprobato exemplo, de hæreditate data seruo.

De dictione, ex, & propter.

150 Postea Bar. præmittit, quod habemus dictionem ex, & propter: dictio, ex, denotat caussam proximam: dictio, propter, & ob, caussam remotam l. non dubium. ibi. ex eo, vel ob id C. de legib l. prima ibi, ex ipso mãdato. vel propter, si seruus extero. l. eo tempore. in fin ff. de pecul. Imo ego dicerem quod dictio ex, denotat separationem non intrinsecitatem. l. à caligato, & ibi doctor. C. de nupt. quod probat, excommunicatio idem est quod extra communionem positio. facit. capitul. accedens quinquagesima distinct. & ibi not. Archidiaco. sequitur Corne. consilio 358. videtur columna tertia, volumine primo. & sic aliquando sumitur. quo præsupposito, ponit quid sit intrinsecum: videlicet idem quod ipsa res, seu eius æstimatio: & illud quod immediatè ex re prouenit, vt fructus, partus: & similia. text. in extrauagan vna. in §. in soluendo. de decimis. in extrauag. communibus.

Extrinsecum est, quod occasione rei prouenit, non ex re ipsa: vt pœna, hæreditas, familia fame necata: & cætera id genus. text. de rei occasione. in l. manifestissimi. §. sed cum in secundam. C. de furt.

Præterea

Seruitutes an ſint in bonis, vel extra.

151 Præterea reprobat Pet. opinio. in intrinſeco, dum dicit ſequi rem, quia ſeruitutes prædiales ſequuntur rem. l. cùm fundus. ff. communia prædio. & tamen non ſunt intrinſecæ, nec in bonis noſtris dicuntur. lege prima. ff de vſufruct legat. ergo id non dicitur intrinſecum, licet ſequatur rem. domin. Igne. in dicta lege quatenus colum. ſexta, defendit opinionem Pet. dicens, licet non ſint in bonis, nec etiam dicuntur extra bona dicta lege prima de vſufruct. lega imò quo ad aliquos eff. ctus dicuntur in bonis noſtris. lege rem in bonis. ff. de acquirenda. rer domin. vbi res dicitur in bonis, quando & actio & exceptio datur. lege loci. § primo. ff ſi ſeruit. vendice. § æquè. Inſtitu. & actio, ergo quo ad hoc dicuntur in bonis. facit textu in lege in venditione, in principio, ff de bon. authorit. iudic poſſiden. vbi in venditione bonorum venit vſusfructus, qui eſt ſeruitus lege prima §. ſi vſusfructus ff. ad legẽ Falcidiam. facit l. bonorum §. in bonis de verborum ſignificatione. Item licet res non ſint in bonis principaliter, ſed acceſſoriè, tamen veniunt in æſtimatione & petitione. l. creditor in 1. ff. de pignor. actio.

Nec obſtat dicta lege prima: ido ſeruitutes non dicuntur in bonis: quia ſine prædio alienari non poſſunt lege ſi aliena. §. primo. ff de vſucapion. nec per ſe eſſe poſſunt, niſi cum re vel perſona lege prima. & ibi nota. ff de ſeruitut. lege prima communia prædiorum. item dicuntur quædam qualitates. l. ſeruitutes ff. de ſeruitu. vrban. prædio. quæ non poteſt eſſe ſine ſubiecto. lege eius. & ibi nota. docto. ff ſi certum petat. ſequitur amicus meus & conterraneus do. Iaco. Bonaud. in additio. ad Ioan. de terra, rubric. in princip primi articul. in tractat. contra rebelles regum Aduerte tamen, quod dicta l. prima non dicit quod doctores aſſerunt, ſed tantum dicit ſeruitutes non eſſe ex bonis, nec extra, ergo non dicit in bonis vt ſcripſi abundè in l rei prima. ff. de verbor. ſigni. vbi abundè elucidaui.

52 Item quia accedunt prædio, cui debeotur. dicta l. cum fundus. ergo d. ſeruitutes acceſſæ non erunt in bonis, ſed potius ipſe fundus dominans. Panormitan. & Modern. in capit. cum eccleſia circa finem. de cauſſa poſſeſsion. & proprie. ſicut dicitur de eo quod accedit veſtimento. §. ſi tamen. Inſtitur. de rerum diuiſio. & de tigno ædibus iniuncto in l. rerum mixtura. ff. de vſucapio. Plus dicit hic Bart. hæreditatem dici extrinſecum intereſſe, & non intrinſecum: quia non ex re venit: & ita reſidet: & collega in ſententiam Bartol. pedibus vadit. Iacobus de Aren. prout refert hic Albert. columna quarta, dicit aliud eſſe intereſſe rei, aliud extra rem. Bald. in effectu idem probat in additio. ad Specul. in eo titu. columna quarta, verſicu. item not. ponens intereſſe rei, circa rem, & extra rem: quod Salice. nouiſsimè verbis, non reprobaui: dicens aliud intrinſecum, aliud extrinſecum: & iſtud aliud proximum, aliud remotum. Socin. in rubric. colum. 11. ſequitur: ponens intereſſe rei, circa rem, & extra rem.

Intereſſe rei extra rẽ, quid.

Intra rem, eſt æſtimatio damni reſpiciẽtis bonitatem intrinſecam rei, prout eſt in tempore quo agitur: vt ſi res vendita non traditur: vel ſi res mea deſtruitur: illud eſt intereſſe commune ſuccedens loco rei deductæ, in contractu vel maleficio lege prima ff, de act. empt. l. ſecunda, ad legem Aquiliam.

Intereſſe circa rem, eſt quod rei accedit vt hæreditas ſeruo delata: & venit illud tanquam cohærens & connexum. lege proinde, in princip. verſicul. Item cauſſæ corpori cohærentes æſtimantur. ff. ad leg. Aquil. d. l. venditor.

153 Nam dictio, circa, rebus coniuncta. non principalitatem, ſed acceſsionem notat. lege Rutilia Polla. ff de contrahend. emptio. lege qui duo. de ſeruitur. ruſtic. prædio. & hoc differt ab eo quod eſt intra rem: quia magis latè patet, circa, quàm intra: ſecundum eum. column. vndecima. & intra rem, non excedit precium commune intrinſecæ bonitatis: ſecus in hoc. in dicta lege proinde.

De dictione, circa.

Intereſſe extra rem, eſt æſtimatio damni, non reſpicientis intrinſecam bonitatem rei, nec aliquid quod rei cohæreat: ſed ex toto eſt ſeparatum: vt patet in intereſſe pœnæ, in quam incidit propter moram debitoris. l. liber homo. 2. in fine. & l. ſi pœnam ff. de verborum obligatio. attamen quia fruſtra fit per plura. quod poteſt fieri per pauciora: & idem iudicatur de intereſſe circa rem, ſicut de intereſſe intra rem. vt in dict. §. cùm per venditorem.

Item dictio, circa, aliquando ponitur, pro intra. l. vltima ff de iure fiſci. & ibi gloſ. in l. final C. de poſthum. hæredir. inſtituend. ideo opinio Bart. tanquam communis erit tenenda: quam hic communiter ſequuntur doctor. & eam communem dicit Decius in rubric. columna penultima. licet fortè in puncto iuris opinio Socin. ſit verior: quia intra, & circa, differunt: & dict. §. cum per venditorem. non loquitur planè de intereſſe extra rem, etſi ad hoc communiter allegetur: & inductio doctorum (ſi ſit intereſſe circa rem: ergo extra rem: cum poſito vno ex correlatiuis, reliquum ponatur leege final. C. de indict. viduitat. tollen.) non eſt ſufficiens, nec video eſſe correlatiua. attamen ne ſingularis videar, cogitet doctus.

Declaratio ad §. cum per venditorem.

154 Nota tamen aliqua requiſita in illo §. primum, quod res non ſit tradita, & ſic requiritur mora, ibi dum dicit, ſteterit quominus rem tradat. Secundo, quod ſtet per debitorem: ſecus

sicut si per creditorem in textu, ibi, per venditorem. Tertiò, quod sit vtilitas circa rem: ergo si extra non attenderetur: ibi quæ modo circa rem consistit. Quartò, quòd non sit rei æstimatio: quia illa si augetur, bene attenditur: vt ibi, quamuis æstimatio crescat. Soci. consi. 156. pro fundamento. colum. tertia, in secundo volumine. Quintò, vt illud lucrũ quod petit, habuisset creditor, si eis res ad diẽ fuisset tradita: ibi, hoc haberet emptor. & super his cogita, quia sunt periculosa. dicam in gloss. dupli. aliqua.

Noua definitio interesse circa rem, & extra rem.

155 Ideò nouiter sic definio: Interesse intrinsecum, est æstimatio vtilitatis non habitæ culpa alterius, circa rem consistentis: vt fructus & partus declarat text. in l. denique. §. fina. ibi, sic tamen vt incrementum ex rebus peculiaribus ad eum perueniat: vt puta partus ancillarum, vel fœtus pecorum. ff. de pecul. lega. & hæc definitio fundatur in dicto §. cùm per venditorem. sequitur Ambros. de Vignate in repetitio. ca. salubriter numer. 247. de vsur. Corne. consil. 306. licet in primo volumi. Alexand. & Ias. in l. nummis. ff. de in litem iurand. Potest poni etiam, si auctum fuit precium monetæ: nam debitor à tempore quo debebat reddere, tenetur. l. cum quid. ff. si certum petat. Albert. Brunus in tracta. de augmento monetæ. Idem si venditor recipiat fructus post solutum precium, citra conuentionem & consensum emptoris, eos tenebitur restituere. l. curabit. C. de actio. empt. & ibi nota. vide. l. cùm per venditorem illo titul. & pone de. l. tertia. §. si reddita. ff. commoda. & l. prima. §. si tres deposita. ff. deposit.

Extrinsecum, est æstimatio vtilitatis nõ habitæ culpa alterius extra rem proueniens. dicto §. cùm per venditorem. Potest poni in seruo hærede instituto, occiso. dicta. l. inde Neratius. & familia fame necata, ob frumentum non traditum: & in libro non tradito scholari: quod si fuisset ei traditus, alter Barto. effectus fuisset, vt his asserit. Item potest poni in l. proinde. in prima. ff. ad legem Aquiliam, vel quia non ædificasti mihi ouile, oues demortuæ sunt frigore in hyeme, vt quidam allegabat in hac ciuitate, & hoc non attenditur. Multa alia exempla poteris per te inuenire: & recentiores ponunt, ad quos te remitto.

Intrinsecum & extrinsecũ, multis modis dicitur.

156 Notandum est tamen, quòd mulis modis potest dici intrinsecum, aut extrinsecum. Primo dicitur extrinsecum, quod extra numerationem aliquorum casuum euenit: & sic id quod est extra specificata l. prima. C. de loca. & ibi gloss. & docto. l. quinta. §. nunc videamus. ff. iudica. sol.

Item extrinsecus dicitur accedere hæreditati, quod ex ipsa hæreditate non prouenit. l. item veniunt. §. item non solùm. & ibi gloss. ff. de petitio. hæredita. Item bona filiis extrinsecus dicuntur venire, quando extra substantiam testatoris proueniunt. l. cum oportet. §. sub hac. C. de bon. quæ liber. licet in contrarium videatur text. in l. qui proprio. §. procurator. ff. de procurato. vbi res quas ob litem consequitur procurator, vt fructus rei petitæ, vel aliquid obueniens ex stipulatione ob rem non defensam, dicitur extrinsecus obuenire: eo quia principaliter ipsius litis seu rei nomine non venit. Item extrinsecus, quæ extra bona delinquentis veniunt. l. defensionis. C. de iure fisci. libro decimo. Aliquando extrinsecus dicitur. quod ad præsentem actum nil pertinet, sed est superuacaneum. l. quæ extrinsecus. ff. de verbor. obligatio. Quandoque quod est extra caussam, personam, vel rem. l. quid ergo. §. quantum. ff. de his qui notant infa. & l. si sponsus. §. si maritus. ff. de donatio. inter virum & vxorem. Liuius lib. quinto. belli Punici, paulo post principium: ibi, caussa fortè extrinsecus mutandæ eius interuenit. Aliquando extra personam. l. bona fides. versicul. incurrit ff. deposit. interdum extrinsecus, extra dotem. l. quod dicitur. ff. de impens.

Item dicitur extrinsecum, ratione alicuius modi adhibiti circa caussam efficientem: vt si dolo induxero te ad contrahendum. Bald. in l. non dubium. in 7. opposit. C. de legib. vbi dicit tunc inesse vitium in parte non intrinseca. Aliquando id quod occurrit non ex re, sed extra naturam rei. l. fluminum. §. vicinum. & l. damni. in tertio. ff de damno infect. Ponitur etiam extrinsecus, extra hanc actionem. l. fin ff. de tigno. iniunct. Item extra actum. l. quæritur. §. puerperam. ff. de ædili. edict. Et extrinsecus, extra pecuniam: quam pro publico faciunt. text. in l. sacrilegij. §. qui cum in moneta. ff. ad legem Iuliam pecul. Item extrinsecus, dicitur extra filij potestatem. textum cum gloss. in l. iam dubitari. ff. de hæred. institut. Et extrinsecus habitus debet portari per religiosos, non coopertus. Clemen. secunda. & ibi gloss. de vita & honesta. clerico. Item extrinsecus, extra verba scripta. lege prima, §. primo. ff. de his quæ in testamen. delen. Aliquando extrinsecus extra deponentem. authent. sed iam cautum. C. deposit. & ibi gloss. & in authent. de deposito. collatione quinta. vide text. in authent. vt iudic. sine quoquo suffra §. an certè. column. secunda. Item extrinsecus extra contractum. l. donationes quas diuus. C. de donation. inter virum & vxorem. vide alia iura loquentia de extrinseco: & ibidem quomodo accipiatur. capite. Petrus. tricesimanona distinctione. l. qui domum ff. locat. l. vna C. si rector prouinc l. vltima, de nouat. l. cùm nemo, de acquirenda possessione l. proponebatur. §. finali ff. de iudic. & l. ex libero. §. primo. ff de quæstionibus. l. eum quis. in fine, de dote prælega.

lege 1.& Matthei septimo capite: Intrinsecus sunt lupi rapaces.

Nota de qualitate intrinseca & extrinseca, & quando præsumatur.

157 Item qualitas intrinseca dicitur, cum qua quis nascitur, vt pacificus, sobrius, castus, bonus, ignarus: & illa præsumitur. lege si verò.§.primo, ff.qui satisdat. cogant.& ibi gloss.

Alia est qualitas extrinseca, quæ ex accidenti nobis & extra euenit: vt scientia, doctoratus, mercatura, canonicatus: & cætera id genus. gloss. singul.in capite si fortè. de electio. libro sexto. quam ibi singu.dicunt docto. & Alexand.consil.28.viso & præhabito. colum.secunda, in secundo volumin. & consil. 79.visis.in 4. volumine & consi.219 ponderat's colum.quarta, in sexto volumi.Barba.consil.33.scripsit. columna. prima, in secundo volumi.Domi.Gemini. consi.87.apparet. & Barb in capite quia V. colum.quarta, de iudi iudic.capite in præsentia.& capite quoniam.de proba. & in rubr. de fide instrumen. collat. 124.in paruo volumin. & in cap.primo.colum penultim.de pecul.clerico sequitur Felin.in cap. final.colum prima de præsumptio. Ias.& alii. in l. sciendum ff de verbor.obligatione. Albert. Brunus in tractat. de forma & solennita. actus rubric.de probatio. & præsumptione formæ.&c.

Qui nō præsumatur familiaris papæ.

158 Item quòd quis sit familiaris papæ, est qualitas extrinseca: ideò non præsumitur, si non probetur. Barba. consil 82 clementissimi columna secunda, in quarto volumin.quod facit ad intellectum multarum regularum cancellariæ.

Idem si quis dicat se ad ordines promotum.domi.de Rota decisio. 84. nota.quod vbi.in antiq.

Quod limitant doctores, præsumi, quando non fuit per partem oppositum. cap.ea noscitur de his quæ fiunt à prælat. Mathesila no.12.nota quod illa.

De bonitate intrinseca, & extrinseca.

156 Item quædam est bonitas intrinseca, quæ à natura rei prouenit: & ex rei qualitate substantiam capit: vt in vino color, & sapor, seu gustus & hæc attenditur l cum quid. & l.vinum ff si certum peta.& Genes.1.cap. Vidit Deus omnia quæ fecerat, & erant valde bona: scilicet bonitate intrinseca.

Bonitas extriseca, est valor rei augmentum, & similia: & non attenditur nisi à tempore moræ. l.ratio.§.si per venditorem ff. de actio.empt.& dicta.lege vinum.& l.cum quid.

160 Extrinseca declarant intrinseca. capit ex studiis.de præsumpt.§.pauonum. Institut de rerum diuisio.l.his qui.§. diuus.ff. de tutor. & curato.dat.ab his.de persecutione intrinseca & extrinseca, tradit Bald.in capitulo nisi.colum.vlt.de renunciatio.

Solennitas intrinseca, & extrinseca.

161 Postremò quædam est solennitas intrinseca: quædam extrinseca. Intrinseca dicitur illa, sine qua actus non potest consistere iuxta intentionem principalem agentis, seu quàm natura rei prolatæ comprehendit, vel est apta comprehendere: vt si dico fideiussorem: ergo & stipulationem, cùm sine ea fideiussor esse non possit. l.blanditus C.de fideiussor.§. [illegible]nna.institut.eodem titulo. igitur stipulatio dicetur intrinseca solennitas fideiussionis.

Idem de interrogatione & responsione, verbis & non re facta, inter præsentes, & sine interuallo, in stipulatione.l.prima. & ibi not.doctor. & l. sciendum. ff de verborum obligat.Bald.in l.solem.colum. quarta.C.de testib. Item qui dicit testamentum, & hæredis institutionē, sine qua testamentū non subsistit.§.ante hæredis. Institut.de lega.l.eam quam.C.de fideicommiss.

Nec obstat illud dici extrisecum, quod tacitè inest.l. conditiones, quæ extrinsecus. ff.de condictionib. & demonstration. quia ibi ideo est: nam conditiones à iure extra, seu præter factum testatoris disponentis inducuntur: & quò ad illud factum dicuntur extrinsecæ, licet quò ad ius dicantur intrinsecæ Albert. Brunus. in tractat.de forma & solennita.actus.rubric. quotuplex est forma. versicu. aliam etiam.folio duodecimo.colum. prima. Extrinsecum etiam dicitur, sine qua actus verificari potest: vt si quis dicat venditionem à pupillo factam: non eò dicit authoritatem interuenisse (quæ extrinseca dicitur solennitas (quia sine illa contrahit.§.præterea. Instit.quib. mod.tolli obliga.l.2.ff de nouat.

Vel extrinseca est, quæ per se requirit formam. Intrinseca, quæ de se non requirit formam, sed inest. Bald.in dicta l. sciendum. & ibi doct.ponunt quòd extrinseca non præsumatur altera.sic Soci.in tracta. fallentia. reg.376. & sequen. solennitas &c.duobus ferè verbis perstringo in arbore quam feci, de eo quod interest.& an hoc interesse debeatur: vide in gloss in ver.dupli. vbi trado regulam cum limitationibus.

162 Alia est diuisio: aliud commune, aliud speciale. *XV diuisio de interesse communi, & speciali.*

Commune est. quod omnes canonicos ecclesiæ tangit: nam si præbendæ omnium minuantur omnium interest: ideò quilibet potest agere, vel excipere, ne hoc fiat: ac se opponere cap. cum omnes & ibi docto.de constit doct.in rubric.de his quæ fiunt à maio.par.capitu.

Speciale quando præbenda alicuius minuitur, vt indict.capitu.cum omnes. Innocē. in ca.cum ecclesiasticæ.colum a de exceptione.do.Boër.in addit.ad Dyn. in regu.mora. de regul.iur.libr.6.

163 Alia diuisio: aliud est totale, aliud particulare.

Totale est si emptor rem non tradat.l. prima ff de actio.empt.id in totum id quod interest, tenetur: vt ibi.& Salic. in l.si minor. C.de actio.empt.etiam totale potest dici in casibus incertis. *XVI diuisio interesse totale, & particulare.*

Parti-

Particulare, si tradiderit, & non cauerit, tenetur ad particulare interesse: puta si emptor alteri vendat, & non tanti potest vendere, quanti vendidisset si vendidisset. si fuisset cautum: agetur ad illud interesse particulare. l. ex empto. §. si. ff. de actio. emp. & ibi Bar. & alij. & not. quod stipulatio ad interesse totale non committitur, nisi semel. l. cum quæ rebatur. ff. iudicat. sol. sed ad particulare sic. . si procurator. ff. rem ratam haber. Vincen. in l. si Kalendis. col. 2. ff. de re iud.

XVII. diuisio: de interesse mutationis personæ, fori, & iuris interitus.

164 Alia est diuisio: quoddam est interesse mutationis personæ, mutationis fori, & interitus iuris intentati.

De alienatione facta in potentiorẽ, ratione officij, seu diuitiarum.

Differentia inter rub. ne liceat potētior. & de alie. iudic.

Interesse mutationis personæ est, vt si volebam à te petere rem: tu alienas in potentiorem dolo, vt duriorem malè constituas aduersarium: in eum casum actione in factum agam contra te, quanti mea interest, propter personæ mutationem, citra iudiciũ rationem caussæ, quam facis: & cessio non habet effectum: atque potentior recipiens caussam, punitur extraordinariè. l. 1. & penultim. & l non solum. §. hæc actio. ff. de aliena. iudic. mutan. caussa fact. Specul. plenè in titul. de cessio. actio. §. primo in totum. facit l. 1. & 2. C. ne lice potentior. quæ habet locum quando alienatio fit in potentiorem ratione officij. Titulus de alienat. iudic. habet locum, quando alienatur in potentiorem ratione diuitiarum. vt not. doct. in dicta l. prima. C. ne liceat potentior & Marthe. de afflict. in tracta. de iure prothomiseos § prohibemus. in primo nota. vide casum mirabilem. in §. ex eadem. & ibi Bald. in titu. de lege Conrad. Soci. in tracta. fallen. regu. 48. & vide Rofred. in tracta. libel. in tertia parte, in titul. de aliena. iud. mutand. caussa facta. fol. 45. & l. prima C. de nauib non excusa. libro vndecimo, vbi nauis cui est adscriptum nomen regis, vel principis, fisco sociatur.

165 Interesse mutationis fori: quando quis cedit ius suum priuilegiato, clerico, scholari, aut militi, non valet: & ad id quod interest agitur ratione fori mutati c. secundo, de aliena. iud. mutan. caussa. fact. not. in l. si fideiussor. ff. qui satisda. cogan. l. per diuersas. & l. seq. C. manda.

Cessio in scholares quãdo sit per ordin. regi. prohibita.

166 Hodie potest fieri ista cessio in clericum, vel scholarem: de patre in filium: etiam de iure gloss. & ibi doctor. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbor. obligatio. sequitur Benedict. in repe. ca. Raynutius. in verb. mortuo. in 2. num. 5. de testamento. do. de Rota, decisio. 177. cessio in nouis. & à fratre fratri, & ab auunculo vel patruo in nepotem: vt patet in ordina. reg. Caro. v. artic. 4. & in stylo parlamen. in 7. parte. rub. de aliena. iudic. mutand. caussa facta. requiritur tamen quod iurent cessionem esse veram, non simulatam, & ad vtilitatem scholarium factam, de tota summa 1 vt plenissimè scripsi in scholastico. priuileg. 177. vbi & ampliationes & limitationes ad illam ordinationem dictaui, & duo decim requisita quæ sunt in forensi iudicio notanda.

167 Interesse interitus iuris intentati est, si volebas contra me agere: quidam te detinuit, & sic amissa est actio, & interiit ius: ages ad id quod interest. l. prima. & ibi Bald. colũ. prima, ff. si ex noxal. caussa agatur.

Decima octaua diuisio: actionis amissæ, interesse, & circa damna, & expẽsas.

168 Alia est diuisio: aliud est id quod interest actionis amissæ: aliud circa damna & expensas actionis amissæ, si facto alterius actio sit amissa: vt quia non potui intra annum iniuriarum experiri. l. si non conuitij. C. de iniur agam ad id quod interest non fuisse amissam. l. si cum §. qui iniuriarum. & ibi doctor. ff. si quis cautionib. & proximè dixi.

Aliud circa expensas: de quo in l. sancimus. C. de iudic. aliud circa damna: vt hic, quando tua caussa passus sum damnum l. & si post tres & ibi Alberic. colum. 2. ff. si quis cautionib. l. si fine. §. cùm autem iuncta. l. in stipulatione. ff. rem ratam haber. de interesse molestationis. vide text. in Clemẽ. 1. de rescript. & gloss in l. Pompo. §. si stipulentur. ff de procurato.

Decimanona diuisio de interesse ex commisso, ex promisso, & ex dispositione legali.

169 Alia diuisio: quoddam interesse venit ex commisso, aliud ex promisso, aliud ex dispositione legali. interesse ex commisso debetur; vt si quis interfecit seruum meũ. & de hoc suprà dixi in diuisione ex delicto.

Aliud ex promisso, vt in conuento: de quo etiam suprà dixi.

Alius ex dispositione legali, quando lex vult vt debeatur. Baldus consilio 341. secundum ea. in tertio volumine. & hæc in idem reincidunt.

Vigesima diuisio: de interesse honoris & commodi.

170 Postremò aliud est interesse honoris, aliud commodi,

Interesse honoris est, quando de honore (qui est præferendus commodo pecuniario) agitur. l. Iulianus. ff. si quis omissa caussa testa. lege si in duabus. & ibi Alber. ff. de regul. iur. Imo & honor publicus præfertur publico commodo Lucas de Penna in lege fina C. de. loca prædio ciuili. lib. vndecimo, column. octaua, & sequent. Et caussa honoris, & vitæ, æquiparantur. l. iusta. ff. manumiss. vindic. Ideo sicut licitum est pro defensione personæ hominem occidere: ita pro defensione honoris. dicta lege iusta. & doctor. in lege vt vim. ff. de iusti. & iud. vbi latius. & crudelis est qui illum negligit. capitu. nolo 11. q. 1. melius est alicui perdere oculum, quàm famam & honorem. l. infamia. & ibi patruus meus, C. de decurio. lib. 10. & quando agitur de honore tum caussa dicitur ardua. lege si inimicitiæ. in fin. ff. de his quib vt indig. Petrus Gerald. in singul 82. Chassa. in catalogo glor. mundi. considera secunda primæ partis.

Omnes appetunt honorem.

1 Et posset agi actione iniuriarum. Bald. in l. obseruare. §. antequam. ff. de offic. pros

consi.

Quando possit pro honoribus agi actione iniuriarũ vel officium iud. cum pluraris.

Nemo intelligitur ad §. si quis de honoribus.

cons. licet contrarium teneat Ioan. Fab. in §. aliam. Instit. de bono. possess. dicens posse implorari officium iudicis. Ego verò puto sic opiniones posse concordari, ersi hactenus promiscuè intellectum fuerit: quia aut ille qui impedit honorem, aliquid vitiã facit in iniuriam alterius, & tunc agi potest iniuriam: & ita intelligatur opinio Bald. per textum in l. Iniuriarum actio. §. si quis de honoribus. Ibi etenim multum interest (inquit) contumeliæ causa quid faciat: an verò fieri quid in honorem alicuius quis non patiatur. ff. de iniur. aut nihil facit: sed tantum impedit quòd ille non prius in ecclesia offerat, vel in tali loco non sedeat: & tunc posset implorari officium iudicis: nec posset iniuriarum agi, & sic intelligatur opinio Ioan. Fab. in dicto §. aliam. licet cõmuniter doctores pertranseant recitando. Primo dominus meus in consuetud. Biturig. in §. 6. de consuetudi. iur. sta. perso. & Chassa. in consuetudini. Burgund. in rubr. *des enfans de plusieurs lict.* §. 4. in fin. principij. do. Ioan. *le cirier*, in tracta. de iure primogenitor. quæst. 5. lib. 2. & Petrus Gerard. singul. 33. nobiles. Competerent etiam remedia possessoria: videlicet interdictũ vti possidetis. aut vnde vi: si esset in quasi possessio ne honoris. Ioan. Fab. in dicto. §. aliam. sequitur Benedict. in repeti. cap. Raynutius. in ver. duas habens. nume. 21. de testa. per text. & ibi Bald. in capitu. licet causam. in princip. de probatio. Et posset manu armata resistere is cuius impeditur honor. l. vt vim. & ibi docto. ff. de iusti. & iure. Gerad. vbi suprà, singu. 33. nobiles.

Not. bene. 172 Interesse commodi tractatur hic, quando agitur de cõmodo. alias diuisiones missas facio: sed potes videre per Moder. Andegaueñ. in suo tracta. de eo quod interest. fo. 149. cum sequen. & nota quòd in conuentum commune & singulares, ferè aliæ diuisiones sunt reducibiles. Et per hoc habes in tellectam arborem nouissimam, quam edidi ad intellectum huius difficillimæ materiæ: vt auditores, qui non possunt videre repetitionem banc, saltem videant arborem breuiculam, & paruo negotio materiam relinquam intelligant.

An lucrum possit peti in casib. incertis. 173 Virumõex glos. habemus, quòd etiam in casibus incertis debet haberi ratio lucri: & hoc ponderando dictionem, &, inversicu. & hoc non solum. quæ est coniunctiua. l. ea tamen adiecto. ff. de lega. 3. l. si quis ita. de verborum obligatio. l. si hæredi plures. de conditio. instit. glos. in cap. 2. de rescripr.

Item suadetur ex illa dictione, hoc, quæ ad proxima refertur, & ea demonstrat. l. 1. ff. de no. oper. nuntia. & ibi Bar. & docto. sed proximè Imperator loquutus fuerat de incertis: ergo & in illis locum babebit. Præterea non est dare rationem cur in vno potius procedat, quam in alio: ergo nec diuersum ius statuetur. l. illud. ff. ad legem Aquiliam.

Item textus generaliter loquitur: ergo generaliter intelligi debet, tam in casibus certis, quàm in incertis. l. 1. §. generaliter. ff. de legatis præstan. l. de prætio. de Publicia. in remact.

174 Nec obstat, quòd text. dicat, reddatur: quia dicitur etiam reddi, qood nunquam datum est. l. cum etiam. C. de rebus credit. l. plures apochis. de fide instrumen. l. j. ff. de Seluia. interdict. Idem de verbo, restitus, l. prima. ff. quorum bonorum, & l. secunda. C. illo titul. l. si pater. C. de actio. empt. in fine. text. expressus in l. verborum reddendi. ff. de verborum significatio. vbi abundè scripsi. *De verbo, redda tur.*

Item non refragatur text. dum dicit, damnum quia non negat de lucro, imò postea constitutio in versicu. & hoc, non solum venit ad declarandum & addendum, quòd non solum in damno, sed etiam in lucro procedat, & hoc videtur tenere Bar. in l. si procurator. in fine. ff. rem rat. habe.

175 Item probatur in obligationibus facti, & sic in casibus incertis succedit obligatio ad interesse. l. si quis ab alio. §. finali. ff. de re iudica. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligatio. quod interesse consistit tam in damno, quam in lucro: vt hic, ergo & in factis. & sic in incertis.

Item si Imperator tantum voluisset lucrum posse peti in casibus certis, hoc dispolmisset: vt in simili dicit text. in l. vna. §. sin autem. ad deficientis. C. de cadue. tollen. l. tribunus. §. fin. de testa. milit. l. denique §. interdum. de pecul. lega. cap. ad audientiam. de decimis. Barba. consil. 16. circa columna 4. in 2. volumi. Deci. consil. 205. in caussa. nume. 4. in fin. columna 2. ideo consului mulionem teneri, qui promiserat mercatori tempore nundinarum deferre merces Lugdunum: & postea extra excusationem noluit deferre: ob id mercator non potuit vendere suas merces: & sic non potuit lucrari, dixi lucrum posse etiam peti hoc in casu: & multi sequuti fuerunt opinionem meam. Intellige tamen vt dico in glossa vltima. *Nota bene mercator.*

Glosa 2. Epitome.

1 *Dictionis pro, multiplex acceptio. nume. 2. & seq. vsque ad fin.*

3 *Testis pro vtraque parte deponit.*

9 *Pro Titio agere, quomodo intelligendum.*

11 *Recipiens libros pro tali, an eidem actio quæratur.*

13 *Dictio pro, quando denotent causam finalem.*

15 *Dictio pro, quando intelligenda secundum subiectam materiam.*

M Gelss.

Glossa secunda.

SECVNDA gloss. potest per contrarium declarari. Hic text. videtur sibi contradictionem implicare: dicens dubitari pro eo quod interest. Si est, ergo est certum: quare non erat dubitandū. l. ornamentorum. ff. de auro & argento lega. glos. exponit pro eo quod interest: id est, super interesse. Hæc tamen expositio secundum Deci. & Moder. non est necessaria: quia text potest planè procedere sine expositione: nec implicat contrarietatem, si rectè intelligatur, & huic sententiæ me subscribo.

1 Nota tamen ex glos. quòd dictio, pro, exponitur pro super: vt mutuo tibi decem pro tali fundo, & tunc ille qui habet fundum sibi obligatum, tenetur cōputare fructus in sortem. l. 1. & 2. C. de pignor. actio. l. Titia. ff. de solutio. Bar. in l. codicillis. §. instituto. de legatis 2. & l. fundus. de annu. lega. Bald. per illum text. in l. si is qui. §. 1. ff. de pigr ori. consuluit Alexand. consi. 141. viso themate. quæst. 2. in 5. vol. & consil. 156. l. prima, & secunda. C. de pignor. actio. Chassa. in consuetudi. Burgun. in rubr. *des censes*. §. 4. glos. 1.

De dictione pro notita.

2 Aliquādo exponitur, pro eo: id est, ad eius vtilitatem, vel fauorem. l. plures apochis. C. de fide instru. l. 3. de repud.

3 Aliquando pro aliquo dicitur fieri, licet fiat in eius damnum: vt testis debet provtra que parte deponere. glos. in l. 2. C. de eden. cap. fraternitatis. & ibi glos. vlti. de testib. & tamen debet dicere veritatem, quæ tendit cōtra alteram l. presbyteri. 1. C. de episc. & cleric.

Testis pro vtra que parte deponit.

4 Quandoque ostendit Improprietatem l. j. ff. de eo qui pro tuto. l. 3. ibi, sed. hos quoque pro intestatis accipere debemus. ff. de suis & legiti. l. patris. de vulgari.

5 Aliquando similitudinem, non veritatem notat: vt l. cogi. C. de petitio. hæred. & sic intelliguntur illæ rubr. ff. noui pro emptore, pro suo, pro dote, pro donato, pro legato, pro derelicto. Item pro prætor prodi ctator, proconsul: id est, loco consulis. l. 1. ff. de offi proconsul.

Declaratio multa rubra ff. noui & veteris.

6 Item denotat personarum ordinem, seu distinctionem: vt auus, proauus: nepos, pronepos. l. iurisconsultus. ff. de gradib. & l. cui eorum. §. item Pompo. illo titu. & Institu. de gradib. per totum. Bar. & Ias. in l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posthu.

7 Etiam ponitur pro cum. l. si pro fure. ff. de condictio. furti.

8 Aliquando exponitur pro nomine: vt, agit pro se & sociis, id est, nomine suo, & sociorum. cap. cum M de constitutio. cap. sua nob s. de appell. l. fideicommissa. §. interdum. de lega. 3.

9 Et hæc verba, pro Titio agit, triplicem habent sensum. Primo pro tali agit: id est, ad vtilitatem, & sic nomine & re. l. fœminas. ff. de procura. l. exigendi. C. illo titu. Interdum dicitur quis agere pro alio: id est, nomine alieno videlicet si ei cessæ sunt actiones. nam directas nomine cedentis intentat, ad vtilitatem tamen propriā agentis. l. qui stipendia. C. de procur gl. in l. non solum. ff. illo titu. Tertiò dicitur quis pro alio agere: licet nomine proprio agat, ad vtilitate tamē alterius: vt tutor agit pro pupillo. l. Poll. C. de his quibus, vt indig. glo. & Salic. in l. 2. qui accusa. nō poss. l. 1. §. 1. ff. de administra. tuto.

Pro Titio agere, quomodo intelligatur.

10 Tamen quādo quis promisit soluere pro tali: debet intelligi nomine talis. not docto. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. & sequent. ff. de verborum obliga. Cornel. consil. 177. in hac re, colum. 3. in 2. volu. versi. & etiam quia.

11 Et quid si quis recipiat libros pro Titio, an eidem actio oriatur ex tali receptione? Corne. consil 169. licet in hac in 1. volum. quòd non, per nota. in l. singularia. ff. de rebus credit. & quia per liberam personam alteri nō quæritur actio. l. 1. C. per quas personas no. acquir.

De recipiente libros pro alio, an eidem acquiratur actio.

12 Aliquando importat modū: vt lego decē pro alimentis: id est, caussa alimentorum. l. penulti. §. fi. ff. de alimen. & ciba. lega. l. procurator qui. de procurato.

13 Et sic denotat caussam immediatam & finalem: videlicet quòd aliàs non eram facturus Bald. in cap. 1. in princip. de testibus. per l. dominus Sticho. ff. de pecul. le. Barba. consil. 54. clementissimi &c. in caussa. col. 1. in 2. volu. Soci. consil. 227. præsens consultatio. col. 9. versicu. confirmantur. in 2. vol. & vide Bal. consil. 234. decretum magnifici. col. 2. & consil. seq. in 1. volu. & non solum denotat caussam finalem, sed caussam executiuam. Bald. consil. 264. qui feruore. in 3. volu. & vide eum. consil. 340. & præmitto. in 3. volu.

Not. quòd dictio pro denotat caussam finalē.

Intellige denotare caussam finalem: quādo adiūgitur caussæ de futuro: secus si caussæ de præterito. Bar. in l. quibus. §. fi. col. 2. ff. de conditio. & demonstratio.

14 Ex quo infertur Corne. malè cōsuluisse. consil. 187. circa hanc, colum. penulti. lib. 2. dum dicit vxorem posse alienare, si testator dedit ei potestatem alienandi pro necessitatibus suis: etiam sine necessitate. Nam dum dicit testator, pro necessi tatibus suis: id est, ex caussa necessitatis: non aliàs: quia sequeretur quòd simpliciter fuisset ei data facultas alienandi. quod non videtur verum. & not. in capitulo cùm M. de constitutio. Bald. consil. 440. secundū ea. in quinto volum.

A Corneo dissentit.

Nota

Not. quomodo pebēt intelligi verba.

15 Nota tamen quòd hæc dictio, pro, cum alijs dictionibus, quando ponitur in legibus, debet intelligi secundum subiectam materiam, glos.singu.in l.eas. ff. de conditio.& demonstra. secundum Barba.consil. 20.col.17.in 2.volum. & Ias.in l. si quis ita stipulatus fuerit.ff.de verb.oblig. sequitur Alexand.in l.si ab hostibus. columna. 2. ff. solut.matrimo.

Nota perpetuò.

16 Et est in arbitrio iudicis,& non partis:vt vna dictio ponatur pro alia. Ioan. Bapt. in additio. ad Alber. in verb.pro,& propter vide Archid.in c.Agathosa.63.distin. & Lucam de Penna,in l.fi.C.de bo.vacant.lib.10. vbi ponit versum:Cum,dat formalem : sed per,dabit efficientem.

Materialem de, formalem tibi dat pro. Vide eum. in l.1. C. de diuers. præd.lib.1. Bar.in l.Lucius.§.1.ff.de lega,2.in l.quibus §.Termilius.de conditio.& demonstra.vide quæ amplè scripsi in l. rectè dicimus. ff. de verb.signific.

Glos.3.verbi, productæ.

De quibus dubitationibus loquatur textus.

1 GLossa in verb.productæ sūt, nō diuiditur:tantum respōdet tacitæ quæstioni, quæ pōt fieri:videlicet,quæ sint illæ (de quibus loquitur textus) dubitationes? & gl. respondet.An circa rem,vel extra rē, cōsideretur interesse:& an in damno tātum, an in lucro cōsistat:tamen illas dubitationes non habemus. Hanc opinionem glos. reprobant communiter docto. quia textus nil declarat de interesse extra rem : imò in illo tot & tantæ dubitationes oriuntur, quod vnquam fuerunt:ergo non satisfecisset interrogationi Imperator,contra. §. præterea.instit.de inutilib.stipula.l. si defensor.§. qui interrogatus.ff.de interroga. actio. ca. inter dilectos. circa finem. de instrumen. Item de lucro & damno. Idem dicit quod & veteres : in versicu. & hoc non solum. ergo non de nouo statuit : nec erat super hoc dubitatum. Puto ergo, secundum Petrum hic,columna prima, quem sequitur Soci.quòd dubitationes erant circa quantitatem petendi interesse:quia in infinitum de iure Digestorum tam in certis, quàm in incertis petebatur.Igitur ad tollendum illas dubitationes, tam circa quantitatem, quàm infinitatem, hic statuit Imperator in certis duplum tantum posse peti : in incertis damnum re vera datum per subtilitatem iudicis inquirendum,& sic coniungendo opinionem Petri & Decij, habes verum (vt puto) intellectum:nec valde est de his disputandum,cùm nihil inde emolumenti nobis eueniat : curiosis, & commodum non quærentibus, relinquo, cùm in quæstionibus non afferentibus vtilitatem non debeamus insistere. gloss. singu. & ibi Cardina.in clementi.1. in ver. cooperante. de magistr.

Gloss.4.verb.melius Epitome.

1 *Comparatiui natura cum numero sequent. vsque ad fin.*

2 *Comparatiuum propositiuo.*

3 *Comparatiuum in statutis qualiter accipiendum.*

Gloss.4.verb.melius.

Melius,an comparatiuè ponatur:& de natura comparatiui,multa.

1 GLOSSA in verbo melius,soluit contrarium quod fortè posset formari contra textum, quòd esset bonum, si in infinitum peteretur : cùm comparatiuum præsuponat positiuum. l. vbi. ff. de verborum obliga.respondet gloss.melius : id est, bonum : sed non est necessaria expositio. Olim fortè non erat malum petere etiam in infinitum : sed iudex taxabat, in l. videamus.§.iutare.ff.de in lit.iuran. ideo potest exponi etiam comparatiuè : videlicet melius esse coarctare,quàm si in infinitū producerētur dubitationes,ideo sancimus &c. dicit tex.

2 Nota ex gloss.quòd comparatiuum propositiuo exponitur, & id quidem elegantius.l.benignius.ff.de legibus.& l.1.in fi.de his qui sunt sui vel alie.iur.l.hæres. de nego.gest.l. quod Nerua.& ibi *Zasius*.depositi.l.2.C.de fur.& l.1.de dolo.Institu.de his qui sunt sui vel alie.iur.in princ.§.præterea.de rerum diuisio.§.1.de vsucap.cum alijs hic allegatis per Dec.& alios.l.prima, de oper. public.

In statutis comparatiuum propriè poni debet, fallit,vt hic.

3 Habet tamen quod tunc non stat propriè : & sic in statutis, vel consuetudinibus, non ita exponitur secundum Do. & Philip.Perus.in cap. auaritiæ. in gloss. latius. de electio.lib.6.& sic aliàs regulariter & propriè implicat comparatiuum, dicta l.vbi autem.

4 Itē tunc debet exponi pro positiuo, quando non habet terminum ad quem referatur secundum Do.in d.ca.auaritiæ.

5 Item quando aliquod absonum, vel absurdum resultaret.l.inciuilem. C. de furt.Ias. in §.plus.Institu.de actio.

6 Item quando adijcitur vni subiecto non habenti diuersos gradus:vt hic Salic. in 3. oppo. & sequuntur doctores in l. vinum. ff. si certum peta. & l.cum furti. de in litem iuran.

7 Et idem quando gradus esset sibi con-

trarij:quia tunc poneretur electiuè.l. iubere cauere.ff.de iuriſdi. om. iudi. l.exigendi. C.de procura.

8 Quòd facit ad quæſtionem,de eo qui non vult currere,vt teneatur,poſt conuentionē factam de minus currenti: quæ deceditur per l.minus,vbi ſcripſi.ff.de.verbo.ſignifica.Paulus in l.illud.§.ſi cuius.verſic.minus. de tributo.actio.Bald. in l. fina. col. 2. ff.ſi certum pet. Ad alia tranſeo.

Gloſ.in verb.in omnibus caſibus,Epitome.

1 *Intereſſe etiam in maleficiis venit, item quando venit officio iudicis conſideratur.*
2 *Contractus & delicta æquiparari.*
3 *Intereſſe in maleficiis an excedat duplum.*
Exempla non arctant regulam.
4 *Caſus quid.*
Pœna in delictis ſtatuta.
5 *Cur potius expreſſum,in contractibus, quàm in maleficiis.*
6 *Intellectus l.1.ff.de furt.*
7 *Culpa grauior an ſit infaciendo , quàm in negligendo.*
9 *Intellectus l.Iulianus.ff.de act.empt.*
10 *Intellectus l.infaciendo.§.1 ff.de furt.*
11 *Difficultas an excuſet à mora.*
12 *Delicta ratione doli an ſint incerti.*
Mora eſt delictum.

Gloſſa in verbo,In omnibus caſibus.

1 GLOSSA in verbo, in omnibus caſibus , in duas ſcinditur partes. In prima quærit.In ſecunda tacitæ reſpondet quæſtioni. ſecunda ibi, ſed nec in obligationibus.Primò quæro,cur text. in omnibus caſibus dicit:non,in omnibus contractibus? gloſ. reſpon. vt declaret intereſſe etiam venire in maleficiis,& quaſi:Secundò quæro,cur non dicit in omnibus obligationibus?Reſpon.quia intereſſe venit , non ſolum quando eſt in obligatione:ſed etiam quando non eſt in obligatione , ſed venit officio iudicis:vt in arbitrariis, per totum tit.de eo quod cer. loco , & officium iudicis non cauſatur ab obligatione. l.qui per colluſionem.ff.de actio.empt.l. deducta. in princi.ad Trebellia.l. Quintus. de annuis leg.Iaſ.& alij in §.omnium. circa fi. Inſtit. de actio.

2 Item contractus & delicta æquiparantur, l.omnem.ff.de iudi.l.abſentem. §. aduerſus. de pœnis.Ergo ſicut in contractibus eſt taxatum in certis ad duplum:ita erit in maleficiis.c.de mulcta. de præben. Præterea lex corrigens eatenus corrigit,quatenus repugnantiam reperit.tex.ſingu.& ibi no.Bald. in l.1.in fine.C.de Latina. liber. tollend. ſed hæc lex reperit leges repugnantes in maleficiis:vt infra allegabo,ergo &c.

3 Ex glo.elicitur,quòd intereſſe non excedit duplum in omnibus caſibus certis : & ſic etiam in maleficiis, & hoc probatur per generalitatem huius text. item qui totum dicit,nihil excludit.l.Iulianus. ff. de leg.3.l. à procuratore.C.manda.item facit dictio, in omnibus caſibus , quam ſupra ponderaui in 4.not.in intellectu l. Titius cū ſeq. Item quia exempla non arctant regulam.l. nam quod liquidè.in fin.ff.de penu. lega.l. damni,in 2.in fin. de damno inſect. ideo ponitur hæc dictio,veluti,quæ tradit exemplum.l.veluti.ff.de eden. l. infamem. in fin. de public.iudic.Item tex.dicit, in omnibus

In maleficiis, an excedat duplum intereſſe.

4 caſibus certis. Caſus dicitur euentus inopinatus ex confluentibus cauſſis, & dicitur quaſi cadens.Alber. in dictio. in verb. caſus. per l.quia in eum. ff. ad l. Aquiliam. Lucas de Penna,in l. vna,col.vlt. C. de anno.& tribu.lib.10.ſed ita poteſt cadere intereſſe in maleficiis,& delictis,ſicut in contractibus : vt eſt notorium : ergo hac lege etiam intereſſe in maleficiis, & quaſi taxabitur in caſibus certis : quia tex.non ponit niſi duos caſus, videlicet certos & incertos , ſi maleficia ſint de caſibus certis , hic comprehenduntur,ſi de incertis in ſecundo caſu continentur. item etiam in maleficiis poſſet in infinitum peti : quæ infinitas hic reprobatur:ergo & in maleficiis in certis vltra duplum non petetur. Nec mihi placet aliquorum dictum,quòd hic ponatur exemplum, cauſſa dubitationis tollendæ.l.quæ dubitationis.ff.de regu. iur. cùm magis dubitaretur de contractibus quàm de maleficiis: ideo poſuit de contractibus. nam magis videbatur dubitatum in maleficiis , quàm in contractibus : tum primò quia in his erat expreſſum ſaltem in cōtractu emptionis & venditionis. in l. Titius. ff.de actio.empti. tum etiam quia in contractibus maximè partes conueniunt ſuper intereſſe.gloſ.in l.1. ff. de actio. empti. Item quia pœna in delictis eſt ſtatuta.l.1. & per totum.ff.de pœnis.& C.ergo videbatur quòd non veniret intereſſe:& ſic maior in hoc videbatur dubitatio.

Reprehenduntur Moderni quò ad tex. declarationem.

5 Quocirca puto hic expreſſum in contractibus potius quàm in maleficiis : ratione frequentioris vſus: iuxta gloſ. in Cle.1. in verb.præſidentes.de reſcript.alia eſt in c. 2.in verb.reus.de confeſſ.lib.6.l.2. in verb. filio.& ibi Iaſ.ff. de vulga.l. 3.de Publicia. Corſet. in ſingu.in verb. frequentia. auth. caſſa. C. de ſacroſanct. eccleſ. alia multa addidi in gloſſ. in verb. præſidentes. dicte

Noua declaratio ad tex.

Cle

Clemen.s.

6 Non obſtat l.1.. ff. de furt. quam allegat Bart.hic,nume.26.quæ parum facit:ſed facit Exod.22.cap.& §. conceptum. Inſtitu. de obliga.quæ ex delict.Sed reſpondeo, lo qui in pœna,quæ eſt ſicut intereſſe:& duplicatur extra rem:id eſt,communem rei æſtimationem:intereſſe verò non,l.furti actione.§.1.ff.de fur.

7 Item nec obſtat,quod grauior ſit culpa in faciendo:& ſic in delictis quàm in negligendo.l. ſi mora. ff. ſoluto matrimo. dixi latè in repet. l.diuus (quam apud Pictones edidi) circa finem. ff.de ſenatuſcon. Syllania. & ſic grauius debet puniri. Reſpond. fateor, etiam plus punitur delinquens : videlicet in duplo,vel in quadruplo : vt d.§. conceptum, & hoc quò ad pœnam:ſed quò ad partis intereſſe, non plus in maleficiis tenetur, quàm in contractibus:ſecundum Barto. & Dec. hic, & ideo ſi diceretur in conſuetudine, quod interficiens equum alienum,teneatur ad id quod intereſt : non tenebitur vltra duplum:per hunc tex. qui ponit,in omnibus caſibus,poſtea text. reſtringit per illud relatiuum,qui, in caſibus certis:vt not. doctores in l. omnes populi. ff.de iuſtitia & iure. l. prima, C.de ſumma trinita.

Defendit ab Alciato ſuadétque communem tenendam.

8 Et licet iſta ſit communis, tamen collega tenet contra, non conſiderans id quod, dicitur, Non egrediamini terminos quos ſtatuerunt patres veſtri, & alibi, Ne vities muſicam,& alibi, Quærite de ſemitis antiquorum,& ambulate per eas.l. decurio fortunam.C de decurio.lib. 10. l. 1. de mulilegul.l.b.11.l.ſi cohortalibus. & ibi patruus meus Iacobus Rebuf. de cohortal. lib.11. & alibi dicitur in l.quidam ignauiæ ſectatores, relicta communi, captant ſolitudines.C.de decurio. libr. 10. & Perſius, Nec te quæſiueris extra,& alibi, Difficile ac durum eſt vnum compeſcere multos, & (vt adagio dicitur). Vnus vir,nullus vir. & dicit Auguſtinus in capitu. hæreticus. 24. quæſtio.3. hæreticus eſt, qui alicuius temporalis commodi, & maximè vanæ gloriæ principatúſque ſui gratia, falſas ac nouas opiniones vel gignit,vel ſequitur.ꝙ probat.

9 Primò per legem Iulianus. ff. de actio. empt. quæ loquitur in contractu venditionis, & non in maleficiis : quia ibi ſciens vendiderat pecus morboſum, vel vitioſum, quo caſu ad omne id quod intereſt tenetur, & loquitur in communi intereſſe: hic loquitur in intereſſe ſingulari : quod duplum non excedit. Barto. hic columna tertia, & docto. vel etiam poteſt dici illud de iure Digeſtorum, ſecundum quod poterat peti in infinitum :ſed hodie hac l.taxatur,& ſic poteſt reſponderi ad argumenta ſequentia, quòd omnes leges antiquæ determinantur per iſtã:& ita tenuit Albet. hic col.10.& mirandum eſt cur collega leges Digeſtorum adducat:cùm ſciat hac l.limitari in caſibus certis:aut ſcire debeat:iuxta l.quod te.in fi.ff.ſi cert.peta. & ſi aufera muſeas,quas tanquam Palladium retinet: nil ſibi præſidij erit.

L.inficiando reſpon.

10 Secundò adducit collega l.inficiando. §. fi.ff.de furt.& tamen §.1.qui aliquantulum ſecum facit.nam§.finalis nil ad rẽ.Igitur in §.1.dicitur,quòd ſurripiens rem, quam ſub pœna tenebar dare ad diem, tenetur ad illã pœnam,quæ excedit duplũ.poteſt dici de iure Digeſtorum,poſſe duplum excedere:ſed non per hanc legem,in certis.Item etiam ille §.loquitur in intereſſe conuento, & ſic in pœna conuenta,quæ in totum debetur: nec limitatur hoc intereſſe per hanc l. vt dico in glo.in verb.dupli.Igitur nil ſecum facit,ſaltem parum.

Difficultas. an excuſet à mora.

11 Præterea,in ſuo caſu, qui promiſit commodare ſub pœna:ſi per furtum non liceat eidem commodare, illa difficultas excuſabit promittententem à mora:& ſic à pœna. l fina.§.idem iuris. ff. ad legem Rhodiam de iactu l.datio.§.fina.de actio. empti. l. 2. ſi quis cautio.l. ſancimus. C. de fideiuſſor. gloſſ.in verb.in poteſtate.l. quod te. ff. ſi certum peta.not.Matheſi.l. not. vlti. & ſic non tenebitur promiſſor ad ſoluendum pœnam. Bar. & doctores in dicta l. quod te. & conſil.236. Martinus & Federic.conſil.122. Martinus Socin. conſil. 288.circa primam, in quinto dubio. in ſecundo volumine, & iſta eſt communis opinio, ſecundum Dec.conſil. 313. promiſit. columna ſecunda, malè ergo præſupponit eundem promiſſorem facti, eſſe coactum ſoluere pœnam, & ſi reſpexiſſet text. in d.§. hinc non dixiſſet : nam loquitur in eo qui promiſit ſub pœna dare, qui prætextu difficultatis non excuſatur.l.continuus §.illud ff.de verborum obligatio.exemplum verò ſuum loquitur in promittente commodare & ſic facere.Inter quos caſus eſt diuerſitas, vt dixi,& ſic non obſtat,nec etiam refragatur l.ſemper.§.in hoc interdicto.ff.quòd vi aut clam,nam arbitror loqui de intereſſe communi,quod hac lege non limitatur,ſecundum vnam opinio.vel loquitur de iure Digeſtorum.

Delicta ratione doli, an ſint incerta: contra Alcia.

12 Nec placet dici, delicta incerta ratione doli:quia id quod principaliter agitur, attenditur.l.ſi quis nec cauſſam. ff.ſi certum peta.ideo in dicta l.Iulianus dicitur agi ex empto.non ex maleficio:alioquin ſequeretur quòd ſi dolus incideret,vel daret cõtractui certo cauſſam,quòd cõtractus eſſet incertus:quod eſt iuri cõtrariũ. Præterea mora eſt delictum.l.omne.§.1. ff. de re milita. Cornel.conſil.165.ad euidentiam.columna ſecunda,in primo volumine,quæ ſi interueniat in emptione, vel aliis caſibus certis, ſecundum eum, faciet illum caſum certum dici incertum, & ſic venditionem inter

incertos casus connumerari: quod est contra hunc textum. Item si quispiam surripiat mihi librum, casus certus est: sed ratione doli & furti, diceretur incertus: vt ipse colleg. præsupponit: & sic esset casus certus & incertus simul, quod non potest substineri, cùm repugnantia duo in vno non sint subiectu. l. si is qui. §. verum. & ibi Bartolus ff. de rebus dub. l. vbi repugnanti. de regulis iuris, & ideo si furto subtrahas bouem: casus certus est, non incertus. Nec Segnor. Hunedaus neg. in consil. 71. in primo volumi. inter consi. Bald. in malefi. ciis loqui, sed ponit quando habeatur ratio lucri: de quo nil ad nos: quo ad gloss. hanc: cuius verba inspecto, vt quilibet videre potest nil ad rem facere. Dicit sic, nam loquitur quando quis in contractu bonæ fidei fidem promissam non adimpleret: at in casu nostro de fide rupta non tenentur. Ecce ergo quòd de stricti iuris iudiciis, aut de maleficiis non negat loqui: alioqui male vt eret, & per hoc patet communem opinionem, videlicet in maleficiis esse etiam taxatum interesse, esse veriorem, & sic in iudicando & consulendo tenendam: licet opinio collegæ posset procedere de iure Digestorum, & illam sequitur Andega. fol. 189. in suo tracta. de eo quod interest.

Gloss. in verb. quantitatem. Epitome.

1 *Quantitas certa quæ dicatur. 14.*
Quantitas & species differunt. nu. 3.
2 *Intellectus l. quisquis. ff. de leg. 3.*
Intellectus l. cum stipulamur. de verborum significa.
3 *Diuersitas nominum rerum diuersitatem inducit.*
4 *Dictionis quantus acceptio.*
5 *Casus certi qui dicantur: & qui incerti, & nu. 6. & seq. vsque ad fin.*
7 *Legendum in vniuersitatibus.*
8 *Iacobus Rauennas, & nu. 3. cuius opinio reprobatur. 14.*
9 *Doctores audiunt lectorem exterum de nouo venientem.*
10 *Petr. de Bellapertica.*
In venditione non venit merum factum, sed mixtum.
12 *Renald. Andegauens. & nu. 29.*
13 *In locatione non venit merum factum, sed mixtum factum ibid.*
14 *Lectura inceria.*
15 *Casus certi qui dicantur Petro Perticano, cuius opinio reprobatur. nu. 16.*
17 *Casus certi qui dicantur Nicol. Mutinens.*
18 *Lectura Bart. corrupta.*
19 *Casus certi & incerti qui Bartolo, & qui Baldo. 20.*
20 *Quantitas discreta & continua.*
21 *Naturæ multiplex acceptio, & nu. seq.*
22 *Casus certi & incerti qui Alciato, & nu. sequen.*
24 *Interesse an in iure consistat.*
26 *Odofred. & Alciati opinio circa naturam refellitur.*
27 *Interesse non excedit duplum in certis.*
28 *Homo in genere an habeat certam naturam.*
30 *Casus certi qui dicantur authori.*
Et quid natura ipsi 31.
32 *Res inanimatæ habent naturam, sed non certam à Deo inditam.*
33 *Certum vnde dicatur: & quot modis numero sequen.*

Glos. verbi, quantitatem.

1 GLOSSA in verbo, quantitatem, expeditur cum seq. & tres habet partes. Prima exponit text. secunda sensum elicit: tertiam expositionem ponit. Secunda ibi, est ergo sensus. tertia ibi, vel dic, & declarabitur principium glos. in verbo in aliis. cum hac: cùm sit eadem materia.

Pro declaratione glos. quæro, an text. sit superfluus: dum dicit in omnibus casibus qui certam habent quantitatem, vel naturam: & glos. respon. quod non. Nam certam dicitur quantitas, vt si quispiam debeat decem cados olei, natura certa dicitur, si mihi debeas certam speciem: vt Stichum, ex venditione, vel alio contractu. adde ad glos. certo. In secunda parte habes sensum legis: id dici certum: quoties id quod debetur certum est quantitate, vel specie. l. certum. ff. si cert. peta. Tertia pars gloss. dicit quantitatem vtrunque comprehendere: scilicet & quantitatem, & speciem. l. quisquis. ff. de legat. 3. & l. cùm stipulamus. de verb. signifi. text. non allegatus per docto. & melius ad rem pertinens in l. qui bonis. ff. de cessio. bono. Ideo exponit quantitate, siue in specie consistat, siue in quantitate: natura, vt si debeam equum vel hominem in genere: homo nanque habet certos fines à natura sibi tributos. l. inter stipulantem. §. sacram. versi. homo liber. ff. de verb. obli. & not. in l. legato generaliter. ff. de lega. 1. sequitur Soci. hic, col. 1. Decius hic, col. vlti. hanc gl. expediens oppo. dicens non esse à verborum proprietate recedendum. l. non aliter. ff. de lega. 3. sed nusquam inuenitur quòd quantitatis appellatione veniat species: ergo gl. malè dicit: imò tanquam à diuersa ponuntur, in l. certum. ff. si cer. pet. l. talis §. si quæ nil secum facit. l. planè. §. sed si non corpus. de leg. 1. allego text. vltra cum. l. cum quærit ut. cū seq. de exceptio. rei iud. auth. æqualitas. C. de pact. conuent. Not. de verbo, quantum.

Nec

2 Nec obstat l. quisquis. quia loquitur de verb. quantas, quod magnitudinem propriè denotat tex. in l. quanta. ff. de publica. & collega hic adducit poëtarum & historiographorum authoritates, vt hic per cũ. Item ibi est summa, quæ bene comprehendit speciem. l. 2. §. cùm in eadem. ff. ad legem Rhodiam. de iactu. ibi iacturæ summam, pro rerum precio distribui oportet. l. cùm clericis. versic. quod si his, in verb. memoratam summam. & ibi gloss. C. de episcop. & clericis.

Nec refragatur d. l. cum stipulamur. quia loquitur de ver. quanta pecunia. quod pecuniæ verbum generale est: ideo & quantitatem & speciem comprehendet. l. pecuniæ. ff. de verb. sig. & l. si verò. §. fina. solu. matrimonio.

Nec obstat l. qui bonis. nam ibi magnitudinem denotat: & hanc opinionem pulchrè defendit collega noster in capit. quod subsequitur.

3 Sed aduertendum est, licet doctores non dicant: quia si appellatione quantitatis, propriè veniret species: sequeretur quòd obligatus ad quantitatem, liberaretur soluendo speciem: & tam posset soluere: quod est contra textum in l. 2. §. 1. in fin. ff. si cert. petatur. & forte posset gloss. sustineri largè, videlicet appellatione quantitatis speciem venire, & secundum subiectam materiam.

Quantitatis appellatione an veniat species.

Item ratione adiuncti, vt quantitatem bonorum aut hæreditatis: alioqui non video quod veniat: quia diuersitas nominum rerum diuersitatem inducit. l. si idem. C. de codici l. r.

4 Not. tamen quòd verbum, quantus, non semper ad magnitudinẽ refertur: sed quandoque ad numerum. l. si ita legatum, ibi, in tantos quanti inueniantur. ff. de legat. 2. l. penultim. §. fin. ff. de iurisdict. omnium iudicum. l. ex morte. C. de pactis conuen. authen. hodie. de repu. l. quemadmodum. C. de agricol. & censit. lib. 11. l. in summa. in princip. ff. de re iudicata. in authen. vt factæ nouæ constitutiones. in princip. ibi, ex quantis vicibus, siue ex tribus, siue ex quatuor. colla. 5. & in §. quòd autem à nobis. colla. 8. de alienatio. & emphiteu. Item ad mensuram: teste Moderno. Andega. potest referri.

Quæro ergo, pro textus elucidatione, qui dicantur casus certi, & incerti: & qui dicantur habere certam quantitatem, vel naturam? Hæc quæstio per obscura est: de qua tam variæ sunt doctissimorum hominum tãque discrepãtes sententiæ, vt suam quilibet inueniat opinionem: opusque sit ea esset Delio natatore: nam opus grande & latum est, dicitur 2. Esdræ capit. 4. estque difficilima: vt in simili dicit text. in ca. hoc videtur. 22. q. v. & obscurissimè tradit hæc lex, secundum Alberic. hic, col. 7. & malè fecit legislator, quòd eos non expressit: secundum Cinum hic. col. 8 & pendent hic leges & prophetia: teste domino Iginzo, in repetitione l. quatenus. columna 1. In hac quæstione valde sudarũt scriptores nostri & ferè singuli diuersas habuerunt sententias: vt Modern. Andega. art. fol. 153. cũ sequen. in suo tractatu de eo quod interest. vbi ponit 12. opiniones: ego principales adducam, & audeo dicere hanc quæstionem declaratione imperatoris, vel in hoc regno regis nostri indigere: vt labores doctorum subleuaret: facta illa declaratione, text. satis esset facilis: ideo ibi latet anguis: quia de quibusdam impossibile est exponere legem: quare sententia regis indigemus: inde terminati enim indeterminata est regula, vt dicit Philosophus 5. Eth. eo. citat Lucas in l. fina. columna 2. C. de conditis in publicis horreis. libro 10. Dicam tamen quod sentio, post sanctorum dicta patrum: & quo ad potero, ad verbum citabo doctrinam gl. & Bart. & hic vtar adagio, Res ad triarios rediit.

...id casus certi ... ur ... indicatur

6 Prima fuit opinio gloss. hic, citat tamen duas. Prima suprà fuit declarata: secunda est opinio gloss. vt illi casus dicantur continere certam quantitatem, vbi est certa quantitas vel species: certam naturam, vbi aliquid in genere debetur: vt homo, bos, equus. Si vero in obligatione factum venit, dicitur casus incertus. l. vbi. §. qui id quod. ff. de verborum obligation. & comprehenditur etiam non factum. l. qui non facit. ff. de regulis iuris. hanc opinionem secutus est Innocentius in cap. sacro. col. 3. de sententia excommu. & ibi communiter alij. Hostiensis, in summa de senten. §. quis sit effectus versicu. aliud singulare. Specu. in titu. de fructib. & interesse. §. viso. versi. hoc autem. colum. 3. Ioan. Fab. hic colum. 3. Monal. in sua summa. rubr. de interesse. & Albert. hic. col. 8. dicit, ita communiter per doctores & aduocatos concludi: & ab ea tanquam communi nec in iudicando, nec in consulendo recederet. Moder. Ande. vt asserit, in tractatu, de eo quod intell. folio 158.

Opinio gl. qui sint casus certi.

7 Franciscus accurs. glossatoris filius, dum ad regem Angliæ legationis munere fungeretur, per Tholosam transiens, ibidem hãc lege repetit, & opinionem sui patris secutus fuit: nobis ostendens, quod dum sumus in aliqua vniuersitate, etiam inter transeundum debemus ibidem legere, nisi principale negotium dimitteretur.

Legendũ in vniuersitatibus.

8 Iacobus Rauen. doctor. Tholosanus, homo suo tempore dignior, atque de mundo subtilior Cino & Alberic. id testantibus: nam id quod simplici sensu maiores nostri tradiderunt, ad dialecticum arguendi modum deduxit, si Catelliano Cottæ credamus. in 2. parte memo. in verb. iurisperitus. & erat omnis philosophiæ magnus

De Iacobo de Rauen. doctore Tholosano

magister, secundum C...um in l. 2. in fi. ie, C. de patrib. qui filios distraxerunt, omni-umque suo tépore peritissimus fuit, cùm in diuinis literis, tum secularibus, vt inquit Tritenhemius, in libro, de scriptoribus Ecclesiast. & C... in cathalogo glo. mundi in vltima parte considera. 17. & credo Bartolum velle de hoc intelligere, non de Iacob. de Aretio, qui erat I... & Parmensis, licet corrup e communiter habeatur Iacobus de Are... ergo d... Rauenna in forma discipu.

9 Non quòd esset alterius discipulus: sed doctores sunt soliti audire doctorem extra- rum de nouo venientem, vt mihi contigit Pictauis & hic, & propter tantam patris: videlicet Accur. qui fuit eius auditor hic Gallus doctissimus: & in A... filium sic insurrexit post lectionem: id dicitur incertum, quod in faciendo consistit dicta l. vbi. §. qui id quod. ff. de verborum obligatione. sed in contractu venditionis venit factum, puta tradere rem, quod ... tacti l. stipulationes non d... ibidem & ibi nota. ff. de verborum obligation. l. ... rem tradi. illo titu. ad quam tradendam tenetur emptor. l. ex empto. in princip. ff. de actione empti. l. si stipulatus. de vsuris. ergo contractus emptionis & venditionis non est certus contra textum hic: vel falsum est dicere quod obligatio facti dicatur in certa: & sic dono oem insequendo incides in Venetum. Obstupuit Italus, A... curlij filius, videlicet propter argumentum Iacobi à Rauenna, nec congruum dedit responsum. igitur fortius sic opposuit Gallus. item hæc lex loquitur de singulari interesse, quod non potest esse in homine debito in genere, cùm in eum non possit cadere affectio: nam nil amatur, nec affectatur, nisi præcognitum: vt extat adagium: & sic nec interesse singulare, cum non sit res in quam cadat, sed potest defendi, quod in eum casum debeatur mediocris. l. secundum. §. illud. ff. de ad litio adiecto. l. legato. & ibi notat. legat. 1 Nam ibi aliquod est mediocre cogitatum, in quo cadere affectio potest. vel dic, vt dicit infra, in mea opinione vltima.

10 Item singulare interesse non potest esse: solus affectionis, sed vtilitatis: vt supra dixi: idem potest veritas singularis cadere in homine in debitum in generi, non futurum, licet ibidem non sit affectio.

Ita retulit Petrus de bella Pertic. doctor Aurelianen. excelles (cui sua memoria tanto erat p... ponendus) in ciuitate Bononiæ hanc l. repetens, dum Romam petegrinus iter haberet, tempore tub... igitur videns Iacobus de Rauen. Francisc. Accur. non potuisse ... contraria euadere, à gloss. opinione recessit: & suam secundum incertum opinionem posuit licet potuisset respondere, quia in venditione non venit merum factum: sed mixtum: scilicet, datio, si venditor

sit dominus l. in conuentionalibus. §. fi. ff. de verborum obl g... & ista est communis, & tenenda secundum doctu.. hic licet collega noster dom. A ciatus in dicto capitu. quod subsequitur. co. 3. contrarium teneat: suus doctrinam latè examinat.

11 Doctissimus Gallus dominus Renaldus Andega in suo tracta. de eo quod interest, non transpono eius dicta eleganti... quia per eum licet videre: nec oportet conterere tempus in istis disputationibus, an solum teneatur tradere: quia parui momenti est.

12 Cùm venditor rei dominus, tradendo, dominium transferat: ergo si tenetur tradere, & dominium transferre, cùm sit dominus. l. traditionibus. C. de pact. & text. in §. pretium. in versic. & res tradatur, & venditio ad effectum perducatur. Instit. de emptio. non perduceretur ad effectum, si dominiū non transferretur, si ... t dominus. text. in l. si ... §. cùm per venditorem. ibi, quoniam saltem hodie dandum est. ff. de actio. empt. ponderatur text. in §. iteum si quis in fraudem. Instit. de act. vouissimè per Moder. ibi. Si vero non est dominus, transfert vsucapiendi conditionem. l. claubus. ff. de contrahen. emptio.

13 Nec etiam obstat quòd in locatione veniat factum: vide. lecce vti frui. l. ex conducto. ff. loca. Nam merum factum non venit sed mixtum: principaliter enim venit pactio locatoris: & consequenter dominij translatio, non rei conductæ, sed fructuum perceptorum per conductorem ex re locata. l. si pes. in fi. ... ff. de furt. & ista est communis, secundum moder. vnde senatus iudicauit contra de bi... quod patere ... vti frui Henricum de Boulment iuxta settum visitat. omis virginis Mariæ, aliàs curia adiudicauit petitorium etiam super aliis terris petitis anno 1411. Limit. , vt hic per collegam. d. capit. quod subsequitur in fi ie. in minus & simi... bus, ... tacitur. bus ad dationem, referendo Plutarch. in Apophtheg. vide per eum. aliter respon. Sal c... Item dicit Iacob. de Rauen... casus dici certos, qui habent successe commune: vt scribere mihi librum, tacere mihi domum, & similia: nam apud quemcunque sit liber, tantum valebit penes vnum, quantum penes alium. Igitur, si non fiat, interest cōmuniter. Item si promisisti pingere tabulam, vel scribere ... tum ... bet interest, sicut mea. Ideò erit casus certus, secundum eum. hoc tamen non potest sustineri: quia facta sunt incerta l. vbi. §. qui id quod ff. de verborum obligatio. seu pingere tabulas, vel scribere librum, est facti: ergo erit casus incertus, quando pecunia non data conuenit. Illi vero dicentur incerti, qui non habent commonem ... stimationem, vt sic pro me Romam: nam tantum mea potest interesse in hoc facto, non alterius: cum illis habeā negotia, tu vero non:

c... c

De doctoribus audi. nonnullis ex terum de nouo venientium.

De do. Renal. Ande.

Arrestum.

Secunda opinio Iacob. de Rauenna.

De Petr. de bella Pertica.

14 Reprobatur opinio Iaco. de Rauenna.

erit igitur incertus caſus, ſecundum eum. Vel etiam certam quantitatem intelligebat: ſcilicet, quando habet certos fines limitatos facto hominis: vt domus, & ſimilia. l.quod in rerum.§.ſi quis.ff.de legatis 1. Certa natura (ſecundum eum) erat, quando debetur aliqua ſpecies, quæ habet certitudinem à natura: vt homo, equus, &c. Nam poſtquam in eis inuenitur communis æſtimatio, & ſic ſimplum: ergo inuenitur duplum: per l.in teſtamento. in 1. ff. de conditionibus & demonſtrationibus. & ſuprà dixi: & latius referunt moderniores. Hanc opinionem reprobauit Petrus, à bella Pertica, tum quia nulla lege probatur: ergo erubeſcimus.l.diſſentientis. C. de repudiis.l.illam.& ibi amplè Iaſon, de collatio, dixi in repetitione l.quod iuſsit.in præfatio.in interlocutoria habente vim definitiuæ. ff. de re iudicata. tum quia poſsibile eſt, quòd ex parte conducentis non reperitur communis æſtimatio, & tamen erit certus caſus: vt ſi pecunia data (puta centum) promittas ire pro me Romam: ex parte tua non eſt certum, quia eſt factum: ergo (ſecundum eum) eſſet caſus & certus & incertus: quod eſt contra iura: videlicet duo in vno contraria ſubiecto non poſſe eſſe ſimul.l.ſi is qui ducenta.§.vtrum.& ibi Bartolus.ff.de rebus dubiis.l.vbi repugnantia. de regulis iuris. Poſtremò vltra doctores probo alia ratione non procedere poſſe hanc opinionem: quia, ſecundum eam, intereſſe commune non poſſet duplum excedere: cùm hæc lex in caſibus certis hoc prohibeat: quod eſt contra l.ratio.§.ſi per venditorem. ff.de action.empti. & infra latius dicam, & doctores inſiſtunt. Tranſeo ad aliam opinionem.

Opinio Petri, qua dicitur caſus certus.

15 Quare Petrus ab hac opinione diſcedens, poſuit ſuam intentionem tertiam: vt illi dicantur caſus certi, in quibus hinc inde oritur obligatio, & contrahentes obligantur, propter mutuam relationem: vt in emptione, venditione, & ſimilibus contractibus reciprocis. Nam ſi vendas domum, aut aliam rem: habes precium pro compenſatione, & ego rem: & ſic in mutua compenſatio. Vel aliqui intelligunt, & referunt Petri contractum dici certum, quando hinc inde oritur obligatio: & tunc propriè dicitur contractus: vt emptio & locatio, & cæteri ſimiles. Incerti verò, in quibus contrahentes non obligantur mutua relatione: vt in ſtipulatione ire Romam: hæc propriè nõ dicitur contractus.l.Labeo.ff.de verborum ſignificatione. Ideò Imperator in verſic. in aliis, non repetit contractibus: ſed in aliis caſibus. & ſic referunt Bar. Albert. & communiter docto.

16 Ab hac tamen opinione diſcedit Bartolus hac ratione: Si mutuò promittantur facta hincinde, oritur obligatio, & tamen

Reprobatur opinio Petri.

caſus eſt incertus: vt ſi promittam pro te ire Romam, & tu pro me Pariſios.l. prima. ff.de rerum permutatione. ergo non eſt vera opinio Petri. Eam excuſat Salicetus columna 4. oppoſitione 6 quando ſunt diuerſi contractus, & non vnus habens relationem: vt intellexit Petr. Alio modo defendit dominus Ignaus, in d.l.quatenus.& refert Renal.ſol.166.

17 Quarta fuit opinio Nicolai de Matarell. ſecundum Bartolum hic: & credo quòd voluit citare Nicolaum Mutinenſem, qui (ſi Trithemio credatur, libro de ſcriptor. eccleſiaſtic.) fuit vir in vtroque iure, & in legibus precipuè nobiliter doctus, ingenio ſubtilis, ſcientia & conſilio cautus. Ad rem ergo rediens (ſecũdum eum) caſus certi ſunt quando intereſſe non venit in initio in obligatione, ſed poſtea propter morã, vel aliam cauſam: vt in contractibus patet hac in lege. Incertos verò eſſe dicit, qñdo ab initio debetur id quod intereſt: vt ſi iniuriã mihi intuleris, aut damnum, ſtatim ad id quod intereſt teneris. & ſic dicitur incertus caſus, ſecundũ Bartol. hic, licet moderniores aliter referant: nõ curo, cum ſuprà dixerim, pœnam deberi ratione iniuriæ, non intereſſe. Igitur non admitteretur hæc opinio. alia latè Moder. Andega. citat: ad eum recurrito. Præterea Bartolus antequam veniat ad ſuã opinionem, reprobat ſic: Vbi nõ reperitur ſimplum, non poteſt dici duplum: argumẽto d.l.in teſtamento. ff.de conditionibus & demonſtrationibus. ſed quando illud factum debetur, ſimplum non eſt certum. dicta l.vbi.§.id quod. ergo nec duplum erit certum.

Opinio Nicol. Mutinen. qui dicantur caſus certi.

18 Sic debet habere Bartolus licet ſit corruptiſsimus in hac. l. incuria impreſſorum, qui eum non intelligunt. hac reprobatio Bartoli, parum facit contra Nicolaum: quia nõ negat quòd quando aliquid non inuenitur certum per ſe, vel per relationem ad aliud, quin dicatur incertum. Poſtea dicit Bartolus quòd ſecundum hanc opinionem facta eſſent inter caſus certos: cùm pòſt ſuccedat obligatio ad intereſſe.l. ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verborum obligation. quod iure non admittitur: & hic Bartolus inordinatè procedit. Alia ratione reprobat dominus Igneus opinionem Nicolai, vide. Et quia in iſtis reprobationibus non eſt magna vtilitas, licet poſſem multa fundamenta adducere, tamen ideò ea omitto.

Lectura Bart. corruptiſsima.

19 Quinta ſuccedit opinio Bartoli coniuncta opinioni Petri. vt illi dicantur caſus certi, ſiue contractus, qui habent certam quantitatem reſpectu ſui, vel adiuncti.

Opinio Bart. de caſibus certis & incertis.

Primò dicitur, reſpectu ſui, vt ſi certam quantitatem (puta decem dolia vini promittas: vel ſpeciem, vt Stichum: ſiue in genere, vt equum: quia cùm debeatur

medio

mediocris,adhuc diceretur casus certus.l. legato generaliter.ff.de legatis 1. Secundò, respectu adiuncti, vt in contractibus correlatiuis videlicet emptione, locatione, & similibus: in quibus licet factum traditionis interuenerit, seu vti frui, & sic incertū: respectu sui erunt incerti:tamē merces adiuncta est certa:igitur ratione adiuncti dicetur certum: & partes tanti factum, vel non factum,videntur æstimare,qñ āti mercedem. seu precium: quare interesse non poterit excedere duplum illius precij. In his forsitam posset dici, quòd imò & respectu sui & adiuncti dicatur certum: vt si vendo domum centum nummis, respectu sui est certum, scilicet domus, & respectu adiuncti precium,videlicet centum:nec ratione illius facti,videlicet traditionis, debet dici incertum.Item nun satisfacit hæc declaratio quia declarat idem per idē:contra l.finalem.ff.de officio procura. Cæsa.vt suprà dixi:cum textus dicat,in casibus qui habent certam quantitatem, vel naturam, non potest id quod interest duplum excedere.Qui dicantur illi casus, respond. Bartol.quòd hi qui habent certam quantitatem,respectu sui vel adiuncti:Sed non bene declarat, qui habent certam quantitatem. Præterea in id venit quod suprà fuit reprobatum,quod apppellatione quantitatis veniat species:eùm non dicat nisi quantitatem.Item sua declaratio est obscura: & exponit ignotum per ignotius, vt solitus erat facere Ioan.de Deo: & nunc quidam modern. quærentes fucum verborum, & non medulam, grammaticos imitantes, non iurisconsultos: vt quisque doctus vi dere potest.Nec declarat casus habentes certam naturam. Aliis etiam modis reprobat dominus Ignæus in dicta l. quatenus. sed ista reor sufficere.

Diceditur ab opinio. Bartoli.

Incerti verò dicuntur, qui non habent certam quantitatem, vel naturam repectu sui,vel adiuncti,vt si promisisti pro me ire Romam,respectu sui est incertum: cum omnia facta incerta sint.l.vbi.§. qui id quod ff.de verborum obligatio.Item nullum est adiunctum certum: igitur dicetur casus incertus:secundum Bartolum. Et hoc intelligo quando nulla pecunia promissa erat pro tali facto:alioqui in locationem caderet.l.naturalis.§.at cum do.ff. de præscript. verb.& esset casus certus. Vel si simpliciter promittatur ex vtraque parte factum. ibi nullum est adiunctum, cuius respectu certificetur:ideo dicūtur casus incerti. Sed domi. Igneus contra colum. 13. quòd imò dicatur continere certum: nam vno facto impleto,statim acquiritur actio cōtra non implentem,ad id quod promissum est implendum:aut saltem,quod in illo facto impendi,refundas: quod est certum, in dicta l.naturalis.§.sed si facio.ff.de præscrip. verbis,iuncta doctrina Bald. in l. contractus. C.de fide instrumentorum.hoc tamen non facit rem certam: nam pro facto succedit obligatio ad interesse.l.si quis ab alio.§. si. ff.de re iudica.quod est certum, vel per iudicem certificandum.§.curare.Instituta, de actio.& tamen factum non ob id dicitur certum:ergo nec hic,posset tamen defendi, prout moderniores dicunt,ad quos te remitto.

20 Sexta est opinio Baldi hic,columna 3.qui vtiliter quantitatem duplicem esse dicit: discretam videlicet,& continuam. Discreta,siue materialis,est aggregatio vnitatum, quæ terminantur ad vnum terminum: vt decē:nā si ad diuersos numeros determināur,sunt diuersi numeri, & diuersæ quantitates,vt quinque, & quinque.not.in l. vt fideiussor. ff.de fideiussoribus. Continua est, quando sunt plures partes formaliter tendentes ad vnum & eundem numerum: vt glebæ ad fundum,membra ad hominem.l. si seruus.§.bone. ff. de condictio. furt. & vtrobique potest hic accipi,secundum eundem Baldum,sed sic intelligendo,appellatione quantitatis compreheñderetur & species, & natura: & sic textus esset superfluus, in eo quòd ponit naturam:quod non est dicēdum,vt dicam infrà.

Declaratio Baldi circa casus certos & incertos.

Quantitas dicitur duplex discreta & continua.

21 Natura etiam tripliciter accipitur. Primò pro proprietate,seu rei potestate: vt si dicatur hominē sua natura ridere, ex natura contractus omnia in iudicium veniunt, id est,ex proprietate contractus:vt in contractibus bonæ fidei, bona fides exuberare debet.§.actionum.Instituta, de actionibus.in contractibus stricti iuris, id venit de quo nominatim actum est l.quicquid. ff.de verborum obligatione. sic non capitur.hic.

Natura tripliciter accipitur.

Secundò dicitur natura,pro re alteri cōmensurabili,seu cōpensabili:vt in emptione & venditione res est precio commensurabilis seu compensabilis:quia contrahenti tanti videtur res,quanti precium. argument.l.j.ff. de rebus dubiis. l. si ita stipulatio.§.final.ff.de operis libertorum. Ideò omnis res quæ potest vendi, vel locari, vel ad certam mensurā redigi (secūdum eum) potest dici certa,vel quantitate,vel natura. Sed hæc expositio videtur extranea: quare non placet.l.si quis in fundi vocabulo. & ibi nota.ff.de legatis primo.l.non aliter, de legatis.3.

Tertiò accipitur natura,secundum eum, pro natura naturata, id est, pro quolibet indiuiduo:vt homo, equus, mulus. glossa in l.respiciendum.ff. si certum petatur. & ita hic accipitur, secundum eum. dicam infrà.

Item accipitur natura, id est,Deus. §.1 Institu.de iure naturali,& l.j.ff.de instit. & iur.glo.in §.conditiones.Institu.de verbo. obli

obligation. l. sed & si restituatur. §. fina. ff. de iudic. l. 2. C. de indict. viduata. tollen. vide quot modis sumatur per glos. in ca. ius naturale. 1. distinct. Albericus in dictionario suo, in verb. natura. Baldus in l. vna. §. libertatibus. C. de caducis tollendis. Ioann. Montolo. in suo iuris promptuar. in verb. natura. in 2. & melius quàm alibi per Albertum Brunum Astēn. in suo tractatu de for. & solenni. actus rubr. 1. colum. 2. Eandem ferè cantilenam suprà adductæ opiniones canunt.

Opinio Alciati de casibus certis ...

22 Colliga noster d. Alcia. in aliam, quæ est septima, descendit sententiam: dicens illud dici certum, quando illico potest probari, Incertū, quando statim nō potest probari. Nam id quod interest, non iure, sed in facto consistere iurisconsl. dicunt l. quatenus. ff. de regul. iuris. Solent autem ea facti appellare, quorum vis est dubia, & onus à probationibus pendet. argum. l. Arethusa. ff. de statu homi. l. cum quem. de iudic. Hanc opinionem confirmauit idem collega, in l. certum. ff. si certum petatur. Igitur in hoc tractatu certitudo, vel dubietas, non est (secundum eum.) accipienda ratione obligationis, vt sit in obligationibus dandi & faciendi: & in hoc ait Accurs. deceptus: nec est accipienda ab eo, quòd ab initio in obligationem deducatur id quod interest, vel non deducatur: vt dicebat Nicol. sed id est quærendum, an possit protinus probari, vel non possit. Igitur in venditione, & locatione, cùm de precio cōuenīatur: clarum est si conuenta non seruatur, minus interesse nequaquàm poss. quàm sit precium. & ideo cum hic cōtractus respectu probationis euidens sit, dicitur certus. Idem in pacto eundi Romam, si vicissim promissa sit pecunia: & sic reddet. Hæc opinio licet sit subtilis admodum, tamen nunquam mihi placuit.

23 Primò præsupponit, quòd non potest illico probari factum. quod est contra hunc textum loquentem generaliter, quod. iudices in casibus incertis per suam subtilitatem debent inquirere. vt damnum re vera datum reddatur: ergo factum habita contestatione poterit probari, si habeam testes in promptu: & tamen facta ob hoc non dicuntur certa, quò ad hanc materiam huius legis. l. in lege Aquilia si deletum ff. ad legem Aquiliam. & ibi dicitur, quòd si conuentum sit de faciendo domum: & testes sunt valetudinarij: protinus probabo. tamen factum illud non erit certum, quo ad hanc materiam: & probatur in capitulo, quoniam. & per totum. vt lite non contestata. Item quandoque id quod certum est, non potest probari. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutel. Ergo erit casus incertus, quò ad hanc legem, quod nullam rationem habet: dicit. l. non distinguemus. §. finali. ff. de arbitris. Nam licet sint incerta, quo ad probationem: non tamen quò ad hanc legem. Item pone, quòd deficientibus probationibus confitetur debitor se debere decem, caussa mutui: certum est, tamen non probatur. notant Felinus & Decius in rubric. de probationibus. & sic quo ad hanc materiam non potest dici incertum, quando non potest illico probari. Item quando iuratur in casibus certis, non probatur. l. sed & si possessori. §. fina. ibi, perinde haberi quod iuratum est, atque si probatum esset. ff. de iureiurando. Ergo non est casus certus. Præterea si hodie contraxi coram testibus, vt puta vendendo domum: conuenta non seruantur: testes absunt: non possum illico probare conuentionem: ergo non erit certum. Vel testes sunt mortui: non possum omnino probare venditionem: & sic erit casus incertus (secundum eum) quod est contra hunc textum loquentem de venditione. & contra suam opinionem facit textus in capitulo, vt circa (si rectè ponderetur) de electionibus libro sexto. & licet posset dici certum, non tamen quo ad hac materiam. Item dum dicit, minus interesse non posse, quàm precium. est textus in contrarium, si ita loquamus. in l. principio. ff. de actione empt. l. si minor. C. eo titu o. vt si obligo rem meam valentem centum, pro decem, sua caussa: & promittis reddimere: non redimis: minus interest quàm sit precium ter, vt supra dixi in l. gloss. Item di-

Interesse an in iure consistat; contra Alcia.

24 cit dominus Alciatus id quod interest in iure non consistere. loquitur contra hunc textum & omnes ll. loquentes de eo quod interest: alioquin frustra essent editæ, si in iure non consisteret. nam ad quæstionem facti non respondet iurisconsultus. l. cum quem temere. §. ... ff. de iudicis. Nec obstat l. quatenus per Alciatum adducta, quia dicit interesse in facto consistere, videlicet quatenus cuiusque interest: seu id quod interest, iuris est, & in iure consistit: vt hic, non in facto, in quod non respondet iurisconsultus: vt ibi. & miror quod collega non ponderauit dictionem, quatenus in dicta l. positam. hoc plene probat Paulus hic contra quosdam contrarium tenentes.

Alciati opinio de natura certa.

25 Item dicit tunc casus habere certam naturam, quando habent ea quæ tacite intelliguntur deducta: licet non exprimantur, vel ex consuetudine, vel ex alia caussa: vt in emptione venit de natura contractus euictio, etsi non fuerit promissa. probatur in l. pacta. in gloss. ff. de contrahenda emptione. allego textum licet non alleget, si non dubitatur. C. de euictio. (quamuis Bartolus in l. prolatam. C. de sententiis & interlocutoriis omnium iudicum. dicat ess. de substantia.) Item si relinquatur mihi vsus fructus, oportet quod ego caueam de vtendo arbitrio boni viri: & illud est de natura contractus, vt dicunt doctores in l. prima. C. de

C.de vsufructu.Et istud secundum Alciatum fuit introductum, quoniam assidua consuetudo fuit, vt præstaretur.

Item dicitur de natura, quod rei accidit regulariter in l.cùm quid.ff.si cert.petat. & ideò si domum vendo centenis aureis:contractus hic certæ quantitatis est. si trado Stichum:certæ speciei est,quæ facilè æstimationem ca.si mutuo tibi dolium vini,& negas æquè bonum reddere: hic contractus dicitur certam habere naturam, quæ est vt æquè bonum reddatur: ideo iudex ex hac constitutione æstimabit.

26 Etiam hæc opinio non placet, quia text. esset superfluus: contra primam constitutionem.C.Nam omnis contractus (etiam incertus) habet suam naturã, & tacitè inest aliquid: ergo erit certus, secuiо eum. & Albertus Brunus not.in tracta.de forma & solennit.actus.Rubr.1.col.3.citat. Bal.in l.si vnus.§.pactus.ff.de pact. per illum tex. vt in factis,si non fiat,venit tacitè interesse. d.l.si quis ab alio.Item si promisit quis facere domũ:tacitè quædam ex natura contractùs veniunt,l.continuus.§.item qui insulam.& §.cùm ita.ff.de verb. obliga. ergo facta erunt certa natura, secundum eum. Præterea omnis contractus esset certus natura, secundum eum:& sic non fieret differentia (vt in textu dicitur) de contractibus certis, & incertis. Item contractus omnis certus quantitate,erit certus natura: ergo nõ erit certitudo alternatiua,scilicet quantitate vel natura,secundum eum:tamen dicit contrarium text.ergo &c.

Refellit ode.& Alciat. inuentum.

27 Item interesse non potest excedere duplũ in certis:vt hic in versicul.sancimus. sed id quod est de natura contractus, potest duplum excedere.l.ratio aliàs, datio. §.si per venditorem.ff.de actio. empti. ergo hic de illa natura,de qua idem loquitur, non potest intelligi.Nam si mutuo tibi vinum,mihi reddendum in festo paschatis, quo tempore valebat decem:non reddis:te conuenti: pòst valuit centum,& sic vltra duplum:teneris ad illa centum,& quanti plurimi valuit:in l.vinum. ff. si cert. petatur. l. in hac de tritica.l.3.§.in hac commoda. & tamen hæc lex taxat non excedere duplum posse, in habentibus certam naturam: vt est hic casus secundum eundem.ergo sua opinio periclitatur aliis etiam modis, quos relinquo:vt si quispiam velit eam defendere, illi respõdeam prompta manu, si expediat. Item dum dicit introductum propter assiduam cõsuetudinem,vt euictio præstetur. nil allegat arbitror voluisse adducere text. in l.quod si nolit.§.quia assidua.ff.de ædil. edict.quæ loquitur de stipulatione dupli. non de euictione:igitur cùm sine lege loquatur,ei non credam.

28 Item non obstat dum dicit idem collega, quòd homo in genere promissus, licet mediocris debeatur,tamen non dicitur habere certam naturam: quia vnus mediocris, alio æquè mediocri plus potest æstimari: quandoquidem hæc mediocritas certos fines non habet.dic tamen,quòd bene habet certam naturam inditam a Deo: videlicet quòd est vir, non mulier: vir, non equus, aut iumentum.Nec potest dici certa natura ratione æstimationis,vt ipse vult innuere,& dicã infrà latius. Plus dicit, quia hæc electio de mediocri,est ambigua, & difficilis:ideo non videtur certam habere naturam:ergo ratione electionis facilis, res dicitur certa natura (secundum eum) quod nullo iure cautum reperio:imò si quispiam ire pro me Romam, vel domum fabricare promiserit:quia statim alterum possum eligere,vt patet:ergo dicetur secundum eum certam habere naturam: quod non credo. Alia multa sunt quæ faciunt contra hanc opinionem,quæ extra locum relinquo, vt possim breui finem imponere,non obstantibus iuris canonici lectionibus, quibus nunc premor.

Homo in genere an habeat certã naturam.

29 Nec placet nouissima opinio Modern. Andega. quæ est 8. quòd non intelligatur de continua quantitate, sed discreta: quia cùm hæc lex sit declaratiua,habebit locum in omnibus illis casibus,in quibus aliæ leges declaratæ.glossa & ibi Iason in l.sciendum.ff.qui satisdare cogantur.glos.in Clemeo.statutum.de elect. Item quia appellatione quantitatis vtraque venit, cùm vtraque sit quantitas.Etiam displicet quòd intelligamus cyphum,& fundum habere certam naturam : quia quantitatem habent continuam, non naturam, quò ad hunc text. nam natura non indidit eis certitudinem,sed homini facto constituuntur. l. Caius.§.fin.cum similibus. ff. de legat. 2. melius facit text.in l.quod in rerum.§. si quis. ibi,eum nostra destinatione fundorum nomina,& domus non natura constituerentur.de leg.1.ecce ibi casum formalem contra hanc opinionem.

Nec stat cum moder. Andeg.

30 Quid ergo inter tot & tantos patres dicam? crede mihi multo melius esset silere, quàm propalam aliquid disserere: attamen quãdoque Deus reuelat paruulis, quæ abscondit sapientibus.c.esto subiectus. 95. distinct. quamobrem explicabo, vt potero, nec tamen (quasi Pythius Apollo) diuina vt sint, & cœlestia, quæ dixero:sed vt homunculus vnus è multis, probabilia. Posset enim fieri, vt si singuli diligenter super hac quæstione interrogarentur,tot diuersitates opinionum inuenirentur, quot homines numerarentur:vt in simili dicit textus in c.sicut.§.item si posset. de consecrat. distinc.4. Igitur receptum est, quantitatem posse accipi, quicquid consistit in pondere,numero,vel mensura:cum illud propriè dicatur certum.l.certum.ff.si cert. petatur. & declaratur in §.1.Instit.quibus modis re contrahitur oblig. siue quantitas sit contiua,

Noua inuentio authoris de casibus certis

nua, vt fundus decem arpentorum:ſiue diſcreta,vt decem prout latius ſuprà dictum extitit: & ita largè ſic erit accipiendum:& communiter in hoc doctores conueniunt, dempto Andegaueñ.facit.l.arbitrio. ibi non adiicitur certa quantitas.ff.de dolo.l. ambitioſa de decretis.ab ordine faciend.l.profectitia.§. ſi filiusfa ibi,certam quantitatem de iure dotium.

31 Per naturam puto intelligendum res animatas, quibus Deus indidit naturam certam, vt cognoſcerentur: nam viro certam naturam à muliere distinctam indidit: mulieri certam naturam, videlicet fœminam, dedit. Item equo certam naturam indidit, per quam eum dignoſsimus à iumento. Item boui (per quam à multo differt) certã naturam indidit:& ſic de aliis:& hoc probatur per Ariſtot. librn de natura animal.& communi vſu loquendi,quia attendi debet. l.Labeo.ff.de ſuppellect.legat docto.in rub. de no. operis nuncia & in procœ.decreta.& Auguſti.de morib. Manichæorum ait,Natura nihil aliud eſt, quàm quod intelligitur in ſuo genere aliquid eſſe.& Sapieñ.7. capi. Deus dedit mihi horum quæ ſunt,ſcientiam veram naturas animalium,&c.

32 Nec obſtat quòd res inanimatæ puta ſeruitutes,& aliæ res habeant naturam.l. ſi ædes.prima.in fin.ff.de ſeruitu.vrb.præd.quia fateor, ſed non certam à Deo inditam.de qua hic credo Imperatorem loqui:nam Priſcia. & alij grammatici dicunt genus non oportere demonſtrare in maſculo, nec in fœmina, cùm certam habeant naturam.dicit Nebriceñ. fœmina máſque genus nullo monſtrante reponunt.vel per naturam poſſumus intelligere certitudinem ipſam quæ ineſt rei naturali quadam vi, ſeu origine propria, non facto hominis. vt probatur in l.quod in rerum.§. penultimo.ibi,cum noſtra deſtinatione fundorum nomina & domus,non natura conſtituerentur.ff. de legat. primo,& Imperator hic iſta duo poſuit verba, vt omnes comprehenderent certitudinem tam à natura prouenientem, quàm ex diſpoſitione hominis, & ſic quo ad effectum omnes prædictæ opiniones conueniunt.

Certum vnde dicatur.

33 Et dicitur certum, à cerno cernis:quia certum & decretum eſt ita eſſe, ſecundum Bald. in l.filium.colum.ſi.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. vel certum poteſt dici quod probabili ratione creditur.l. ſi filius.ff.de ritu nuptia.l.1.§. ſi quis vltro.de quæſtio.vel certum dicitur quod per communem hominum intelligentiam certo modo interpretatur.capitulo intelligentia.de verbo.ſignifica. capitulo ex literis.de ſponſal.Bald.in capit. cauſſam.2.col.2.de teſtib.

34 Item multis modis dicitur aliquid certum:vt declarat Alberic.hic.colum.9.&ideò ſi quis vendiderit decem dolia vini,& non tradiderit:vel quinque libros, aut fundum, tenetur ad id quod intereſt:quod non poteſt duplum excedere:quia eſt caſus habens certam quantitatem.

Item ſi quis vendat bouem, & non tradat:ſeu equum, aut decem oues,vel aliam rem animatam:tenetur ad id quod intereſt: quod duplum non excedit: quia eſt caſus habens certam naturam: & de natura probatur in lege imperialis.C.de nup. lege vna. §.ſed ne ex conſenſu.de rei vxor.actio.l.res. de donat.inter vir.& vxor.cap. damnamus. de ſumma trinit.l.ſi mater.ff.de fideicom liber.lege interdum. de verb. oblig.Et ſic ſi promittatur bos in genere, dicitur caſus habens certam naturam, à iumento,& ab aliis animalibus:ideo non poſſet duplum excedere: & ſic procedit opinio Bart.quicquid dicant modern.hic.& quantum ad effectum videntur huic doct.opinioni aſſentire,licet nõ ita declarent:vt dici ſuprà.

Nec obſtabit quòd nulla certa ſpecies ſit in obligatione:quia fac eſſe,tamen certa natura eſt,quæ ſufficit:vt in hoc patet text alternatiuè loquente:ibi,certam quantitatem vel naturam: cuius natura eſt vt alterum ſufficiat.lege ſi hæredi.plures.ff.de condi.Inſtit.capit.a.& cap.inter.de reſcript.& ſic ſufficit.dum tamen vnum ſit certum quantitate,vel natura.facit.l.vbi.§.illud.ff.de verb.obliga. Dicebat tamen quidam,quod poteſt aliquid eſſe certum quantitate, & natura ſimul: vt, promitto decem equos:& illa dicitur maior certitudo.not.in d.l.certum.& per hoc erit hic caſus difficilis elucidatur: laus Deo: quia actenus non inuenies alibi hunc articulum ita diſcuſſum: & planè fateor,quòd indigeret declaratione principis, ſeu parlamentorum.

Gloſſ.verb.contractibus,Epitome.

1 *Verba,in omnibus contractibus qualiter accipienda.& nu.2.*

4 *Intellectus l.vnic.C.de eo quod intereſt.in verb ſancimus.& nu.5.*

6 *Concluſiones ex gloſſ elicitæ.*

7 *Intereſſe in obligationibus rem tradi,an duplum excedat.*

Et quid in interdictis.num.8.

Gloſſ. verb.contractibus.

GLoſſa in verb.contractibus.diuiditur in quinque partes:In prima, timore cuiuſdam contrarij, ſupplet ád textum. in ſecunda, quærit: in tertia, opponit: in quarta, ampliat in maleficiis: in quinta, loquitur quid de obligatione rem dari, Se-

cunda, sed qui sint hi. Tertia ibi, sed certè imo. quarta ibi, item in maleficiis. Quinta ibi, secus si diceret dari.

Prima pars videtur innuere superfluitatem: quia sufficiebat dicere, in omnibus casibus: & tamen hic text. dicit, in omnibus contractibus, & sic erit superfluus: contra primam constitutionem. C. §. quibus. gloss. respondet: hoc verbum, in omnibus contractibus, intelligi de similibus: alioqui esset contra versicu in aliis. vbi in incertis non est taxatum, sed solum incertis: & pro expositione facit gloss. in l. si fugitiui C. de seruit. fug. t. text. in cap. sedes. de rescript. & ibi latè Felinum post alios. & sic facit pro Petr. quod intelligatur, de contractibus, vltrò citróque obligatoriis: prout ponderauit dom. Igneus in dicta l. quatenus. & in respon. argu. Decij.

2 Secunda pars quærit, de quibus similibus loquatur? & respond. duobus modis. Primò, quòd sunt in his in quibus lex dicit singulare interesse venire. Secundo, illi qui continent certitudinem, secundum quosdam. Prima non tenetur: quia in omnibus non venit singulare interesse: ergo hic text. non procederet: secundum Sali. & alios: & glo. in 3. parte etiam hoc reprobat, dicens, quod si et singulare interesse non veniat, dummo do certitudinem contineat ille contractus, hac lege complectitur: vt sunt omnes contractus bonæ fidei: de quibus in §. actionum. Instit de actio. & gloss. in capitu. cùm venerabilis. de exceptio. & etiam quidam stricti iuris: vt in arbitrariis, in quibus in litem iuratur. l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. & in his non est dubium singulare interesse venire. l. 1. & 2. & per totum ff. de in lit. iur.

Item procedit hic text. in quibusdā maleficiis, & interdictis l. in interdicto. prima. ff. de vi & vi arma l. si duo. in fine. vti pos.

3 Item in omnibus contractibus, in quibus lex dicet certam rem debere tradi ex contractu, vel delicto: secus si dari: tunc præcisè tenetur. l. si seruum. §. 1. ff. de verb. obligationi. & l. vbi. §. final. illo titul. & in gloss. dupli latius dicetur: habet etiam locum in contractibus innominatis: etiam si lex dicat certam rem debere dari. l. rebus. C. de rer. permuta. quia sicut sunt debiles in obligatione contrahenda: ita esse debent in dissoluenda: secundum Salice. hic melius facit l. naturalis. §. 1. ff. de prescrip. verb.

4 Ex gloss. habes, reiecta opinio. modern. hic declarationem ad text. in verb. sancimus in omnibus casibus hoc quod interest dupli quantitatem non excedere: postea text. restringit, qui habent certam quantitatem, vel naturam: successiuè Imperator ponit exemplum in venditione, & locatione: & quia poterat quis dubitare, an in illis tantum duobus contractibus procedat, cùm et ii exempla non arctent regulam. lege nam

Declaratur textus in verbo sancimus.

quod liquidè. ff. de penu. lega. lege damni. in 2. ff. de damno infec. attamen duo exempla falsi eum declarant in eadem specie procedere, secundum collegam hic. capitulo quod in primis, per text. in l. nunquam. & ibi gloss. ff. de priua. delict. not. Moder. in §. sed iste. columna septima. Institu. de actio. Item lex correctoria tantùm procedit in exemplis in ea positis, ne amplius corrigat. Paulus Picus, in repe. l. in quartam. columna 38. ff. ad legem Falcid. Sed Imperator ad tollendam illam dubitationem, statuit id quod interest non debere duplum excedere in his duobus casibus: nec etiam in omnibus contractibus similibus: intellige videlicet vltro citróque obligatoriis: & aliis habentibus certam quantitatem, vel naturam: & hanc puto fuisse intentionem Imperatoris. & sic excludit, secundum collegam, contractus stricti iuris. per dicta l. nunquam. quæ dicit exempla text. istum declarare: vt in casibus eisdem, vel similibus procedat, non diuersis, quod non admitto: imo hic text. intelligetur etiam de contractibus stricti iuris, propter verbum omnibus generale, quod omnia comprehendit, & nil excludit, nisi lege excipiatur. lege à procuratore. C. mandati cum similibus: & non obstat aliud, quia duo exempla non declarant tantum in illis duobus procedere: vt est text. in l. 1. ff de præscript. verb. l. si tibi areæ illo titulo, capitulo inter cæteras. in fin de rescript. & sic etiam in stricti iuris iudiciis procedet l. tertia. § finali de eo quod cert. loco. cum similibus nec illa l. nunquam, s. cum facit, secū dum aliquorum opinionem.

Alcij. opinio reijcitur.

5 Infertur ex hoc intellectu primo, quod nō comprehenduntur contractus hincinde non obligatorii: de quibus in l. Labeo ff. de verb. significa. licet in verbo casibus, comprehendantur: vt not. moder. hic.

Secundo excluditur factum reciprocum, cum non sit vltróque obligatorium, sed sunt duæ stipulationes: & sic non dicitur casus certus, sed incertus: vt suprà dixi.

Tertio, facio facias: non est contractus reciprocus, nec certus: quia non oritur obligatio vtrique, sed ei qui impleuit contractum ex parte sua. l. iurisgen. §. sed & si in alium. ff. de pact. l. prima, de rerum permuta. not. in l naturalis de præscript. verb.

6 Ex glossa eliciuntur conclusiones sequētes: quarum prima est, quod hac lege limitatur titulus de in litem iurando: vt vltra duplum non possit quis iurare, nec iudex condemnare: cum hæc sit lex noua, & generaliter loquatur. latè dixi suprà, in prima gloss. in interesse affectionis, igitur non repeto: ibi respondi ad opinionem contrariam collegæ.

Not. conclusiones quinque.

7 Secunda conclusio: Vbicunque lex dicit certam rem debere tradi, interesse duplum non excedit: quia casus certus est, secundùm istam

In obligatione rem tradi interesse duplum non excedat.

iſtam gloſſ. Hanc concluſionem reprobant communiter doct. quia ſtipulatio rem tradi certi fundi vacuam, dicitur incerta.l.ſi rem tradi. & ibi Bartolus,& in l.ſi fundum certa dic.& not.in l.ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligationibus. l.quarta,de vſur.ideo non taxatur hac lege. vt dicetur in glo.in verb.in aliis.

In interdictis an intereſſe duplum excedat.

8 Tertia concluſio:intereſſe non excedit duplum in interdictis. l. prima,§. non ſolùm. & l.in interdicto.ff.de vi,& vi armata.lege ſi duo.§. finali, vti poſside. etiam non tenetur:quia in eis agitur ad reſtitutionem poſſeſsionis, vel alio modo ad poſſeſsionem, quæ eſt facti.l.prima,§. ſed ſi vir.ff.de acq. poſſeſsione cum ſimilibus. dixi latè in rub. de cauſſa poſſeſſ. & propriè.ideo dicitur incertum, tum propter fructus incertos perceptos:tum propter percipiendos,qui in rerum natura non ſunt,licet quidam moder.

Taxantur moder.

hic velint ſuſtinere glo.dicentes haberi rationem ad rem ipſam,ergo cum res ſit certa:& caſus erit certus: alioqui etiam procederet in contractibus,& delictis, in quibus eſt res certa tradenda. Falluntur:quia in contractibus.& delictis traditur res,vel agitur ad rem tradendam.l.prima,ff.de actio.emptio. ſed in interdictis agitur ad poſſeſsionem, quæ facti eſt: vt ſuprà dixi:ergo erit caſus incertus. Reliqua ad intellectum huius gloſ. pertinentia dicentur infrà,in gloſſa in verbo in aliis.

Gloſſa in verb.dupli. Epitome.

1 *Duplam quid debeat.& nu.ſeq.*
2 *Precium commune rei attendi.*
3 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*
4 *Duæ cauſſæ lucratiuæ in idem non poſſunt concurrere.*
5 *Intereſſe conuentum totum peti poteſt.*
Fallit multipliciter.nu.6.cum ſeq.
8 *Intellectus c.ſuam.de pen.*
11 *Bart.lectio reſtituitur.*
13 *Intereſſe commune totum debetur.*
14 *Intereſſe ſingulare,an tantum taxetur.*
16 *Intereſſe ſingulare vſque ad duplum debetur.*
17 *in Intereſſe communi venit tantum damnum, & non lucrum.*
19 *Intellectus §.ſi per venditorem.l.datio.de actio empt & nu.ſeq.*
21 *Intereſſe extra rem an debeatur.*
Diffinitio Bart ſuper intereſſe extra rem & circa rem.
22 *Alciati inuentum de intereſſe extrinſeco.*
23 *Ius adeundi an ſit in bonis noſtris.*
24 *Hæres inſtitutus antequam adeat,an ſit locupletior.*
25 *Locuples vnde.*
27 *Bart.diſtinctio de intereſſe extrinſeco.*
28 *Pœna incurſa propter ceſſationem ſolutionis, an petatur.& nu.26.*
30 *Alciati opinio diſcedentis à communi refellitur. & nu.ſeq.*
32 *Intereſſe extrinſecum venit quando agitur propter malè factum.*
33 *Vendens rem alienam an malè faciat.& num. 34.35.*
35 *Intellectus l.qui rem alienam.ff.de contrahend. empt.*
36 *Venditio ſimul non poteſt eſſe certa,& incerta.*
Contraria duo non poſſunt eſſe in vno ſubiecto.
38 *Retractus, an habeat locum in re data in ſolutum,& an laudemium debeatur. & numero 39.*
40 *Excuſator rem vitioſam tradens non tenetur. nu.40.*
41 *Permutatio an veniat appellatione venditionis & an habeat in ea locum diſtinctio Bartoli.*
42 *Theophraſtus.*
43 *Commodans an ad omne intereſſe teneatur.44. & quid in mandante.45.*
46 *Mandatarius tenetur probare ſe adimpleuiſſe mandatum.*
47 *Intereſſe intrinſecum tantum debetur quod amplіatur ſeptem modis vſque ad nu.54.*
Fallit autem quatuor modis vſque ad numerum 60.
52 *Mora ſua nemini debet eſſe commoda.*
56 *Intereſſe intrinſecum an petendum.*
59 *Intereſſe intrinſecum non debetur propter ſuperioris authoritatem.*
60 *Intereſſe extrinſecum non debetur.quod ampliatur quatuor modis vſque ad nu.65.*
Fallit 13.modis vſque ad nu.78.
65 *Intereſſe extrinſecum debetur in foro conſcientia.*
67 *Intereſſe quando intereſſe intrinſecum non deberetur,tunc extrinſecum debebitur.*
68 *Item in caſibus incertis,in quibus damnum re vera datum debetur.*
70 *Locans rem vitioſam,an in conſcientia teneatur.*
78 *Intereſſe circa rem vel extra rem an ſit commune,ſingulare vel conuentum.*
80 *de quo Intereſſe loquatur l.vnic.C.de ſenten. quæ pro eo quod intereſt.*

Gloſſ.verb.dupli.

GLoſſa in verb. dupli.ſex continet partes. Prima declarat text. Secunda, not. Tertia,de communi intereſſe ponit. Quarta, format contrarium forte. Quinta,aliud. Sexta, aliud Secunda ibi, & not.quòd tertia ibi,in quo communi.quarta ibi, item in eo quod dicit quinta ibi,nec obſtat ſexta ibi.item nec obſtat.

Quod debet duplari.

Primo quæro, quod est illud, quod potest duplari? & gloss.respondet, quod interesse singulare non potest excedere duplum interesse conuenti: & sic conuentum duplatur, secundum Placent. Bulga intelligit de comuni. Glossa verò intelligit in versicul. tu dic, nec commune, nec conuentum, posse duplum excedere: sed duplatur id quod est maius, siue sit conuentum, siue commune: quia quandoque vnum est altero maius: aliquando interesse conuentum est nullum, quia non est taxatum ex contractu facto, aut aliâs: & tunc commune duplabitur: quia quod non est, non potest duplari lege in testamento.in primo, ff. de conditionib. & demonstrationi. Et sic opinio Placent.reprobatur per doctores in eo quòd intelligit de conuento: quia multi sunt casus, in quibus singulare interesse debetur: & tamen non est conuentum: ergo non reperitur duplum: vt dixi suprà. Sed potest saluari: quia vult conuentum duplari: tamen non negat quin commune etiã dupletur: & quia istud conuentum est magis certum quàm aliud: quia variantibus temporibus, variantur rerum precia.l. pretia rerum.§. final.ff.ad legem Falcidiam. ideo hoc magis inspicietur, per hunc text. ibi, certam quantitatem. nam fit certa per conuentionem.§.precium Institut. de empt. Item super hoc non oportebit inquisitionem facere, sicut in communi: vt not. doct. hic: attamen conuentum in totum debebitur: vt infrà dicam & d.Igne.in d.l. quatenus.col. 18.quia stari debet conuentioni: ergo non duplatur.

Resolutio authoris, quid debeat duplari, in qua conciliat opiniones.

2 Resoluendo tamen puto nec interesse conuentum, nec commune posse duplari: sed rei precium.lege prætor, in secundo,§. hæc autem actio.ff.vi bono.rapto. & lege in furti.de fur.lege prima,1.§. considerandum. de tutel.& ratio.distra.sed tam precium conuentum, quàm commune poterit duplari: & sic vtraque opinio conciliabitur: & hoc probatur in lege 1.ff.de actio.empt.vbi in venditione venit precium conuentum: & tamen singulare interesse in ea cadit: vt hoc text.patet: ergo illud precium conuentum etiam duplatur.hoc sentit Bartolus, & Socinus hic in rubric.columna quinta, versicu. tamen duplici via.& faciunt quæ dixi in gloss.1. suprà, vbi dixi, largè interesse vocari precium. Et sic precium commune rei attẽdi debet, maximè quando conuentio est erronea, & non vera, quia veritas, & non error inspici debet.per §.si quis rem. de legat. in Instit. Ideo si quis rem valentem viginti vendiderit nouem, duplabuntur viginti, quæ sunt rei verum precium, & non nouem, probat do. Igneus in dicta l. quatenus.licet quidam eum non intelligentes, & iudicio lapsi, reprehendant, & postea in idem conueniant in effectu post verborum iactationem inanium.

3 Item hic text.loquitur de casibus habentibus certam quantitatem: sed quando conuentum est precium, ibi est certa quantitas, ergo habebit locum hæc lex.

Præterea interesse non debetur ex interesse: nec æstimatio æstimationis sicut nec vsurarum vsuræ, vel vsuræ pœnæ.lege improbum.C.ex quibus caus.infa.irroga.lege fi.de vsu.lege 1.C.de fiscal.vsur.libro decimo, lege fina. ff. de magistratib.conuenien.ergo nec interesse debebitur ex interesse: & sic interesse non duplicabitur: sed rei precium. Item bona fides non patitur: vt bis idem exigatur.regu.bona fides.ff.de regulis iuris. sed si interesse conuentum, vel commune duplaretur, bis exigeretur interesse, quod fieri non potest.& facit.lege emptorem.§. Cassius.ff. de actio.empt.

Nec obstat, quòd expressum facit cessare tacitum.l.cum filio.§.si ex filio.ff. de vulg. & prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.lege fin.C.de pact.conuen.& hic si loquatur de conuento: ergo non potest loqui de singulari. Respondeo, nec loqui de vno, nec de altero: sed de precio communi & conuento, quod potest duplari in interesse singulari: vt hic.

Nec obest.quod antiqui non dubitarunt de interesse conuento: ergo hic text.non loquitur de eo, quia fateor non dubitari, si erat iam taxatum: sed quando precium solùm erat conuentum, benè dubitabitur vsque ad quam summam ascendere posset id quod interest, & hic statuit vsque ad duplum: quia etiam non dubitabatur de precio communi, sed bene de interesse communi.

4 Nec refragatur, quòd duæ caussæ lucratiuæ, in idem non possunt concurrere.§.si res aliena.Institut. de legat. nam etiam hic non corrunt: quia postquam id quod interest est taxatum: id inspicitur: cùm pacta asseruabo, dicat prætor.l. iurisgen.§.prætor ait.ff.de pact si non sit taxatum: sed præcium id siue fuerit conuentum, siue commune, poterit duplari: & illa mecum faciunt, quòd interesse commune non possit duplari: ne sint duæ caussæ lucratiuæ. Concludo ergo, in casibus certis interesse non posse excedere duplum precij communis, vel conuenti: quod est notandum ad huiusce legis elucidationem: & vt omnia intelligantur, nota sequentia.

Reg. quod totum interesse conuentum peti potest.

5 Regula ergo est, quòd interesse conuentum in totum est debitum: etiam si duplum excederet, lege stipulatio ista.§. alteri.ff de ver.obli.§.alteri.Instit.de inuti.stipula.l.2.§. fin.ff. qui satisda.cogan.& l.procurator.ad exhibendum.§. fin ff.rem rat.habe.& in l.si dictum.in princip.de edictio.l. fina.de præt. stipu.Bart.& alij hic, columna 9. Innocen.& Cardina. in d.cap. sacro.de senten.excommu.Specu.eo.tit.§.nunc dicamus.d. Igneus, in d.l. quatenus. col.3. l.idem iuris est.& ibi

Vincẽ.

Vincen. Hercula. not. vlt. ff. de verb. oblig. & dicam in gloſ., in verb proferuntur. Alioqui interdiceretur partibus libera rerum ſuarum diſpoſitio, quæ eſt tamen eis permiſſa. lege in re mandata C manda. etiam abutendo. lege ſed et ſi lege. §. côſuluit. ff. de petitio. hæred & pacta, ac conuentiones partium non ſeruarentur, quas tamen mandat lex ſeruari. lege iuriſgentium. §. prætor ait. ff. de pact. & parti daretur materia delinquendi. contra. lege conuenire. ff. de pactis dotalib. Nam pars poſtquam conueniſſet tradere rem, & ſi non traderet, promiſiſſet centū, ſi nollet tradere, non teneretur ad id quod promiſit, ſed duplum pendere poſſet, quod non eſt ei liberum lege non eſt C. de reſcin. vend. l. etiam quia de hoc non erat antiquitus dubitatum, quia ſemper ſolitum eſt exigi totum d. §. alteri. ob id iſta lex ad illud non refertur. Item dicit lex, partibus vt promiſſa reſtituant. lege vna. C. de ſuffragi. & quia illud in certis caſibus limitatur, ergo in contrarium eſt ius commune. l ge prima, ff. ad municipales. & probat textus in lege ſi plus. ff. de euictio. ibi placitum cuſtodiendum eſt. & iuriſconſ. conſilium poſitum in lege ſina. ff. de preto. ſtipula. dicentis, commodius eſſe certam ſummam comprehendere, quod non prodeſſet, ſi non poſſet exigi conuentum, licet quidam contra teneneant per rationes in aere fundatas. & in momentaneo eorum cerebro, vt quiſque ſani iudicij videre poteſt.

9 Primo limita, quando eſſet dationi quantitatis adiectum: quia in cum caſum nil debetur, cùm in fraudem vſurarum præſumatur appoſitum. Bald. in lege rogaſti. & ibi Modern. ff ſi certum petatur. & ſuprà dixi in 1. gloſſ. & in intereſſe conuento, igitur hic non repeto.

Secundò, non procedit, quando conuentio dolo facta eſſet: quia quæ dolo fiunt, nō valent: ſaltem ope exceptionis. lege prima, ff. de dolo. & lege. pacta quæ contra leges. C. de pact. Azo in ſumma de dolo. Innocen. in capit. ſacro. col. 3 de ſenten. excommuni. Specu. eodem titu. §. nunc dicamus. & Andega. in fol. 53. verſi nono incidenter. in ſuo tract. de eo quod intereſt.

Tertiò, idem intelligo ſi conuentio eſſet facta metu: licet non inueniam tactum. quæ enim metus cauſſa geſta ſunt, rata non habet prætor. lege 1. & per totum. ff. & C. quod met. cauſſa. tam de iure ciuili, quàm canonico. rubric. de his quæ vi metuſve cauſa geſta ſunt. in decreta. lib.

7 Quartò limita, ſi per errorem facti ſit promiſſum vltra duplum. gloſſ hic in fine. l. ſed ſi quis. §. finali, ff. ſi quis cautio l. ſi diuortio de verborum obligationibus. Baldus hic columna 4. verſiculo quæro, an intereſſe conuentum.

8 Quinto reſtringe de iure canonico, per capit. ſuam. de pœnis. docto. in capitulo dilecti. de arbitr. & in l. quarta, §. Cato ff. de verborum obligationibus. Cogita ſi poſſit dici, quod iſte textum non probat: quia ibi ſoluta erat ſors, ſeptem exceptis. Igitur non erat æquum ſoluere totam pœnam: ac ſi nihil ſolutum eſſet: & ſic etiam de iure canonico debetur intereſſe conuentum. Innocen. & Cardina. in capitulo ſacro de ſenten. exc.

Nonus intellectus ad ca. iud. de pœnis.

9 Sexto fallit, quando facta eſſet conuentio à perſona, quæ aliâs non poſſet obligari: vt in prodigo, furioſo, & pupillo, ac aliis ſimilibus. l. is cui bonis. ff. de verb. obliga. & ibi docto. plenè.

10 Septimo limita, quando principale eſſet nullum, vel impoſsibile: nam & intereſſe conuentum ſuper his non debebitur, tanquam acceſſorium. l. cum principipalis ff. de regulis iuris. l. non dubium. C. de legi. latè addidi in dicta. l. cùm principalis. pro hoc eſt textus in l. ſi homo mortuus ff. de verborum obligationibus. & ibi Bart. & Iaſ. vide eos in l. ſtipulatio iſta §. alteri. illo titul. & Alexander in l. ſecunda. §. Item ſi in facto. colum 2 de ver. oblig. intellige quando ſtipulatio intereſſe conuenti eſſet acceſſoria, aliâs contrà per ſupradicta.

11 Vltimo limita, quando conuentio illa eſſet facta ob turpem cauſſam lege prima, & per totum ff & C. de condictionibus, ob turpem cauſſam.

Aduertendum eſt etiam, quòd Bartolus hic numero 6. verſicu. quæro cuius eſt iſtud. eſt corruptus vitio impreſſorum: ibi. dum dicit, vbi non repetitur intereſſe commune, ſed conuentum, debet dicere, vbi non reperitur intereſſe conuentum, ſed commune: tunc non poteſt excedere duplum intereſſe conuenti, aliâs falſum diceret.

Bart. corruptè loquitur.

12 Item inquantum moder. hic dicunt intereſſe ſingulare introductum ad differentiam conuenti. & communis: ergo vbi ſit ſingulare, ibi eſt & commune. non eſt verum: ex diuerſis enim non eſt bona illatio. lege Papinia exuli ff de minori. lege finali. de calumniato. niſi accipias largè intereſſe, pro precio.

Moder. reprehenſio.

Item dum plus dicunt, non poſſe imaginari caſum in quo ſingulare ſit ſine communi, vel conuento. certè dico quòd ſemper ſingulare eſt ſine conuento, & communi: nam bona fides non patitur, vt bis ab eodem exigatur lege bona fides ff de regulis iuris, vt dixi: ſed poteſt excuſari, quòd intereſſe ſingulare non poteſt eſſe ſine precio cômuni, vel conuento. & ſic poteſt intelligi opinio moder. in hoc multum titubantium, & noctu (vt dicitur) nauigantium.

Intereſſe commune totū debetur.

13 Ex ſecunda parte gloſ. notatur, quòd intereſſe commune, quantumcunque ſit, debetur & poteſt peti. l. ratio. §. ſi per venditorem. ff de actio. empt. text & ibi not. Salic. in l. 1. §. fin. de eo quod cer. loco & ſequuntur communiter doctor. & eſt communis ſe

cundum moder.etiam si fit extra rem: & an debeatur, dicetur infra.

Singularis. an tantum taxetur.

14 Sed an hæc lex loquatur tantùm de singulari? quod si videtur tacere: quia super communi non dubitabatur, cùm quilibet ita æstimaret: ergo, &c. Item lex minus quàm possit debet corrigere. lege vna. C. de inoffi. do. Prætetea hoc non producebatur in infinitum: nec in circuitus inextricabiles redigebatur: sed quod communiter intereat petebatur: & illud comunius receptum est. Et in forensi iudicio seruatur, vt est statutum in ordina. reg. no. articulo 94. quicquid in contrarium iuniores scribant.

15 Secundò amplia, etiam in maleficiis. lege si seruum meum. & lege sequen. ff. ad legem Aquiliam. l. inficiando. de furt sequitur gloss. hic dicens, quod singulare interesse in maleficiis vltra duplum non debetur: vt suprà dixi in glos. in verbo casibus, reprobando opinionem collegæ, & aliorum contrarium tenentium.

Tertiò, siue agatur propter non factum vel malè factum. d. §. si per venditorem. & d. lege Iulian. Innocent. & alii in capitu. sacr. de senten. excommunic. Specul. eod. titul. §. commune. Andega. fol. 53. versic. nono incidenter. & fo. 185. versic. quinto principaliter. Fallit in casu singulari. lege Titius. & sequẽ. ff. de actio. empt. teste Bart. quem communiter tanquam aurigam sequitur Deci. licet d. Igneus in dicta. l. quatenus. col. 30. & seq. aliud tenuerit. de illius. l. Titius. intellectu dixi suprà in 4. not.

Singulare interesse vsque ad duplum debetur.

16 Singulare verò non excedit duplum: vt in secunda parte: & hoc in certis casibus: secus in incertis: vbi damnum quod re vera datum est, peti potest: vt in versiculo in aliis. sequitur Petr. de Ferra. in pract. in forma libel. in actio reali. in verb. & in forensis. columna 2. alios casus per te inuentos poteris hic addere: intellige, siue crescat post contractum, siue non: vt infrà dicam numero 20. Hodie in hoc regno pœnæ dupli, tripli, & quadrupli non solent exigi, ob id petitur id quod reuera interest, & non duplum, & ita solet in curiis franciæ fieri condemnatio secundum quod probatum fuerit interesse, & quod verisimile videtur iudici interesse posse. Quæ praxis probatur per glos. in cap. fraternitas. 12. quæst. 2. Ideo multa de industria nunc omittam quæ quibusdam ἀλαζὼν iunioribus me reprehendẽtibus parataueram ad aliud tẽpus reiiciens, vt superius dixi.

Praxi regni.

17 Ex tertia parte glos. infertur, quod in interesse communi venit tantùm damnum, & non lucrum: hoc tamen discutietur in gloss. vltim. habens tamen ex gloss. quod interesse commune est fauorabilius quàm singulare: & hoc probat glossa dum arguit, si lucrum veniat in singulare: ergo & in communi.

18 Glossæ quarta pars in decem scinditur partes. Prima opponit de lege datio. aliàs incipit. ratio, §. si per venditorem. Secunda respondet, secundum Bulga. ibi, respond. Bulga. Tertia aliam format oppo. ibi, item eidem contra. Quarta ponit respons. Bulga. & Mar. ibi, cui respondebant. Quinta opinio Mar. & Bulga reproba. ibi, quod non placet. Sexta suam ponit solutionem distinguendo: ibi, tu dic. Septima remouet contrarium: ibi nec obstat, infrà, eodem titulo, lege cum fundus. Octaua aliud: ibi, item nec obstat. Nona ponit distinctionem doctorum antiquorum, soluentium contrarium de. §. si per venditorem. quam reprobat: ibi, alii distinguunt. In vltima parte aliorum solutionem refert: quàm non reprobat, nec improbat expresse: ibi, alii dicunt. Et si vellem omittere glossæ elucidationem breuius perstringerem, sed ad doctorem regentem spectat elucidare omnia, quæ in lege & gloss. scripta sunt lege prima, vbi doctores ff si certum petatur. Sed his qui iura domi scripto profitentur, illa, quæ ex animi sententia scribere cupiunt, liberum est, nisi vxor refragetur, & ideo diuersus est mos scribendi doctorum interpretantium, & eorum qui triduo iurisconsult. nomen propria temeritate susceperunt. contra. §. responsa. de iure natur in Instit. Nam hi ample maximè iactationibus chartas replent: alii, auditoribus planam & facilem prout Deus concedit elucidationem præbent, vt quilibet intueri potest. Nam hi arrogantes, si publicè profiterentur, cum sua stoliditate reiicerentur, quia odibilis est coram deo, & hominibus superbia, vt scribitur ecclesiastici. c. 10.

Quarta pars glo. diuisio.

19 Declarando hanc partem, Primo oppono de lege datio. §. si per venditorem. ff. de actionibus empti. & vendi. vbi interesse vltra duplum egreditur, hic secus. glossa respondet referendo Bulgarum illum textum intelligentem quanti plurimi petendum: videlicet vsque ad duplum, & non vltrà. hæc solutio est contra text. dicentem, quo pluris, &c. & sic non se restringit ad duplum: ideo glossa opponit contra hanc solutionem de lege Iulian. §. si vero sciens. illo titulo. & dicunt Cinus, & Alber. hinc istam oppo. esse difficilem, & cornutam. Bulga. & Mar. vt refert glossa. dicunt dicta l. Iulian. loqui in interesse extra rem, hic circa rem. Sed hoc non placet Accurs. quia interesse circa rem magis debet excedere duplum, quàm extra tem. Ideo glos. ponit suam solutionem, quod loquantur illa duo iura de interesse communi, quod quantumcunque sit peti potest, cum totum sit simplum: vt suprà dixi in eadem gloss. hic de singulari, quod duplum non potest excedere: & hæc solutio est communis & approbata hic per doctores: alias solutiones quamplurimas citant

Declaratur. §. si per venditorem. l. datio.

citant hic doct o. & in tractat.de eo quod interest moder.quas non transcribo. Aliqui materiam l. vinum,hic transportant , extra tamen oleas : hæc lex est satis onerata, igitur eam reuerso ad d.l. vinum.

20 Postea gloss distinguit,quando interesse circa rem , vel extra rem possit peti: aut loquimur in interesse,eo quia res nõ est tradita: &tunc non consideratur extra rem.l.si sterilis.§. cum per venditorem.ff. de actio. empt. aut quia res malè traditur , vel quia venditor postea eam euincit, vel alius : aut postea in ea delinquit , & tunc totum petitur etiam extra rem.l. tenetur. §. sed si vas. ff.de actio. empt. & dicto §. si verò sciens. cum aliis hic per gloss. adductis. Subsequitur penultima pars gloss. quæ distinguit: Aut singulare interesse ex certa scientia promittitur : & tunc quantumcunque sit, peti potest. d. §.si per venditorem.sed non tenetur:quia de indubitabili, & nil ad rem: secundum gloss. nam hic tractamus quando debetur sine speciali pacto: alioqui transiret in conuentum : aut non promittitur ex certa scientia,& tunc non potest duplum excedere, argumen. l. sed & si quis.§. final. ff.si quis cautio. Alij dicunt , quòd non potest duplum excedere ante contractum: sed si post contractum res cœperit esse pluris, & eius æstimatio crescere , tunc vltra duplum poterit peti:d.l. datio etiam non tenetur: quia hic textus simpliciter dicit singulare non excedere duplum : quod debet intelligi , siue crescat vltra duplum post contractum , siue non : alioqui non taxasset Imperator generaliter , si voluisset attendi quando excrescit. Subsequenter opponit gloss de l. cum fundus. ff. de euictio.& soluit secundum Placen. quòd loquatur quãdo emptoris minus duplo precij conuenti intererat: hic quando plus hæc solutio diuinat. Ideò non admittitur gloss. in l. non iustam.C ad Trebellia.capitu. gratia.de rescript. libro sexto.l.si putator in fin.ff. ad legem Aquiliam.hoc gloss.sentiens , ponit alteram solutionem : videlicet, quod ibi loquitur de actione ex stipulatu duplæ , quæ habet rationem ad precium conuentum quod duplatur iuxta promissum : hic non. Item oppo. de l. Titius. & dicit corrigi per hanc l. dixi in 4.nota. vbi illius legis intellectum pinguiore minerua examinaui.

An interesse extra rem debeatur.

21 Quæro,an interesse extra rem, quod vocant extrinsecum,debeatur? & gloss. ponit duo verba:aut agitur propter non factum, aut propter malè factum:sed istud non sufficit : & quia hic articulus est difficilis , & per doctores malè examinatus , teste Bart. hic,columna septima, nume. decimoquarto.ideò ipse sic distinguit: quoddam est interesse extrinsecum, id est ipsius rei æstimatio : & ista semper venit in condemnationem.l. si sterilis. §. cum per venditorem.ff. de actio.empt.l. vinum.si certum peta.cum aliis similibus. Federic. consil. vlti. colum. ante penult.

Quoddam est interesse ex ipsa re proueniens , vt fructus, partus , & similia: & de hoc dic vt in l. si stipulatus & l. videamus. 2.ff.de vsur.l. si filius famil. §. primo. & l.si fundum. de verborum obligation. Petrus de bel. Perti.quæstio.476.cum sequen.Specula.in titu.de fructib. post gloss.in l. & ex diuerso.ff.de rei vendic.Bald.in l.prima. C. de fructib.& liti.expens.Petrus de Ferra. in sua Practic.in forma libel. in actio. reali,in gloss.simul cum fructibus.

Distinctio Bart.super interesse extra rẽ, & circa rem.

An interesse extra rem debeatur.

Quoddam est interesse extrinsecum : & in hoc pendent leges & prophetæ. & dic, quòd aut agitur propter non factum , aut ob malè factum , quando agitur propter non factum : vt quia res non est tradita, quæ tradi debebatur : & tunc si sequatur rem quocunque vadat ; & illius habetur ratio : vt si seruum hæredem institutum non tradideris,quare perdidi hæreditatem, quæ sequitur seruum. l. secunda. alij habent l. penultim. ff. de his qui sunt sui vel alie.iur.l. venditor.de euictio. l. inde Neratius.ad legem Aquiliam. Isti text. pro Bar. nil faciunt , secundum Renald. cui attentio quò ad l.secundam vel penultimam , de his qui sunt sui . arbitror Bartol. voluisse adducere text.in l. penultim.C. de his quibus vt indig. Sed aliæ duæ bene respondent ad rogatum , licet l. inde Neratius. loquatur de seruo hærede instituto , qui est occisus:quapropter perdita est hæreditas, quæ sequitur seruum : & loquitur propter malè factum: & sic vult Bar. hoc interesse venire,siue agatur propter non factum , siue malè factum. facit text. in l. tertia ff de conditio.furti. & text. melior iuris, ad hoc in l. si solus.§ final.ibi , sed ipsum comitari &c.ff.de acquirend hередita.& ibi etiam dicitur haberi rationem hæreditatis,sicut hic: & hæc est sententia Bar. quam doctores sequuntur:& est communis: & pro ea facit l. Iulian. §. si quis seruo. & l.si quis seruum. ff.de actio. empt.l. cùm autem.§. cum etsi. ff.de ædil.edict.latius dicam,ponendo regulam cum limitationibus infra.

Alcia. inuentũ de interesse extrinseco.

22 Subtilis collega noster domi. Alciat. huic communi sententiæ (suo more) aduersatur, contra torrentem nitens , in capitul. tertia quæstio. Primò , quia seruus hæres institutus non reddit dominum ditiorem , nec locupletiorem , antequam adeat.l.precia rerum.ff ad legem Falcidiam. quia seruus potest non adire , etiam si minis & terroribus iudicatur. l. cum proponas. C. de hæredib. instituend.& ibi gloss. dicit , quòd potius permitteret se excoriare quàm adiret:ergo nõ habetur ratio istius hæreditatis.

Præterea dicit idem collega,aliud genus remi adducens : quòd si hæreditas est mihi delata,cùm eam possim adire:& iui adeũdi

 fit in

fit in bonis nostris, dicor locupletior. l. delata. ff de verborum significatio. Bart. in l. post emancipationem. §. final. ff. de libera. lega. Si verò delata sit seruo: quia eam non possum adire, non eò dicor locupletior: di cta l. precia rerum. quia propriè non dicitur mihi delata, quam non possum consequi: di. l. delata. & iste est intellectus quem dedit gloss. in dicta l. precia rerum. ad legem Falcidiam. quem reprobat Alexand. & Vincen. columna quarta. licet collega noster (suo more) sibi adscribat illum intellectum glossæ.

Intellectus Alciat. vltra Herculeum non restituo. Ius adeũdi an sit in bonis nostris.

23 Inquantum tenet dominus collega, ius adeũdi esse in bonis nostris antequam adeamus, quando hæreditas est nobis delata: & nos esse locupletiores. loquitur contra text. in l. tem in bonis. ff. de acquirend. rerum domi. vbi res dicitur in bonis nostris esse, quando pro ea habeo & actionem, & exceptionem: sed ad adeundum non habeo actionem contra aliquem, sed facultatem, quia possum adire, vel non adire hæreditatem: ergo non dicitur in bonis ius adeundi, antequam adeamus. eam tenet Bald. consil. centesimodecimonono. quia vxoratus. columna secunda, in quinto volumine. (& huius sententiæ fuit Bar. & Soci. in l. qui duos. columna penultima. ff. de reb. dub.) & Bald, in l. duo nobis. in fine. C. de episcop. & cleric. & l. secunda in fine. de iur. & facti. ignoran. & in l. quoniam. & l. si infanti. quæstione tertia. C. de iur. delibe rand. Bald in §. iniuria. columna secunda, de pace iura. firman. sequitur Alexã. consilio centesimodecimotertio. pro decisione. in tertio volumine. & consilio centesimotricesimosecundo. pro decisione. numero quinto, in sexto volumine. & Guiller. Benedict. in repet. ca. Raynutius. in substitutione fideicommissaria. in verb. si absque. in secundo numer. sexagesimoquinto: & in verbo mortuo. in i. numer. 337. de testament. Ias. & Deci. in l. emancipata. C. qui admitti l. cum filiofa. colum. decimaoctaua. ff. de legat. primo. & tot sunt eius sequaces, et temerarium videatur ab ea discedere vno vel pluribus futilibus fundamentis.

Hæres institutus antequam adeat, an sit locupletior.

24 Plus dum dicit, hæredem institutum locupletiorem antequam adeat: loquitur contra textum formalem, quem pro se adducit, & interpretatur in d. l. precia rerum. ff ad legem Falcidiam. ibi dum text. dicit, absurdum est fieri locupletiorem antequam adeat: vbi generaliter loquitur text. & in versicul. est autem præposterum antè nos dici locupletes, quàm acquisierimus. Ecce quomodo loquitur in hominibus liberis, quibus erat delata hæreditas: quando dicit, nos &c. & sic suo se iugulat gladio. Item facit text. contra eum in l. prima. §. vtrum cum sequent. ff. si quid in fraud. patro. & in l. si mihi & tibi. & ibi no. de leg. i. melius. l. qui autem. quæ in fraud. credi. l. in lege Falcid placuit. ad leg. Falcid. & l. nõ est pupillus, de verborum significatio. l. si quis prioris. §. fina. C. de secun. nup. Item loquitur contra textum clarum, sumendo à contrario. & miror quòd non aduerrerit in l. prima. §. fina. ibi, adeundo hæreditatem in strutus, hæredi suo locupletiorem hæreditatem suam relinqueret. ff. si mulier ven. no. & text. in l. sed si lege. §. onluluit. ff. de petit. hæredit. in fin. ibi dicendum eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt &c. ergo si non acceperunt non sunt facti locupletiores.

De allusione vocabuli.

25 Item facit contra eum allusio vocabuli, Locuples dicitur à lata humo: quasi locorum plenus: qui pleraque loca, & possessiones habet. Sed qui est hæres, antequam adeat non habet loca, sed habere potest: ergo non est locupletior. nam longè aliud est habere: aliud habere velle, vel posse. ca. primo, de eo qui mit. in possess. cau. rei seruan. Clemen. gratiæ, & ibi Barba. vltim. notabile de rescriet. & l. aliud est vendere. ff. de regu. iur. l. si quis ante, & ibi docto. de acquiren. possess. Alexand. consil. 73. viso. in secundo volumine.

Item facit text. contra eum, in l. euicta. §. primo. ibi, at si in bonis meis factus non sit: nihil ob id quod fugitiuus sit, pauperior sum. ff. de euictio. Præterea facit contra eum, quòd si creditor meus moriatur, ille cui delata est hæreditas, non dicetur creditor antequam adeat. Fulgo consilio. 123. Ser. p. ciues. sequitur Iacobi. in l. prima. in fine. ff. de reb. cred. nec. Bar. quem adducit in l. post emancipationem, § final. id dicit, ad quod eum allegat, imò cõtrarium, dum notat, quòd non debet haberi æstimatio illius spei, quòd quis potest succedere alteri: ergo non dicitur locupletior antequam adeat: nam potest non adire morte, vel alio casu præuentus. facit l. si sponsus §. si maritus. 2. ff. de donatio. inter virum & vxo. licet pupillus dicatur locupletior, qui non est pauperior. l. in pupillo. ff de solutio.

Nec obstat doctrina Bar. in l. fi. in fi. C. de pact. vbi dicit, quòd homo potest disponere de eo quod sibi competit spe, sicut de eo quod compet it re. l. spem. C. de donatio. attamẽ non dicit quòd ex illa spe, antequam eam habeat in effectu, dicatur locupletior: & sic nil obest. Idem tenuit is ipse Alcia. in libro quarto paradoxo. ca. quinto. & ibi aliis rationibus per eum adductis respond. adducendo Riminald. in l. emancipata. C. qui admitti. à quo collega suam habuit nouam rationem: vt ibi licet videre, quę etiam citat amicus meus & conterraneus d. Arnal. Conradis. I. V. doctor Narbonen. in suo tam eleganti tractat. de bonor. possess. in cellula, bonorũ possessio cõtra tabulas. fo. tricesimosecũdo. Præterea quis verè acquirit à die hæreditatis aditæ: ante non. l. si tibi ho

tibi homo.§.cum ſeruus.ff.de lega. primo. § nec is.& l.cùm hæres. de acqiren. hæredita.ergo antè non dicitur acquiſita, & ſic nec locupletior, alioquin ſequeretur, quòd tranſmitteretur antequam eſſet adita : contra l. vnicam.§. in nouiſsimo. C. de caduc. tollend.quare concludo quem (antequam adeat) non dici locupletiorem, cum multa soleant cadere inter calicem, ſupremáque labra, vt extat commune adagium : & poterit non adire:vt dixi.

Item dum vult euitare contraria l.venditor.dicit ibi hæreditatem iam fuiſſe acquiſitam,adeò illius erat habenda ratio: ſecus ſi non erat acquiſita. mirandum eſt quod loquitur contra illum textum fomalem, ibi dum dicit, quæ per eum acquiri potuerunt : ergo non erant acquiſita. vide tamen text. & fortè vtrunque inuenies. Item ſi fuiſſet acquiſita, iam non poſſet euelli ſine facto noſtro. l.id quod noſtrum eſt ff. de regul. iur. Præterea non eſſet intereſſe extrinſecum,ſi iam eſſet acquiſita: ſed ipſa res petenda,& ideo in hoc non placet : nec admitto reſponſum ad d. l. inde Neratius. dum dicit loqui in delictis, in quibus (ſecũdum eum) id quod intereſt duplum excedit, quia in gloſſ. in verbo caſibus, hoc fuit reprobatum. Minuſque placet ſua reſponſio ad l.ſed ſi hæreditas. dum dicit loqui in arbitrariis, in quibus in litem iuratur : quod duplum poteſt excedere: etiam hoc fuit reprobatum in 1. gloſſ. in intereſſe affectionis, quare non repeto: nec ratione ſolius affectionis augetur condemnatio, vt ibi dixi.

Item dum dicit in dicta l. precia rerum. iuſſum cadere in commodum legatariorum,non domini, dico etiam cedere in vtilitatem domini,etſi hæreditas ſit legatis onerata: quia hæres habebit quartam Falcidiæ, per totum titulum ad legem Falcid. Ergo etiam in ſuum commodum cedet: & ſic licet ei ſint appertæ muſarum ianuæ, tamen ad opinio Bar. non eſt declinandum frequentius in iure.

Quãdo tractetur de lucro.

26 Poſtremò dum incidit in ſententiam Bar.quando ageret actor de damno vitando,ſecus ſi de lucro, mirandum eſt cur non conſiderauit, quod quando agitur de hæreditate relicta,ſemper tractatur de lucro. text. formalis in l. vna. verſiculo lucratiuas.C.de lucrati. deſcrip. libro decimo.& ſecundum eum non haberetur ratio lucri: licet contrarium fateatur in capitulo finali.quare opinio Bart.remanet vera,& tenenda.

Bar. diſtinctio, de intereſſe extrinſeco.

27 Subſequitur poſtea per Bar. quòd aut intereſſe non ſequitur rem penes quemcunque vadat, & tunc ſi petatur talis res, in qua non poteſt cadere affectio, ſeu intereſſe intrinſecum : vt in pecunia, in qua non cadit affectio. l.nummis.ff. de in litem iurand.& tunc venit extrinſecum. dicta l. nummis. & l.tertia. §.fin.cum ſeqen.ff. de eo quod cert.loco.l.ſi pœnam.& ibi expreſſè Iaſon.in l. fin. de verbor. obligatio. & l. liber homo. ſecundo §. fin. de verborum obligation. Lauren.de Rodol. in tractat. de vſur.in prima parte, quæſtione. ſecunda. verſiculo ad octauum. in præfatio. & quæſtione ſexageſimaquinta, in repet.cap. conſuluit. Si verò cadit intereſſe intrinſecum,& tunc non debetur intrinſecum. l. ſi ſterilis.§.cum per venditorem. ff. de actio. empt. ſecundum quod dicitur in gloſſ. vltima. Et ideò ſi debes vinum aut triticum in feſto Paſchatis tradere, aut dare, & ceſſas : teneri quanti plurimi fuit à tempore moræ.l.vnũ.ff.ſi cer pet.l.in hac, de tritica. l.datio. §. cùm per venditorem, de actio. emp. & cum hoc dicatur intrinſecum & debeatur, non debebitur extrinſecum: videlicet, ſi familia fuerit fame necata.argumen.l.bona fides ff. de regul.iur.& hoc approbant communiter doctores hic, & in l. nummis.ff. de in lit. iurand. & hæc opinio eſt valde æqua.

No. bene de emphyteuſi.

28 Ideò Iaſon.in d.l.nummis inſert, quòd ſi depoſuerim decem ſextaria frumenti apud te : cum repeterem, vt ſoluerem canonem ſiue cenſum, noluiſti reddere:perdidi rem emphyteuticariam:tamen eam a depoſitario non petam,cùm veniat intereſſe intrinſecum, ſcilicet quantum creuit æſtimatio à tempore moræ : & per hoc conſuluit Baldus in conſilio 291.quæſtio talis, in primo volumine. quòd ſi non ſoluatur pecunia debita, poteſt peti pœna incurſa propter ceſſationem ſolutionis, & etiam damna,& expenſæ:tam carceris (ſi ob hoc,quia non fuit ei ſolutum, fuit incarceratus) quàm aliæ expenſæ. & idem conſuluit conſilio 494.in primis. eod. volum. cui conſilio multi doctor. percelebres ſe ſubſcripſerunt per d.l.nummis.

De pignore perdito.

29 Item ſi debeas mihi centum ad diem: & quia non ſolui illa die, perdo pignus : vel in pœnam incido:vel me oportet pecuniam accipere ad vſuras, teneberis ad eas,& ad alia. ſecundum Innocen. in capitu. plures. de vſur. Petr.de Anchar.conſilio.376.ſecundo dubitatur.verſic.ad materiam. Alexan. conſil.221. ſuper titulo. libro ſecundo. Iaſ. & alij in l.nummis.ff.de in litem iurand. & hanc opinionem ſequitur Specul. eo. titu. §.fina.verſic. in ſumma. & ibi Bald. in additi.ad eum.Alber.in d.§. cum per venditorem.Pet.de Ferra.in ſua pratic.in forma libel.in actio. reali. in verbo.& in florenis. verſicu. videndum Baul. in l. liber homo. in 2.§.fina.de verborum obligatio. Floria. in l.vulgò. ff. de vſur.& Imol.in l.2. colum. penul.ſolut.matrimo.& Corne. conſi. 306. licet præſens.colum.vlti.in 1.vol. Iaſ. in l. ſi pœnam.in fi.ff.de verbor.oblig. etſi iſta ſit veritas,

veritas, Græci tamen ſcientiam quærunt, Hebr i, ſigna. Bal. conſil. 70. apparent. collum. 1. vol. m. 1.

30 Collega noſter d. Alciat. Fulgo. opinionem inſequens, in d. capitul. tertia quæſt. verſicul. ſecundum axioma. ab hac opinione nimium abeſt: tenēs intereſſe extra rem venire: ſiue æſtimatio augeatur, ſiue nō: ſiue intrinſecum debeatur, ſiue non. probat in primis, quòd regula, ſiue axioma, quod vocat, nulla ratione fundatur: ideò non valet. nil allegat allego text. in ca. ratio nulla. de præbend. l. non diſtinguemus. in fine: ibi, quod nullam rationem habet. ff. de arbit. dixi ſuprà multa in vndecimo notabili. Secundò probat, per l. videamus. in 1. §. præterea. ff. de vſur. vbi Gallus Aelius ſcribit: Si veſtimenta, aut cyphus petita ſint, & ea non præſtes, non ſolum te cōdemnari in eorum æſtimationem: quæ quidem augeri poteſt: ſed etiam in id precium quod mercedis nomine capi potuiſſet, ſi ea locaſſem. Hoc enim extrinſecus intereſt: vt aſſerit. vlterius probat ratione valida, ſecundum eum. Nam in his rebus quæ precium intrinſecus accipiunt, lucri ceſſantis ratio habetur. d. l. videamus. §. præterea, à fortiori & damni: & ſic intereſſe extrinſeci, quatenus damnum reſpicit, nam multò æquius eſt ſuccurri, ne aliquod detrimentum patiamur, quam ne lucrum perdamus l. fina. C. de codicil. Præterea reſpon. ad dictam l. nummis. quod ibi ob id non fit cōdemnatio in alio quam quod intrinſecus intereſt: quia pecunia certam habet æſtimationem: igitur in vtroque damnaretur, & ad æſtimationem, & intereſſe intrinſecum: niſi alterum, videlicet nummorum æſtimatio, locum haberet in hoc caſu. Alia multa argumenta tradit quæ ſunt Fulgo. & illa citat Alexand. in l. nummis. ff. de in lit iurand.

O pinio Alcia. axiomati abeſt & refellitur.

31 Si tamen quis velit tenere Bar. opinio. & communem (à qua, bone lector, ne te quæſiueris extra, teſte Perſio: & bona pars doctorum eam ſequitur, cùm contra duos ne Hercules quidem dicatur ſuffeciſſe) ſic poterit ad argumenta per collegam adducta reſpondere. Et primò, quòd nulla ratione fundatur: certè ſi cogitaſſet, rationem inueniſſet in l. ſi ſeruus. in §. boue. ff. de condict. furt. l. ſi quis cum totum. de except. rei iudic. facit l. bona fides. de regul. iur. ca. at ſi clerici. in fine. de iudic. & alias quas ſeriò omitto. Item ſufficit quòd lege fundetur. ſicut Bar. eam corroborat.

Tenet communem Reſpon. fundamentis Alcia.

Secundò, non refragatur dic. l. præterea. per eum allegata: quia loquitur in veſtimento, cuius æſtimatio non poteſt augeri communiter, ſed diminui potius. l. tertia. §. ſi res. ff. commoda. & ideò venit intereſſe extrinſecum, cum non ſit intrinſecum. Item loquitur in cypho: cuius etiam æſtimatio non creſcit: inſtar pecuniæ numeratæ: vt d. l. nummis. ideò petito cypho, peteretur id quod poterat locari nomine fructuum, licet rarò fiat locatio: ſecundum gloſſ. in d. §. præterea. & ſic, parum ſecum facit: nec ibi venit vtrunque intereſſe: ſcilicet intrinſecum, & extrinſecum. Non me mouet ſua valida ratio, dum dicit in intereſſe intrinſeco venire lucrum. nil allegat. adduco tex. in l. tertia. §. final. & ibi Paul. & Ia ſ. ff. de eo quod cert. loc. l. venditor. de euictio. & infrà dico in gloſ. vltima. ergo & intereſſe extrinſecum, quatenus conſiſtit in damno. inficior in terminis noſtris.

Nec obeſt, quòd multò æquius ſit vt in damno nobis ſuccurratur, quàm in lucro. fateor: & in damno nobis ſuccurritur, & in lucro: ſed non ſimul quis poteſt petere lucrum & damnum: & ſic intereſſe intrinſecum & extrinſecum: ſed altero debet eſſe contentus: vt ſuprà dixi. Igitur illa æſtimatio rei, quæ creuit poſt moram, dicitur lucrum, & attenditur, ſed non aliud extrinſecum. Paulus, in dicta l. 3. §. fin. in fine.

Minuſque placet reſpon. ad dict. l. nummis. quia in eo non dicit condemnari ad intereſſe extrinſecum, quod ad aliud, & ſic non ad ſummam principalem: loquitur contra illum textum: vbi ſi debes nummos, & tempore præſtituto non tradis, incidis in pœnam, quam petam, & nummos: vt ibi in fine patet. Alioqui ſequeretur quòd ſi pœna minor eſſet principali debito, quòd ex mora debitur lucraretur: quod nullam habet rationem: vt dicit l. non diſtinguemus. §. final. ff. de arbit. & ad ſolam pœnam teneretur, & non ad debitam. Nec placet dicere, ſpeciala in contractu emptionis. prout d. collega aſſerit, cum ratio ſpecialitatis valida non aſsignetur: iuxta glo. in l. filium quēm. C. famil. erciſcund. ſtabo. communi opinioni, tanquam tutiori. & dicta l. final. corrigitur per hanc l. ſecundum Paul. in l. tertia. §. final. ff. de eo quod cert. loco. vel ibi vſuræ habentur loco vnius intereſſe: & ideò aliud non poteſt peti: & ſic mecum facit.

Reſpon. Alcia. confutatur.

Item quantum negat lucrum in contractu emptionis conſiderari: loquitur contra hunc textum. & contra text. in l. venditor. ff. de euictio. pulchrè Soci. conſilio 156. pro fundamento. columna tertia, in ſecundo volumine. & dicam in gloſſa vltima. infrà latè: alioqui ſequeretur quod ſingulare intereſſe in hoc contractu non veniret: quod eſt abſonum dicere: ſecundum Moder. hic nam intereſſe extrinſecum non venit in hunc contractum emptionis, quando habet locum intrinſecum: vt d. § ſi per venditorem Nec l. oleo. probat. C. de vſur. quòd intereſſe extrinſecum ſit maius vſuris: quia quandoque eſt minus, & aliquando maius. l. eos. C. de vſu. & ibi not. vel reſpon. vt

per Mop

per Mo ler. Andegauen.fol.66.cum sequē. vbi latè & eleganter more suo respōdet:tu illum videto.Præterea est tex.formalis contra suam opinionem, in qua tenet æstimationem posse augeri,& interesse extra rem considerari. l.si sterilis.§.cum per venditorem.ff.de actio.empt.vel intellige opinionē collegæ,quando debitor tenebatur frumentum tradere alteri tertio:quia si non tradit, vel dat,tenetur & ad intrinsecum & extrinsecum:secus si mihi tenetetur dare aut tradere,& nō tradidit:& ita procedit communis:secundum Cuma.& Paul. in l.liber homo. in 2.§.fin.ff.de verbo.obliga. vide Albert.Brun.in tracta.de augmento monetæ. conclu.vltim & sic vtraque opinio poterit sustineri.quod nota,quia doctores non tangunt hic.

Quādo agitur ob malè factū.

32 Plus dicit Barto. quod si agatur propter malè factum scienter,venit interesse extrinsecum.l.Iulian in princi. & l. idemque. versicul.in omnibus.ff. de actio.empt. Si verò malè factum sit ignoranter, & agitur contra aliquem:quia res est empta : & tunc veniet interesse extrinsecum vsq; ad duplum precij conuenti tantum.l. Titius. & est ibi casus singul ff. de actio. empt.de cuius intellectu latè suprà dixi in 4.nota.Si agatur propter aliud damnum, emergens ex re ipsa,& in contractibus ex quorum natura consueuit transferri dominium, vel vsucapiendi conditio, & tunc non venit interesse extrinsecum contra ignorantem : sed agitur quanto minoris. dicta l. Iulianus, in principio.

Fallit in vase vitioso vendito, in quo tenetur vēditor ad omne id quod interest, siue fuerit sciens, siue ignorans.l.tenetur. §.sed si vas.ff.de actio empt. & ratio assignatur per gloss.in l.sed addes §.primo. ff. locat. quia in doliis non debuit ignorare quis quod faciliter sciri potuit : quæ ratio parum concludit,cum ita faciliter potuerit scire venditor,& emptor, sicut econtrà: & sic culpa cum culpa compensari deberet. l. si duo. ff. de dolo. & in hanc opinionem omnis propè turba docto inclinat.

Collega noster huic sententiæ reclamat in d c. tertia quæstio. dicens iura à cæteris malè intellecta.ostendi tamen in no. 4. fuisse intellectum gloss. in d.l. Titius cum seq. licet ipse sibi adscribat , quod est mirandum.

Aduersatur Alciat. res ipsa detque per eū adductas.

33 Nam si fabulosè loqui liceat, Hemus & Rhodope,cùm sibi deorum nomina adscripsissent, mutati sunt in mōtes : sic qui aliorum scripta, & famam sibi adscribunt. in montes conuertuntur: quia doctores inflati & superbi volunt videri. Ezechiel. 18. ca. Eleuatum est cor tuum: & dixisti deus ego sum,& in cathedra dei sedi,in corde maris: cùm sis homo & non deus : & dedisti cor tuum quasi cor dei & 1.Reg cap. 2. Nolite putare loqui sublimia , gloriantes : quia

Contra doctores gloriosos.

deus scientiarum dominus: ideo concludit quòd siue sciens, siue ignorans fuerit venditor : ad duplum tantum tenetur , & non vltra.Et hoc probat: Qui rem alienam vendit,nō malè facit, quia ius permittit. l. rem alienam.ff de contrahen. emptio.addi, & quis authoritate legis non malè facit, nec peccat.l. Gracchus.C.ad legem Iuliam, de adulter.c. qui peccat. vigesimatertia quæst. quarta.

Vendens rem alienā an malè faciat.

34 Aduertandum est tamen, quod loquitur contra text.in §.furtiuæ. Instit. de vsucapion. vbi si quis sciens vendit rem alienam, furtum committit : ergo malè facit: quia contra legem diuinam, furtum prohibentem : cui astipulatur lex canonica atq; ciuilis : vt licet videre per totum titulum de furt.

Item facit l qui duobus.ff.ad legem Corneliam de fal.vbi vendens rem duobus, incidit in crimen falsi: cùm vendendo & tradendo primo, fecisset eum dominum.l. ex empto.ff. de actio. empt. l. traditionibus. C.de pac ergo malè facit vendendo postea rem non suam.

35 Non obstat quòd venditio rei alienæ valet: quia verum est quò ad venditorem, vt de euictione teneatur :tamen non valet,vt res remaneat penes emptorē: sed ab eo potest per dominum auferri, tanquam venditio fuerit illicita : quia sine domini consensu. Nam cum consensu, valeret. §. conita. Institut.quib.aliena. licet. ibi, sed hoc forsitam ideo videtur fieri , quòd voluntate debitoris intelligitur pignus alienari. & l. voluntate, in fine.ff quibus modis pig. vel hypo.solui. si valuisset venditio.res nō posset auferri ab emptore. Igitur in di. l. rem. non dicitur venditionem valere : sed emptio & venditio est:quasi velit dicere,de facto:& quòd non valeat, tenet gloss. in l. vltima.& in l. si is quis pro emp.ff.de vsucapionib. citat Alexand. consilio sexagesimonono super eod in quarto voiumine. imò qui sciens vendit rem alienam,& tradit,peccat.Conrad.in tractat.de contractibus.quæstion.70. conclusion. octaua. tum quia contractat rem alienam, eam alteri tradendo sine domini consensu : tum quia illudit emptorem,non tradēdo rem suam: ideo in foro conscientiæ venditor ; qui non est dominus , non tenetur ad tradendum:cùm illa traditio esse illicita ratione contrectationis:vt patet d. quæstio. septuagesima. & sic extat limitatio solenuis ad l. exempt. ff.de actio empt.& §. precium.Institut.de emptio. quòd venditor rei alienæ in foro conscientiæ nō debet eam tradere: & sic potest teneri conclusio: Venditorem non teneri ad tradendū, asserimus. imò teneri iurisconsulti autumāt.Nec placet ratio collegæ, quòd si sciret emptor esse alienā, non emeret eam:quia loquitur contra tex. in l.si in emptione.§.item si emptor. & per totam

Declaratur l. rem alienam.

Nota conclusio.

totam l ff de contradend. emptio. l. suæ rei. illo titu. cum aliis multis similibus. Item dum dicit, duplum singularis prætij petendum, per d l. Titius. quæ loquitur de prætio communi duplando, non singulari: prout ipse intelligit: & dixi suprà.

Quod vitiosio non sit certa & incerta simul: contra Alcia.

36 Præterea dum collega in dict. ea. tertia quæstio, dicit in venditione esse duplicem obligationem: scilicet rem tradi, & hæc est certa: & alteram, nõ vitiosam tradi, & hæc est incerta ratiõe doli: miror vbi ad inuenerit istam opinionem, quæ nullo iure fundatur, imò est contra iura expressa: & primo contra hunc text. dicentem venditionem esse de casibus certis, tamen secundum eum esset de incertis ratione doli. Item vna res non debet diuerso iure censeri, l. eum qui ædes. ff de vsucapion. quod secundum eum esset secus: quia venditio esset certa & incerta: quod est absurdum.

Præterea duo contraria nõ possunt in vno esse subiecto, in l. vbi repugnantia. ff. de regu. iur. Bartho in l. si is qui ducenta. §. vtrum de reb. dub. quod secus esset: secundum suam opinionem.

Item in casibus certis debetur id quod interest, vsque ad duplum: in incertis in totum: & sic in venditione vtrunque esset: secundum illam subtilem opinionem collegæ: cui non assentio, per prædicta. Similiter in incertis, id quod interest debetur officio iudicis, & non iure actionis: vt in gloss sequent. dicitur, sed incertis communiter iure actionis: ergo in vnum non concurrunt: alioqui sequeretur quòd contra non tradentem dolosè, ageretur semper ad omne id quod interest: tanquam sit casus incertus, ratione doli: & tamen fatetur illud interesse esse limitatum per hanc legem: & sic sibi contrarius. vnde potest ad duci. Ne vities musicam, & dictum Bald. Corrigens corrigitur, & ad pristinum statum ius reducitur. in l. quoniam per illum text. C. de secund. nupt. Nec obstat. d. l. sed addes quam Bar. in sequenti casu inducit, videlicet quãdo non transfertur dominiũ, nec vsucapiendi conditio: nam tunc non agitur quando minoris. d. l. sed addes. §. primo. nec hoc dicit Bar.

Item dum dicit, quòd facilitas dignoscendi vitium, vel id minus, est facti. l. quatenus. ff. de regul. iur. quæ secum non facit, sed facit l. a. §. fin. ff. de actio. empt. no. in l. 1. de ædilit. edict.

Solutio Alcia. reprobata in interesse extrinseco.

37 Rosolutiuè ergo collega distinguit: aut loquimur in venditione, & in contractu ex quo transfertur dominium, vel vsucapiendi conditio: & tunc aut res vendita & tradita est omnino vitiosa, & inutilis: vt in vase vendito contingit: & tunc agitur ad omne id quod interest: siue circa rem, siue extra rem fuerit: et si venditor ignarus fuerit. l tenetur §. sed si vas ff. de actio. empt. & sequitur Moder. Andega. in tractat. de eo quod interest. fol. 101. pagi 2. Contra suam opinionem videtur text. in l. domum. ff. de contrahen. empt. vbi quando venditur domus combusta, est penitus inutilis: tamen non agitur ad omne id quod interest, si venditor ignarus fuerit. Item videtur quòd agatur tunc redhibitoria: non ad interesse. l. bouem. §. aliquando. l. etiam in fundo. & l. quis sit fugitiuus. § Iulia. ff. de ædilit. edict. nec secundum eum fieret differentia inter malè factum, & non factum: quod suprà est reprobatum. Item contra eum est tex. in d. l. idemque. versicu. in omnibus. de actio. empt. vt suprà dixi: & tradit Francisc. Cremen. singu. 159. egi quãto minoris. &c. non placet tamen de vase, quod vinum effundit, vt sit omnino inutile (vt dicit) quia licet vinum fluat, potest ibi apponi frumentum. farina quandoque: appolui libros apud Bituriges, vt istuc deferri possent: aliáque in doliis vidi aponi: & sic non est omnino inutile. Item sic esset omnino inutile, emptor in culpa esset ignorare vitium patens l. domum & l. ea in fin. ff. de contrahen. empt. l. 1 de ædil. edict. tene quod dixi suprà: & infrà trado regulam cum limitationibus. Aliquando non est penitus inutilis res ob vitium, sed solum depreciatur: & tunc agendum est quanto minoris: vt de equo, qui non potest currere: non enim erit inutilis ad laborandum, vel ad molendinum, aut ad rotam viridarij trahendum, & ad alia. nil allegat. facit text. in l. ædiles. in 2. §. si fortè iugum. ff. de ædil. edic. l. Iulia. ff. de actio. empt. loquitur contra text. in d. l. domum. & l. Labeo. in 2. de contrahen. emptio & l. prima. in fine, de actio empti. Cogitet doctus, & inueniet doctrinam Bart. tutiorem.

Idem in locatione cõcẽset, licet non transferatur dominium. l. sed addes. ff. loca. quæ non probat. & cogita, an actio quanto minoris habeat locum extra contractum emptionis & venditionis: & de actione quanto pluris, vide per Rofred. in tractat. libello. in 5. parte. rubric. de actio. empt. quanto pluris.

38 Idem, fortè distinguendum esset in re data in solutum, vt sciens ad dotum interesse teneatur: in ignorante secus l. eleganter. ff. de pigno. actio. eũ in ex ea transferatur dominium, vel vsucapiendi conditio. Ias. in rub. ff. de re iudic. & not in l. à diuo Pio. §. in venditione. & §. seq. & Bolog. consi. 21. stat statutum. Cumãn. consil. 29. quidam. Areti. consi. 161. longa est. colum. 7. in 4. dubio. Item vicẽ venditionis obtinet. l. si prædium. C. de euictio.

39 Item habet in ea locum retractus, quando fit pro pecunia, & ex voluntate: etiam debetur laudimium domino directo. Specula. in titu. de emptio. § nunc dicendum. versicu. põne statutum peti. & Alber. in d. l. si prædium. dom. Boer. in consuet. Bituri. in §. 3.

In re data in solutum an habeat locum retractus: & laudimium debeatur.

in §.3.de consuet.retract.d.Chassa. in consuetud.Burg.in rubr.*des retraictz*.§.9.nu.5.& vide text. singul. in l.libera.C. de senten.& interloc.Bologni. consil. 25. in amplissimo.colum.3.licet propriè & strictè nõ dicatur venditio, & sic statutum loquens in venditione, non habet locum in datione in solutum. Dec. consil. 18. viso puncto.colum.2.Si verò parte inuita res distraheretur, & ea ignorante rem alienam: tunc ad debitum ageretur cum vsuris, re euicta. l.si plus.§.1.ff.de euictio.

40 Executor verò non tenetur, licet vitiosam tradat.l.si pignora. ff. de euictio. Quia ex necessitate officij hoc facit, ideo excusatur l.monente.C.de delato.lib.10.

In permutatione an Bar. distinctio procedat.

Appellatione venditionis, an veniat permutatio.

41 Posset etiam hæc distinctio procedere in permutatione.l.1.& 2. C. de rer. permuta l. sciendum. §. deinde. ff. de ædil. edict. not. singulariter, secundum Franciscum de Crema, singul.158.si res.licet propriè appellatione venditionis non veniat permutatio. capitu.1.vbi Panormita.de his quæ fiunt à præla.Iason in l.fin.notab.3. ff. de condict. caus.dat.Secus in fauorabilibus. Ias. in l.sinor.4 C.de sacrosanct.eccles.Dec. in consil.312. licet hactenus. columna secunda, vbi consuluit sicut in contractu venditionis, non fieri remissionem propter sterilitatem: ita nec in permutatione: quamuis contrarium sit in locatione. l. si merces. §. vis maior.ff.loca.cap propter sterilitatem.illo titulo. Quia rei animatæ vitium potest probabiliter ignorari, magis quàm alterius rei.

Iupiter in tribus arguebatur.

42 Et propterea deus maledicentiæ Momus (vt poeticè loquar) arguere Iouem in tribus solebat: primò quòd capris cornua inutiliter fecisset: vt pote reflexa, nec quibus se tueri possent. Item quòd tauris eadem non in harmis posuisset: sic enim futurum vt valentius impeterent, & quòd homini in pectore fenestras non aperuisset, vt inde mens cognosceretur, ne deciperent. Plerunque enim accidere, vt quos exterius pulcherrimos censeas, animo sint fœdissimo: vt apud Bituriges expertus sum. Sic vellem vt summus deus mihi concederet gratiam, quam cuidam episcopo concessisse legimus, vt malos nigros viderem, & bonos albos & candidos: vt citat Hiero, in vitis Patrum, in 2. parte de eo.§. 156. Apollonius Tyaneus à diis poscebat vt bonos cognosceret, malos vitaret. Sic legi de Theophrasto, deum reprehendente, eo quòd ceruis & cornicibus vitam præstet diuturniorem, quàm hominibus: quorum si ætas esset longior, omnibus perfectis artibus eorum vita erudiretur: vt licet videre per Cicero. libr. 3. Tusculana. quæstio. sed iudicia dei abyssus multa. Theologis relinquo.

De Theophrasto deum reprehendente.

43 Postremò dicit Bar. quòd si contractus gratia recipientis tantum celebretur, vt in commodato, & tunc in rebus animatis: tenetur sciens, videlicet commodans rem vitiosam, ad omne interesse etiam extrinsecum.l.in rebus.§.item qui sciens.ff.commoda.Si commodans ignorat equum commodatum vitiosum: ad damnum tenetur quod equus dedit, vel pro noxa dando liberatur. l.penult.ff.commoda.

Commodans an ad omne interesse teneatur.

Limita, nisi ille cui sit commodatum, sciret vitium: vt dicta l.penulti. quia scienti non fit iniuria, nec dolus.l.1. in fine, ff. de actio.emp.l.1.in fi.de iniur.l.nemo videtur, de regulis iuris, in rebus verò inanimatis non tenetur, nisi fuerit sciens, dicta l. in rebus.§.item qui sciens, & ratio diuersitatis est inter hunc contractum & venditionis, & locationis: quia hic fit gratia recipientis, alius verò gratia vtriusque: ideo in minus hic debet teneri.l.si vt certo.§. nunc videndum.ff.commoda.§.is cui.Insti.quibus modis re contrahi.obliga.Ideo quia officium suum nõ debet esse sibi damnosum.l. diuus. ff.de regu.iur.l.si quis.si quis omissa caussa test.l.si seruus communis.§.idque euidentius.de furt.

44 Item si quæratur, cur in rebus animatis res perditur ignorante domino non in inanimatis: Respondeo, quia res animata peccat: ideo pro illo peccato datur pro noxa, ad id puniendum, & ei, qui id damnum passus est, satisfaciendum: per text. hic in verb. reddatur, quod secus est in rebus inanimatis. Si verò contrahitur tantum gratia dantis: vt in deposito, & mãdato: & tunc siue fuerit sciens deponens, siue ignorans, tenetur ad interesse extrinsecum.l. si seruus communis.§.quod verò. versicu. idque. ff. de furt.& hoc sequuntur communiter doctores. quibus non dissentio.

De mandato.

45 Si verò loquimur in mandato, fit distinctio: aut equum certũ in specie mihi mandauit emendum, & tunc siue fuerit mandans sciens, siue ignorans, ad omne id quod interest etiam extrinsecum, tenetur. dicto §.idque euidentius.& ibi gloss.ne officium suum sit ei nocumento, d.l.si quis.ff. si quis omissa caussa testa. & quia diligentior debebat esse admonendum dictum mandatarium, vt ibi. Aut mandauit in genere: vt emas mihi seruum, aut equum, & tunc si ignorans est mandans, non tenetur nisi vt seruum pro noxa dimittat: si sciens, tenetur ad omne interesse.l. inter caussas, §.si cùm seruus.ff. manda. Dicet aliquis, quo modo potest mandans equum emi in genere, vitium scire? glo. in d. §. si cùm seruus. multa effundit: sed tenerem quòd si mandans audiuit à fide dignis (quibus credendum est: gloss. in l. Titio.ff.de conditioni.& demonstratio.& in ver. notitia. in capitu. cupientes de electio. libr. 6.) quod seruus emptus per mandatarium, habet tale vitium: & statim non monuit eum, quod sibi caueret: tunc tenetur ob id, & ita in-

telligunt mnder.hic.

Primò limita, nisi culpa posit imputari depositario, aut mandatario: vt quia posuit equum in viridario, aut in alio loco, in quo potuit nocere: nam tunc deponens non tenetur, nec mandans etiam certum. regula, damnum, de regulis iuris, libro sexto.

Secundò limita, quando depositum fieret gratia deponentis tantum.l. si quis nec caussam ff.si certum peta.l.'t §. si quis seruum deposit.& sequuntur communiter doc to.hic.

46 Nota tamen, quòd mandatarius tenetur probare se adimpleuisse mandatum; vel soluisse:& quantum soluerit, vt fuit decisum Neapoli, in decisio.22. in caussa. allegat Barto.in l.finali.ff.de præto. stipula. ei qui dicit, incumbit probatio.l.secunda, ff. de probatio.

Regula de interesse intrinseco.

47 Ex his ergo facio regulam: quòd interesse circa rem, siue intrinsecum totum debetur.l.vinum.& l.cum quid.ff.si cert. pet. l.in hac de tritica.l.si sterilis.§.cùm perven ditorem.ff.de actio.emp.l.si quis seruum. illo titu.l.fina.in princip. & §. plenè. ff. de eo per quem fact.erit.Innocen. & Cardi.in cap. sacro. de senten. excommu.Specu.eodem tit.§.commune.& §.sequen.Petr.Iaco. in sua pract.in rubr.de actio.in factum, ex edicto de eo per quem fact.erit.fol. 45. col. 4.Alexan.in numis.ff.de in litē iuran.Petr. de Ferra.in sua pract.in forma libel.in acti. real.versi.videndum itaque.Bar. & communiter doct.hic.

48 Amplia etiam procedere in his quæ immediatè ex re obueniunt: vt fructus, partus, fœtus,& etiam in his quæ fructuum vice sunt: vt domorū pēsiones, vecturæ nauium & similia.Innoc.& alij.in d.c.sacro. & docto.hic,& vide latius in l.si filiusfami.§. cū fundum.ff de verborum oblig.l.videamus. 2.§.si actionem.de vsur.Matthe.nota.91. & latè Moder.Andega.in tract.de eo quod interest.fo.104.cum seq.

49 Secundò procedit non solùm in contractum petionis, sed etiam in aliis contractibus bonæ fidei: vt not. communiter docto. hic.& in d.l.filiusfa.§.cùm fundum.& d.§. cum per venditorem.

50 Tertiò extende, etiam in cōtractibus stricti iuris: vt d.l.vinum.& l.in hac.& l.in hoc interdicto.ff.de vi & vi arma.

51 Quartò procedit etiam in rei æstimatione, vt tota debeatur. l. cum quid. ff. si cert. peta.eiúsque augmento.l.datio.§.si perven ditorem. ff.de actio.emp.Ias.in l.2.§.fi.ff. de eo quod certo loco.

De mora creditoris in accipiendo.

52 Quintò amplia, etiam procedere in debitore. nam si creditor fecerit moram in accipiendo, spectabitur. quanti minimi fuerit res à tempore moræ creditoris: quia nulli debet sua mora esse commodo. l. 2.de eo quod certo loco, & ibi doctores l. hominem, ff.manda. Petr. & Cin. in l. in minorem.C.in quibus caus.in integr. restit. non est nec ss.docto.in l.datio.§. si per venditorem.ff de actio.emp.Bald.in l. acceptam. C.de vsur.Alex ind.in l.semel.mora. ff. soluto matrimo.vide tex.egregium in l.nulli. C de eroga. milita. anno. libr.12. Francis. Cremen.singu.94.vidisti. Benedict.in repeti cap.Rainutius.in verb.& vxorem nu.985. de testa.

53 Sextò etiam in delictis.l.3.& l.in re furtiua.ff.de condictio.furti.intelligendo vt supra d xi.

54 Septimò & vltimò amplia etiam procedere in foro conscientiæ: non solum in ciuili, & canonico: vt not.in cap. conquestus. & cap. salubriter.de vsur. Geminia. in cap. fraternitas.12.quæstio 2.colum.vlti. vbi in conscientia totum id quod interest intrinsecus, deberi dicit.

55 Primò limita, quando conuentum esset vt non peteretur: quia conuentioni staretur.l.iurisgē.§.prætor ait.ff de pact. nam contractus ex conuentione partium legem accipiunt.l.t.§.si conueniat.ff.deposit.l.cōtractus.de regulis iur.idem in conuentione, si non dares vinum tempore paschatis, quòd dares centum: nam pœna debetur, nō id quòd interest intrinsecum: cùm in primis conuentio seruari debeat.l. semper in stipulationibus.ff.de regu.iur. & conuentio hominis facit cessare legis dispositionem.l.fi.C.de dot.promissio.l.cùm ex filio. §.filio.ff.de vulga.

56 Secundò limita, quando interesse intrinsecum non peteretur: secundum Innocen. in d.cap.sacro.not in dicta. l. vinum per l. 4. §. hinc autem iudicium. ff. de damno infect: Nam præsumitur quòd actor velit esse contentus re, postquam non aliud petit: ideo sententia debet esse conformis petitioni.l.vt fundus. ff. communi diuidun. Iason in dicta l.vinum.Felin.in capitu.licet Heli.de simo.

Petitio debet interesse.

57 Intellige, si interesse erat debitum ante litem contestatam: nam si post debeatur, etiam non petente parte, fit condemnatio l.ædiles.§.item secundum.ff.de ædilit. edic. capitu.abbate sanè. §.pro parte. & §. seq. de re iudicata, libr. sexto. ideo consuluit Innocen.in d.c.sacro.quòd petatur interesse.nam si non sit petitum,& vinum id temporis quo debebat solui, valebat centum: & tempore petitionis quadraginta: non fiet condemnatio ad centum, nisi petitio talis facta sit.Specul.eod.titu.§.commune.versi. & ad hoc interesse.quia fatuus esset iudex, condemnare in non petitis.l.fi.C. de fideicommis.liberta.

58 Tertiò limita, quando ex natura rei non potest venire: vt pecunia. l. nummis ff. de in litem iuram.l.3.§.fin.de eo quod cer. loco. Petr.de Ferra.in sua pract.in forma libel.in actio.reali.in ver. & in florenis. versicu.videndum

dendum itaque. latius dico in reg. sequen. in 5. limita. & suprà dixi, prosequendo distinctionem. Bar.

De precepto iudicis.

59 Quartò limita non procedere, quando ex iusta caussa superioris iudex, vel alius præciperet creditori ne solueret, tunc enim non teneretur, nec ad vsuras, nec ad interesse, propter superioris authoritatem: secundum Feli. alios adducentem, in capitu. constitutus columna septima, limita. 2. & cap. cùm contingat. columna vltima, de rescript. facit text. in l. finali. ff. de in diem addictio. quia iussus iudicis & superioris, excusat à mora. Iason in l. si quis maior. numero 20. C. de transact. vide eum in l. non solum. §. morte. nume. 28. ff. de noui operis nuntiatio. Deci. consil. 98. iuridicam. de Ferra. in verbo, audiat. in forma sequestri.

Regula de interesse extrinseco.

60 Secunda regula est, quòd interesse extra rem, siue extrinsecum, non debetur. l. si sterilis. §. cùm per venditorem. ff. de actio. empt. Suprà dixi in glossa. de intellectu illius §. vide ibi, & Bald. per illum text. in l. 1. §. considerandum. de tutel. & ratio. distra. Barto. hic, & communiter doctores in dicta l. Iulian. Alexand. in l. numis. de in lit. iuran. hanc format regulam Specul. in eo. tit. §. commune. in fine. & in §. viso. vers. in summa.

61 Amplia procedere, tam in contractibus bonæ fidei, de quibus loquitur d. §. cùm per venditorem, quam in contractibus stricti iuris. Ias. in l. si pœnam. in fine. ff. de verborum obliga. docto. in l. liber homo. in 2. § fin. illo titu.

62 Secundò amplia, siue consistat in damno, siue in lucro, per hanc legem, & not. hic doct. & moder. de eo quod interest. fol. 107. pag. 2. & not. in l. 3. §. finali. ff. de eo quod certo loco.

63 Tertiò amplia, etiam quò ad inducendum actionem. Nam actiones quæ ex legis potestate & dispositione inducuntur, non dantur ad id quod extra rem interest: vt si tutus temporali exceptione, ante diem soluat (errore lapsus) non repetit, propter commoditatem medij temporis: quia illud commodum est extra rem: & in diem, debitor, adeò est debitor, vt si antè soluat, non repetat. l. in diem. ff. de condictio. indebi. & ista est communis, secundum Alexand. & Socin. in l. 1. columna vlti. ff. de condictio. indebiti. licet Ias. contrarium teneat, in d. l. in diem.

64 Amplia, siue agatur propter non factum vt d. §. cùm per venditorem. siue propter factum ignoranter. l. Iulia. ff. de act. empt. quod intellige, vt suprà dixi, distinction ē. Bart. prosequens.

65 Primò limitatur hæc regula in foro conscientiæ: in quo si quis promisit tradere fœnum mihi, & quamuis potuisses tempore præstituto tradere, tamen non tradidit: ob hoc animalia mea fame perierunt, quia nó potui tunc mihi aliunde prouidere, confisus in promissione illius, qui me decepit, & quia de omni damno ex dolo vel culpa lata dato, tenetur quis in conscientia, licet ex legibus compelli non possit, & sic elicui conclusionem. Interesse extra rem deberi, certi iuris est: imò non deberi, iurisconsulti affirmant. Hoc probat validis rationibus Hadrian. de Traiect. in 4. senten. distinct. 15. de restitu. versicu. quia tactum est, idem Angel. de Clauas. in summa angel. in ver. vsura. in 1. §. 30. Sequitur Siluester de Prierio in summa sua, in ver. restitutio. in tertia quæstione 9. Et quamuis lex ciuilis resistat, conscientia tamen dictat, vt damnum tua culpa datum sarcias, vt superius dixi, & probat. cap. 1. 14. quæstio. vlti. & hoc est statutum etiam in specie, & non in genere, vt quidam putant, & text. in cap. fraternitas. 12. quæst. 2. non vult vt ecclesia cum augmento recipiat, sed si damni æstimationem tantum capiat, non dicetur augmentum, secus si duplum, vel triplum, vt ibi gl. scribit & docto.

Conclusio, quod interesse extra rem debeatur.

66 Secundò limitatur, quando comitaretur rem ad quemcunque iret: siue non sit factum quod fieri debuit, siue sit factum quod fieri non debuit. l. Iulia. §. si quid seruo. & l. si quis seruum. ff. de actio. empt. l. venditor. de euictio. l. inde Neratius. ad legem Aquiliam, & suprà latè fuit discussum: siue nominetur interesse circa rem, siue extra rem: vt suprà fuit conclusum, secundum opinionem communem: & tenuit Alexand. in dicta l. numis. de in litem iurand.

67 Tertiò limita, quando interesse circa rem non deberetur: quia tunc extra rem veniet. d. l. numis. l. dario. §. si per venditorem. ff. de actio. empt. l. 3. §. fina. de eo quod certo loco. Iason in l. si pœnam. in vltima colum. de verborum obliga. l. liber homo. in 2. in fi. illo titu. Bart. & communiter docto. hic, & Roma. in l. qui pecuniam. si cert. peta. Bald. in l. si voluntate. C. de dot. promissio. Imola. in l. 1. ff. soluto matrimo. Floria. in l. vulgò. de vsur. Barba. in cap. P. & G. de offi. delega. Alioquin mora debitoris non puniretur: quod esset contra iura, volentia moram puniri, & delicta: in l. si longius. §. fina. ff. de iudi. consuluit Corne. consil. 166. videtur colum. vlti. in 4. volumi. suprà latius dixi, prosequendo distinctionem Bart. & procedit etiam ex lucro, cum illis qualitatibus, quas dicam in glos. vlti. & generaliter procedit tam iure poli, quàm fori: vt in simili dicit gl. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. l. celebrandis C. de nup. cap. quæ in ecclesiarum. de constitu. Siluester Prie. in d. ver. restitutio. in 3. q. 9.

68 Quartò limita, in casibus incertis: quia in his damnum re vera datum reddi debet, etiam extra rem: vt hic, versicu. in aliis. & l.

liber homo.§.fin.ff. de verborum obligat. Ratio est, quia si ad hoc interesse intrinsecus actio non daretur, nulla ad aliud intrinsecum posset dari actio: contra text. in l. stipulatio ista.§.alteri ff. de verb. obliga. Ergo debitur ab istud interesse extrinsecum: vt not. Pau. & Aretin. in dict. l. liber homo.§. fina. & Paul. in dicto §. cum per venditorem. sequitur Moder. Andega. in suo tract. de eo quod interest. fo. 14.

Quintò limita, in casu singulari. l. Titius. ff. de actio. empt. de cuius legis intellectu suprà dixi plenè in 4. not. ponendo verum intellectum & nonum.

69 Sextò fallit, quando ageretur ex contractu, de cuius natura consueuit dominium, vel vsucapiendi conditio transferri: & ageretur ob rem vitiosam traditam, quæ propter vitium est inutilis penitus: & tunc siue sciens, siue ignorans fuerit tradens, ad id quod interest (etiam extrinsecum) tenetur. l. tenetur.§. sed si vas. ff. de actio. empt. Bart. in l. in rebus.§. item qui sciens. ff. commoda. Panormita. in capit. vno. columna. 3. illo titul. secus quando res non esset penitus inutilis: quia tunc quanto minoris ageretur. l. si minor C. de actio. empt. d. l. Iulianus. dic, vt latè suprà dixi, doctrinam Bar. prosequens.

70 In conscientia tamen non teneretur locans, quando erat ignorans, & exhibuisset illa dolia videnda per conductorem: cùm in nulla sit culpa. Angel. de Clauas. in sua summa, in verb. locatio.§. 24.

In conscientia non locans rem vitiosam, tenetur.

71 Septimò limitatur, in contractu in quo non transfertur dominium, nec vsucapiendi conditio, sed gratia vtriusque fit, & res est inanimata & penitus inutilis: vt in vase vitioso: nam ad interesse extrinsecum agetur. l. sed addes.§. 1. ff. loca. Albert. Paul. & alij in l. in rebus.§. item qui sciens. ff. commoda. intellige vt proximè dixi, secus si res animata: quia tunc nisi fuerit sciens, non tenetur. d. l. in rebus.§. item qui sciens & Panormita. in dicto capitu. vno. dic, vt suprà dixi, distinctionem Bar. & collegæ prosequens.

72 Octauò fallit, quando conuentio esset de præstando omnia damna, & quodlibet interesse: nam tunc etiam extra rem veniet. argu. l. iurisgen.§. prætor. ff. de pact. & l. cótractus. ff. de regulis iuris. Item de præstando quodlibet, generalis est promissio: ergo generaliter intelligetur, & de intrinseco, & extrinseco. arg. l. de precio. ff. de Publicia. in rem actio. si tamen fuerit consecutus vnú, alterum non consequeretur. arg. l. bona fides ff. de regu. iur.

73 Nonò fallit, quando ageretur ex contractu facto causa dantis tantum, ex quo dominium vel vsucapiendi conditio nó transfertur: & eò agitur, quia res vitiosa est tradita. l. si seruus.§. quod verò. ff. de fur. Bart. & communiter docto. hic, & in d.§. ité qui sciens. tunc tenetur siue sciens, siue ignorans: vt si deponis equum penes me, qui mihi nocumento fuit: teneris, quia non me præmonuisti, vt cauerem à vitio equi: ne officium sit mihi damnosum. l. si quis. ff. si quis omissa caussa testa. & d.§. quòd verò.

74 Decimò fallit, in contractu mandati: licet fiat gratia mandantis, & hoc quando mandatario nulla culpa potest imputari. d. l. si seruus.§. quòd vero. glos. in l. inter caussas.§. si eum seruus ff. manda. Bar. in d.§. item qui sciens. ne officium suum sit sibi damnosum: vt suprà dixi.

75 Vndecimò limita, in his quæ vicem fructuum obtinent: vt pensiones, & obuétiones aliæ. l. vsuræ. & l. videamus. 1.§. præterea. ff. de vsur. Ratio est, quia cùm vicem fructuum obtineant, eorum iure vti debent. argu. l. si eum.§. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. sed cùm hodie vsuræ non debeantur, vt suprà dixi, de hoc quæri non iuuat. Idem in pensionibus, quæ ex locationibus capiuntur: cum in fructu habeantur: debentur d.§. præterea. l. socium qui in eo. ff. pro socio. facit quod not. Soci. consil. 174. pro facto. in a volumine.

76 Duodecimò fallit, quando emptor sub vsuris accepit pecuniam, vt ex parte sua adimpleret contractum: & venditor post traditam sibi pecuniam non tradit rem, etiam ex qua naturaliter non percipiuntur fructus: vt trabes, & ligna: nam ad illas vsuras tenebitur venditor. l. Lucius. ff. de act. empt. singul. secundum Roma. consil. 101. propositæ. & Ioan. Lupum. in repeti. cap. per vestras. versic. sextò infertur.§. 6. fol. 109. de donatio. inter virum & vxorem, sequitur Bal. in l. vsuras. C. de vsur. Ioan. de Ana. in capitu. conquestus. illo titu. Laurent. de Rodolp. in suo tractatu de vsur. quæstio. 119.

77 Vltimò fallit, vt interesse extra rem possit cum fructibus pignoris compensari, & pro eo possint licitè fructus retineri: vt si pro dote promissi sit datus fundus in dotem loco pignoris fructus eius non extenuant sortem, sed licet marito pro eo quod interest eos retinere, & ob onera matrimonij, text. in cap. salubriter. de vsur. l. curabit C. de actio. empt. & text. in l. si seruus communis.§. idem dicendum. ff. de furt. dicit quod si sciens quis ignoranti furem pignori dederit, omnimodo damnum præstare cogendus est. Alias limitationes poterit quilibet solicitus addere. Notáda sunt quæ proximè dixi, in quibus credo me rem acu (vt dicitur) tetigisse.

78 Quærit insuper Bar. an interesse circa rē vel extra rem, sit conuentum, commune, aut singulare: & se remittit ad ea quæ suprà dicit in 3. oppo. Tu dic ex mente eius, & docto. quod interesse circa rem potest, & ex conuentione, & communiter, ac singulariter æstimari. Conuentum, siue ex conuentione

Interesse circa rem vel extra rem vel ... a: sit con... ne, sing... vel commu...

uentione, vt si conueniat de præstanda certa quantitate, nomine eius quod interest circa rem l. fi. ff. de prætor. stipu.

Communiter, si res quam petit communiter æstimetur. l. si seruum meum. ff. ad legem Aquiliam. Idem dicendum est in fructibus, & aliis in quibus constituitur interesse intrinsecum.

79 Singulariter, quando res petita singulariter æstimatur: vt in claudo qui emit equũ retrogradum, & ante quamlibet domum quiescentem, venditor non tradit: claudus æstimabit illum equum singulariter, licet alius nollet illum equum: sed hic propter eleemosynas expectandas, multum æstimat: sicut vide de asino hospitalis pauperum Tholosæ, qui ante domũ in qua soliti erant dare sistebat, quousque eleemosynam recepisset quæstor: & sic interesse singulare potest esse, & intra rem, & extra rem, simile dicas in interesse extra rem: vt supra dixi, & not. hic Moder.

80 Vltimò dubitatur, de quo interesse loquatur hæc lex, an de intrinseco, vel extrinseco? Mar. & Bulga. de intrinseco intelligunt. Sa lic. hic, colum. octaua, opp. 17. & Bald. in l. 1. §. considerandum, per illum tex. ff. de tutel. & ratio. distrahend. idem Accursius, quem communiter docto. hic sequuntur, tenet loqui de vtroque. primò, per hanc l. in fi. quæ dicit velle perimere dubitationes antiquas: quod non faceret, si non taxaret tam interesse circa rem, quàm extra rem.

Not. quæst. de quo interesse, intrinseco an extrinseco loquatur hæc lex.

Secundò, hæc lex loquitur generaliter in omnibus casibus: & sic de vtroque interesse, tam intrinseco, quàm extrinseco debet intelligi. argu. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præstan.

Tertiò probat glos. argu. à maiori ad minus: quod validum est argu. authen. multo magis. C. de sac. sanct. eccles. Nam si interesse singulare, quod est circa rem, non potest excedere duplum, vt hic, à fortiori id quod est extra rem: cùm illud sit magis proximum & immediatum, quam istud: nam de hoc contrahentes facilimè non cogitarunt. argu. l. cùm quid. ff. si cert. peta. tradunt recent. in tracta. de eo quod interest, tamen intrinsecum totum debetur: vt suprà dixi.

Gloss. in verb. in aliis Epitome.

1 *Interesse qualiter petatur, & numeris sequentibus.*

3 *Interesse promissum in instrumento: qualiter petendum. 4.*

5 *Moram purgare an possit qui tenetur ad factum.*

6 *Interesse in obligationibus dandi venit officio iudicis in contractibus nominatis.*

7 *Aduocatus bonus in libello simpliciter iudicis officium debet implorare.*

8 *Interesse in contractibus innominatis in obligationibus dandi petitur iure actionis.*

9 *Intellectus l. naturalis. §. 1. ff. de prescrip. verb. & nu. seq.*

11 *Interesse quod petatur iure actionis, quæ vtilitas resultet. & nu. seq.*

12 *Pœnitentia licita est in contractibus innominatis.*

15 *Ad factum quare quis non compellitur præcisè in obligationibus facti, sicut in obligationibus dandi. 15. 17. & 18.*

19 *Obligatio ad interesse non succedit in factis de iure canonico.*

Et quid in obligationibus rem tradi. nume. 21. & 22.

20 *Obligatio ad interesse an succedat extinctiuè, siue cumulatiuè.*

23 *Et quid in obligationibus rem restitui. 24.*

25 *Instrumentum sigillo regio signatum habet vim sententiæ.*

25 *Libellus super interesse quomodo formetur, & nu. 27. cum seq.*

28 *Artifices ad opus faciendum coguntur.*

30 *Reus vsque ad litem contestatam moram purgat.*

33 *Libellus incertus quando valeat.*

34 *Vtilitas ad petendum interesse. 35.*

36 *Quantitas certa an sit petenda pro interesse.*

38 *Interesse potest peti in genere.*

39 *Oblatio in genere sufficit.*

40 *Interesse petens in genere tenetur postea probare quantitatem.*

41 *Iudex ex officio examinat testes.*

43 *Iudex potest condemnare simpliciter in interesse, & postea in executione liquidare.*

44 *Interesse superueniens post litem contestatam sine partis petitione iudex potest condemnare.*

46 *Interesse vbi petendum sit.*

Glos. in verbo, in aliis.

GLOSSAM in verb. in aliis, diuido in quinque partes. In prima declarat casus incertos. Secunda, quæ est ibi, in quibus agitur, ponit practicam petendi id quod interest. Tertia, quæ est ibi, & est actoris electio, ponit an sit in electione actoris, vel rei. Quarta, quæ est ibi, si autẽ tradi. ponit quid in obligatione rem tradi. Vltima, ibi, item vbi est dandum, declarat quid in obligatione dandi.

Prima pars gloss. fuit elucidata in glos. in verb. quantitatem. quamobrem non repetam.

Secunda pars est vtilis, & tradit practicam petendi interesse in iudicio. Vt sic nota

facio conclusiones sequentes.

Practica petendi interesse in iudicio.

1 Prima conclusio est: in obligationibus facti, interesse iure actionis petitur: cùm sit in obligatione post moram. l. 1. in versicu. agitur. ff. de actio. emp. & l. fin. iuncta glos. si quis in ius voca. non ier. l. 2. §. item si in facto & stipulationes non diuiduntur. de verborum obligatio. cùm aliis hic adductis per Bar. nume. 28. columna penultima, & sequuntur docto. in d. l. 1. & Salic. in l. si traditio C. de actio. emp. col. 2. Angel. in §. actionum in materia emptionis de actio. institu. do. Igneus, in repet. l. quatenus. col. 24. ff. de regulis iuris Corne. consi. 113. circa primum. columna vltima, 1. volumi. Vincent. Hercula. in l. si Calendis. colum. 2. ff. de re iudica.

2 Suprà adducta intellige in his casibus, in quibus non potest con pelli ad factum, vt frequentius receptum est. Barto. in d. l. stipulationes non diuiduntur. si ad illud posset compelli: vt in multis casibus notatis in d. l. stipulationes. & per Hercula. in l. in executione. ff. de verborum obliga. in illis interesse veniet solum in condemnationem, & ita intelligitur glo. in d. l. si quis ab alio. Angel. & Iacob. in l. fi. si quis in ius vocan. non ierit.

De interesse promisso in instrumento.

3 Idem quando promitteretur in instrumento: vt communiter notarij solent apponere, Promisit summam debitam soluere, cum expensis damnis, & interesse. nã tunc ex stipulatione agetur ratione promissionis. l. 1. de verb. oblig.

Elucidatur ordinatio regia.

4 Et nisi peteretur, non fieret condemnatio: alioquin iudex suppleret in facto Bald. consil. 119. statuto. in 2. volumi. per gloss. iuncto text. in l. si quis missum. §. fina. ff. de damno infect. singu. secundum Iason. in §. omnium. nume. 146. Institu. de actio. vide glos. in l. & eleganter. §. non solum. ff. de dolo. & glo. in l. non solum de rei vendica. Bart. in l. qui sibi. §. 1 de solutio. l. s. tn l. fin. de eo quod cer. loc. Etiam in curia parlamenti, nisi post litem contestatam accidat per l. ædiles. §. item sciendum. ff. de ædil. edict. etiam si res reddi, restitua ministrari petatur. licet Guido Papæ, & alij contrarium teneant, tamen in hoc parlamento ista vidi seruari à quindecim annis citra, nisi vt inferius elucidabitur, & hodie extat ordinat. regia ex publica. 1539. articu. 88. ibi. *Pourueu toutesfois que lesdictz dommages & interestz ayent esté demandez par la partie qui aura obtenu* &c. & sic peti debet.

Mora an possit purgari.

5 Si tamen actor eligeret ad factum agere: esset in facultate rei soluere interesse, vsque dum conuenitur iudicati. Et si elegerit agere ad interesse: factum est in facultate soluendi, vsque ad litem contestatam: & sic qui tenetur facere, poterit moram purgare vsque ad litis contestationem. l. si insulam ff. de verborum obliga. Barto. & alij in d. l. stipulationes non diuiduntur, quæstio. 7. & 9. Paul. & Vincen. in l. si Calendis. & l. si quis ab alio. §. fina. ff. de re iudica. & hoc se cundum communem, licet multi contradicant.

De obligationibus rem dare.

6 Secunda conclusio: In obligationibus rem dari, res debet peti, & si non detur, interesse venit officio iudicis, in contractibus nominatis. l. vbi §. fina. & l. si seruum. in fine. ff. de verborum obliga. l. vinum. & ibi nota. si certum petatur. Federi. consil. vlti. Panormi. & Dec. in cap. cùm venerabilis. de exceptio. Vincen. in dicta l. si. Calendis. col. 2.

Practica notabilis.

7 Notandum est tamen in practica, quòd bonus aduocatus & cautus, in libello debet officium iudicis simpliciter implorare: non exprimendò nobile vel mercenarium. & tunc interpretabitur iuxta mentem proferentis: secundum l. si quis intentione. ff. de iudic. no. Petr. de Ferra. in sua practica. in forma libelli, in actione reali. in glo. in verb. & in florennis. versiculo tertio autem casu &c.

De contractibus innominatis in obligationibus dandi.

8 Tertia conclusio: In contractibus innominatis, in obligationibus dandi, interesse petitur iure actionis. l. naturalis. §. 1. ff. de præscrip. verb. licet Bar. hic alleget corruptè, vitio impressorum. l. natural ter. ff de rerum permutatio. & d. §. 1. est singul. secundum Paul. & Ias. ibi, & in d. l. stipulationes non diuiduntur, in 10. oppo. & in l. fina. de conditio. causa dat. Petrus sequitur, & alij, in d. l. quatenus, in 4. regu ff. de regulis iuris, & ipse quoque huic sententiæ accedo: vt in simili dicit iurisconsultus. in l. nec semel. §. nouissimè. ff. quando dies lega. ced.

§ 1 l. naturalis declaratur, & Ias. opo. confutatur.

9 Et si contrarium teneat glos. in capitu. P. & G. de officio delega. & Iason in dict. §. primo, dicens illum §. non obstare, quia loquitur in verbo, accipere, non in verbo, dare. Item ibi interesse venit in condemnationem: & hoc probatur ibi, in qua actione id venit, non vt reddas id quod accepetis: sed vt damneris mihi quanti interest mea. ergo non eras obligatus: quia quando interesse venit in condemnationem, tunc venit officio iudicis deseruienti actioni intentatæ. l. qui restituere. ff. de rei vendi. glossa in d. §. finali, dicta l. si quis ab alio. do. Igneus, in d. l. quatenus, columna decimaseptima. si tamen velis tenere communem (cum parœmia dicatur, Extra publicam viam ne deflectas) respon. ad suprà adducta: esto quòd ille §. primus: d. l. naturalis. loquatur de verb. accipere, cùm declatet naturam contractus do vt des: de illo debet intelligi. argu. l. si tia. §. idem respon. ff. de verborum obliga. l. item quia. §. finali, de pactis. Item si do rem vt rem accipiam: debet intelligi, scilicet à te dando, sicut & ego do. argu. l. 1. §. si iusserim. ff. de acquiren. possessio. moder. in §.

Defendit communem.

in §.actionum.Instit.de actioni. nota. in l. cum mora.C.de transact.

10 Nam siue des, siue commodes, ego accipio aliter tamen intelligitur in commodato, aliter in do. vt des: quia secundum subiectam materiam verbum debet intelligi: vt notat Panormitanus, de verb. decernimus. in capit. decernimus, de iudicijs. d xi sup à in 4.notabili. Moderniores in rubrica. ff. de vulga. & pup. de verbo, substituto nam aliter accipitur ibi: & aliter in l. penultima, iudicatum solui. & doctores in rubric. C. de collationi. vbi aliter accipiunt doctores canonicum quàm legum: & hoc secundum subiectam materiam verbum collatio. Idē propter naturam contractus, qui requirit ex vtraque dictionem. dicto §. 1 Iason consilio 92.vol.3.

Nec obstat quòd ibi veniat in condemnationem per illud verbum, dāneris. nam debet intelligi damnetis, videlicet iure actionis, & nō officio iudicis: & retorqueo contra d. Modern. textus ibi dum dicit, in qua actione, ergo iure actionis petitur. Item in textu ib, iudicem obligationem. ergo iure obligationis, & non officio iudicis: prout aff runt modrr & hæc opinio est communis, in quam maior turba & pot or docto. inclinat. Item quando interesse est in obligatione: attenditur tempus moræ, & vlterius nō crescit, nec diminuitur. l. hominem. ff. mandati. l. fundum Cornelianum. ff de nouatio. quia stipulatio semel cōmissa ad totale interesse, amplius committi non potest. l. cum quæritur. ff. iudicatum solui. secus quando interesse venit officio iudicis quia tunc habetur ratio quanti plurimi à tempore moræ vsque ad litem contestatam ac sententiam. l. vinum. ff. si certum petatur. l. in hac de tritica, doctores in l. si Calendis. ff. de re iudicata. declarat, per Aufre. quæstione 367. in decisione Tholos. licet collega nouum conatus sit dare intellectum ad dictam l. vinum. quem alibi liquido demonstraui esse contra & iuris, & æquitatis, veritatisque decisionem.

11 Et quæ vtilitas resultet, quando petitur iure actionis: respond. quod extincto debito principali, adhuc petetur: secus quando officio iudicis. l. 4. C. depositi. gl. ff singu. in §. actionum. Institut. de actio. traditur per Matthe. not glos. singularem, & Ioan. Baptista: n aduto ad eum, multa adducit, quæ ibi licet videre.

Quando sit vtilitas, quod iure actionis interesse petatur.

12 Ratio est, quia in cōtractibus Innominatis est licita pœnitentia. l. si pecuniam. ff. de conditione ca sa data. merito ad interesse deducitur: qua non est tanta ratio cogendi præcise aduersarium, vt det: secundum Angelum, Imolam, Roma. & Iaso. in dicta l. stipulationes nō diuiduntur, in 10. oppositio. Barto. Vel dicit hic C. nus, quem Bartol. citat, esse rationem: quia sicut non sunt faciliores in obligatione contrahendatam requiritur quod impleantur ab altera parte, nec solo consensu perficiuntur: & sicut de facili non contrahitur obligatio, ita nec de facili sustinetur.

13 Limitatur hæc conclusio, quando ageretur actione præscriptis verbis: vt ille qui promiserit dare impleat: nam tunc obligatio non est præcisa, sed succedit interesse: vt dicto §. 1. l. naturalis. Alias limitationes tradunt doctores in dicta l. stipulationes non diuiduntur in 11. oppositione, & sequent. quas potest quis per otium videre: Sed qñ à do ageretur conditione ob causam ad rem petendam: tunc obligatio ād indi esset præcisa: & non ageretur ad interesse, sicut in cō tractibus nominatis. l. 1. in fine. ff. de rerum permutatione. & l. 1. de condictio ob causam. Iason & alij in dicta l. stipulationes. & sic possunt conciliari opiniones. Ratio est, quia alioquin sequeretur absurdum: quia ille qui pro parte sua non impleuit contractum innominatum, soluendo interesse haberet rem illam me inuito: quod non est dicendum: vt nunc Bartol. in l. si filio. in s. ff. de donat. causa mort.

14 Postea Bartolus opponit de l. liber homo. in 2. §. fina. de verborum obligat. & soluit, quòd quando quis stipulatur dari alteri, succedit obligatio ad interesse. vt d. §. fin. secus si sibi. Nec placet quòd in d. §. si censeatur stipulatus factum, videlicet dare alteri: vt notat Iason & alij in dicta l. stipulationes. vbi tradit sex limitationes, & septē Vincent. in sua execution. in 8. quæstione. Bart. de verborum obligatione. quia longè aliud est promittere factum, aliud dare, & promittendo dare, quod quis promittat factū, nullo iure cauetur l illam. C. de coll.

Reprehenditur Iason.

15 Insuper Bart. assignat rationem, quare in obligationibus facti non compellitur quis præcisè, sicut in obligationibus dādi, quia stipulationes sunt inuentæ vt quisque sibi stipuletur quod sua interest. l. stipulatio ista. §. alteri. Institu. de inutili stipulation. & l. alteri. ff. de verborum obligation. d. §. alteri. Institu. de inutili stipulati.on. & in obligationibus dandi semper nostra interest promissum dari: vt si promitto equum, interest tua simpliciter habere equum, vel quantum valet, & idem est in obligatione, d. l. vbi. §. si. Salice. in l. si traditio. C. de act. empt. Ias. in l. eum mora. col. 2. C de transf. Sed in obligationibus facti, non semper nostra interest, vt opus promissum fiat: nec quanti illud factum valet: & ideo non potest compelli promittens factum, quia compelleretur vitra quàm interesse: ideò succedit obligatio ad interesse. d. l. stipulationes non diuiduntur. sequitur Corne. consi. 156. primus. in 4. vol. col. 2.

Quare quis nō compellitur ad factum.

16 Vel si quis præcise compelleretur in obligationibus facti: esset inducere quandam speciem seruitutis, cum factum in labore

 perso

personali consistat. secundum Salicetum in l.si traditio.columna 1.C.de actione em pti.doctor.hic.& in d.l.stipulationes. glos. in l.hæc opera ff.de ope.libe.quòd nō contingit in datione, vt patet. Aliæ rationes assignantur in dicta l. stipulationes. quæ omnes periclitantur. Ideo Bartolus ibi in 10.oppos.dicit,rationes concludentes non posse dari,sed persuasiones satis apparentes:igitur tanquam minus periculosa prima suprà relata,quæ est Petri (& frequentior) erit sequenda.

17 Nisi diceres,quòd ad faciendum non potest homo compelli:tamen si minus induceretur potius permitteret se excomari. gl. in l.cùm proponas.C de hæredi.institutu. sed dare potest compelli,per venditionem bonorum,captiuis pignoribus,& aliis modis in iure descriptis:& hoc probatur in l.qui restituere.ff.de rei vendica.Cogita.

18 Limitat nunc Bartolus quando in obligationibus dandi esset eadem ratio, sicut in obligationibus faciendi:nam tunc succederet obligatio ad interesse,sicut in obligationibus facti: vt si stipulatus mihi es, quod alij dares centum, cui quinquaginta debebam:non interest mea nisi in quinquaginta. Ideò ad illa interesse succedet.l.liber homo.§.si.ff.de verborum obligation. Item. si stipulatus sum pecuniam mutuare, & nō mutuem:licet actio ex mutuo non detur: quia mutuum est, quod de meo tuum fit. l.2 §.appellata.ff si certum petat. non tamen interest mea simpliciter, & in totum: igitur succedet obligatio ad id quod interest.l.si pœnam.ff.de verb.oblig.dixi supra. non repeto.Corne.in consi.166. videtur. in fi.in quarto volu.

De iure canonico non succedit obligatio ad interesse in facti

19 Item de iure canonico in obligationibus facti non succedit obligat o ad interesse: secundum Romanum in d.l. stipulationes. sequitur Antho.de Burgos.in rubr.de emptio.& Corne.dicto con si 256.primus.col. 2.in 4.volu.et si Felin.in c.1.de pac. contra teneat. Alias limitationes ponunt doctores in d.l.stipulationes. & Vincenti. in l.in executione,de verbor.oblig. non transcribo. licet ibi videre,& ibi dicam,si pec oetum sit cebit.

An obligatio ad interesse succedat extinctiuè,siue cumulatiuè.

20 Bart.hic quærit: An ista obligatio succedat cumulatiuè, seu alternatiuè ,an verò extinctiuè, & gl.hic videtur dicere, quòd extinctiue veniat:dum dicit, esse in electione actoris agere ad factum, vel ad interesse:ergo eligendo vnum, aliud extinguitur. argumento l. quod in hæredem. §. eligere.ff.de tributoria actio. l. stipulatio.§. opus,versiculo,siue autem. ibi, si hoc debitori placuit.ff.de noui.ope.nun.

Tenendum est, quòd non succedat alternatiue:videlicet,vt actor possit agere ad factum, vel ad interesse. ibi : non ad vtrunque simul.l.apud.§.Labeo. in t.ff. de doli except.

Bartolus in l.1.columna.2.ff.de actio.empti. nam bona fides non patitur, vt si met exactum iterum exigatur.l.bona fides.ff. de regulis.iur.& hoc latè probat Bartolus & alij post eum,in d.l. stipulationes. in 7. quæst. est tamen in facultate conuenti, aut facere quod promisit,aut soluere interesse vsque ad litem contestatam.l.si insulam.de verb. obligation Moder.in l.4.§ Cato.in 7. notabili.ff.de verborum obligatio. vide Roma.consi.517.in casu.colum.3. & quòd infra dicemus.

21 Alia cōclusio,In obligationibus rem tradi,si debitor rem non tradat, interesse iure actionis petetur.l.si quis ab alio §. si alij.ff. de re iudicata.nam tradere est facti.l.si rem tradi.& ibi Bartolus ff de verborum obligation.Bartolus & alij in d.l.stipulationes. in 8 quæstio.doctores declarant plenè. ibi vide.Intellige, si simpliciter tenebatur tradere, vel & dominiū transferre,tamen non habebat facultatem rei tradēdæ : tanquam sit subrogatum in loco rei,legis vigore : alioqui secus.l.si sterilis.§.cum per venditorem ff de actione empti. l. 1. illo titu. Petrus de Ferea,in sua practi.forma libel.in actione ecal.in verbo, & in florenis. Vincentius in l.in executione.in 8.quæstione.ff. de verborum obliga.

De obligatione rem tradi.

22 Quid si emptor,nomine & mandato venditoris, soluerit emptionis precium cedi tori venditoris:an possit compelli venditorem,vt ebaltam & instrumentum venditionis sibi faciat, vel teneatur ad interesse? vide Baldum consil.458,quidam emit, in 1. volumi.dicentem venditorem teneri, postquā de suo consensu hoc fuit factum, & quia emptio erat perfecta,& hoc secundum opinionem Marii.descriptam in gloss.l.prima. ff.de actio.empt.

Nota hanc.

23 Vltima cōclusio : In obligationibus rem restitui,ipsa res primò petenda est, si facultatem rei habeat reus restituendæ.l. qui restituere.ff.de rei vendi.Si verò non haberet rei restituendæ facultatem culpa sua,tunc iure actionis interesse petetur,re perempta. l.re in furtiua. ff. de condictio. furti. Bart. & alij in dicta l. stipulationes. q. 6. vbi fusius vide.

De obligationibus rei restituendæ.

24 Fallit si post contumaciam condemnatus facultatem rei restituendæ non haberet: quia tunc iuraretur in litem.d. l. qui restituere.

25 Et idem si ex instrumento garentigiato, vel regio sigillo sigillato,res debeatur:cùm habeat vim sententiæ Baldus in dicta l. qui restituere.Socinus consil.139. in causa tacta.columna 2.in 2.volumine.& etius in dicta regula quatenus. Alia mul a dicunt doctores in dicta l.stipulationes non diuidunturque bie rō transcribo:sed illa non omitto.quæ tendunt ad huiusce legis & maiore declarationem.

Instrumentum regio sigillo sigillato, habet vim sententiæ.

Subse

Libellus quo formetur modo in petendo interesse.

26 Subsequenter Bart. multas format quæstiones, & de omnibus se remittit, & ego eum eo: dempta illa, qualiter formetur libellus. & reperio quòd tripliciter, prout declarat glos. in l. 1. ff. de actio. empt. Barto. in dicta l. stipulationes. quæst. 9. de verborum obligatio.

Prima practica petendi interesse.

27 Primò sic formatur: videlicet vt ipsum factum petatur vt in libello: & reus tépore ferendæ sententiæ interrogetur per iudicem, an velit domum facere, vel tradere: & si respondeat quòd non: tunc iudex ad interesse eum condemnabit. glossa in l. 1. ff. de actio. empt. & ibi doct. l. si traditio. C. alio titu. & Petrus de Ferra. in dicta practica, in forma libelli. in actione real. in verbo, & in florentis.

28 Et hæc interrogatio est introducta caussa minuendarum litium. l. vbicunque. ff. de interrogat. actio. l. quidam. ff. si certum petatur. doctores in e. 1. de iudicus. & ea. cum Ioannes de fide instrumen. & si reus interrogatus nollet respodere: potest cogi per iudicem l. si quando. §. 1. ff. de lega. 3 Bal. in l. 1. ff. de actione emp. Et hodie in hoc regno solemus cogere hosce artifices qui promiserunt construere domum vel aliud artificium, ad illud perficiendum, etiam per captionem personæ, quia regulariter nô sunt soluendo, & idcirco non sunt pares ad interesse soluendum, vnde merito solent ad factum promissum cogi, & sic vidi seruari per ea quæ Bart. & alij not. in d. l. stipulatio nes non diuiduntur.

Artifices solent adepo faciendum cogi.

29 Secundò sic potest peti primo factum: tamen ante litem contestatam, & libellum oblatum debet interrogari reus, an velit facere id ad quod est obligatus: & si negatiué respôdeat, offeretur libellus, & petetur solum interesse. & hunc modum verisimum approbat gl. in d. l. quamuis non sit metal legando. l. si seruum. §. si ff. de verborum obligatio. quā sequitur in obligatione dandi. Rofre. in suo tract. libel. o. in 4. parte. rub. de actio. ex empto. fol. 71. cum seq. & de Ferra. vbi supra.

30 Poterit etiam reus purgare moram vsque ad litem contestatam: vt supra d xi. p. r l. si insulam. ff. de verborum obliga. secundum Bartolum in d. l. stipulationes quod non videtur hic verum: quia dicendo se nolle facere ante litem contestatam, purgationi moræ videtur renunciasse: vt not. in d. l. si insulam. vbi licet videre. & Salicetus in dicta l. si traditio. colum. 2 Nunc non aliter disceptio: sed vide in locis supra adductis vt tutiorem huius dicti.

31 Tertius modus communis est: vt in libello dicatur, p to Titium condemnari ad tradendum rem, vel exhibendum, aut faciendum domum: & si recusat, peto eundem condemnari ad centum pro meo interesse, vel plus vel minus, prout liquidabitur in processu, & per vos dominum iudicem taxabitur & ista practica cæteris est melior, & tutior, & eam sequitur Speculator p ter practicar. in titu. de empt. §. prius. & de locato §. post quàm versic verùm. & sequen. Vincentius in l. in executione. in fine. de verborum obligatio glos. Cinus, ac alij in dicta l. si traditio & est magis plana & breuis, teste Bartol in l. 1 § condemnatio. ff. de tabulis exhibendis & Rofredus in tracta. libello, in rubric. de actio. ex empt. in 4. parte. column. 3 & rubric. de actionib. ex condicto. in fin & vide eum in 5 parte. rubr. de actio. in factum ex illo edicto, de eo per quem factum est quo minus in iudicio sistat. & in rubr. de actionibus. in factum ex edicto de edendo. colnmna 2. Iacobi. verò in l certi condictio. ff si certum petatum, dicit sic posse peti: Peto librum mihi ex caussa venditionis tradi: & si nô tradideris, peto interesse. & in idem reincidit, & hanc formam posuit glo. nota. quam ibi magni faciunt doctores in l. 2 §. item si ex facto. ff. de verb oblig. Bal. in consi. 290. allegationes in 4. vol'n.

Practica vtilis petendi interesse.

32 Et ibi plus dicit: quòd procedit libellus. Promisisti vendere domû: peto vt vêdas, aut interesse, mihi prestes.

33 Nec obstat, secundum eum, quod libellus videatur alternatiuus, & sic incertus: quare non admittendus Nam imò est certus, habens in se ordinem ex natura côtractus: & licet euentus sit incertus, quò ad solutionem, illud contingit ex facto rei nô soluentis: ideò non potest de tali incertitudine opponere. l. 1 §. quia autem. ff. quo. bon & Bal. d. consi. 290. allegationes. vide doct. in l. 1. ff de eden. *Libellus incertus quando videatur.*

34 Vtilitas magna resultat sic petendo: quia sic mortuo promissore post moram, pluribus hæred bus relictis: ago contra vnum ad factum conditionaliter cum interesse: potero insolidum côsequi interesse ab vno: quod secus esset si agrerm præcisè ad id quod interest: quod est diuiduum. secus in facto. hoe est singulariter notandum in prac. secundum Paulum, Alexandrum & alios in l 2 §. ex his. ff de verb. ob. sequitur Iason in d. l. stipulationes, in fine. *Vtilitas ad petendum interesse*

35 Vel aliqui sic petunt post moram, Et quia non fecisti tépore præstituto. ideò peto interesse. Rofred. in d. rubr. de act. ex empt. & doct. in d. l 1.

36 Notandum est etiam in practica, quòd non est necesse quantitatem interesse in libello exprimere: vt euitetur pœna. l. vnicæ. C. de plus petitio. & §. plus. Institu. de actionibus. glossa in l. certi conditio. & ibi notant moderniores. ff. si certum petatur. Petrus de Fer. in sua practic. in forma libel. in actione rea. in verbo tor & tantos. Bartolus in l. prætor edixit. § 1. ff. de iniuriis. Sed sufficit in processu liquidare: & istud semper practicatur, teste domino Aufrerio, in decisione capellæ Tholosanæ. quæstione 367. *Quantitas certa, an sit petenda pro interesse*

quod

quod tempus &c.

37 Tamen bonum est,si exprimatur quanti tas eum adiúcto:videlicet,Peto decem pro interesse, vel plus vel minus, secundum ꝙ ex probationibus constabit: vt suprà dixi. & hoc sequitur Imol. in d. l. stipulationes. Salice.in l.1.colum.1. ff. de act. empti.& sic formant libellum practici, in patria iuris scripti:vt sæpius vidi.

38 Amplia etiam,ꝙ in genere potest interesse peti:vt,Domum fabricari mihi per te peto, vel interesse.gloss & doct.in d.l. certi cōdictio.ff.si cert.peta.& gloss.hic. Ias.& alij in d.§.actionum.& d §.curare.& ista est com munis,secundum Socin. in c. significanti- bus.in 3.mébro.versi.sexto infertur.fol. 71. de libel.oblatio.

In genere potest peti interesse.

39 Item sufficit oblatio in genere :vt offero rem cum interesse.consuluit Socin.consil. 199.in causa tacta.in 2.volu.tacta.

Intellige, siue petatur principaliter, siue sub conditione.Alex.& alij in dicta l.certi condictio.& Alexand.consil. 90. in caussa. col.vlti.in 2.vol.& plenius in d.l.certi condictio.& ibi Purpura.

40 Notandum est perpetuo in praxi : quòd actor qui in genere petit interesse, tenetur postea in processu probare ipsius quantitatem & certitudinem. gloss. singu. in l.1.§. si quis argentum.ff.depos. Rotred. in tractatu libello.rubri.de eo per quem factum erit.versic.in hoc autem.doctores in dicta l.stipulationes.Innocentius in ca. cum dilectus.colum.1.de ordi.cognitio. Angel. in tracta.de malefic.in gloss. & ad hoc colloquium.versicul. quid autem si accusator. Alex.in rubr.colum.penul.ff.soluto matri. Iason.in §.sed iste.num.73, Institu. de actio. dicam infrà in gloss. seq. quomodo interesse probetur.

petens in genere tenetur post ea probare quantitatem.

41 Adde,quod si non probaretur quanti in teresset,per testes productos : posset iudex ex officio alios examinare super quantitate interesse:vel duobus committere, vt certum reddatur:vel ipse posset ex officio æsti mare.hoc est nota. dictum Bartolus in l. si quod ex Pamphila.ff.de leg. 2. & in l. semper.§.in hoc interdicto, quod vi aut clam. Bald.in l.si traditio. C de actio.empt.Vincent.Hercula.in l.precia rerum.col.9.ff. ad legem Falcid.& infrà dicetur.

not. benè quòd iudex ex officio examinat testes

42 Imò male facere iudex,si absolueret reũ eo quia non est probata quantitas eius quod interest : secundum Socinum in c. dilecti.colum.2.de foro competenti. dicens esse perpetuò notandum,quia quotidie vsu venit:& idem plures cōsuluit,& obtinuit. & Alexand.in additio.ad Batt. in dicta l.si quod ex Pamphila .quod perpetuò est gen dum menti.

43 Nota tamen quòd si non posset sumere aliam declarationem:forsitan propter periculum instantiæ,posset condemnare partem simpliciter ad interesse : & postea in executione liquidare.ca.auditis. de procurato.Bartolus Baldus & alij in l.2. C. de re scindenda venditione. Bartolus in l.e. col. vltima.ff.iudic.solui.Item damna & interesse prius liquidari debent, quàm exequi, & hæc cognitio erit summaria. sine libello,sed solum fiet petitio , super qua fiet litis contestatio , & ita se habet praxis curiam Franciæ, nempe actor dat per declarationem damna & interesse , & reus suas diminutiones.de quo Ioannes Fab.in §. curare. colomn.1. de actionibus. in Institu.refert. Boër.in decisione Burdegal.quæstio.52.latum fuit.

44 Intellige in interesse præterito:secus si cõ tingeret post litem contestatam, ad illud sine parcis petitione poterit iudex condemnare reum.l.ædiles. §. item sciendum. ff. de ædilitio ædicto.Innocentius & alij in cap. grauis.de restit.spol.Bart.in l.vbi autem.ff. de rei vendication. Petrus Ferra.in practi. in verb.& in florenis.versicu.vbi autem.& suprà dixi.

45 Tamen bonum est in libello, quod actor petat rem cum fructibus perceptis & percipiendis:& cum omni interesse, etiã quod sibi contingeret lite pendente. Angelus in §. 1.columna penult.Institu. de actioni. quod notes adduocate.

Not bene aduocate cautellam.

46 Vltimò intellige , quod interesse ibi peti debet,vbi est res principalis. & coram illo iudice.l.in bonæfidei.§. fina. ff. de eo quod certo loco.vide Baldum in additionib. ad Speculatorem in citu.de fructibus & inter esse.in fine. ne caussæ continentia diuidatur.l.nulli.C.de iudici.& quia accessorium sequitur naturam principalis.l. cùm principalis.ff.de regulis iuris. Decius in c. præterea. de officio delega.& sic remanet practica petẽdi interest , vtiliter expedita.Hæc nota bene,quia manticularia sunt. & quomodo iudex super hoc interesse iudicare de beat?vide in gloss.vlti.inferius.

vbi peti debet interesse.

Gloss.in verb.subtilita tem,Epitome.

1 *Iudices an suppleant de facto.*

2 *Interesse qualiter probetur. numero 3. cum sequen.*

3 *Valor rei & interesse eisdem ferè modis probantur.*

4 *Probationes habere magnum est commodum.*

5 *Interesse conuentum quomodo probetur nu.6.7. & sequen.*

7 *Probatio mixta quæ fit per testes cum instrumentis.*

8 *Interesse conuentum conuentione partium , partium conuentione formatur : nec potest peti ante condemnationem , vel ante rei euictionem. numero 9.*

Conuen

Glos.in verb.subtilitatem.

1 GLoss. in verb.subtilitatem.diuiditur in quinque partes. In prima, prætextu taciti contrarij textum declarat. Secunda,ampliat. Tertia ponit duas limitationes.Quarta quærit. Vltima idem facit.Secunda ibi,& hoc in contractibus.tertia ibi, sed hoc fallit.quarta ibi,sed qualiter. quinta ibi,item nec est commune.

Exordiendo gloss opponitur contra text. Iudices non debent. supplere de facto, rubric. vt quæ desunt aduoca. C.hic. text. innuit contrarium:gloss.respond. quòd iudex non supplet de facto: sed per probationes testium,& instrumentorum hoc interesse requirit,& hoc tam in contractibus, quàm in delictis.l.2.suprà de in litem iurã. cum alijs hic per gloss. adduct.& hoc fallit ratione delicti aduersarij.l.si quando.C. vnde vi.

Item ratione contumaciæ: vbi in litem iuratur,& iudex tunc non requirit probationes testium, vel instrumentorum, qualiter deponent testes? glos.respondet quòd super singulari deponẽt;quod tñ interest cuiuslibet singulariter habẽtis rem notam; in communi,quantum interesset omniũ:& sic ad verbum gl.est expedita, quam sequitur Spec.in eo.tit.§.fi.ver.illud autem sciendum: quia est principalis articulus huius materiæ:de quo rogatus fui, tum à Germanis hominibus, auditoribus nostris: tum etiam à Gallisindrò vt illis morem geram: vltra doc.hic intendo hunc articulum plenis (vt ita dicã) buccis examinare. Primò, quomodo probetur interesse. Secundò, testes sub quali forma debeant deponere.

Verum

2 Verum enimuero quia probatio est difficilis. l. fi. ff. de prætoria stipu. Bartol. in l. 2. circa finem. C. de rescinden. vendi. Ias. in l. qui Romæ. colum. 2. ff. de verborum obli. dominus Igneus in d. l. quatenus. de regular. Ideò rotis (vt dicunt) nerius est in sisten dum quamuis quidam stondi & inepti dicant huc articulum superfluè hic positum, tamen sapientes multum vtilitatis ex hoc emanare sciunt aliàs materia huius legis completa non esset, si probatio eius quod interest, hic scripta non esset.

Nota quomodo probatur interesse.

3 Præmittendum est, quòd eisdem ferè regulis docto. dicunt probandum valorem rei, & interesse, vt licet videre per eos, in d. l. 2. allegata. & in l. precia rerum. ff. ad legem Falcidiam. & ita etiam hic Bartolus & alij post eum, quod est notandum ad intellectum sequen.

Magnū est cō modum habere probationes

4 Et quia nostra interest, & est magnū com modum nostrum, probationes habere paratas: & præludere viam aduersario excogitandi probationes falsas. glo. not. & ibi Angel. & Alex. in l. ita tamen. §. si pater. ff. ad Trebell. ideò videamus de probatione eius quod interest.

De interesse ībente probādo.

5 Et primò de conuento dicendum censeo: quomodo probetur. & Bart. hic, col. penul. versi. modo restat. per testes, vel instrumenta esse probandum existimat, per l. fin. ff. de prætor. stipu. & sequuntur doct. hic. declarans, vt infrà dicam.

6 Item probatur per iuramentum, delatum à parte parti. Ias. in l. qui Romæ, in princi. col. 6. num. 16. ff. de verb. oblig.

De probatione mixta. quæ fit per testes cum instrumentis.

7 Probari etiam potest per testes cum instrumentis. gl. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cert. peta. & ibi Bart. & docto. dicunt facere ad statutum; quo prohibetur dannum vltra viginti libras non posse probari per testes: nam si produceam instrumētum, in quo re apparet promisisse sarcire mihi damnum, & interesse, & illa ex caussa succederet quamuis per illud instrumentum non probē de certa quantitate dāni passi tamen possum probare per testes de certo damno, & probatio erit valida: quia per testes & instrumenta, vt asserit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. eo. titu. §. fi. versic. illud autem. Bald. in l. si ex cautione. col. vlti. C. de non nume. pecu. & ca. pastoralis. §. quia verò. col. penul. de offi. deleg. Felin. in c. 2. col. 6. de proba. Bald. consi. 270. ad euidentiam. col. vlti. in 1. volum. & consi. 279. visa petitione. in 4. vol. Angel. consi. 68. viso processu. in 3. vol. Bald. consil. 19. scripsit propheta. col. 5. in 1. volum. Decius consi. 11. & pro tenui. columna 2. vbi limitat. & consil. 137. & diligenter. col. 3. Hippolit. de Marsil. in rubr. C. de proba. tot. 8. col. 2. versi. septimo limitat.

8 Primò intellige, quod interesse conuentū conuentione partiū formatur: & illa contētio poterit probari tam per testes, quàm per instrumenta, iuramentum, vel confessionem: vt infrà dicam. & sic debet intelli gl. hic, & doctrina doctorum: licet communiter malè declaretur.

9 Secundò intellige, quòd hoc interesse vel pœna non potest peti ante rei condemnationem: vel antequàm sit res euict à reo. l. fideiussor. & ibi not. ff. de doli exceptione. l. habere licere. & l. euicta. de euictio. Alex. consi. 4. viso processu in 3. volu. Soci. consi. 199. in caussa. col. penult. in 2. volu. Cepol. cautel. 7. regulariter.

10 Vbi dicit, nos debere esse cautos, quando volumus agere ad pœnā in contractu appositam: vt primo patiamur sententiā ferri contra nos: & quòd transeat in rem iudicatam: & postea quod res à nobis auferatur, nā postea rectè agemus. Pirrus, dicta l. quatenus. in §. regul.

Cautela notāda.

11 Tertiò intellige, etiam probari per confessionem rei, & aliis multis modis, quibus aliæ conuentiones probantur: rūm, hæc nō sit nisi conuentio, & ab ea sumit nomen conuentum. d. l. fi. Ambrosi. de Vignate in repe tæ. salubriter. num. 25. de vsur.

Vnde dicatur conuentum.

12 Quartò intellige, hoc posse duplum excedere communis æstimationis. l. final. C. de sponsalib. dominus Igneus in d. l. quatenus colum. 3. & dixi suprà in gloss. dupli. ponendo regulam cū limitatione, & infrà etiam dicam de pœna conuentionali.

Delictum non probatur per instrumentum.

13 Quintò intellige probari per instrumentum, nō tamen delictum. l. 3. & idem diuus. ff. de testibus. Bartolus in l. in senatuſcon sultum. ff. ad senatusconsul. Turpilianum. Felin. in ca. rūm in ecclesiis. vbi ponit regulam cum octo limitationibus, de maioritate. & obedi. Iacob. in l. eadem oratione. ff. de feriis. & l. prætor. §. 1. in fine, de eden. & hæ probationes conueniunt conuentio. alia via de per iuriū interpretes in l. 2. C. de rescind. venditione.

14 Secundò est videndum de communi interesse, quo pacto probetur. Et nota primo in practica, quòd iudex, si agatur de re mobili, potest præcipere quòd ea res ad te deferatur: vt videat damnum eius rei: vtpote vestis, aut alterius rei mobilis. Si verò sit immobilis, potest iudex cum duobus expertis accedere ad illam rem præsentem, expensis partium: argumen. l. si irruptione. §. final. ff. finium regundorum. & illam conspiciet oculariter, & ab expertis ab his de damno informabit, & postea secundum dictum illorum interesse æstimabit. l. finali. §. vlti. C. de iure dominij impetran. l. & tantum. §. his consequenter. versiculo, æstimatio autem habenti rabi, quod officio iudicis expedietur. ff. de seruo corrup. text. in l. si traditio. C. de actione empti. gloss. & doctores in l. rem maioris. circa finem. C. de rescinden. vendi. Facit quod dicit Barrolus in l. si quod ex Pamphila. in fi. ff. de leg 2.

Vide quomodo commune interesse probetur Practica nota.

Quòd

15 Quòd vbi rei æstimatio non est in iudicio probata: tunc iudex ex officio debet illam facere, inspectis qualitatibus rei, & aliis inspiciendis. Bart. in l. & si æquo. ff. de leg. 1. & l. semper. §. in hoc interdicto, quod vi aut clam. per hunc textum in versicu. in aliis. & Alexand. in l. precia rerum. col. 2. ff. ad leg. Falcid.

Bona practica.

16 Erit ergo bona practica: vt pars interesse passa, imploret iudicis officium: vt se informet super damnis, & interesse: & postea secundum illam informationem, & inquisitionem suam, faciat æstimationem. Et hæc practica est commuis & bona: vt notat Bart. & moder. in l. 2. circa finem. C. de rescin. venditio. dixi in gl. præcedenti, versiculo adde.

17 Et sic vidi primo procedi ad instantiam petentis interesse: vt pars aduersa citetur, ad allegandum, & opponendum cur æstimatio per iudicem fieri non debeat: & quare interesse non debeat declarari. not. in l. creditores. C. de pigno. postea si pars aduersa comparens nihil boni, & iusti proponat in oppositum, quin æstimatio fieri debeat.

Quis debet eligere expertos & an debeant iurare.

18 Tunc iudex coget partes, ad eligendos duos homines experientes: iuxta l. hac edictali. §. his illud. C. de secundis nupt. vel ipse iudex eliget, si videat partes esse discordes: vel negligentes, aut eligere velle imperitos. §. quòd autem. in authen. de non alienā. reb. eccles. col. 2. Alberic. in prima constitut. C. col. 4. Bartolus in dicta l. creditores. in fine. hanc noi a. practicam tradit: & si æstimatores discordes sint in æstimatione, poterit tertius eligi per partes, & per iudicem approbari, aut per iudicm eligi. Salice. in dicta l. secunda, C. de rescinden. vendit. columna penultima. Angel. in §. si quis agens. Institu. de actioni. & Vincen. in d. l. precia rerum.

19 Insuper eos electos coget iurare de æstimatione iure & iustè facienda: tv dicto. §. his illud. & §. quòd autem. not. in l. comparationes. C. de fide instrum. text. melior, qui communiter non solet allegari. in authen. de vsur. nautic. in princip. colla. 9. & debet constare quod iurauerint, antequam referant, aliàs non creditur relationi illorum vt fuit dictum in hoc senatu anno 1534 die 16. Iulij.

Arrestum.

20 Intellige tamen, debere æstimatores iurare de credulitate: vtpote dicēt se credere damnum datum posse esse ad decem aureos: & ita intelligitur l. prima, ff. de vent. inspicien. & gloss. in l. iurisiurandi. C. de testi. doctores in cap. fraternitatis. de frig. & malefic. Alber. in l. vna. C. de nouo Codi. compond. columna quarta, versiculo sed nunquid medico. Bartolus in proœmio Digestorum, in princip. Aretinus & alij in capitulo proposuisti, columna tertia, in fine, de probationi. Nam cùm hæc iudicio intellectus percipiantur, non cogetur regulariter de veritate iurare, ne detur via periurandi: secundum eos.

21 Et sic faciunt doctores, cùm in conspectu cancelarij iurant licentiandum, aut doctorandum esse idoneum, & sufficientem: & sic credunt eum esse: per textum in l. nemini. C. de aduoca. diuerso. iudicio. glo. in pragmatica sanctio. §. item vt decætero. in verb. benemeritis. de colla. Ioannes de Platea, in l. fina. columna secunda, C. de bo. vacan. lib. 10. & Panormitanus in c. proposui sti. columna penultima. de probatio. tradit iuramenti formam.

Doctor. an iurent hodie examinatum idoneum.

22 Hodie de consuetudine non iurant doctores: sed simp ici verbo tantùm asserunt cācellario, videri idoneum: prout vidi tam Caturci, dum ibi eram regens, inter omnis doctrinæ principes do. de Haramburo, de Petrucia, de Cruce, & Foreau: & quidem certè dignos, quibus perpetui decernantur honores, & statuæ erigantur, minimus, qua etiam apud Bituriges, & hic, nec iuramen tum etiam recipitur à docto. Paduæ, Pisis, Senis, & Florentiæ. teste Deci. in capitulo proposuisti, columna vltima, de probatio. debeni tamen doctores regentes facta examinatione, receptòque ab examinato iuramento, illum idoneum pronunciare ad gradum licentiæ sumendum, quod probatur in l. tutores. ibi idoneis pronunciatis. ff. de confirmand. tutor. & hoc vidi seruari in omnibus vniuersitatibus, in quibus regens sui: ad quod debent regentes aduertere post factam examinationem, ne examinatam cancellario præsentēt ante istam pronunciationem: quæ interdum est sicut iudicis sententia, quæ de non ante faci ens. vt dicit gl. in l. si non sortem. §. hæredi. ff. de cond. indeb.

Doct. Caturcen. excellente

Pronunciari idoneum ad licentiam præsentand. debet.

23 Postremò, facta relatione per expertos iudici: de damno & interesse iudex declarationem faciet, secundum illorum æstimationem: vt not. in dicta l. secunda, de rescinden. venditio. & Bar. in d. l. creditores. in fi. C. de pigno.

24 Nota tamen quòd hæc sententia, per iudicem postea lata, non transibit in rem iudicatam. Ioannes Andreas in additio. ad Specula. in titulo de homici. §. penultimo, versiculo sed pone. & in titu. de confes. & in l. si ab hostibus. §. fina. soluto matrimo. & l. si quis testibus. C. de testibus. Iason & alij in l. admonendi. ff. de iureiurand. dixi in repet. l. quod iussit. no. 2. ff. de re iudi. hodie in hoc regno hæc sententia non infirmaretur: nec eam vidi tolli in practica.

Iudex declarat interesse, ad relationem expertorum.

25 Probatur ergo hoc interesse per testes, de communi æstimatione, & precio deponentes. d. l. secunda, & l. si seruum. ff. ad leg. Aquil. Angel. in §. non solum. Institu. de verb. oblig.

Per testes, iuramentum, & expertos probatur.

26 Insuper, & per iuramentum, in odium delinquentis, probata prius per testes violentia.

lentia l. ſi quando. & ibi plenè Iaſ. C. vnde vi. l. ſemper. §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. c. ſuper eo. de his quæ vi metuſve cauſſa fiunt.

27 Tertio probatur per æſtimatores electos, etiam poſt didicita teſtificata. Floria. in d. l. ſi ſeruum. ff. ad leg. Aquil. docto. in l. 2. C. de reſcinden. vendit. vnde Cepol. cautel. 105. regulariter.

Duo experti eligi debent: ſaluis. vt hic.

28 Intellige, quòd ad minimum eligantur duo, ſi in loco reperiantur: alioquin ſufficiet vnus excellens. Angel in dicto §. quòd autem per illum textum loquentem. in pluraſi. & d. §. his illud. l. hoc edictali. & l. 2. §. fina. ff. quis ord. in bono. poſſeſ. ſerue. l. ſi auia. C. de inge. & manu. Bariolus in l. continuus. §. item qui inſulam. in fin. ff. de ver. obliga. Baldus. in l. iuris ignorantia. C. qui admitti. vbi Riminal. facit qnatuor caſus. vide eum, ſi libet. Areti. & alios, in c. propoſuiſti. col. 2. de prob.

Electi debent eſſe experti in re, quam æſtimare debent.

29 Item intellige, vt electi debeant eſſe experti in illa arte, ad quam electi ſunt: alioqui cæcus iudicare non poſſet de coloribus: & ita iura ſuprà allegata loquuntur de expertis. Ideo non poſſet ruſtico committi, vt æſtimaret damnum datum in libro. not. in d. l. precia. & gloſſa in l. mortis cauſſa capimus. ff. de dona. cauſſa mor. text. in l. 2. & fina. C. de præd. & aliis reb. nauicula. libro 11.

In relatione expertorum, an pars ſit citāda.

30 Tertio, declara partes eſſe citandas in relatione facienda per æſtimatores: & hoc quando ſunt electi à iudice: ſecus ſi à partibus. l. ſecunda, C. de vſur. & fruct. lega. & ibi Bald. & Bartholus in l. Theopompus. ff. de dote prælega. & in d. l. creditores. Bald. in dicto §. his illud. & Pantha. Calderi. in d. l. ſecunda. columna 72. de reſcindenda venditione.

Aeſtimatio præſentis temporis an conſideretur.

31 Quarto requiritur, quòd æſtimationem temporis præſentis conſiderent, non præteriti: nam & tempore valor rei mutatur. d. l. præcia rerum. §. fina. & l. ſecunda, & l. ſi voluntate. C. de reſcinded. vend. & ibi plenè moder. diſtinguunt. vide eos.

Quādo plures æſtimationes factæ ſunt tam in prima, quā in ſecunda inſtantia, cui ſta ri debeat.

32 Præterea, ſi diuerſæ ſint æſtimationes factæ: puta vna in prima inſtantia, altera in ſecunda: tunc eſſet eligenda media via, text. in l. ita vt omnes. ff. manda. & ibi hoc no. Salic. & Baldus in l. vna, columna pen. verſiculo ſexto quæro. C. ſi ſer. exter. Imol. in l. inter pares. ff. de re iudic. Feli. in capitulo cùm cauſſam. in ſecunda, columna penult. de teſtib.

33 Si verò deponerent rem valere viginti, alij duo triginta: ſtari debebit (ſecundum aliquos) deponentibus valere triginta: quia alij videntur dicere quòd valeat viginti & non vltrà: ergo deponunt de negatiua: & ſic aliis affirmatiuam probantibus plus crederetur. l. diem. §. ſi plures. ff. de recep. arbit. & ibi Bartolus & Salice. in d. l. 2. colum. octaua. Corſet. ſingul. incipien. teſtis, &c. & Felinus in capitulo. in noſtra. colum. 2. de teſti. Moder. in cap. cùm eccleſia de cauſſa poſſeſſio. Soci. in tracta. falentia. reg. 436. teſtis. quod reprobat Imol. in capitulo pen. colum. penul. de emptio. & vendi. dicens deberi ſtari deponentibus de minori ſumma. d. l. diem proferre. §. ſi plures. vide ibi latius & per alios.

Tota res debet æſtimari.

34 Item quando eſt præſtanda æſtimatio partis à debitere, qui alteram partem conſumpſit: debet æſtimari quantum valet tota res: quia precium dimidiæ rei minus æſtimaretur: ſecundum text. in l. Mæuius. §. fina. ff. famil. ercíſcun gloſſ. no. & ibi doct. in l. prima, C. communi diuidun. Salic. in l. fina. C. de iure doti. facit quod not. Barto. in l. vxorem. §. agri. plagam. ff. de legatis 3. Feli. in d. c. cùm cauſſam. col. vlr.

35 Intellige hoc intereſſe probari ſic poſſe, vt dixi, ſiue debeatur ex contractu, ſiue ex delicto, per gloſſ. hic: licet delicta teſtibus probari debeant, non inſtrumentis capitulo tua. de cohabi. cleric. & ſuprà proximè dixi: tamen intereſſe ex delicto proueniens, poterit inſtrumentis probari: vt ſi promiſi tibi dare ſeruum, ſub pœna centum, & illum Titius interficiat: quamobrem non poſſum dare, ſed me oportet ſoluere intereſſe, ſeu pœnam: potero eam petere ab eo qui interfecit: & probabo intereſſe per inſtrumentum promiſſionis. l. inficiādo. §. primo, ff de fur. quod eſt notandum. Idem in alio intereſſe, ſi æſtimatio fuiſſet de recenti facta per æſtimatores publicos, & in inſtrumentum redacta: nam non præſumeretur mutata: & ſic inſtrumento probaretur. ſecundum Sali. in dict. l. ſecunda, col. 7. C. de reſcin. vend. Alexand. in l. in lege Falcidia. §. corpora. ff. ad l. Falcid.

Super intereſſe ubi quō teſtes debeant deponere.

36 Secundo quæro, quomodo debeant deponere ſuper hoc intereſſe teſtes? & Barto. hic, col. vlti. reſpondet, quòd deponent res tantùm valere communiter: & quod communiter rātùm cuiuſlibet intereſſet dictam rē habere. l. 2. C. de reſcind. vend. & ibi not. docto. Alexand. conſ. 64. viſa conſultatione col. 2 in 2. lib. & conſilio. 118. viſo proceſſu. columna 1. in 4. vol. Bal. conſi. 103. quæritur. in 1. vol.

Item quòd tanti fuiſſet vendita, & empta communiter. Floria. in l. ſi ſeruum. ff. ad legem Aquil. vel quòd res tali loco & tempore ſolet tanti communiter vendi: & communiter reputatur quòd valeat tātum: & quòd tanti vendita fuiſſet tali loco & tempore. Anto. de Burgos, in capitulo primo, columna tertia, numero ſeptimo, de empt. & vend. Anton. de Butrio, conſilio 52. nota ergo. Hodie per ordina. reg ex publica. anno 1539. articulo 94. fit æſtimatio communis regulariter vt patet ibi, *Selon toutesfoys l'eſtimation commune, qui ſe prendra ſur l'extraict des regiſtres des greffes, des iuriſdictions ordinaires.* Et iudicem qui condemnauerat

Aeſtimatio vnq \~ i plurimum ſit ſedictio.

uerat quanti plurimi perperam iudicasse censuit senatus, anno 1520. die. 4. Decemb. in magna camera, pro Iacobo Tremblay appellante à bailliuo Melden. contra magistrum Ioannem Payen: & idem indicauit anno 1534. die 19. Februarij.

37 Aduertandum est, secundum Bartolum, quòd si quis faciat articulum super valore rei, sufficit ad probandum indirectè interesse commune: quia si res debita communiter tantum valet: ergo tanti communiter intererit, non tamen directè: quia precium rei, & interesse propriè sunt diuersa: sed largè idem: vt supra dixi in prima glossa, & Angel. idem tenet in §. non solùm. Instit. de verborum oblig. Intellige quando actor non peteret aliquid vltra valorem rei: alioqui contrà: vt not. Moder. hic: vt si vinum debeas tradere: non tradidisti: aliud longè cariori precio emi: possum petere vinum: & à tempore more quanti plurimi valuit. l. vinum. ff. si certum petatur: quia debebas tradere, & tempore præstituto. l. cùm venditorem. C. de act. empt.

[Ar]ticulus super valore rei, an sufficiat ad probãdũ inter esse.

38 Item si vis petere interesse domus destructæ, debes probare, quantum valebat domus tempore destructionis: & quantum valeat nunc area, & cæmenta quæ remanserunt: & tunc apparebit quanti interest. secundum Barto. in l. cùm emptor. §. fina. ff. de damno infect. dicens se vidisse errare magnum aduocatum, qui solùm probauit valorem domus, & destructionem factam: tamen non debet probari secundum eum quantum constitit: sed quantum valet. l. ex damni. in princip. ff. il o titulo, l. secunda, §. si nauis versicu. Sed in his rebus. ff. ad l. Rhod. de iact. Angelus in §. si quis agens Instit. de actionibus. & in hoc est frequentius itum.

Interesse domus destructæ quõ probetur.

39 Quam rationem teneatur testis assignare? Bartholus hic, columna vltima, dicit testem debere dicere, quod communiter tanti æstimantur, & venduntur res in foro publico: & in hac ciuitate: & tali tempore, &c.

Quæ ratio sit per testes, reddenda.

40 Nec valeret si diceret, quia ego tantùm darem: etiam si diceret pro communi æstimatione. Imola & alij in dicta. l. precia rerum. ff. ac legem Falcidiam. Nam dictum testis debet concludere necessariò. l. ad probationem. & l. neque natales. C. de probat. capitulo. in præsentia. illo titu. sed hic non concludit, cùm hæc depositio, & ad singulare, & ad commune posset referri: ergo non valebit per superdicta: & per textum in capitulo cum Ioannes, versiculo cum igitur in fine de fide instrumen. vbi etiam Felinus ponderat. Posset tamen quandoque dictum testis præsumptiuè concludere, Bartolus, & alij in l. prima, ff. si certum petatur.

41 In duobus tamen casibus posset dictum testis deponentis, ego tantum darem, sustineri. Primus est, quando certum est, quòd testis hoc non dicit ex particularia affectione, quam habet ad rem, ratione propinquitatis, vel alterius commoditatis singularis: iuxta text. in l. prima, §. sed si r... ff. si quid in fraudem patro. l. si cui fundus de legatis 2.

42 Secundus casus est, quando non cõstaret quòd hoc diceret ex affectu: nec ex aliquo interesse particulari: quia in dubio videtur se referre ad interesse commune. l. si pactum in fine, ff. de probationib. l. fina. cum ibi not. C. de fideiussor & sic præsumptiuè deponeret de communi precio. Aretinus & Felinus in capitulo cum caussam, in secundo de testibus. Si verò constaret testem habere aliquam affectionẽ ex aliqua causa: tunc non valeret, si diceret, ego tantum darem. Docto. in l. 2. C. de rescind. vend. & ibi Salicet. q. 20.

43 Dicit esse bonum, iudicem interrogare testem, an aliquam affectionem ad rem habeat: & si negatiuè respondet, valebit: quia ratio eius debet intelligi, ego tantum darem, cum vnusquisque sic faceret Potest etiam pro ratione dicere, Scio quia quilibet sciens conditionem illius rei, onera, & qualitates, emeret eam tanti. Doctores in dicta l. secunda. Vincent. in l. precia rerum. ff. ad legem Falcidiam Tertiò si decem re stes dicerent se tantum dedisse, probant commune precium, & rei valorem. Guido sing. 684. testis qui deponit.

Nota iudex.

44 Vel melius esset pro caussa dicere: Ita vide practicari, & alias audiui per eos qui similia tractant emi, & vendi: quia testes qui habent communem probare opinionem: sic habent (vt suprà dictum est) assignare rationem. Bartolus in l. Labeo. ff de supel. lega. sed æstimatio communis nil aliud est, quàm communis opinio de precio, vel valore rei: ergo sic erit probanda. Aretinus in capitulo cum caussam, in secunda columna quarta, de testib. vide Alexand. consilio centesimoprimo, super primum, in quarto dubio: in septimo volumine, & Barbatias consi. septuagesimo secundo sapientes. in principio, in quarto volumine. Antonius de Burgos, in capitulo 1. columna quarta, de emp. & vend & sic deponet per sensum corporis, sicut testis debet deponere. l. qui testamento. in fin. ff de testa. l. solam. & l. testium. C. de testib.

Cũ æstimatio quõ debeat probari.

45 Item procedere potest communis opinio, quando testes essent periti: nam tunc sufficeret ratio, quòd ita communiter venditur, & emitur secundum Aretinum, vbi suprà. Argu. l. si mater. C. ne de stat. defuncto. Antonius de Burgos in dicto capitulo primo, de probationib. Bat. in l. nemo. in fi. ff. de duobus reis.

Quando testes sunt periti, quo modo deponant Testes, dicens, ego volui tanti emere, an probet.

46 Nec etiam sufficeret dicere, quòd vnus tanti emere voluit. glossa in dicta l. secunda. Cornelius consilio 347. visa copia. columna tertia, in primo volumine, nec valet

si omnes dicerent, ego volui tantum dare vel tantum dedissem: nisi dicerent, pro communi æstimatione. Vincen.in d.l.precia rerum columna 15. Socinus consilio 8. visis.& diligenter. colum.2.in 1.volu.Intellige, vt suprà dixi.

47 Item est aduertendum, quod si quis velit probare interesse rei mobilis, non debet se referre ad vnam diem, vel duos: sed ad quamplures, secundum Bartolū hic, quem alij sequuntur. Ideo si faceres articulum, quòd frumentum valuit hoc anno, die prima Ianuarij tantum: puta decem: licet probares non esset tua intentio probata: quia precia rerum non constituūtur ex momento temporis in dicta l. precia rerum. §. fina. igitur debet poni in articulis, quòd res tali anno, & tempore, & antè & post: per plures dies valuit decem.

Probatur valor rei mobilis. *No in practica*

48 Nec erit necesse apponere, tali anno, & pluribus: quia licet anno præterito res tanti esset, non tamen concludit, quòd hoc anno tātum valeat Bartolus in l. si seruus.2. ff. de condict. furti. & d.l.2.

49 Fallit si esset talis res mobilis, cuius precium singulis non variatur annis: vt Codex, aut digestum: nam plus hoc anno non venduntur vel parum, quàm præterito: vt oculata fide patet. §. fi. Insti. de gradib.

50 Præterea locus publicus ciuitatis, videlicet mercatum, est apponendum in articulis: vt, hoc anno, tali die, & ante, & post, & in ciuitate parisien. quia scimus quàm varia sint rerum precia, per singulas ciuitates regionèsque. l. ideo. ff. de eo quod certo loco: ac in foro publico frumentum valuit communi æstimatione decem: & ita vidi emi & vendi à pluribus, & diuersis personis. Nec sufficeret locum apponere priuatum: vt domi tanti fuit vēditum. l. septem. C. de eroga. milita. anno libro duodecimo, & ibi Bartolus, & patruus meus Iacobus Rebuf. l. speciebus, C. de cohorta. eodem libro, sequitur Corse. in singul. incipien. venditio. in secundo, & est textus formalis in capitulo primo, de empt. & vend. & Cepol. in tractatu de simulatio. contra. in 2. præsumptio. vbi dicit, quòd aliàs posset fieri fraus: quia posset supponi vnus emptor qui longè pluris emeret, quàm valeret. Imò si res debeat certis loco, & die solui, non censetur in mora reus, nisi actor probet se paratum fuisse recipere solutionem eo loci & temporis. Bartolus in l. in l. de constitu. pecu. decisi. Neapoli. 316. Galiotus.

Locus publicus ubi fit exprimendus, & prorandus.

51 Item debet inseri qualitas rei, ac conditio glossa in l. mortis caussa capimus. ff. de dona. caussa mor. Aretinus & allij, in dicto capitulo cum caussam: nam licet precium harum rerum mobilium certum sit: per gl. in dicta l. secunda. cum quotidie talia vendantur, & emantur: tamen non est certum apud iudicem: ergo debet probari: sicut dicitur de notorio, in capitulo ad nostram. in 3. de iureiurā in c. vestra. de cohabi. cler. & mulier.

Qualitas rei ac conditio inseratur.

52 Poterit ergo sic deponere: Vidi hoc anno, tali die, prima Iulij, & antè & pòst per plures dies, in ciuitate Parisien. & in publico foro ipsius, quod frumentum valuit decem libris: & ita per communiter volentes emere & vendere, fuit emptum, & venditum. Vel possunt dicere, esse certum & notorium in ciuitate Parisien. & apud homines ipsius, quòd tali die, &c. tanti fuit venditum, & emptum, per omnes volentes emere & vendere: capitulo penultimo, de purga. cano. doct. in d.l. precia rerum. Angel. in §. non solum, columna 2. de verb. ob lig. Instit. & sic tanti mea interest: hodie verò per ordinatio regias probatur æstimatio per librum in quo per singulas hebdomadas describitur æstimatio omnium fructuum, & quanti fuerunt venditi in illa hebdomada cōmuniter, & hoc referre debent mercatores, quilibet in sua negociatione, vt est in nouissimis ordina. reg. arti. 94. & 102. ideo illa communis æstimatio attendetur, & ad hanc fiet condemnatio quantacunque illo tempore fuerit, quod est bene notandum.

Depositio testis super interesse plena. *Praxis probandi cōmuni æstimationem.*

53 Item si est res immobilis, afferēs reditus, testis sic debet deponere: quòd vinea, de qua agitur, est tanti reditus: & res tanti re ditus in ciuitate Parisien. consueuerunt vendi communiter, & emi tali precio, videlicet decem: vel alio: à volentibus vendere & emere, tali tempore, & antè, & pòst Ideo partis tanti interest: vt concludit Bartolus & docto. in dicta l. precia rerum. Poterunt assignare rationem: quia viderunt fructus. Item viderunt volentes vendere, & emere pro tali precio. Item si non viderunt, pro caussa possunt dicere, quòd audiuerunt à communiter volentibus emere & vēdere in tali loco, quod tali precio vendebatur communiter res tanti reditus. Reddet insuper rationem quare scit: quia vicinus: quia facilius scit facta vicinorum, quàm exterus, capitulo quosdam de præsumptio. l. prima, §. 1. ibi, aut æstimationem circum colentium. ff. de flumini. l. 3 §. diui. ff. de iure fisci. Bartolus & alij, in l. 1. de reb. cred.

Depositio testis super re immobili, afferente reditus.

54 Vidi etiam in articulis apponi, quod in ciutate Parisiensi, & in aliis locis circumuicinis, licet non sit necessarium, imo nocet quoad probationem: nisi in libello sit adiecta clausula, non astringens se ad probandum non necessaria. Baldus in marga. in verbo libellus. Felinus in capitulo licet, columna penultima, de probatio. Iason in l. fin. §. in eum. columna secunda, ff. ne quis eum qui in ius voca. est, vel citra onus superfluæ probationis. Guido Papa in suis decis. q. 365. Felin. in c. 2. nu. 41. de re iud. Consulo quod nō apponas, & in locis circumuicinis

Loci circumuicinus non debent apponi.

uicinis, ne tibi sit nocumentum, quo ad probationem.

Iustū precium rei immobilis.

55 Nota perpetuo, quod iustum precium rei est illud, quod per viginti annos potuit haberi: ex reditibus rei. textus in authen. de non alie. §. si vero alicuius. colla. 2. not. Iason in l. si fundum per fideicom. columna secunda, ff. de legatis 1. gloss. in authen. perpetua. in fin. C. de sacr. sanct. eccles. gloss. in verb. districte. in capitulo ea enim. §. hoc ius. 10. q. 2 quod non seruatur.

Aestimatio determinati temporis debet probari.

56 Item aduertendum est: quod si non potest probari æstimatio determinati temporis, sufficeret probare æstimationem factam antè per annum in rebus immobilibus: quia in eis præsumitur æstimatio durare: & sic esset præsumptiua probatio. Relinquendum est tamen arbitrio iudicis, an durauerit necne, nisi pars mutationem precij vellet probare, ob bellum, sterilitatem, vel aliam caussam. Cinus in authentic. sed quamuis. C de rei vxo. actio. Alexand. in l. in lege Falcidia hoc seruandum. §. fina. ff. ad legem Falcid. Doctores in cap. 1. de emp. & venditio.

57 Notandum est etiam: quòd licet testis non interrogatus non teneatur rationem sui dicti dicere. gloss. & ibi doct. in l. solam C. de testib. tamē quando deponit de valore rei, vel de interesse: tenetur gl. & doct. in §. & licet. in authen. de testib. colla. 7. gloss. in l. testium in verbo præsto. C. illo titulo, & ibi Bald. & hic, & in l. fina. de iure domi. impetr. Panor. & alij in dict. capitulo cum causam. de testib. Alexander in l. precia rerum. in fine, ff ad legem Falcid. & l. 1. in fine princi. de noui oper. nuncia. Dec. & Pirrus in d. l. quatenus. Corne. consil. 347. visa copia colum. 3. in. 1. vol. & Dec. consi. 322. visis consiliis col. vlt.

Testis non interrogatus an rationem reddere teneatur.

58 Intellige, si requiratur diligens inquisitio: vt in æstimatione rei immobilis: secus rei mobilis. Baldus in d. l. solam. colum. 2. & idem tenet Anto. de Burgos, in cap. 1. col. 3. versic. stat modo pulchra. de emptio. Areti. in d. c. cum caussam. columna quarta, scripsi in tract. de reproba. testium. in verb. rationem dicti sui.

Iuramentū an deferatur si semiplenè probatū sit interesse.

59 Item licet in pœnis iuramentum deferatur, in supplementum probationis minimè. glossa in cap. tam literis. ver. probata. de testib. Baldus in l. prima, in 3. oppo. C. de his quæ pœnæ not. Iason & alij in reperi. l. admonendi. colum. 90. cum seq. de iureiuran. Castellia. Cotta. in 2. parte memo. in verb. pœnam petens. Hippolit. in pract. in verb. postquam. in prine. tamen probandi semiplenè interesse, defertur iuramentum per iudicem: cùm possit imperfectam probationem supplere. Bartolus & alij hic: licet Sa ice. dubitet. Bald. consi. 345. proponitur. in 2. volu. Ias. & Moder. in l. admonendi. ff. de iureiuran. per text. in l. semper. §. in interdicto. & ibi gloss. ff. quod vi aut clam. Pirrus in l. quatenus, in s. regu. ff. de regulis iur. Nam postquam potest interesse iuramento probari, quando nil probatum est: vt infrà dicam, per l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. ergo & quando semiplenè. Item per coniecturas potest probari: vt suprà dixi. Ergo & per iuramentum, in supplementum probationum, licet contrarium teneant Dec. in d. l. quatenus, & Aret. in d. ca. cum causam. & in l. nemo ff. de duobus reis. Dec. in consilio 322. visis consiliis. columna secunda, & Ias. in §. curare. col. vlti. Instit. de actio.

Nec obstat (secuundum eos) quòd vnus testis cùm deponat de peritia artis, non semiplenè probat: quia sac esse, tamen est in arbitrio iudicis ei credere, necne. Præterea si assignaret rationem decentem, non video cur non probet semiplenè: ad hoc vt possit iuramentum deferri: quod passim defertur, quando non est prohibitum. l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. quod hoc in casu non inuenitur prohibitum: ergo permissum.

De singulari interesse probādo.

Nota quando probetur per iuramentum.

50 Restat nunc videre de singulari interesse, quomodo probetur: & facio conclusiones sequentes: quarum quima est: In actionibus bonæ fidei, in quibus iuratur in litem: & in stricti iuris arbitrariis, contra losum interesse iuramento probatur. l. in actionibus. ff. de in lit. iurand. Bart. & communiter doct. hic, & Bartolus in l. 1. §. condemnatio. ff. de tabu exhibent. & Rofred. in illo titulo, versicu. penult. 2. partis. & in 4. parte rub. de actio. ex emp. in fine. Cornelius consilio 256. primus consultationis. in fine, in quarto volu. Petr. de Ferra. in sua pract. in forma libel. in actio. reali. in verb. & in florenis. versic dixi vlterius. Angelus conf. 308. portio in fine.

61 Secunda conclusio: Si contempta fuerit maiestas prætoris (de qua in l. penultima. ff. de in litem iurā & l. si familia. ff de iurisd. omni. iud) etiam in aliis actionibus quàm bonæ fidei, iuratur in litem: etsi non sint arbitrariæ: & tunc interesse iuramento probatur. l. qui restituere. ff. de rei vendic. l. pen. §. in eum. ff. ne quis eum qui in ius voca. est, vi exi. & ibi Ias. not.

62 Tertia conclusio: Obligatus ad factum: si dolo cesset facere, aut faciat quod non debet, ad id quod interest tenetur: quod iuramento probatur. l. semper. §. officio. & ibi glossa, ff. quod vi aut clam. l. si quando. C. vnde vi. l. non à iudice. ff. de iudic. Barto. in d. l. in actionibus. gl. & doct. in c. dilecti. de foro comp.

Quod intellige, si faciendo, vel non, interesse contingat: secus si in omittendo, seu negligendo. l. argentarius. §. cum autem. ff. de emendo. & ibi communiter Doctores. Roma. singulari 401. interesse. Alexander in l. qui accusare. in fi. C. de den. licet Iason in l. vbi. & dicto §. cum autem:

teneat contrar.

Per iuramentum contra delinquentem pro bateri interesse singulare

63 Quarta conclusio: Contra delinquentem interesse iuramento probatur, dicta l. si quando. & dicto §. in hoc interdicto. glo. in capitulo in primis. in verbo expendisse. 2. quæstione 1. & in capitulo fina. 3. quæst. 3. in vlti. gloss. Bartolus in l. quidam. ff. de furt. Baldus consilio 80. principis. in 3. volumine, Iacobi. in dicta l. non à iudice.

64 Intellige (secundum eos) quando plenè probatum fuisset delictum: alioquin contrà glos. & doctores in capitulo finali, de his quæ vi met. ve cau. fiunt Ioannes Faber hic, columna penultima Siue proceda tur contra violentum, siue contra furem. Alexander in l. secunda, ff. de damno infec. & contra omnem delinquentem. Alexan. consilio 103. videtur. columna. 3. in 1. volu. per gloss in d. ca. finali, & ibi plenè Imol. & istud iuramentum tendit ad veram damni æstimationem, non ad affectionem. l. cùm furti. ff. de in lit. iuran. Ioan. Fab. hic, col. pen. & suprà dixi.

65 Quinta conclusio: Quando agitur contra non delinquentem, sed contra contumacem & morosum, per testes probari debet hoc interesse Bartolus & alij hic, columna vltima, & doctores in capitulo fina. quod met. caussa. & in capitulo dilecti. de foro competen. gloss & Bartolus in l. qui concubinam. §. fina. ff. de legatis tertio: Ambros. de Vignate, in repe. capituli salubriter. nu. 258. cum seq. de vsuris. Felinus in capitulo sacro. col. vlti. de senten. exc. vide longuam distinctionem Henr. Boie. in capitulo fina. quod met caussa. Petr. de Ferra. in sua practic. in for. libel. in actione real. verb. & in florenis. col penul. Ias. in additio. ad Porcum, in §. fi. Inst. de ver. oblig.

Quando pars vult stare sacramento partis super eo quod interest.

66 Vltima conclusio: Etiam si non agatur de delictio, tamē si pars velit stare iuramento aduersarij, interesse iuramento probatur. Bartol. in l. finali. columna secunda, ff. de præto. stipula. Angel. in l. vacantia. C. de bo. vacanti. Poterit tamen pars, subsistente caussa, vt quia ille cui delatum est sacramentum, effectus est periurus, id iuramentum reuocare, antequam sit iuratum: post minus. Bartolus & Ias. in l. si ab arbitrio. col. 2. ff. qui satida. cogan. & Ias. in l. iusiurandum quod ex conuentione. numero 6. ff. de iureiur. argu. l. si quis iusiurandum. C. illo titu.

Testes quò de ponere debent super singulari interesse.

67 Quomodo debeat testis in hoc interesse deponere? & gloss. hic respon. quòd debet dicere, Tantum actoris interest, puta centum habere dictum librum: quia tanti cuiuslibet habentis rem notam singulariter interesset. Non autem valaret, si diceret, tā ti mea interesset: quia deponeret de suo singulari & proprio interesse: & ideo sic deponentes essent testes singulares: ob id non probarent. cap. in præsentia. de probatio. l. testium. C. de testib. Antonius de Burgos, in d. capitulo primo, col. 3. de empt. & ven. licet & Rofred. teneat contra. in tracta. libello. in quarta parte, rub. de actio. ex emp. in fine.

68 Item potest deponere, quòd tanti cuiuslibet interesset, qui esset, eiusdem conditionis, qualitatis, vel peritiæ, qualis est actor. argu l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obliga. l. nemo de duob. reis. & ibi Bart.

69 Nec sufficeret, si dicerent tanti cuiuslibet interesset: quia de communi tales deponerent: & hanc gloss. sequitur Bartolus hic, columna vltima, & communiter doctores post eum, & Bartholus in d. l. nemo. Specul. in eo. titu. §. fina. versiculo sed qualiter Felinus in cap sacro. & ibi Cardina. de senten tia excom.

Testis qualiter tem res aestimans mendeat super.

70 Posset etiam dicere, quod homines eiusdem conditionis, & qualitatis habebant sic rem charam in decem: & quòd ipsi viderunt eos. Bartolus in dicta l. nemo. in fine. nam testis qui recognitionem non habet, nō potest de ea deponere: quomodo faber lignarius de libro deponet? argu. l. mortis caussa capimus. ff de donatio. caussa mor. Sali. in d l. 2. col. vlt.

Ratio assignāda per testes in singulare interesse.

71 Quæro, quam rationem assignabunt? Respon. si iudex eos interroget, quomodo sciunt? respondere debent: quia nos sumus eiusdem professionis & peritiæ, cuius est actor: & nostra tanti interesset, si dictam rem haberemus: vt not. hic, & in dicta l. precia rerum. sufficerrt etiam (secundum Iacob. de Aret.) si testes dicerent: Ego tan tùm darem: quia propter identitatem peritiæ, dicitur deponere de eodem: & sic non sunt singulares: sed contestest. argu. dict. l. nemo.

72 Quod ego intelligerem, quando se referrent ad peritiam artis: sic, & ego talis peritiæ sic æstimarem: nam tunc non essent singulares: quia conclusio vnius dicit idem quod alius, licet per alia verba: quod sufficit secundum Sali. & Moder. hic. Istud reprobat Bar. quia identitas peritiæ facit videri idem factum, quando sic est actum inter contrahentes: alioqui factum vnius non potest esse alterius. l. si non fortè. §. libertus. ff de condic. indebi. sed intellige, vt dixi suprà, in interesse communi. Postea Bart. dicit aduertendum ad duo.

73 Primò, quòd ponamus in libello: Vtile est plus mihi habere librum, quàm centum: nō verò dicet, se nolle carere libro pro centum: quia tunc concluderet ad affectionem: quæ non auget condemnationem, quando est sine vtilitate. l. videamus. §. 1. ff. de in lit. iuran. dixi in gloss. 1. refellendo opinio. collegæ contrarium tenentis. Contrarium tenuit Iacobi. in l. non à iudice. in princip. ff. de iudic. Item debet apponi precium commune, ad hoc vt singulare non excedat duplum communis: & iudex hoc sciat. 2.

vt pra-

Practica solemnis, super probatione interesse singularis.

74 Vt practicam habeas notam sic ponas: commodaui ibi librum, Codicem nuncupatum, quem quinquaginta emeram solidis: verum quia ibi scripseram, studueram longo tempore, aliáque multa vtilia ibidem apposueram: & sic vtilis est mihi in quinquaginta vltra cōmune preciū, ob restitutionem mihi non factam: & tantum deberet vnusquisque æstimare mea interesse: & cuiuslibet alterius qui prædictorum cognitionem haberet: Ideò peto illum in eisdē quinquaginta mihi condemnari, vltrà dictum commune precium.

Contra practicantes.

75 Alia multa vidi apposita, quæ seriò omitto: quia plerunque practicantes verbis vtuntur superfluis: vt longæ scripturæ plus æstimentur: vt dicam in ordinat. regul. Item bonum esset inserere in articulis qualitatem, & conditionem actoris singularem: videlicet, quod ille qui petit librum, est studio intentus, & sic melius vtetur libro, quàm alius.

Contra discolos scholares.

76 Et ideò plus sua interest, quàm discolorum, qui nunquam aut rarò visitant libros suos: sed habent eos pro ethnicis & publicanis: vt in simili dicit text. in ca. nouit. de iudi. vide l. penultim. ff. ad exhiben. vbi dicit studiosum alicuius doctrinæ, posse dicere sua interesse illos libros sibi exhiberi: quia si essent exhibiti, cum eos legisset doctior & melior futurus esset.

77 Alij apponunt, quod mercator petens interesse, est diligens, industrius, & vltrà alios communiter lucrans: sed quia hoc est difficilè probare, in articulis non insererem.

78 Postremo dicit Bartol. hic, quod si directo probatum non esset, probari potest per coniecturas, & præsumptiones: & iudex ex officio suo potest æstimare. Angel. in §. non solùm columna secunda. Institut. de verborum obligar. lege si quod ex Pamphila & ibi doctor. ff. de legat. secundo. Ambros. de Vignate in repet. capitulo. salubriter. numer. 260. de vsur. Corne. consil. 26. in hac consultatione, in fine, in primo volumine. Hippol. consilio quinto, in caussa numero 23. & Salicet. in l. 2. quæst. 20. C. de rescinden. venditio.

Per conitcturas & familiares quando possit probare.

79 Et sic fortè posset teneri: quod deficientibus probationibus per familiares & domesticos posset interesse probari. argum. l. consensu. §. super. C. de repud. c. tertio, de testib. Et ideo consuluit Bald. consil. 270. ad euidentiam in 1. volumi.

80 Quod si probani te legisse negotia mea super oleo, & quod ad manus tuas peruenerunt centum cadi olei mei: licet non probem quod tu vendidisti eos mille, & in articulis posuerim: tamen iudex debet considerare quantum valuit, & potuisset vendi: & ad id te condemnare, quamuis alio non probetur modo: quia cum res mea ad te peruenit, æquum & bonum est te eam reddere l. si me & Titium. ff. si certum petat. Ideo tutores solent & alij bonorum administratores singulis annis æstimationem frumenti, vini & aliorum fructuum per æstimationes facere, & postea non tenebuntur ad aliud quàm ad illam æstimationem factam. Quod est bene notandum.

Cautela pro tutoribus, & alijs administratoribus.

81 Intelligendum est, quando sufficienter essent probatæ coniecturæ: secus si ex leuibus coniecturis, & quibusdam appareat: nam tūc iudex posset denegare condemnationem. Corne. consil. 261. viso columna secunda, lib. tertio. & consilio 256. primus, columna vlti. & consilio 318. pro vectuali. column. 3. in 4. volumine.

82 Nota tamen, quod interesse lucri cessantis (cum sit non ens, & non entium propriæ non sunt caussæ) probatur per coniecturas. gloss. no. & ibi docto. in l. tertia. §. fin. ff. de eo quod cert. loco.

83 Et hoc casu posset iudex deferre iuramētum in supplementum sicut in vsurario. Corne. consilio 23. visis, columna tertia, in tertio volumin. vt suprà diximus: imo tenetur iudex, alioqui posset ab eo appellari, cùm ex caussa suo arbitrio relinquatur: videlicet probationibus deficientibus, non simpliciter. lege non quicquid. ff. de iudic. & per Felin. in cap. exceptionem. column. secunda, & sequen. de exceptio. & ca. super his. colū. quinta, de accusatio. Ias. in lege prima, in tertio nota. ff. si quis ius dicen. non obtemper. licet contrarium teneat Corne. consilio 261. colum. 2. in tertio volum. per dicta l. non quicquid, quæ non obstat, vt proximè dixi. Super hoc singulari interesse probando finem dicendi facio, quia in Francia raro petitur, & rarius petitum adiudicatur, sed conuentum & commune in forensis iudicij aulis resident, ab illisque non discedunt, ideo de illis superius dixi quid obseruetur in curiis & praxi.

84 Postremo notandum est, quod iudex in materia interesse, debet æquitatem præoculis habere: iuxta l. quod si Ephesi ff. de eo quod cert. loco. vt quandoque iudicet ex coniecturis, vt suprà dixi: & Bald. in d. consil. 270. ad euidentiam. in 1. volu & cum his poterit quis probare interesse: & quotusquisque est, qui hactenus hunc tam frequentem articulum ita plenè tradiderit?

Gloss. in verb. damnum Epitome.

1 *Damnum an restituendum sine diminutione.*

2 *Sapiens & melior quis per libros efficitur.*

3 *Docti alios regant.*

4 *Dare an facilius sit quam facere. nu 5.*

6 *Solutio eius quod debetur, non dicitur iactura.*

Glossa in verbo, dānum.

1 GLOSSA in verb. damnum, bifariam partitur. Primò respon.contrario. Secundo quærit. Secunda ibi, sed quare in incertis oppo contra text. qui in vers.in aliis, dicit damnum re vera datum, debere reddi.in versicul.& non negat. Et ergo imperator sibi contrarius gloss respond.quod versicul. in aliis.deber intelligi,quod damnum deber restitui fine diminutione, etiam vltra duplum communis æstimationis. Versic.& non ex quibusdam limitat, quando quis vana allegaret: vt si miles dicat,quod vicisset Hispanos, si habuisset equum.vel scholaris dicit, quòd si habuisset librum, apiens effectus fuisset & rexisset, ac tulisset multa lucratus. Ista non sunt attendenda. & cum hac prima parte transeunt communiter doctor.

Moder. reprehendunt gloss. dicentes, exempla non conuenire textui sum primò quia hic loquimur de incertis,& exempla sunt in certis:tum etiam,quia iudex debet in incertis aliqualem rationem habere:,vt dicit hic text.per suam subtilitatem. Puto tamen gloss.rectè procedere:quia in versicu.in aliis totum damnum re vera datum petitur:& in versicul.sequen.non potest peti vanum & friuolum interesse,nou re vera datum. Ideò si quis allegaret quòd si habuisset domum, quam aliquis promiserat ædificare, fuisset hospitatus regem, & rex fecisset eum cancellarium suum, aut allud officium habuisset: non habetur ratio huius vanæ allegationis.

Per libros quis sapiens & non stultus efficitur:cōtra quosdam.

2 Notandum est tamen ex gloss.quod per libros quis efficitur sapiens, melior,& doctior:& pro hoc est text.in lege penult.ff. ad exhibend.& facit contra fatuos,dicentes,studium generare fatuitatem: licet quandoque ex nimio studio ægritudines insurgant: vt quandoque sum expertus : & aliquando mentis alienationes. Cle.exiui de paradiso. §.licet, de verbo.significa. Ideo temperatus scholaris debet se conformare temperato stomacho: qui sicut non capit plus quàm requirat virtus digestiua, ita scholastic.non plus vno tempore studeat, quàm patiantur vires ingenij: alioqui sequitur indigesta confusio:secundum Felin.in capitu.1 col.1.de magistr.vt dico in scholast. priuileg.libro secundo.in libro primo. centum octoginta scholasticorum priuileg. quibus scholastici dotentur.

Docti alios regere debeat.

3 Item ex gloss. habetur, quod docti alios regere debent:text.in proœmiorum.§. final. melius in §. final. in proœ. institut.& Philoso. Homines ingenio pollentes, aliorum sunt domini & rectores. & Dauid:Constitue domine legislatorem super eos: sciant gentes quoniam homines sunt: & sic ratio ne viuentes.in capitu.si homo. & ibi gloss.27. quæst.prima. vide gloss.in authentic.de monach.in princip. in verb. dicentem.collatio. prima. alioqui pauci inuenirentur, qui operam literis nauare vellent.

Gloss. in secunda parte quærit,quare in certis duplum, in incertis damnum re vera datum petitur? & respond.quod in certis ratio ne potest apparere commune interesse: & sic duplum communis poterit dari: in incertis non sic facile. hanc rationem sequitur Bart. columna secunda. & doctor. post eum. vide tamen quod dixi suprà,in 7.nota.

Facilius est fe dare quam facere.

4 Secundam rationem reprehenduntur doctor. cum non procedat nisi in auaris: & sic non est generalis: cum per naturam sit facilius dare, quam facere: quia labor est maior datione. argument. l.in seruorum.ff. de pœnis.

5 Puto etiam gloss posse procedere in artificibus & laboratoribus: nam apud illos est facilius facere quàm dare: secus in aliis, qui non laborant proprijs manibus: sed pro facto dant pecunias.quia illis par est facere aut dare,cum pro facto etiam dent:sed si cogerentur suis manibus facere, difficilius multum esset eis facere quam dare:& ita qualitas personarum est inspicienda: iuxta lege. plenum.§.equi.ff.de vin & habita.

6 Non obstat,quod quis non facilè iactat suum lege cum de indebito.ff.de prob.etiam prohibet imperator ne quis iactet aut spargat pecunias:in rubric.C.de consulib.& non spargend.pecun.libro 12.respon. hic loquitur in solutione eius quod debetur, quæ non dicitur iactura: imo facilius fit,quàm iactare suum,apud sapientes. Salicet.in l.1. C.de dondictio.indebit.

Glossa. in verb. & non ex quibusdam. Epitome.

1 *Clausula in fine posita,ad quæ debeat referri vsque ad finem gloss.*

3 *Intellectus l talis scriptura.ff.de leg.1*

6 *Dispositio legis seruanda.*

Clausula præc.dens facilius determinat se quentia,quam contra.

Gloss.in verb. & non ex quibusdam.

GLOSSA in verb. & non ex quibusdam, citat quosdam, referre hunc versic.ad primum casum: ipsa vero ad secundam. Modern.referunt ad vtrumq;per l. talis scri ptura.ff.de lega.1.l.1.C.de libe.& posthu.ca. secundo

secundò requiris.& capitu. inquisitionis.de appella. Panormita. in cap. extirpandæ. in §. qui vero. in repeti. colum. 6. versicul. quo ad primum de pr. bend. item sicut machinatio non debet allegari in secundo casu: ita nec in primo.

2 Conuenientibus tamen arbitror referri ad proximum quia cum in primo casu si de iure taxatum, non potest dici machinatio argument. l. Graccus. C. ad legem Iul. de adulter. Item hic limitatur interesse ex machinationibus allegatum & relicitur: at in certis est limitatum: ergo non debet iterum limitari. arg. l. 2. in fin. ff. de dot. prælega.

Præterea non dubitatur de interesse in casibus certis, an redigatur ad extricabiles circuitus, cùm iam ad duplum sit taxatum: ergo ad illum versicu. non est referendum, sed ad proximum: saltem conuenientibus.

Hoc etiam vult dictio, & non quæ coniungit proxima. gloss. in cap. 2. de rescript. & ibi dixi.

3 Et si velis hanc tenere opinionem, non obstat. l. talis scriptura. quia debet intelligi ad omnia referri, nisi esse dare vitium absurdum, aut ab onus intellectus: quia tunc ad proxima fiet tantum relatio. textum, singul. secundum Panormita. ibi, in ca. ecclesia. in 2. de electio. capi. cum dilecti. de donatio. & ibi nota. Barba. consil. 15. clementissimi. columni. tertia, in primo volumine. & Alexand. consilio 1 circunspectis. column. penultim. in septimo volumine. Roma. consil. 112. visa præmissa in fine. vel quando dispositio redderetur inutilis. Ias. consil. 84. columna vltim. in tertio volum. aut quando poneretur in beneficiis principum, tunc si hæc clausula ad omnia referretur principis beneficiũ restringeretur, tunc non referretur, ne beneficium restringatur, quod est latissimè interpretandum l. vltim. ff. de constitut. princip. vbi Ias. colum. 6. nu. 32.

Clausola in fine posita, ad omnia referatur.

4 Vel non refertur ad omnia, quando resultaret contrarietas, seu correctio: per glos. in cap. cum singula. in verbo prioratibus. de præbend. libro sexto. Corser. in singul. incipient clausula, in fine. Alexand. consilio 95. repetitus. columna secunda, in septimo volumi. Bald. consil. 3. 8. clausula in quarto volumi. Corne. consil. 76. licet in hac. colum. tertia, volumin. 1. Ias. congl. 143. Ista quæstio. in fine, volum. secundo.

5 Vel quando esset dare diuersam rationem, non refertur ad omnia, sed ad præcedentia tantum. l. 1. § deinde adiecit prætor ff. de postulan. l. si idem. §. fina. de iurisdict. omn. iud. l. prima. C. de liber præter. & in ca. statutum. in princip. in verbo locis, de rescript. libro sexto Barba. consil. 35. clementissimi. colum. prima. & consil. 57. præclarè. column. secunda, in primo volum. & Alexand. consil. 66. viso. colum 2. in secundo volum. & conf. 226. ponderatis, colum. secunda, in sexto volum. text. lingu. & alibi, in censura canonica non repertus, in ca. ecclesia. in 2. ibi, non debet ad contemptum. & alia quæ non sunt de forma referri. de electio. secundum Abbat. ibi vide Corset. in singu. incipiente, clausula, in fine. dixt in quarto nota. in fine supra Boer. quæst. 147. nobilis, in decisione Burdegalen.

6 Vel intellige in dubio: secus si ex dispositione legis aliter apparet: nam illa erit seruanda. lege non aliter. ff. de lega. tertio. Corne. consil. 305. in hac colum. 2. volum. primo. vel non refertur ad omnia, quando esset diuisio facta per paragraphos. gloss. in ca. vno. de postula. præla. in 6. & in Clemen. 1. & ibi scripsi. de sepult.

7 Vel ad omnia refertur quando potest rectè & congruè ad omnia referri, aut ea determinare: alioquin non. Barbat. consil. 15. clementissimi. column tertia, in primo volu. & consi. 74. omnia. colum nona, in tertio volum. Soci. consi. 156. pro fundamento. column quinta, versiculo quibus tamen, in primo volumine.

8 Vt pote quando mens patitur, aliâs non Barba. consil. 34. clementissimi. colum. secunda in primo volum. Albert. in l. finali. C. de in ius vocand.

9 Aut intellige quando inter connexa ponitur: secus inter diuersa. capitu. inquisitioni, de appella. Præposi. in capitu. secundò requiris. colum secunda. illo titu. Barba. consi 54. angelus & conf. 44. breuiter. colum. secũda. & consi. sequen. column. prima. ac consi. 57. column. secunda, in primo volumine. Alexã. consil. 95. diligenter nume. quarto, in quinto volum. & est repetitum. consil. 63. diligenter. numero octauo. & consil. 226. ponderatis. in sexto volum.

10 Vel quando clausula est posita ad qualificandum vnum capitulum, tunc non refertur nisi ad illud. lege filium in princip. ff. quãdo dies lega. ce. Bar. in lege finali, de rebus dubiis. Alexand consil. 48. visis, & opportunè, colum penult. in primo volumi & consil. 158 abundè, columna secunda, & consi. 226. ponderatis, in sexto volumi. Bologni. consi. 26. Ludouicus, columna prima. & consil. 69. Cornelius. in §. circa decision. Neapol. 248 fuit diu. in consi. in fine. vide Socin in l. plures. columna secunda. ff. de reb. dub. Ias. consil. duodecimo, in capitulis, columna prima, in tertio volumine. & consil. 131. statuto. colum. 2. volum 4.

11 Vel quando reperiuntur multa disposita & habentia in se perfectam orationem, & dispositionem: tunc non refertur, nisi ad proximè præcedeñ. & carentia perfecta dispositione. text est solennis, in lege sed si per prætorem §. deinde. ff ex quib. caus. maior cohæredi. §. qui patrem de vulgar. l. alimenta. §. penulti. de alimen. & ciba. lega Panormitan. in cap. caussam. column. secunda, de rescript. Bolog. consi. 40. reuerendus, col. 2 & in aliis multis casibus non refertur ad omnia, quos licet

licet videre per Iaſ. in d. lege talis. & lege prima. C. de liber. præter. non me extendo ia tius. vide Bald. conſilio 58. clauſula, in quarto volumine. Nota tamen quod taciliu: præcedens clauſula determinat ſequentia, quam ſequens determinet præcedentia. lege quiſquis. ff. de legat. primo. & ibi gloſſ. lege ſi filium. quando dies lega. cedit. Roma. conſil. 503. diligenter. column. prima. vel quando clauſula in principio poſita habet ſpecialem determinationem, & poſtea in ſpe legis, vel ſtatuti adeſt alia clauſula quæ habet etiam ſuam propriam, & ſpecialem determinationem, tunc clauſula in fine poſita non habet relationem ad primam clauſulam, nec prima ad vltimam, nec vna declarat vel ampliat aliam. Bald. in lege prima. C. de legitini. hæredit. Cardinal. & Imol. per illum tex. in d. c. cum dilecti. de donatio. refert. Iaſ. in conſilio 51. Tota dubitatio. colum. tertia, volumine primo. & conſilio 108. abſolui. & conſilio 142. columna ſexta. ibidem. & conſilio 173. filiæ columna 4. volumine ſecundo.

Gloſſa, in verbo, impoſsibilitate.

GLOSSA, in verb. impoſsibilitate, tres habet partes. In prima, declarat textum In ſecunda ibi, & ſic nota. ponit no. In tertia ibi, vel dic, caderet. ponit alteram declarationem ad text. ab abſurdo probando.

1 Inquantum moder. referunt hunc verſic. ad proximum, quando machinatio proponitur & allegatur: non debet attendi nam ſi attenderetur, in immenſum creſceret: & nullum immenſum eſt bonum, ſecundum eos, allegantes text. in authentica. ſvt detet. ſit. numer. cleric. §. primo. ibi, quia enim penè nihil inmenſum bonum eſt. colla. prima.

2 Aduertendum eſt, quòd erant in duobus dum referunt hunc verſic. tantum ad proximum: quia etiam poteſt referri ad verſicul. ſancimus. vt ſic dicamus, ideo taxauit Imperator id quod intereſt in caſibus certis ad duplum: ne dum in infinitum fieret computatio, caderet pro ſua impoſsibilitate: nã inter eſſe in incertis, poteſt in immenſum peti: & id quod paſſus eſt actor, re vera reddi debet: vt hoc text.

3 Secundò acriter ſunt moder. reprehendendi, dum dicunt nullum immenſum bonum eſſe: nam Deus eſt immenſus. cap. 1. de ſumma trinita. & ſummè bonus: vt etiam lippis, cæcis, & tonſoribus patet. dicit gloſ. in lege quidam cum filium. ff. de verbo. obli. & qui contrarium aſſeret, hæreticus eſſet iudicandus, Luthero peior.

4 Præterea text. in d. §. primo. quem allegant, non dicit nullum immenſum bonum, ſed penè nullum immenſum bonum: & ſic multos caſus excipit, ſicut dicitur in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. §. item iuriſgeñ. Inſtit. de iur. natu.

Gloſſa in verbo, cum ſcimus.

GLOSSA, in verb. cùm ſcimus. refert text. ad caſum verſicul. ſancimus. dicit etiam poſſe referri ad proximum Moder. dicunt eſſe verum, intelligẽdo de pœna conuentionali tantum, quæ ſicut intereſſe mitigatur: ego puto etiam & de conuentionali, & legali poſſe intelligi: ponderando text. ibi, vel a legibus certo fine concluſæ, & ſic de legali, vel competenti moderatione: & ſic de conuentionali: & ita intelligit gloſ. ſequen. quod etiã probatur in verſicul. cùm ſcimus. Nam Imperator cum habeat leges in ſcrinio pectoris. l. omnium. C. de teſtamen. hoc ſcit: ergo potius de legali intelligitur, quàm de conuẽtionali: cùm ſint facti conuentiones, & in facto conſiſtant. c. primo. de conſtit. libro 6. ideo poteſt probabiliter eas ignorare: vt ibi. Item legales pœnæ ita exiguntur, ſicut conuẽtionales. §. tripli. & §. quadrupli. Inſtitut. de actio. ergo de his debet etiam intelligi, quãdo text. dicit exigi.

Nec obſtat quod certæ ſint: & ſic nõ poterunt mitigari. Non enim vult dicere hic legislator, quod velit mitigare pœnas, quæ iam certæ ſunt: ſed ſicut pœnæ legales, (vt furti non manifeſti, ad duplum: aut manifeſti ad quadruplum. §. pœna. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſcun. & §. primo. Inſtitut. de perpet. & tempo. actio.) ſunt taxatæ, & moderatæ per lege: & ſic certæ: ita & intereſſe poterit moderari per hanc legem & taxari. Et iſte eſt verus, vt arbitror, intellectus ad hunc tex. quicquid alij dicant.

Gloſſ. in verb. proferuntur.

Epitomæ.

1 *Verba ſtatuuntur, & proferuntur. 24.*
3 *Dictio vel, inter diuerſa poſita disiungit.*
6 *Intereſſe petitur ſecundum veritatem non ex machinationibus.*
7 *Pœnæ legales & conuentionales quæ dicantur. & nu. 8.*
6 *Pœna vſque ad quam ſummam petatur. num. 10. 11. cum ſeq. vſque ad nu. 42.*
14 *Differentia in verbis quando fit.*
21 *Præſumitur quis velle & cogitare quod lex ſtatuit.*

Glossa in verbo, proferuntur.

GLOSSA, in verbo proferuntur. in tres diuiditur partes. Prima, declarat text. Secũda, quærit. Tertia, infert: ſecunda eſt ibi, ſed vſque ad quàm ſummã. tertia ibi, & hic eſt competens.

1 Si opponatur contra text. de ſuperfluitate verborum, ſtatuuntur, & proferuntur. gloſſ. ſoluit declarando verbum proferuntur ad conuentionem partium referri: ſtatuuntur, ad leges Moder. hic tenent debere intelligi de pœnis legalibus tantum, quæ à iudice taxantur: quando pœna non eſt taxata à iure, vt in extraordinariis criminibus. l. 1. & per totum, ff. de extraordi. crimi. & l. 1. de effracto. tunc iudex moderat.

2 Et hoc vult verbum profertur, quod ad iudicem tantum refertur. lege prolatam. ſuprà de ſenten. & in rub. ſuprà titul. proximo: & in rubr. huius titul. ſed verſicu. ſequens intelligitur de pœnis legalibus taxatis: & ſic tenet.

Ego verò arbitror glo. eſſe veram. & hoc probatur per §. alteri Inſtitu. de inuti. ſtipul. & lege ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. obliga. vbi pœna conuentionalis poteſt exigi, quæ ſecundum intellectum modern. non poſſet exigi: cum hic text. dicat eas tantummodo pœnas exigi, quæ taxatæ ſunt à legibus: quòd non eſt, in pœna conuentionali, & hoc ſecundum intellectum illorum vellet dicere text. argu. lege cùm prætor, ff. de iudic. cap. qualis. 25. diſtinct. cap. nónne de præſumptio.

3 Secundò probatur per illam dictionem vel à legibus ſtatuuntur, quæ alternatiuè, *De dictione vel.*
& inter diuerſa ponitur, ac diſiunctiuè. lege is qui ſuis. §. nihil. ff. de manumiſsio. lege ſi ita fuerit. de manu. teſta. Barto. in lege ſuprà iter. §. officium. de aqua pluui. arcend. Cardi. & alij in Clemen. ſæpè. de verb. ſignific. ergo vult dicere quòd pœnæ quædam taxantur à partibus, vel à legibus: alioquin ſi hic intelligeremus de pœnis à legibus tantum: illa dictio, vel, malè poneretur: & in ſimili hoc modo arguit Dom. & Philip. in capitul. cùm ſingula. in princip. de præbend. libr. 6. Item ita congruum eſt naturæ, vt exigantur pœnæ conuentionales, ſicut aliæ: ergo & de his poteſt intelligi: argument. lege primæ, ff. de pact.

Præterea hic exigi mandat tantũmodo pœnas, quæ competenti moderatione proferuntur: certum eſt quòd ſi proferantur à iudice, etiam vltra competentem moderationem exiguntur ſi non ſit appellatum. l. prima, & ibi not. ff. de re iudic. lege 1. quæ ſenten. ſine appellat. reſcindan. capitul. cùm inter de re iudic.

4 Nec obſtat verbum, proferuntur: quia poteſt etiam ad partem referri: vt in euang. ſimilis eſt patriſa. qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. lege vna. C. de manda. princip. Teren. in hecy. Ita medij ament, haud propterea te rogo, vt hoc proferam. l. diem proferre, & l. quo caſu. ff. de recept. arbit. authen. ſi quis in aliquo. C. de edendo. l. atrocem. C. de iniur. lege fina. ibi, longo prolixóque tempore protulerint. de decurio. libr. decimo. lege imputari. de fide inſtrumẽt. l. prima. ſuprà, titu. proximo.

5 Probat etiam verbum, moderatione. quod etiam ad partem poteſt referri. lege prima. C. vnde vi. not. in capitul. final. de verborum ſignifica. Georg. Natan. in repetitio. Clemen. ſæpè. colum. decimaquinta, de verbo. ſignific.

6 Et ſic in ſumma habes intellectum huius verſicu. quòd videlicet intereſſe petitur *Intellectus ad tex. lucidus datur.*
ſecundum veritatem, non ex machinationibus: ne ſi in infinitum fieret computatio, caderet: cùm ſcimus eas tantummodo pœnas exigi, quæ competenti moderatione proferuntur: & ſic conuentionales: vel à legibus ſtatuuntur, certo, & competenti fine, & non vltrà: ergo non mirum ſi intereſſe coarctatur. Vel poteſt referri ad verſicul. ſancimus. ſingulare intereſſe: ideo ad duplum taxatur: quia etiam pœnæ tam conuentionales, quàm etiam legales taxatæ ſunt tum à partibus, tum à iudice: & exiguntur ſecundum illam taxationem, & non vltrà: & ſic

trà:& sic potest intelligi textus. Non tamen nego quin posit etiam intelligi, sicut dicunt Moder. sed dum negant quod non intelligatur de pœna conuentionali, in hoc ab illis dissentio.

Gloss. in secunda parte, potest scindi in quinque particulas. Prima quærit. Secunda, vno modo respond. ibi, respon. Tertia, citat opinio aliorum: ibi vsque ad quadruplum. Quarta, recitat aliam opinionem doctor. distinguentium: ibi, tertij distinguunt. Quinta, ponit suam opinionem: ibi, quarta est sententia nostra.

Pœna legalis & conuentionalis, quæ dicatur.

7 Primo quæro, quæ dicantur pœnæ legales, & conuentionales? & puto legales esse, quæ à lege impositæ sunt: vt duplum, triplũ, quadruplum. Institu. de perpetuis & tempo. actio. per totum.

8 Conuentionales, quæ ex conuentione partium proficiscuntur. §. conuentionales. Institut. de præto. stipulat. & lege quinta. ff. de verborum obliga. Conrad. in tract. de contract. quæstione tricesimaprima. Angel. de Clauas. in summa angel. in verbo pœna. §. duodecimo.

Vsque ad quã summam posit exigi.

9 Quæro ergo, vsque ad quam summam posit pœna peti? de legali non est dubium, quia text. in §. omnes. Institut. de actio. dicit non posse excedere quadruplum. Sed quid de conuentionali? hæc quæstio est summè difficilis, & inuoluta & difficilia (vt commune extat adagium) pulchra. In hac quæstione multas reperio opiniones: quarum prima est quorundam antiquorum: quam glo. hic primò citat: videlicet, quód vsque ad duplum posit pœna conuentionalis peti. lege Iulianus. §. idem Papinia. ff. de actio. empt. facit hæc lex in versicul. sancimus. Hæc opinio non admittitur, cùm sit contra iura, videlicet contra lege stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. §. alteri. institu. de inuti. stipulat.

Secunda opinio de pœna conuẽtionali.

10 Secunda est opinio, quam etiam gloss. hic citat, quòd petatur vsque ad quadruplum. argu. l. mulier. C. de sponsa. & arris. §. penultim. Quidam eam reprobant: quia quædam pœnæ sunt quæ nec ascendunt quadruplum, nec duplum. Item quædam vltra quadruplum ascendunt. dict. §. alteri. ergo, &c.

Nec obstat d. l. mulier. quia ibi ideo non excedit quadruplum, ne per indirectum tollatur libera facultas matrimonij contrahendi. contra l. Titia. ff. de verbo. obliga. & cap. Gemma. de sponsa. & hoc exprimit text. ibi in fine: cum in contrahendis nuptiis, libera potestas esse debeat. &c. & sic speciale est in illo casu.

Tertia opinio

11 Tertia est opinio, An scienter sit promissa pœna: & tunc vsque ad quadruplum: si ignoranter debetur, vsque ad duplum. lege sed & si quis. §. fina. ff. si quis cautio. quia dolus scienti non infertur, nec iniuria. l. prima. in fin. ff. de iniur. docto. in dict. §. fin. latè examinant: ibi vide, & quidam reprobant: quia censetur promissa scienter, cùm in proprio facto non cadat ignorantia. lege si. ff. pro suo.

Quarta opinio gloss. super pœna conuentionali.

12 Quarta est opinio gloss. videlicet, an pœna conuentionalis apponatur per nomina multiplicatiua: videlicet duplum, vel quintuplum, decuplum: & tunc non excedit quadruplum, sicut pœna legalis. dict. §. omnes. Institut. de actio. Specul. in titul. de empt. & vendi. §. primo. versicul. nota. igitur. & ista est verior de rigore iuris ciuilis Bald. consil. 51. considerandum. in quarto volum. aut promittitur per nomina simplicia, seu numeralia: vt si non feceris domum, promittis centum, mille, aut aliam summam: & tunc potest excedere quadruplum, ad voluntatem partium. d. §. alteri. hanc tenet Bart. in lege si dictum. ff. de euictio. Angel. consi. 70. pro decisione. column. vlti. & quidam modern. dicunt eam communem. per textũ. in l. si quis seruum. & ibi gloss. supra. de ser. fugiti. Lucas de Penna, in l. nemo. in fine. C. de cursu publico. libr. 12.

13 Resellitur tamen, quia lex esset imposita verbis. contra l. fin. C. de vsur. l. secunda, communia de lega. ca commissa. de electio. libro sexto. Item esset contra casum huius text. in versicul. cùm scimus. vbi dicit illas pœnas posse exigi, quæ sunt competenti moderatione prolatæ: & sic non ad liberam partium voluntatem. sequitur Roma. in consil. 510. quò ad primum.

Alciat. gloss. reprobat. cui respondetur. & nõ opinio eiusdem pug.

Collega noster d. Alciat. hic, in capitul. prosequitur hanc reprehensionem facilè posse reüci arbitratur, cùm has differentias in iure plerunque fieri videamus quod sic probat: Nam si testator leget centum Titio, poterit idem esse testis in testamento: si tamen relinqueret Caio certam bonorum partem: licet minus commodum consequeretur: non poterit esse testis. §. legatariis. Institut. de lega.

14 Potest & secundò vltra eum probari quia quando pœna est imposita per nomina multiplicatiua, duplum, triplum: in duobio inest simplum: id est rei persequutio, quando actio est pródita ei, cui aliquid ablatũ. l. si quis. & ibi glo. ff. de calumnia. l. hoc edicto. §. fi. & l. licitario. §. quod illicitè. ff. de public. & vectig. in l. is qui prædam. ad le. Iuliam pecu. si verò per nomina simplicia: puta decem, vel centum, tunc est mera pœna, & non rei persequutio. l. agraria ff. de termi. amoto. Bartol. per illum textum, in l. si cum exceptione. §. quatenus. ff quod met. causa. Bald. in l. in hæredem. § sed etiam de calumnia. & sic in verbis fit etiam differentia. & istud est melius conuenientius, quàm illud per collegam adductum.

Differentia quãdoq. a verbalis fit.

15 Potest tamen respondere ad primum argumentum, quod quando relinquitur certa pars, vel

pars vel quota bonorum: ideo non potest es se testis: quia est hæres, qui principaliter non posset testificari ad suum commodum lege omnibus. C. de testibus secus quando est legatarius: quia tunc principaliter, deponit ad commodum hæredis: & sic non potest sola differentia verbalis: sed effectualis & realis: vt supra probaui.

16 Nec obstat secundum, quando quis condemnatur ad triplum, non est triplum nisi: sit simplum: & sic rei persequutio: secus in nominibus simplicibus decem, vel aliis, notat. Areti. in rubric. de iudic. in decreta. igitur hæc solutio communiter refellitur.

17 Quinta est opinio, quia aut est apposita loco interesse, & non debetur, nisi quatenus interfit .l. prædia. & ibi not. ff. de actioni empt. aut loco contumaciæ, & debetur in totum g'oss. in capitu. quæcunque. §. final. 25. quæstio. 2. sequitur dominus de Petrucia, iuris maximus interpres, in suo tractat. de virib. iura. in 47. effectu. Sed hæc reiicitur, quia potestas libera auferretur partibus, de rebus suis disponendi. contra lege in re mandata. C. manda.

Quinta opinio de pœna conuentionali.

18 Sexta est opinio Petri, & Citra montanorum prout referunt hic docto. quòd pœna conuentionalis non potest excedere quadruplum. §. omnes. Institut. de action. Imol. in dicto §. alteri. & tanquam vltimam videtur approbare dom. de Ripa, in libro secundo. Respon. de rescript. capitu. 9. princeps: tum quia bonum est argum. de legali ad conuentionalem. l. fina. C. de rebus alien. nō alienan. tum quia pœna conuentionalis obtinet vicem pœnæ legalis. argum. lege si donatæ. §. final ff de donatio. inter virum & vxor. sequitur Paris Puteus, in tracta. syndicatus. versiculo. an facta compositione. folio 99. in paruo volumine Postremò ne in infinitū extendatur, quod hic prohibetur: attamen hæc opinio est contra d. §. alteri. & aliis multis modis reprobant docto. cum quibus pertranseo.

Sexta opinio petri, & Citramon.

19 Septima est opinio Bartol. hic, columna octaua, versicu. venio ad quartam & c. distinguentis: aut pœna refertur ad certam quantitatem: vt, promitto pratum, vel domum talem: & si non dem, promitto mille, aut decuplum: & tunc pœna poterit ascendere quantum partes voluerint, siue per nomina numeralia, siue per nomina simplicia apponatur: cùm eadem sit ratio in vtroque: ergo eadem iuris decisio. lege illud. ff ad legem Aquil. sic debet intelligi d. §. alteri. secundum eum: aut pœna refertur ad quantitatem incertam: vt promitto duplum eius quod tua interest, vel quod plus hæc res valuerit, vel venundata fuerit in nundinis: & tunc non poterit quadruplum excedere: imò fortè nec duplum, argum. huius legis, in versicu. sancimus. tum quia multò plus ascenderet, quàm fuerit à partibus cogitatum. argum. l. cum Aquiliana. & lege qui cum tutoribus. §. 1. ff. de transact. tùm ratione infinitatis contra hanc legem, & sic pertransit Bartol. hic, columna, 8. & idem tenuit in dicto §. alteri. sequitur Angel. & Iaso. in §. omnes. columna 5. numero 14. Institu. de actio. Bald. & Salic. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. peta. & l. cum allegas. C. de vsur. & est æqua, secundum Cardina. in capitu. sacro. de senten. excommunic. & vera est & communior, secundum Por. in §. alteri Institu. de inutil. stipula. & videtur elici ex hac glos. ibi, aliàs si certa summa.

Septima opinio Barto.

20 Collega noster, in dicto capitul. prosequitur dicit rationem Bar. esse fragilem, quia promissor potuit simplum (licet incertum) æstimare: & sibi imputare debet qui voluit quadruplum egredi. Hæc ratio est sine iure, & ratione: ideo est fragilior quàm Bar. nec ad eam respon. opis est nostræ, nisi ex superabundanti: ideo dico, quòd licet promissor potuerit simplum æstimare in genere, quamuis incertum: tamen quia non æstimauit, res est incerta: & ideo non est verisimile quod voluerit in infinitum obligari, & hoc probatur.

Alci. fragilis reprehensio.

21 Nam quis præsumitur velle & cogitare id quod lex statuit. textus singul. in l. si duo. ff. de acquirenda hæredita. secundum Barba in repetit. capitulo Raynaldus. columna 4. de testament. & consil. 29. illud. colum. 12. & consil. 42. illud col. 4. in 1. vol. & consilio. 13. sapienter. in fine. & consilio. 55. præclarè. in princip. & consil. 61. præclarè. colū. 4. in 2. volumi. & in rubric. C. qui admitti columna. 71. Socin. consi. 63. visis. colum. 14. in 3. volum. Albert. Brunus, in tract. de statut. exclu. fœmi, quæstione 12. articu. v. sed lex taxat ad duplum hic: ergo mens partis ea videtur fuisse, & sic in infinitum non videtur cogitati in cùm lex eam reprobet. Item talis voluntas præsumitur esse partis: qualis de iure esse debet. Bald. in lege prima C. de sacrosanct. eccle. Præterea rationabile est, quod verba referantur ad cogitatum. lege si quis ita ff. de testamen. tutc. & in tali cogitatu habet locū statutum legis, lege codicillis. §. final. ff de lega. 2. etiam quando aliquis facit, vel tenetur facere quicquam, intelligitur quòd validum sit de iure. Bald. per glos. ibi, in lege huiusmodi. in principio. ff de legatis prima. not. Deci. consil. 77. viso puncto: colum. 2. ergo vltra cogitatum non extendetur, hanc resoluunt doctores per d. §. alteri. vbi non fit differentia de pœna certa, vel incerta.

Octaua opinio de pœna conuentionali.

22 Octaua fuit opinio quorundam moder: quod aut pœna adiicitur dationi quantitatis: & tunc non debet excedere modum legitimum vsurarum: qui est duplum, dicta lege cùm allegas. C. de vsur. & d. l. Iulia. §. idem Papinia. hanc sequitur Ambrof. de Vignate, in repet. c. salubriter, nu. 90. cum seq. de vsur. & Alber. hic. col. 14.

23 Fallit in foro conscientiæ, in quo si liberè promittatur à debitore creditori & ab

Alcia opinio. reſi. litur.

poteſt negari quòd loco intereſſe ſuccedat pœna conuentionalis: ſed bene legalis, & ille textus in dicta l. fina. hoc non probat: alioqui ſequeretur quod nulla pœna excederet duplũ, ſicut intereſſe in caſibus certis: poſtquam in locum eius ſubrogatur: quod eſt contra dictum §.omnes. & etiam quòd omnis pœna conuentionalis aſcenderet ad duplum: & tamen quandoque partes non in tantum conueniunt: ergo hæc opinio non poteſt ſuſtineri.

Item collega videtur ſibi contrarius quia in §.Cato.l.4.numero 84. ff. de verborum obligationibus, dicit intereſſe eſſe pœnam legalem, & differre à conuentionali: ergo ex ſeparatis & differentibus non licet ei arguere: cùm ſeparatorum ſit ratio ſeparata. l.finali.ff.de calumnia.l. vna. §. si ita. C. de cadu.tollen. & diuerſitas nominum &c. l.ſi idem. C.de codicil.

30 Item opinio quæ deducit rem ad magnam difficultatem, debet reſpui: vt hac lege probatur, & Socinus conſilio 104. quoniam, in numero quinto, in tertio volumi. ſicut iſta facit.

Præterea hæc opinio non ſeruiret nobis niſi de vento, cum hodie nullus ſit legitimus vſurarum modus: imò in vno nummo committitur vſura. Lucæ ſext. cap. mutuum dantes, nihil inde ſperantes. cap. coſuluit. de vſur. late Ambroſ. de Vigna. in repetitio. cap. ſalubriter. numero 92. de vſur. l.1. & ibi not. C.de ſumma trinit. Iaſ. in §.actionum. & §.omnes. Inſtitut. de act. & hæreticum eſt dicere vſuram non damnari à iure diuino, niſi dolo proxima ſit: quia dolum non in hoc requirit ius diuinum, quamuis in tracta. de vſuris quidam hoc tentat. ergo ſecundum eum nulla pœna conuentionalis dabitur, quod eſt contra iuris determinationem.

31 Non obſtat ſua ſecunda ratio, dum lex arguit de taxatione pœnarum ad intereſſe: quia verum eſt quòd textus arguit: quod eo fuit taxatum intereſſe, cùm pœnæ etiam ſint taxatæ: & illæ tantummodo exiguntur: ſed non arguit ad eam taxationem: aliqui ſequeretur quod nulla pœna vltra duplum poſſet extendi, quod ſuprà fuit reprobatum. Nec valet hæc illatio, hoc intereſſe taxatur ſicut pœna, ergo ad illam eandem ſummam, vt in ſimili tacit text. in §.fina. in authen. de inſtru. cautel. & fide.

Item ſicut pœna furti non manifeſti taxatur: ita & manifeſti: ergo ad eandem ſummam non eſt verum. §. conceptum. Inſtitu. de obliga. quæ ex delict. naſcun. & neſcio vnde hanc habuit illationem, cùm ſit ſine lege, & contra eas. Nec refragatur, d.§. idem Papinianus, quia loquitur ſecundum communem opinionem, (à qua ſine iure temerarium eſt diſcedere, l. tertia, ff. ad ſenatuſcon. Macedo.) quando pœna adiicitur dationi quantitatis ſecus ſi facto: nam tunc nõ eſt reprobata adiectio pœnæ: vt ſuprà latè dixi.

Item dũ dicit, quando eſt ſuſpicio fraudis, approbatur opinio Barto. quando ſimplum eſt incertum, non poteſt excedere duplum: videtur loqui contra hunc text. in verſicu. in aliis. vbi quod re vera datum eſt, debet reddi: etiam vltra duplum, quando ſimplum eſt incertum. Præterea eſt ſibi contrarius: nam in fine, quando non eſt ſuſpicio fraudis, vadit in ſentẽtiam Bar. cũ ſemper ferè ſit ſuſpicio fraudis, quãdo dationi pœna adiicitur: ideo non placet ſua opinio: quare viam qui neſcit ad mare, eum oportet (vt parœmia dicitur) amnem quærere comitem ſibi.

32 Duodecima eſt opinio Innocen. in cap. ſacro. de ſentent. excommunicatio. quòd pœna conuentionalis etiam vltra quadruplum poteſt exigi: & quod à partibus conuentum eſt, poteſt peti, per text. in dicto §. alteri. & huic quoque ſententiæ accedo: quam ſequitur etiam Lauren. de Rodolph. in capitu. conſuluit. quæſtione 65. de vſur. & Ioan. Frãciſ. in tractatu, de præſcriptio. In ſecunda parte 3. principalis, quæſtione 13. columna 48. & iſta eſt magis communis, ſecundum Alexand. conſi. 157. viſo. colum. 2. volu. 6. Iaſ. in l. 2. nume. 141. C. de iure emphyteut. *Duodecima opinio, de pœna cõuentionali.*

33 Hæc ſententia probatur primò, quilibet eſt moderator rei ſuæ. l. in re. C. manda. etiam abutendo. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de petitio. hæredi. & hoc quando ex illo abuſu acquiritur alteri commodum: tunc ex ipſo abuſu reſpublica non læditur: ſi vnus fiat pauper, alter ditior: ſecus ſi nullus fieret locupletior. l. ſecũda. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. Modern. in l. nemo. in 4. oppo Barto. ff. de legatis primo, vide tamen d. §. conſuluit. an conueniat. Secundò facit text. in l. ſi quis maior. ibi, reſtituta pœna quæ pactis probatur inſerta. C. de tranſactio. vbi indefinitè dicit pœnam eſſe ſoluendam: & ſic omnem pœnam etiam vltra quadruplum, cùm indefinita æquipolleat vniuerſali. l. ſi pluribus. ff. de legatis ſecundo, gloſſa in capitulo vt circa. de electio. lib. 6. *Not. quomodo intelligatur quod quis ſua re abuti poſſit.*

Tertiò probatur, Quod à principio eſt voluntarium, poſt factum eſt neceſſarium. l. ſicut. C. de actio. & obligatio & imputari debet, qui pœnam vltra quadruplum, aut aliam promiſit. l. diem proferre. §. ſtari. ff. de recep. arbit.

Quartò, nil tam naturale eſt, quàm quod inter partes conuentum eſt, ſeruetur. l. prima, ff. de pact. & capitu. 1. de probatio. ac promiſſa impleantur. l. vna. C. de ſuffrag.

Quintò, Contractus ex conuentione partium legem accipiunt, l. prima. §. ſi conueniat. ff. depoſit. l. contractus. de reg. iur.

Sextò, Interesse conuentum, totum debetur: vt dixi in prima glossa, ergo & pœna conuentionalis: quod idem est, teste Pirro, in dicta l. quatenus. in prima regula, ff. de regulis iur. Lauren. Rodolph. vbi suprà, quæst. 65.

Septimò, Nullo iure reperitur prohibitum: ergo permissum. l. si quæramus. ff. de testamento milit. notab. in rubri. de testibus. ff.

Octauò, Si Imperator noluisset quòd vltra duplum excederent, taxasset, vel vsque ad quadruplum, l. vna. §. penultimo. C. de caducis tollend. capitu. ad audientiam. de decimis.

Nonò, Volenti non fit iniuria, nec dolus nec debet conqueri de eo quod is ipse promisit, etiam si vltra quadruplum. l. i. iu fi. ff. de iniur.

Decimò potest testator præcipere hæredi vt faciat ei monumentum, & si non fecerit: quòd priuat eum hæreditate, vel potest eum grauare ad dandum mille, & sic vltra quadruplum monumenti. text. singul. in l. prima, in fi. ff. de penu. lega. secundum Roma. singu. 244. lego Titio. refert Benedict. in repet. capitu. Rainutius. in verbo, si absque. in 2. de lega. nu. 228. de testamen. facit l. i. C. de his quæ pœnæ nomine. ergo & in contractu hoc poterit fieri argumen. l. quæ de legato. ff. de leg. ii.

Vndecimò potest quis promittere sistere reum, sub pœna mille marcharum auri, & sic vltra quadruplum, & valebit. Bald. in l. qui crimen. quæst. io. 9. C. qui accusa. non poss.

Duodecimò, in rebus nouis constituendis euidens esse vtilitas debet: vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum visum est. l. secunda. ff. de constitutio. princi. sed nulla est vtilitas euidens, quòd pœna non possit vltra quadruplum ascendere: ergo poterit.

Non obstat, quòd non videtur à partibus cogitatum vltra quadruplum: nam patet de contrario postquàm promiserunt, & in certis non est locus coniecturis. l. continuus. §. primo. ff. de verborum obligationibus.

Non refragatur d. §. omnes. quia loquitur in pœna legali: vt patet, multa exempla ponendo. Nec contutbat, esse bonum argumentum de pœna legali ad conuentionalem: verum est, in casibus à iure expressis: vel quando est eadem ratio, vel bonum est argumentum, vt vtraque debeatur: non vt tantum ascendat vna sicut altera: vt suprà probaui contra opinionem collegæ.

Minusque obest, quòd pœna conuentionalis obtinet vicem pœnæ legalis: quia fac esse: non tamen sequitur, quod sicut lagalis non potest ascendere quadruplum ergo & conuentionalis: quia in d. §. alteri dicitur contrarium.

34 Vltimò non obstat ratio, ne infinitum extendatur: quia licet excedat quadruplum tamen non ob hoc extendetur vsque ad infinitum: vt dixi suprà nor. b. 5. & sic pœna conuentionalis vltra quadruplum potest exigi: & hæc erit regula. *Regula quod pœna conuentionalis vltra quadruplũ potest extendi.*

35 Primò amplia procedere, quando esset adiecta facto: vt si nõ feceris domum, promittis centum. l. 2. § item si in facto. ff. de verb. obliga. l. 4. §. Cato. & d. §. alteri, illo tit. & suprà latius dixi.

36 Secundò procedit, siue sit factum affirmatiuum, siue negatiuum, vt si non pareator sententiæ arbitri (in qua erat condemnatus ad dandum quantitatem) promisit centum. Panormita. in cap. dilecti. de arbi. Alexand. in l. stipulationum aliæ. §. fina. ff. de verb. oblig. l. promissis C de transactio. Purpur. in l. rogasti. §. si tibi. nume. 82. ff. si cert. peta.

37 Tertiò extende, etiam si adiiceretur facto, quod erat in obligatione propter quantitatem. l. Titiæ textores. ff. de legatis primo vt si conuentum sit: Si non solueris decem, promittis facere domum: si non feceris, promittis centum, & docto. in d. §. si tibi. & d. l. stipulationum. § fina. vide ibi, an procedat indistinctè.

38 Quartò, etiam de iure canonico. c. suam. de pœnis, secundum vnum intellectum, glos. & ibi docto. & in capitu. quanquàm. 23 distinctio. l. si. & alij, in l. 4. §. Cato. ff. de verborum obligatio. Corne. consilio 220. maior satis. columna vltima, in primo volumine.

39 Limita in ecclesia, quæ solum quatenus interest petere potest de æquitate. Angel. consil. 43. fratres. in fine. Conrad. in tracta. de contract. in quæst. 31. archiepiscopus Florenti. in 2. parte summæ, tit. 1. cap. 7. §. 22. secus de rigore: vt ibi Ioan. baptista, in addi. ad Mathesil. no. 47.

40 Quintò amplia, etiam in foro conscientiæ, cum ex libero arbitrio procedat, & ex propria promissione. Corne. consil. 69. de duobus. in fi. in secundo volu. & consil. 55. visis litera, N. in 3. volu. & A gel. d. consil. 43. Dec. consil. 292. viso instrumento, col. 2. allegat Aneha. in regu. possessor. de regu. iur. libr. 6. Barba. in repet. cap. Rainaldus. colum. 112. de testa. dixi suprà, declara ex his quæ tradit Conrad. in tracta. de contract. quæstio. 31. implorans Titanæ iuxta adagium. *In foro cõscientia an debeatur pœna conuentionalis.*

41 Intelligo si petatur: alioquin secus. Corne. dicto consil. 69. de duobus. in fin. in 2. volu. & d. consil. 55. in 3 vol. licet contrariũ teneat. consil. 43. in hac consultatione, col. 3. in 2. volu. nam debitor, antequam ab eo exigatur, non est in mala fide: quia potest credere creditorem nolle exigere eam: ergo debitor est tutus: quamuis contrarium teneat. Dec. in capitu. i. col. 19. de constitutione

ratione correlationis, quæ non procedit quando non est eadem ratio. Ial. in l. fin. C. de indic. vidui. tollen. no. in cap. debitores. de iureiuran.

42 Et sic infertur debitorem pœnæ conuentionalis posse præscribere dictam pœnam cùm sit in bona fide, & hoc spacio 30. annorum: ita quòd actio ad pœna illo tempore tolletur. l. omnes. C. de prescript. 30. vel 40. annorum, Purpu. in d. §. si tibi. nu. 88. licet non firmet. faciunt quæ suprà, no. t. et sea a fine in scripsi.

Pœna conuentionalis an pos sit præscribi.

43 Sextò procedit etiam si nõ intersit: nam in compromisso venit interesse, quando pœna non est apposita. l. diem proferre. §. fina. ff. de arbitr. si pœna sit apposita, non inspicitur, an intersit. l. cùm pœna. ff. de arbitr. Vincen. & alij in l. 2. §. item si in facto. vlti. not. de verb. oblig. Conrad. in tracta. de contractu. q. 31. conclu. 5.

44 Septimò amplia, siue sit apposita ratione contumaciæ, siue contemptus: poterit etiã quadruplum excedere. Roma. d. consi. 510. columna tertia, Bal. consil. 18. notissimum, in fine volumi. 1. Si dubitetur, præsumitur imposita ratione interesse. Ioan. Andr. in regu. bona fides. de regu. iur. libro 6. in Mercurial. sequitur Petrus Anchara. consilio 148. apud antiquos.

45 Octauò extende, siue cum iuramento pœna promittatur successiuè. text. singu. in l. si quis maior. C. de transactio. & ibi Iacobi. colum. penulti. Petrus de Anchar. consil. 148. apud antiquos vbi dicit vsque ad quadruplum, & vltrà non posse extendi, cùm sit pœna legalis approbatione. sequitur Roma. consil. 510. ego dicerem quòd etiam vltra quadruplum: tum quia iuramentum potest seruari sine detrimento salutis æternæ argu. capitu. cùm contingat. de iureiuran. cap. quamuis de pact. lib. 6. tum etiam, quia scientes promissa videtur: & sic tota debetur, l. sed & si quis §. vlti. ff. si quis cautio. Alexand. consil. 32. opportunè. in fin. & consil. 118. in caussa. in 2. volum.

Nonò etiam procedit, siue promittatur pœna per nomina numeralia, seu simplicia: siue per nomina multiplicatiua: cùm diuersa non possit assignari satio, idem ius statuetur. l. illud. ff. ad legẽ Aquil. & quia sationes suprà adductæ habent locum in vtroque.

Decimò poterit pœna conuentionalis excedere quadruplum: siue ad certã quantitatem referatur, siue ad incertam: quia paria sunt promittere certum, vel se referre ad certũ. l. ait prætor. §. 1. ff. de se iudic. etiam quia rationes prædictæ habent locum.

46 Primò fallit, quando adiungitur certæ quantitati: vt dicto §. alteri. & Barto. ibi, & istam omnes probant, teste collega hic & suprà latè dixi in glos. in verb. conuentum. cùm censeatur adiecta illa quantitas in fraudem vsurarum, dicta l. cùm allegas.

47 Secundò non procedit, quando stipulator esset solitus fœnerari. glos. in l. pœnam ff. de vsur. l. cùm allegas. C. illo titu. Intellige vt ibi, & per docto. & in capitu. ad nostram. de emptio. Alexand. consil. 76. visis dubitationibus. in fi. in 5. volu. Barba. consil. 15. clementissimi. columna sexta, in primo volu. Dec. consil. 448. præsens consultatio, in fi.

48 Tertiò fallit, quando quis promitteret pœnam à iure permissam: nam intelligetur quod non debebit excedere quadruplum, sicut nec pœnæ legales, d. §. omnes. Insti. de actio. quòd qualiter intelligatur, vide ibi per moder.

49 Quartò fallit, quando esset multum excessiua: & debitor erat impotens ad soluendum sine sua culpa: tunc non debetur: alioqui secus. Lauren. de Rodolph. in cap. consuluit. quæst. 65. de vsur. Cõrad. vbi suprà, q. 31. vide ibi latius. Et vidi in senatu istam pœnam conuentionalem coartari quando sapit iniustitiam, austeritatem & iniquitatem.

50 Quintò limitatus in clericis, qui vltrà quàm intersit non possunt petere. docto. in cap. dilecti. de arbit. & cap. suam. de pœnis. Ioan. de Ana. consil. 31. prætupposito. Angel. in sua summa in verbo, pœna. §. 12. Soci. consil. 254. in caussa domini. in fin. in 2. volumi. Intellige si scandalum oriatur: alioqui etiam clerici exigere hanc poterũt pœnam, vt docet Siluester in verb. pœna. in 25. quæstio. versic. septimum. nam postquam non inuenitur à iure expressè prohibitum nec declaratum, ergo permissum, l. 1. ff. de testib. & ne sint deterioris conditionis quàm laici.

Clerici an possint pœnam petere.

51 Notandum est tamen, quod antequam quis possit petere pœnam: oportet quod probet adimpleuisse contractum ex parte sua alioqui succumbet, l. Iulianus. §. offer. si. ff. de actio. empt. l. cùm proponas. C. de pact. Barto. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. Bald. in cap. 1. in fi. quali. do. à proprie. feud. priuc. Corne. consi. 343. in caussa, enlum. 2. in t. volu. Angel. consi. 219. punctus. in fine. Barba. cons. 15. clementissimi. col. 4. in t. lib.

Impleat cõtractum, qui pœnã petit.

52 Et hæc pœna conuentionalis regulariter contrahentibus applicatur, d. l. si quis maiòs contrahentes enim sibi & non aliis consentiunt paciscẽ: cùm in contractibus nõ intelligatur extrinseca persona. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. oblig. Corne. consi. 322. in præsenti. in fine, in 4. volu. vide Barto. in l. agraria. in fine, ff. de termi. amaro. doct. in rub. de iud. glos. in pragma. sanctio. in titu. de friuol. appel. in verb. appellatæ. Soci. consi. 36. in caussa colum. 4. in 4. lib.

Pœna contrahentibus cedat.

53 Item notandũ est, quod promissio certæ quant

quantitatis facta, si aliquid fit & censetur apposita loco pœnæ, & nó respectu interesse. Ioan. Andr. in c. bona fides. deposi. Imol. & alij in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. Bar. in l. si ff. de præto. stipu.

Quãdo promissio quantitatis censeatur loco pœna, vel interesse.

Hoc intellige quando promissio fit à debitore principali: sed si esset facta à fideiussore intelligeretur loco interesse apposita. Ias. & alij per illum tex. in l. fin. §. vlti. ff. de eo per quem fact. erit, secundum vnum intellectũ. Alias limitationes vide per te.

54 Postremò notanda est glos. quòd relatiuum, quis, vel qui, denotat substantiam: nõ qualitatem, vel quantitatem: idem tenet gl. in dicto §. alteri. Institu. de inutil. stipula. Bald. consil 190. casus talis ad partem negatiuam. in 1. volu.

55 Ex quo infertur, quod si vendo libros, quos habeo Aureliæ: si nullos habeam, non valet venditio: cùm sine substantia nõ valeat. l. nec emptio. & l. pacta. ff. de cõtrahẽd. emptio.

De relatiuo qui, quid denotet.

56 Etiam infertur, quòd si pars deferat post venditionem, non vitiatur emptio. Idem si quis vendat fundum talem, qui est decem iugerum: siue minus, siue plus contineat, debetur: nisi vendiderit decem arpenta talis fundi, si non sunt ibi decem, detrahi debet de precio: si plus sit, precium addi. text. in l. si seruum. §. 1. & ibi Paul. & l. Iulia. §. si Titius. ff de actio. empt. Ias. in l. si fundum sub conditione. §. si libertus. col. 2. ff. de lega. 1. & Ias. in l. 1. col. 2. in 5. limita. C. de summa trinit. Ioan. Crotus, in l. omnes. colum. 1. 6. conclu. ff. de iusti. & iure. Felin. in cap. significante. colum. 3. versi. & dum. Alexand. de rescrip. Benedict. in repe. ca. Rainutius. in verb. & ortum de resta, Alexand. consil. 73. videtur. col. . in 3. volu. & consil. 8. videtur. in princi. in 4. volu. & consil. 107. quãuis in princip. in 6. volumi. & consil. 82. in caussa. in 7. volu. Soci. consil. 128. duo videbautur. in 3. volu. & consil. 32. placet. in 4. lib. Dec. consil. 347. prima facie. Alia, de pœna conuentionali, vide per docto. in dicto §. omnes. hæc tamen non sunt contemnenda: quia alibi non inuenies ita cumulata, nec elucidata.

Nota quæstionem.

Glossa vltimę Epitome.

1 *Lucri cessantis an sit habenda ratio, & nume. sequen.*
2 *Dictio etiam est ampliatiua.*
3 *Magistrorum decisioni stare debemus.*
4 *Interesse lucri cessantis debetur.*
Quod procedit tam de iure ciuili, quam canonico 4.
Et siue interesse sit circa rem, siue extra rem, nume. 5.
Etiam in foro conscientiæ, nu. 6.
Procedit etiam in tutore. 7.
Et si ageretur in maleficio. 9.
Procedit etiam in contractibus duobus tamen interuenientibus. nu. 10. & 11. & 12.
11 *Intellectus l. fi. de paric. & commod. rei vendi.*
13 *Lucri cessantis ratio non habetur certis casibus nu. 15. cum seq. multis.*
14 *Lucrum in conscientia debetur quinque concurrentibus.*
15 *Molendinum ædificans iuxta aliud.*
16 *Lucrum quod venit cum iniuria alterius, non attenditur. cum seq.*
19 *Intellectus §. final. l. si is cui. ff. de furt.*
21. *Lucrum cessans non petet qui alibi tantum esset lucratus.*
22 *Lucrum proueniens ex industria hominis non solius lucrari, an attendatur.*
23 *Vsura quando dicatur, & nu. seq.*
26 *Lucrum cessans qualiter debeat probari.*
29 *Lucrum incertum non attenditur.*
30 *Lucrum quando dicatur incertum.*
31 *Solutus quando quis dicatur.*
32 *Egestate laborans an teneatur ad lucrum cessans. 33.*
34 *Quantitas certa pro interesse non potest promitti, & nu. 35.*
Quod amplia nu. 36. & seq. vsque ad nu. 44. & limitatur nu. 45. vsque ad nu. 54.
55 *Sententia super interesse quomodo ferri debeat. nu. 56. 57. & 58.*

Glossa vltima.

GLossa vltima tres habet partes, quæ patent. Secũda est ibi, sed regulariter. Tertia est ibi sed hæc lex vult.

1 Quæro ergo, pro declaratione huius glossæ an lucri cessantis sit habenda ratio. Bart. hic latè distinguit: collega breuiter: sed non complectitur omnia membra. Moder. Andega. ponit regu. negatiuam: ego verò facio regulam affirmatiuam: quòd in interesse lucri habetur ratio. Hæc regula fundatur in l. 3. §. fin. ff. de eo quod cer. loco. l. si mulier. §. rerum amotarum. ff. rerum amot. l. hæredes. §. si incerti. ff. famil. ercis. & per tex. hic, in fin. nam nisi apponeret regulam, quid adderet ad iura antiqua? cùm aliàs fuisset decisum, vt etiam testatur hic Imperator.

Regula affirmatiua quod lucri cessantis sit ratio habenda.

Item Imperator hic ponit regulã in damno, ergo & in lucro videtur velle ponere cùm velit antiquæ prolixitati finem imponere: vt in fine huius legis patet.

Item in versicu. & hoc non solum in damno, sed etiam in lucro nostra complectitur constitutio. generaliter dicit considerandũ interesse, tam in damno, quàm in lucro: ergo generaliter debet intelligi l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præstan.

2 Ponderanda est dictio, etiam, quæ est ampliatiua. l. a. C. de testibus. & includit idem esse

Dictio etiam est ampliatiua.

esse in diuersis casibus.text.in l.3.§.fin. ff. de eo quod certo loco.Bald.in marg. in verb. etiam.& sic quod non solum in damno sit interesse.considerabile,sed & in lucro:alioquin si Imperator noluisset lucrum regulariter deberi, hoc dixisset : vt habetur in l. vna.in fi.C.de caducis tollend. Ad hæc sub hoc nomine interesse,siue eius 'quod interest venit & lucrum,tex. in l. si commissa ff. rem ratam haberi, ibi inquantum mea interfuit,id est quantum mihi abest, quantũcunque lucrari potui.vbi stipulatio committitur rem ratam haberi, quando ratum non habetur,inquantum mea interfuit dominum'ratum habuisse, & postea elucidat quantum mea ducatur interesse, & respon. in id,quantum mihi abest,& sic in damno, & quantum lucrari potui, & sic in lucro.

3 Postremò,stare debemus decisioni magistrorum.cap.1.de decimis.l.pater. ff. de priuilegiis eredito.& dixi latè in præfatione l. quod iussit ff.de re iudi.& suprà : sed pauciores & plures doct.dicunt,lucrum considerandum in eo quod interest : ergo considerabitur.& primò gloss.hic formauit regulam:& in l.3.§.fina.ff.de eo quod cer.loco.cuius authoritas est cæteris anteponenda.Iason & Modern.in l.vt vim. ff.de iusti. & iure.& ista opinio est veritati consona. secundum Innocent.in c.sacro.colum. 3. de sententia excommu.sequitur Specul.in tit. de fruct.& interesse.& commune. idem tenuit hic Petrus & communiter doctores. Bartolus in l.numis. in fine. ff. de in litem iurando.Petrus Iacob.in pract.sua,titu. de actio.exempt.columna 3.ibi, hodie autem venit lucrum in omni actione & c.Baldus in l.3.§.portio.ff.ad legem Rhodi. de iact. Petrus de Ferra.in sua practic.in forma libel. in actione reali.in gloss.& in florenis. vers.deinde quæritur. dicit, quòd olim & hodie semper habenda fuit regula, quod interesse lucri cessantis debeatur. Paul. in dicta l.3.§.fina.Pirrus,& domi.Igneus.in l. quatenus ff.de regul.iuris. Decius cons.39. iuridicam.colum.2.& cons. 183. in controuersia.column.1.& cons. 322. visis consiliis. columna vltima Petrus de Anchara.. cons. 148.apud antiquos.col.2.Areti. cons.9.eleganter.circa finem.Cuma.cons.139. col. fin. & alij,quos infrà citabo.in ampliationib. & limita.

Regula.

Regula ergo est,quòd interesse lucri cessantis debetur.l.hæredes.§.si in certo. ff.familiæ erciscun.& supradictis iuribus. & l. 3.§.qui de sepulchri.ff.de sepul. violat. vbi sic dicitur, Qui de sepulchri violati actione iudicant, æstimabũt quatenus intersit, scilicet ex iniuria,quæ facta est,item ex lucro eius, qui violauerit, vel ex damno quod contigerit, vel ex temeritate eius qui fecit.

4 Primò amplia procedere : tam de iure ciuili,quàm etiam de iure canonico : vt not. doctores in capitu.P.& G. de offi.deleg c.t. de plus petitio.Petrus Ancharanus in Clementi.1.§.sanè.de vsuris. Panormitanus & alij,in capit.dilecti.de foro competen. cap. conquestus.& capit.fin.de vsuris. & c. cùm venerabilis.de except.Aretinus in l.diuortio.§.item si messes. ff. solu. matrim. Pirrus in d.l.quatenus.in 3.regul. Roma.cons.517. in casum. columna. 2. Socinus cons. 2.sequendo ordinem,in fine.volumine 1. Areti. cons.9.eleganter.circa finem & est communis sententia canonistarum, teste Aretino cons.152.viso themate.col.2.& cons.157. visis diligenter.in vlt.dubio.

5 Secundò etiam procedit, siue sit interesse circa rem,siue extra rem,in casibus quibus de iure debetur.l.3.ff.de condict.furti.l.venditor.ff.de euictionibus.l.3.§. final. de eo quod cert.loco.& ibi Paulus & Ias. post eum in l. si sterilis.§.si per venditorẽ.de action.empt. dic.vt infrà in 3.limit.

6 Tertiò amplia, etiam in foro conscientiæ.Thomas in 2.2.quæst.62. archiep. Florent in 2.parte summæ. tit. 1. capitul. 7.§. 19.Gabriel.Biel.in 4.sentent.quæstio.11.f.& Conrad.in tracta. de contract. quæstion. 30.conclu.4.Aluar.de planctu ecclesiæ. lib. 2.articul.46.litera Q.concurrentibus illis quæ ibi tradunt prædicti.

Etiam in foro conscientia lucrum attenditur

7 Quartò extende etiam procedere in tutore.l.pupillorum. C. de admini. tutorum.l. quicquid.arbit.tutel.Soci.cons. 2. sequendo.in fine,in 1.volu.

Intellige,quando impediretur lucrum ex re pupilli proueniens,vel occasione pupilli:alioquin secus.domi.Igneus,in l. quatenus.colum. 23.limita 4. vbi etiam ampliat in negotiorum gestore. per dictam l. quicquid.& l.si pupilli.§.videamus.ff.de negotiis gestis.idem & in procuratore.l.si cõmissa.ff. rem ratam haberi.Ideò si falsus procurator à meo debitore exegerit pecuniam promittens rem ratam dominum habiturum:si dominus nolit habere ratum, agetur contra procuratorem, quanti intererit soluentis, etiam ratione lucri.d.l.si commissa.& l.procurator.in t.illo titu.

8 Quintò amplia,etiam in lucro,quod quis perdit', eo quia à suis negociis euocatur. Nam etiam petitur. Bartolus in l. si procurator. per illum textum. ff. rem ratam haberi.

9 Sextò procedit, etiam si ageretur ex maleficio.l.1.§.non solùm.ff.de vi & vi armata.l.si mulier.§.rerum.ff.rerum amotarum. l.inde Naratius. §.idem Iulia. ad legem Aquiliam. l.inficiãdo.§ 1.de.fur. dixi suprà in 1.gl.in diuisione interesse ex delicto prouenientis.

10 Septimò amplia, etiam in contractibus, duobus tamen interuenientibus, primò quòd non possit intrinsecus interesse. d.

l.nummis.secundò,quòd habitus sit respectus ad futurum lucrum: contrahendo,vel delinquendo expressè:vt quia est promissū, vel tacitè,vt ex natura contractus.l.socium qui in eo.ff.pro socio.

11 Vel quia locus est solutioni adiectus.l.3.§.fin. de eo quod cert.loco. & sic debet intelligi textus in l.fina.ff.de pericul.& commo.rei vendit. videlicet quòd ibi contrahendo non fuit habitus respectus ad futurum lucrum expressè,nec tacitè:quia contrahendo emptionem, non habetur ratio lucri:secundum Alldega.in tractatu, de eo quod inter.fol.135.cum sequent. attamen ille intellectus parum conuenit. Cogita tamen super intellectu illius legis: Nam ratio ibi videtur esse,vt non petat venditor lucrum,etiam si maius sit vsuris:quia etiam si nullum lucrum fecisset, vsuras habebit pro modo fructuum: & sic (vt bona sit ratio & diminutionis, & augmenti) nil vltrà vsuras consequetur. argument. l. cum qui. ff.de iureiurando. Item hoc ibi statuitur: nam partes legis determinatione debent esse contentæ. Et quia vsuræ debentur in locum vnius interesse:ergo non debet quis alius interesse consequi:iuxta l. bona fides. ff.de regulis iuris.& nota. in dicta l.nummis.de in litem iurando. doctores in l.curabit.per illum textum.C. de action.empt. quia cum vnum interesse debetur,aliud non venit:postquam ergo vsuræ ibi veniebant, non veniet aliud interesse: vt suprà dixi in glo.dupli.not.bene.

Intellectus ad l.fi.de pericul. & cōmo.rei vē.

Octauò amplia,siue id lucri potuisset cōsequi venditor,siue non,si seruum non vendidisset.text. not.in l. cum autem.§.item si legatum.ff.de ædil.edict.

12 Nonò amplia tam in contractibus bonæ fidei,quàm stricti iuris.Ioan Andre. in c.nauiganti.de vsur.Aret.in consil.9. eleganter. in fine.d.l.3.§.finali.de eo quod certo.

Decimò extende procedere,tam in certis quàm in incertis:cum hic text. generaliter loquatur,generaliter intelligetur.l.1.§.generaliter.ff.de leg.præst.dixi plenè in loco. glos.1.in fine.suprà.

13 Primò fallit, quòd licet lucrum attendi debeat, non tamen totum: sed quod potuisset lucrari verisimiliter, habita quali quali recompensatione, attenta natura negotij,& personæ,non integra restitutio:vt si verisimiliter lucratus fuisset vltrà omnes expensas quinque florenos: tamen cum verisimilitudo non sit certitudo, illi quinque non sunt ita validi, sicut quatuor certi,vel pauciores, secundum rei exigentiam: secundum Conrad.in tractat.de contract.q.30,conclus.4. Refert, & sequitur Modern. Ioan. Lupus,in repeti.c.a.per vestras.colum. 2.de donatio.inter virum & vxorem. fol. 108. Quia minus est (secundum eos) aliquid in virtute siue habitu habere,quàm in actu: ideo relinquitur arbitrio boni viri,consideratis circunstantiis quantum fuisset verisimiliter lucratus, deductis impensis,& laboribus.Ioannes de Ana.in capitul. conquestus.de vsuris.& Felinus in capitul. cùm venerabilis.de exceptio. Ideò consideret iudex qualitatem agentis , patienti,& loci,secundum Marianum Socin.in capto. fina.de iniuris.quem refert dom. Lupus vbi suprà.& sequitur Adrianus de Traiect.in 4.sentent. de interesse. versicul.quia tractū est.Conrad.d. q.30.conclus.4. & q.35.conclusio.6.

Quæ requirantur antequam lucrū possit peti

Minus est in spe,quam in re

14 Et in foro conscientiæ quinque concurrentibus licitè petitur lucrum:primò,quòd computet pericula, & expensas:quia lucrū intelligitur deductis expensis, laboribus,& periculis.l.1. C.de fructibus & lit. expen.l. fructus.ff.solut. matris.

Secundò,quòd non sit intentionis lucrandi per hanc viam: sed per mercantiam,vel emptionem.Angelus de Clauas.in sua summa,in ver.vsura.in 1.§.16.

Lucrum non scientia quinque concurrentibus debetur.

Tertiò,quòd non contrahat pactum ad semper, sed ad aliquod tempus:quia aliter, quò ad iudiciū humanum, videretur quod vellet potius lucrari hoc modo, quàm per aliam viam.

Quartò,quòd ille cui mutuatur, non sit in tam arcta necessitate,& creditor in tali opulentia , quod ei gratis mutuare teneatur:vt in capitu.pasce fame morientem.86. distinct.declarat Panormitanus in capitul. nouit.columna 11. de iudic.doctores in d.l. necare.ff.de liberis agnos.Theolo.in 4.sentent.distinct. 15.& Angel. de Clauas.in ver. eleemosyna.

Quintò, quod id quod accipit,verè sit suum interesse:& tanti intersit,ac pro interesse accipiat: teste Angel. vbi suprà: & ibi Siluester.Alia vide per supradictos doctor. theologos,quibus me submitto.

15 Secundò fallit in lucro pendente ex alterius arbitrio.l. inde Neratius.§.1.ff.ad legē Aquiliam. vt si habeam molendinum, ad quod solent venire homines vicini: aliquis ædificat alterum vicini non veniunt ad meū ego peto lucrum cessans:nō possum, prout consuluit Baldus consil.71.casus talis est, Commùne,in primo volumi.quia iure suo facit:vt dixi suprà,de eo qui venit ad habitandum iuxta officinam.in 1.glos.in interesse æstimabili,non petibili.

De ædificante molendinū iuxta aliud.

16 Tertiò restringe , in interesse extra rem, quod venit cum iniuria alterius:quia eius non habetur ratio.l. si is cui.§.finali.ff.de furtis.vbi si quis possederit longo tempore rem, & cœperit præscribere, & sic eam poterat lucrari:tamen si quispiam eam furetur à possessore, & sic lucrum cessat: ad illud lucrum cessans non aget, cum iniuria & damno veri domini. glossa singularis in l. si quis vxori . in fine,in verbo, idem conse-

Lucrum cum iniuria alterius attenditur minimè.

consequitur.ff.de furtis.text.in l.sed & si constante.ff.de dona.inter virum & vxor. Segnor.Homede.consi.90.factum hic se habet.columna 4.versic.præterea lucri &c.& Ioannes Crot.in repetit.l.si is qui pro emptore, columna 11.ff.de vsucapio.sequitur hic Bartol.& alij Bald.in margarita versi.lucrum.in 2.quæstione.Floria.in l.si seruum in fine.ff.ad legem Aquiliam. A. gel.in §.1. Instit.illo titu.Ioan. de Platea,in l.vna.C. de col.Illiricia.libro 11.& ibi patruus meus magnus,Iacobus Rebuff. vide text.in arg. in l.tenendum ff.ex quibus causis maiores. & ista est communis. Et hoc est introductum,ne inde iniuriæ nascantur, vnde ius. l.meminerint.C.vnde vi.facit text.in l.deni que.ff ex quib.caus.maior.

17 Nec obstat,quòd vsuræ iure fforum,erant permissæ, per totum titulum de vsuris, & vsucapio.l.1.ff.de vsucapio. & sic non censetur venire cum iniuria alterius.l.nam hoc natura.& ibi glo.ff.de condictio.indebiti respond.quod ibi regulariter non censentur venire cum iniuria alterius: sed hic sic: quia quod alius à domino reciperet lucrũ rei non suæ,etiam iure fforum improbabatur:vt ibi.facit l.si fundum.ff.de fund.dotal.non alienand.

18 Item inquantum modern.hic intelligunt illum textum in d.l.si is cui.§.finali.quòd ibi actio furti non detur possessori bonæ fidei, ex caussa lucratiua: loquitur contra textũ.in l.eum qui §.is qui precario.ff.de furtis & contra textum in dicta l.eum.§.nõ solum.ibi,commodatario datur actio furti.& d.l.si is cui.etiam quandoque contra dominum.l.itaque.ff.illo titu. & dicta l.eũ qui.§.si epistola.& l.si editoris.§.fi.cum similibus iuris illo titu.

Moder. reprehenduntur.

19 Non obstat text.in dicto §.fina.l.si is cui. quia ibi bonæ fidei possessor non potest furti agere:quia dominus agere volebat & hoc probat text.ibi,quia furti agere potest is cuius interest. quando non concurrebat cum domino:si ergo dominus velit agere, præfertur.Et ita nouiter intelligo illũ text. licet modern.aliter intelligant,& multum titubent.

Nouus intellectus ad §.fi.l.si is cui.ff de fur.

20 Prædictam limitationem restringo,quando ad complendum illud lucrum, modicũ temporis superesset: quia de tali interesset habebitur ratio, licet cum iniuria domini rei.Bartolus in l.si is qui pro emptore. col. 5.versic.venio ad versi.quod si seruus. ff. de vsucapio.& ibi ponderant modern. maximè Ioan.Crot.gloss. in l.1.§.qui autem vi. ff.de vi & vi arma.facit text. in l.rerũ mixtura.§.Labeo.ff.de vsucap.pagi.2. & Ioan. Lupus,in repe.ca.per vestras.in vers.sexto cùm dicit textus in 6allatione, in fine, fol. 109.columna 4.de donation.inter virum & vxorem. facit quod tradit Iason in l.3. §.Labeo.columna 2.in 3.limitatione.ff.de acquiren.possess.

21 Quartò fallit,tantum quando alibi esset lucratus:vel per eum stetisset.l.diẽ functo. & alibi docto.ff.de offic.asses.

De eo qui alibi est lucratus, aut lucrũ potuit assequi.

Idem puto in lucro spreto:quod actor remisit, vel ad alium venire passus fuit.l.si sponsus §.si maritus.in 2.& §.seq si quis rogatus.ff.de donatio.inter virum & vxorem.Nam remittentibus actiones suas, non est amplius dandus regressus.l.quæritur.ff. de edil.edict.

22 Quintò fallit,in lucro proueniente ex industria hominis non soliti lucrari: nam id lucrũ attenditur minimè.l.si sterilis.§.cùm per venditorem.ff.de action.empt.licet alij intellectũ dentur ad illum textum. tamen iste est cõmunis,& eum sequitur Innocen. tius, Cardinal. & alij in c.sacro. sententia excommunicatio. Bart. & communiter doctores hic:Vital.de Camba. in tractatu, clausul.§.sed an iuri alimentorum.fol.332. in paruo volu.col.3.Socinus consi.156. pro fundamento. columna 3. in 1. vol. vbi dicit esse communem.& Iason in d.l.3.§ fi.de eo quod certo loco.

De homine nõ solito lucrari.

23 Imo est vsura ex sola spe lucri primaria, qui alioqui non mutuaret nisi lucrum spectaret: secus si illa spes esset secundaria: vt pote quia etiam si illud lucrum non spectaret mutuaret. Richardus in 4.sententia rum,distinc.15.glos.& doc.in c.consuluit. de vsur.Guillel.Bont. in quæstio. quodlibetica.Ioan.Baptista in repeti.l.1.col.36.C. de summa trinitate.Angel. & Siluester, in eorum summis.in versic. vsura in primo.q. 1.Si verò sit solitus lucrari, illud lucrum cessans petetur.d.l.3.§.fina.& l.socium.qui in eo.ff.pro socio.Cardinalis in clementi.1.§. sanè.quæstio.8.de vsur. Bartolus & communiter doctores hic.Iacobus in l.diẽ functo.columna 3.num.10.ff.de offi.asseso. d.Bnẽr.in consi.vlti.posito post consuetud. Biturig.A ber.in tracta.de augmento.conclus.vltima,limita 1 & Curtius in tracta.de moneta.fol.33.colum.2.do. Chass.in consuetud. Burgund. in rubr. *des droictz* §.23. Bald.nouellus in tracta.de dote. in 7. parte in 3.speciali.col.4.& Ioann. Campes. in eo tracta.in 2.parte.quæstio.6. Rom. consilio 517.in casu.col.2.

Quando dicatur vsura.

24 Igitur si mercatori debebam centum soluere, in proximis nundinis omnium sanctorum Lugduni:nõ soluo: mercator aget & ad centum,& ad id quod ex illis centum lucratus fuisset,si eos habuisset: cùm sit lucrari solitus.

Practica notabilis.

25 Et notandum est in practica:quòd in articulis debet poni, & libello, quòd ille qui petit lucrum, erat solitus lucrari, & nego ciari, & debet probari: alioqui quis non obtineret.Alexander in l.diuortio. in principio, columna 7.& l.insulam.§.vsuras. columna 2.ff soluto matrimonio.& consilio 141.viso themate.columna 2.in 5.volu. Socinus consil.179.circa.in 2.vol. Decius consi.

consil.116.in causa.in princi.& consil.322. visis consiliis, in fi.domi.Igneus, & Pirrus, in dicta l.quatenus. sic fuit decisum. Neapol.vt patet in eorum decisione. decis. 20. quidam nobilis.

26 Et hoc probatur, probando quòd homines eiusdem cōditionis, cuius est creditor, tantum lucrati fuissent vel tantum lucrati fuissent in proximis nūdinis. Et ita dicit Angelus se practicasse Florētiæ, in l.continuus §.cùm ita.& sequitur ibi Paulus.ff.de verb. obliga.

Lucrū cessans qualiter debeat probari.

27 Secus ergo si doctor mutuaret centum, & ad diem non fuerit solutū nō petet quicquam lucri: quia doctores communiter non lucrātur ex pecunia, sicut mercatores. Vide tamen quosdam merces exercentes Auenione.

28 Amplia, non solùm in debito ex contractu stricti iuris, vel arbitrariis: prout loquitur dicta l.3.§.finali.l.si commissa.§.fina.ff. rem ratam haberi. sed & multò fortius in contractibus bonæ fidei: eū magis sint priuilegiati.§.actionum.Instit.de actio. Paul. & Iason.in d.l.3.§ fin.

29 Limita, quando lucrum erat incertum, & in spe.l. quemadmodum.§. item Labeo.ff. ad legem Aquiliam.l.naturalem.§.1. de acquiren.rerum domi.l.si in lege.§.colonus. & l. si fundus. in fine. ff. locat. Paulus in l. 3.§.fina.ff.de eo quod certo loco. Alexander & Iason in l.omnium.columna vltima. ff.de in litem iurando.& ista est communis secundum Pirrum, in dicta l. quatenus. in 3.regula.& habet plurium æquitatis secundum Modern. Andegauen. folio 134. pagina 2.Secus ergo si erat certum, & probabile:& quasi in actu. Et ista est communis resolutio theologorum, relata per Siluestrum de prierio, in sua summa, in versicu. vsura.in 1.q.19.

Incertum lucrū non attēditur.

30 Et dicitur incertum, quando creditor mercari non consueuit: licet dicat se velle incipere, tempore solutionis: secundum Bartolum hic, & Salicetum in dicto §.cum per venditorem.

Quādo dicatur incertum.

31 Item propter vnum actum, non diceretur quis solitus lucrari & negotiari. l. 3. C. de episco.audi.glossa in c.ita nos.25.quæstione 2.Bartolus in l.legatis seruis. ff. de lega. 3.Angelus & alij, per illum textum.§. cùmque hoc deo.in proœ.Institu.Lucas de Penna, in l.1.columna 2. C.de deserto. libro ta. Paris de Puteo, in tractatu, de syndicatu. in ver.contrahere.versic.officiales. Iason in l. de pupillo.§. si quis ipsi.columna 6. in 6. quæstione Bartol. ff. de noui operis nunciatione.Moder.in capitulo t. in fi. de iudi. dominus Igneus, in d. l. quatenus. col. 23.

Solitus quādo dicatur.

32 Secundò limita, quando debitor in penuria vel egestate constitutus, nequiuerit ad terminum præstitutum soluere: secundum Rosa de Bustis, in sermo.quadrage. vt eum allegant moder.

Egestate laborans, an teneatur ad lucrum cessans.

33 Quod intellige, quando inciderit in eam necessitatem, ob quam iure diuino creditor teneretur sibi gratis mutuare: vt quia fame peribat. ita Conrad.in tracta. de contract.q.29.Sed in pari conditione necessitatis, tenebitur debitor, licet iusta causa interuenerit: quia potius debet succurri facienti gratiam. Nam debet debitor potius damna pati, quā creditor qui bona fide mutuat. Hadrian.de Traiect.in 4.sentent. dist.15. de restitu.versic.quia tactum est.& Conra.vbi supra.q.30.conclus.t.quia charitas bene ordinata à seipso incipit.l.præses eum similibus.C.de serui.& aqua.

34 Intellige interesse posse peti, si probaretur sed taxatio vel certa quātitas pro interesse promissa non valet.Io. Andr. in c. salubriter.& ibi Ambros.nume.49.de vsur. Laur. Rodolph.in c.consuluit.q. 53. illo tit. Bal. & alij in l.rogasti.§.si tibi.ff. si cert. peta.& l.1.C.de som.trio. Alex. consi. 61. viso.coi. penult.in 2.volu.& cons.221.super titolo. col.1.eodem volumine.& consil. 80. circa primum.in 3.volu.& cons. 27. viso themate.col.vlti.in 4.libr.& consil.74.viso. in 5. volu.Socinus cons.179.circa præsentē. col. 2.in 2.volu.Dec.in cons.39.iuridicam. col. 2.& cons.322.visis col.vltim. licet quidam frater Menaldus tenuerit contra. in repeti. c.omnis vtriusque sexus.lib.3.c.27. de pœniten.& remissio.

Certa quantitas pro interesse nō potest promitti.

35 Ratio est, quia non debet vēdere in quod non habet,& potest impediri multipliciter in habēdo. Soci.d.cons.179.circa præsentē. col.2.in 2.vol.de Vtino in sermo. de legib. sermo.17.in lege euangel. in 3. casu.domi. Chassa.in consuetudine Burgundiæ.§.23. Rubr.*des droicts.*

Nota rationem.

Item quia in fraudem vsurarum fieri videtur, secundum eos. Argu.l. qui testamentum.ff.de probationibus.& doctores in d. capit.salubriter.& capit. si. de vsuris. Præterea quia nō est in mora in principio contractus, nec sua interest, nec fortè intererit aut multòminus.not.in l.quod te.ff.si cer t. petatur.igitur cùm non possit sciri interesse, quod nondum est: ergo non poterit taxari. Ambros.de Vignate, in dicto c. salubriter.num.88.& 253.Bernard. de Bustis, in defensor.montis pietat.tracta. primo, in 1. parte, litera B.& in 2.& 3.parte, litera T.& litera D.in 2.Aneha.consi.148. apud antiquos.& consi.150.in quæstione.& Purpur. & alij in l.vinum.nume.60.ff.si certum petatur.domi.Hiero.Cagnolis, in repeti.l.cerabit.num.53.cum sequen. C. de act. empti. & ita pronunciauit senatus anno 1517. die 19.augusti.pro Pontuille, qui apposuerat pœnam quindecim solidorum pro quolibet die, quo non solueret, & curia illam pœnam reiecit, condemnans eum simpliciter ad soluendum intra mensem cum expensis, intra quē si non soluerit, condemnauit ad centum aureos vltra debitum.

Arrestum.

Primò

36 Primò amplia, quòd certa quantitas non potest promitti etiam si debitor confiteretur tempore promissionis se scire, quòd interesse ascendet ad summam taxatam. Bal. in d.§.si tibi.Petr.Anch. consi. 150. in quæstione.& Alex.consi.221.super titulo. col. 1. in 2.volumi.& consi.27.viso thæmate. col. vlt.in 4.vol.Deci.consi.322.visis.col. vlti.

37 Secundò amplia, non valere taxationem, etiam si apponeretur: Promittis decem, vel aliam summam, ad discretionem creditoris.Roma.cons. 520.circa propositam. col. 2.Alex. consil.61.viso.col. penul.in 2. volu. Felin in c.cùm venerabilis.col. 3. de excep. vbi limitat: vide ibi.

38 Tertiò amplia, etiam si creditor vellet subire periculum pecuniæ mutuatæ, licet non teneatur l.incendium.C. si cert. peta. & in compensationem suscepti periculi pacisci, vt quid vltra sortem detur: quia hoc non licet, secundum Roma. vbi suprà. d. consil. 520.col.2.vide ibi rationem, ne sim prolixus vltra quàm deceat.

39 Quartò amplia, etiam si iuramentum interuenisset: quod ad impossibile nô extenditur.regu.nemo potest.de regu.iur.libr.6. & summa angel.versic.iuramentum. in v. §.30.not.in c. debitores.de iureiur. Purpu. in l.rogasti.§.si tibi.num.35.ff. si cert.petat. not. Pet.Anch.consi.148.apud.col.2.

40 Quintò amplia, non valere taxationem, nec ad quantitatem conuêtam & taxatam, nec quò ad interesse quod verè prætenditur: quia vtile per inutili vitiabitur.not.Mo der.in d.§.si tibi.& faciunt ea quæ not.in regu.vtile. de regul iuris. lib.6. vide tamen in d.§.si tibi.

41 Sextò amplia, etiam si promitteretur pro dote non restituta ad diem. Petrus de Ancha.consil.150.in quæstione quæ vertitur. & Alex.consil.61. viso processu.col penult. & consi.74.viso titulo.in 5.vol. Soci.côsi.179. circa præsentem.col.2.in 2.volu.verum interesse petetur: sed nô taxatum.cap. salubriter.de vsur.

De testatore grauâte hæredē dare decem in singulos annos, quibus nô soluerit sortem

42 Septimò amplia, non solum in contractibus, sed etiam in vltimis voluntatibus. Ideo si testator legauerit in singulos annos centum: & si hæres non soluerit intra annum, voluit vt daret decem in singulos annos, quibus non solueret.d. centū. non valet talis depositio: quia esset vsura.l. 3. & ibi Bart.ff.de annuis legat. dixi in glossa 1.numero 65.

43 Imò ratio prohibitionis magis videtur comprehendere testatorem in discrimine vitæ constitutum, quàm alium: cùm non præsumatur immemor suæ salutis. l. fin. C. ad legem Iuliam repetun. dixi latè in repet. l.diuus, quam edidi Pictauis.ff. de senatusconsul. Syllania. inter pœnam, & vsuram, quid sit discriminis.Bartol.& alii in dicta l. cum stipulati.ff de verborum obligat. tradunt.ibi vide.

44 Vltimò amplia, etiam si promitteretur pro alimentis, vel pro alendis pauperibus: nam licet caussa sit fauorabilis, non ob hoc valebit illa taxatio: tamquam vsura fit. Petrus Anchar.consi.150. in quæstiune. col. 3. versi. concludo ergo Alexan.consi.27. viso themate.col.3.in 4.vol

45 Primò limita, nisi à principio côstare posset de interesse futuro, quia tunc valeret taxatio iusta: secundum Ioan.Baptist. in repetio.l.cunctos populos. col. 44. versi. insuper vltra dicta,C.de summa trinitate. vt in venditore, qui ad soluendum dedit terminum: quia cû emptor interim lucretur fructus, valeret côuentio in compensationem illorum: iuxta l. curabit. C. de actio. empti. vel postea poterit testibus, aut alias probare interesse conuentum esse verum: & tūnc poterit peti. Bald.& alij, in d.§. si tibi.quia præsumptio cedit in eum casum veritati. l. diuus.ff de in integ. resti.nec per hoc detegitur cupiditas lucrandi illicitè: vt dicunt doct.hic Moder.per l.expressa.de regu.iur. quæ secum non facit.

46 Secundò fallit, quando creditor ad tollendum moram debitoris, & ad se ipsum conseruandum idemnem, hanc taxationem faceret.Archiepisc. Florenti.in 2. parte suæ summæ, in titu.1.ca.7.§.16.in fine. Conrad. in tract.de contract.q.40.& 45. & Gabriel Biel super 4.sentent.q.11. & Ioan.de turre crema in summa.14.q.3. Durandus de sancto Portiano.in 4.senten libr.3. q. 2. distin. 37. Secus si bene scirem, quod in termino non poteras soluere: ideò vt lucrum haberem, stipulor q́ si non reddideris tali tempore, quòd dares decem pro centum: nam tum esset vsura: nec peti posset. arg.c.plerique.14.q.3.& c.certum est. de regu. iuris. liq.6.Ioan.Lupus, in repe. cap. per vestras. not.6.fol.180. col.1.de donat.inter virum & vxorem. ?

Nec obstat text.in l fina. ff. de præto. stip. nam loquitur de interesse rei principalis nô de accessorio: secundum Ambr.de Vignate, in repe.c.salobriter.num.52.de vsur.

74 Tertiò fallit, quando taxatio fieret post contractum.not.in capit.consuluit. de vsuris.cap.tua de simo.ca. 1.14. q. 3. facit quod not. Bart.post Cin. in l.1.C.de pact. pigno. & not.in cap. significante. de pigno. sequitur Panor. consi.64.visis col.3.in 1. volum. Alia dixi suprà in interesse conuento. in 1. gloss & in ver.dupli.vbi vide.

48 Quartò limitatur regula suprà posita, in lucro, quòd debitor cautissimus negociator lucratus esset vltra creditorem: nam illud non venit: sed quantum esset lucratus creditor, eùm tantum industria creditoris consideretur. Fel in c.cùm venerabilis. vers intellige.3.de exce. Ioan.Lupus, vbi suprà. columna 2.

49 Quintò fallit, quando ageretur ex facto quod adscriberetur culpæ, non dolo eius contra

contra quem agitur: & non venit.text.in l. sciendum.ff.ex quib.caus.maio.l 2. §. portio.ad legem Rhod.de iact.& ibi Bal.

50 Sexto fallit, in contractibus innominatis: quando quis vult recedere à contractu, & pœnitere: nam in eum casum venit tantum damnum, non lucrum.text.in l.si pecuniam. ff.de condic.caus.data.sic cōsuluit Bal.cōs. 182.locata fuit.col.2.in 1.volu.

51 Septimò fallit, quādo lex taxaret aliquid, vel consuetudo: tunc aliud lucrum incertum non posset peti.l.si.ff. de peri.& como. rei ven.& suprà dedi intellectū ad illā legē.

52 Octauò restringe, quando quis promitteret sarcire tantum damnum, quod quis pateretur: nam tunc nō petetur lucrum: quia finibus verborum debemus esse contenti. l.Gallus.§.quidam rectè.ff de lib. & posth. contractus ex conuentione partium legem accipiunt.l.1.§.si pecuniā ff. depositi. l.contractus.de regul.iur. Item expressum facit cessare tacitum.l.cùm filio.ff. de vulg. Item limitata dispositio, limitatum debet habere effectum.l in agris.ff.de acquire do. Præterea limitato nō potest quicquam accrescere.l.Lucius.§. quæ habebat.ff ad l. Treb. & pars cui damnum promittitur: videtur esse contenta de damno, & lucro renunciare: quod postea non petet.

53 Nonò tempera, in lucro quod quis ex re mea petere vellet: vt quia solebat quis trāsire per fundum meum: ego clausi illū: ideo cessat ei illud lucrum. Vel feci in domo mea puteum: tuus ob id desicatus est: quare cessat lucrum: tamen id non petes, cùm iure id faciam in meo.l.fluminum.§.fin. cum l.sequen ff.de damn.infect.l.1.§.idem ait.de aqua plu.arcen.l.quæro.de iure patr.l si de obseq Barto. & Ias.in l.quominus. q.11. de fluminib Bal.d.consil.128.

54 Vltimò fallit quando agitur contra aliquem non ex contractu, nec ex sua culpa.l. 2.§.portio.& ibi Bal.ff.ad leg.Rho.de iact. secus quando agitur ex contractu, vel ex culpa ipsius: vt hic Moder. Andega. multa elegantia scribit, in tractat. de eo quod interest, ponens tres regulas, fo.131. cum multis sequen.vnam negatiuam: tamen mihi conuenientius visum fuit posuisse regulam affirmatiuam. Ideò in tam vasto pelago eū vide, vbi plenis (vt ita dicam) columnis prosequitur: & Bartolus hic latè distinguit. Ex supradictis erit expedita sua distictio, & aliorum post eum.

55 Ad vltimum veniens, quæro quomodo iudex super interesse debeat suam proferre sententiam? & fac duos casus.

Sententia super interesse quomodo deferri debeat.

Primus est, quando in processu certa quantitas eius quod interest, petita est & probata: iudex ad illam certam quantitatem debet condemnare: teste Specul.in tit. de fruct.& interesse.§. si.versi.sed qualiter. & ibi Ioan. Andr.in addit.ad eum.Alber. in l.1.col.penul.ff.de act.emp. & vend. Purpu. in l.certi condictio.nume.98. cum seq.ff. si cert peta.& hic casus est facilis.

56 Secundus casus est, si in processu fuit interesse petitum, & non fuit aliter declaratum: iudex tunc ad aliud poterit condemnare: & postea in executione liquidare: Cardi. in ca.sacro.col.vlti.de senten.excom. Socin. in c. significantibus.in 1.membr.versi. 6.infertur fol.71.de libel.oblat.pro hoc est tex. in clemen.prima.& ibi.not. Bonifa. colum. 2.de rescrip. vide quòd dixi in gloss. in ver. In aliis circa finem, supra eodem, in forma petendi interesse.Roma.consi.270. pro decisione. Aufre.in decis.capel. Tholo.q.267. quod tempus.

57 Item post condemnare ad interesse, taxatione & liquidatione sibi impostetum reseruata. Bart.in l.si tertius.§.officium.ff. de aqua plu.arcen. Anto. de Butr.in c.grauis.de resti.spol.Guido Papæ, in decis.Delphina.q.405.vbi dicit, de stilo parlamenti seruari.per.gl in l.item. ff. familerscis.l.1.ad legem Falci.& illam gl.singul. dicit Corse. in singul.incip.saluo. dixi plenè in repeti.l. quod iussit.ff.de re iudi. & suprà in præfatio istius legis.in continua.glo. rubr. solent. tamen eanti iudices condemnare non simpliciter ad interesse, sed exprimere ad interesse procedens ex materia executionis realis, si aliqua sit, aliàs vidi pronunciari male iudicatum à iudicibus, qui simpliciter cō demnauerant ad interesse anno 1532.die 24. Maii, & super hoc vide ordina.reg. public. anno 1539.artic.88.& seq. & quomodo iudices debent æstimare quatenus interesit, elucidat plenius text. quàm quiuis alius in l.3.§. qui de sepulchri.ff. de sepulcho violato licet non allegetur à doctoribus communiter. *Arrestum.*

58 An possit declarari in executione Bartol. declarat in l.1.ff.iudica.solui. vt si quis petat sibi exhiberi instrumentum seu tabulas testamenti, iudex cōdemnabit ad exhibendum, & si non exhibuerit, iudex alteram proferet sentētiam super eo quod interest, eundem recusantem condemnando. l.1.§. condemnatio.ff.de tabul.exhib. l. qui restituere.de rei ven.facit l. si cum exceptione. §.hæc autem actio, quod met.caus.Ros. in tract.libel.in 2.parte rubr.de tabul. exhib. versic.sed quid sit petitium non sit.Ias. in §. curare. Institu.de actio. Hæc apud Bituriges auditoribus, cum summis laboribus, inter magnum aurium vsum dictaui: cùm collega.do. Alcia. Rubr.C.de pact.id temporis in eodem studio interpretaretur: qui grauatè, dum in opinionē suā non descenderem, tulit: sed veritatē semper (quod commodo meo fiat) esse præponendam ratus. Agam deo gratias, qui in trinitate perfecta viuit in secula. Amen

FINIS.

Spes mea Christus.

REVERENDO IN CHRISTO PAtri ac domino, D. Gulielmo à Prato, Claromontensi episcopo dignissimo, Petrus Rebuffus, I.V. Doctor, S.

VSV non infrequenter venit, vir amplissime, vt viri splendidi ac insignes, liberos parum sui similes relinquant. Contingit enim sæpenumero, vt patrum diligentia, eruditio eloquentia, fama splendor, atque authoritas, in filiis de suo gradu decidant, & tanquam elanguescant. Exempla huc pertinentia, quoniam multo plura sunt quàm vt pauci recenseri possint, notiora quàm vt debeant, non est in animo attexere. Quamobrem è veteribus plerique vxoribus ducere detrectarunt vt ipse Epaminondas Thebanorum dux noluit compedibus vxoriis irretiri, ne fortè parum sui similem filium gigneret: Pelopidæ exemplo deterritus qui tametsi clarus esset, infamem tamen filium ex vxore sustulit. Eam quoque ob causam, Augustus in cœlibatu agere, ac sine liberis mori optauit: zatus nihil perinde parentes discruciare, atque cum filios relinquunt nihil minus quam sui similes. Cæterum licet liberi paternam gloriam minuant, tu tamen famam reuerendissimi patris tui suo in gradu retines, & tanquam sartam tectam custodis: vt in te patrem (quem iure optimo suspiciunt omnes seu rarum quoddam naturæ miraculum) & intueamur, & admiremur. Pater nempe muneris omnibus absolutus est. grauitatis, constantiæ, seueritatis, prudentiæ, fortitudinis, temperantiæ, atque integritatis: quæ omnia in te clarius collucent, quàm vt à sene quidem præsule desiderare possimus. Fortasse mira viderentur, nisi te ex clarissimo patre, simulq; iustissimo natū esse meminissemus, qui quemadmodum maior esse non potest, ita nec tu felicior, Quamobrem nihil mirum videri debet, si Pontifex maximus hoc in regno hæreticorum causas fidei tuæ reddiderit, quod satis exploratã haberet vitæ tuæ integritatem. Porrò licet quæ attigimus te patrem referre abundè testentur, singularis tamen illa humanitas, qua singulos supra hominum fidem excipis ac foues, te patri similem proxime reddit. Si quos enim audis virtute commendabiles, ac eruditione claros, obsequiis inuitas quam primum, verbo commendas præmiis retines, munificentia concilias: atque ita, vt præsulem obliuiscaris, quò amicum præstare possis. Prudens omitto cæteras animi tui dotes, ne forsitam videar tibi palpũ obtrudere. Quòd cùm statuissem materiã in id quod interest (difficilem sane, recepto omnium iudicio) in schematismis formam consignare, ac veluti depingere, quò viris studiosis explanatior esset atque identidem animo circunspicerem, cui eam nuncuparem, tu vnus occurristi cui visum est eam dicare: vt nominis tui authoritate, ceu Aiacis clypeo circumcepta, tutius in manus hominum perueniret. Quam speramus futuram non inutilem istis candidatis. Nam rem alioqui bene obscuram, apertè (quantum fieri potuit) ac breuiter declarauimus. Quicquid autem est quod scripsimus, pro tua singulari humanitate excipias, non aliter quam soles cætera omnia: id quod si feceris, erit cur te & obseruare semper, & amare debeam. Vale. Parisiis 6. Idus Martias.

interesse, breuis P. Rebuffi declaratio.

AD formandum typum, videndum est primò, quo iure sit interesse inuentum. Secundò, quid sit. Tertiò, quotuplex. Ad primum respondeo, esse de iure diuino: vt Exod. 22. capitul. si leserit quispiam agrum alterius, vel vineam: & dimiserit iumentum vt depascatur aliena; quicquid optimum habuerit in agro suo, vel vineas, pro damni æstimatione restituet: & capitu. si leserit, de iniur. & damno dat. & ibidem dannum reddet: sed interesse est dānum: vt hoc text. damnum reddatur. & cap. 2. de fideiuss. ergo est de iure diuino: sed dicitur esse à gentibus postea receptum, & à iure canonico approbatum. d. ca. 2. de fideiusso. glo. in cap. conquestus. cum similibus, de vsur: sed quò ad formam, est iuris ciuilis: vt hicrde sic princeps non potest id remittere. l. venia. C. de in ius voc. fallit in tribus casibus positis in repe. huius. l. quam nouissimè conscripsi, anno 1510. vbi latius deducitur in præfa. quæstio. 1. & quot modis accipiatur ibi, q. 3. & quid veniat appellatione interesse, ibidem.

Secundò quæro, quid sit? & glo. in verbo prout, dicit esse damnum emergens, & lucrum cessans: ex eo quod aliquid fieri cessatur: & communiter approbatur per docto. Vel est æstimatio damni emergentis, aut lucri cessantis: ratione cessationis, aut facti (aliter quàm fieri debuit) legitimè prouenięs. Vel consideratur interesse dupliciter. Primò, ratione eius cui debetur: & tunc sic definirem: Est æstimatio damni emergentis, vel lucri cessantis, culpa debitoris creditori contingens. Secundò consideratur ratione eius à quo petitur: & est æstimatio damni dati, seu lucri cessantis, culpa debitoris prouenientis, per debitorem creditori sarcienda. Latius declaratur in repetit. in gloss. prout. vbi pono alias definitiones, & declarationes, vltra doctor. licet videre ibi. His contentus erit scholaris, pro declaratione terminorum. videat prouectus repetitionem.

Tertiò quæro, quotuplex sit interesse? Respond. in genere vnum esse, quod pono pro stipite: & sic intelligitur opinio Pet. & aliorum tenentium interesse vnum esse. & hoc per Bart. sic definitur: Interesse est iusta alicuius vtilitas. infrà declarabitur: & hoc diuiditur in multas species, siue accidentia: vt quidam dicunt. & plenè declaro in mea ad hanc l. repetitione, in gl. 1.

2 Interesse: Bar. l. sequen. quoddam est inæstimabile. aliud æstimabile. Inæstimabile, est iusta alicuius vtilitas inestimabilis. glos. in l. 1. ff. solu. matrimo. l. libertas. ff. de regul. iur. teneo tamen in dicta mea repetitione, non esse dabile interesse inestimabile: quin saltem infinitè æstimari possit. & hoc in gl. 1. vide ibi si lubet.

3 Inæstimabile diuiditur: quia aliud est non petibile, aliud petibile: non petibile est iusta alicuius vtilitas inestimabilis, non petibilis: vt si voluntatem explere non possim. Barba. consi. 74. col. 5. in 3. vol. & infrà declarabitur pleaius.

4 Petibile est, quod peti potest: vt si filius meus per te detineatur, interest mea inæstimabiliter: ob id petam filium mihi exhiberi. l. 1. & per totum. ff. de liber. homi. exhibē. & idem in viro, cuius vxor ab aliquo retinetur, interest mariti, quod non potest æstimari si os inferius fuerit maculatum id temporis: ideo petetur vxor exhiberi. rub. ff. de libe. exhiben. l. 1. in fi. & l. 2.

5 Interesse aliud est publicum, aliud priuatum Publicum, est reparatio publici status læsi, propter aliquód iniuste factū, vel non factum: datum, vel nō datum: quæ commodè æstimatio non potest. d. l. Igneus in rep. l. quatenus. col. 6. ff. de reg iur. Ego verò sic definio: est læsio status publici, propter cessationem, vel factum iniustum contingens, quæ æstimari commodè non potest. Primò pono, læsio, quia respublica læditur: vt infrà dicetur: & l. si quis ingenuam. §. final. ff. de captiuis. Alia declarantur in repetitione extensè. vbi licet videre.

6 Priuatum est, omne quod non est publicū: ideo vno cognito, alterum intelligetur. argu. l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. doc. in rub. de acq. pos.

7 In ciuilibus quoddam publicum interesse consistit: vtpote, quia publicè interest cloacas purgari. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de noui operis nunciatione, & si publica via sit destructa, publicè interest refici. l. ædiles. ff. de via publica. multa alia licet videre exempla in repet. in præfatio. & in glossa prima.

8 Item in criminalibus: vt interest publicè crimina non remanere impunita. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & publicè interest prouinciam malis purgari hominibus. l. congruit. ff. de offic. præsid.

9 Vltionis est, vt si seruus cognouerit dominam suam: & postea dominus eum vendiderit ea lege, vt Parisiis habitet: & ne manumittatur: propter vltionē interest domini. l. pen.

l.pen.C.si mancip ita fuer.alien.ne manu.l. seruus ea lege.ff.de ser.expor.& hoc inæsti mabile est,ratione affectionis,quam habet, & ratione timoris ne iterum damnum conoscatur.

10 Applicationis est,quando damnum passo applicatur:vt hoc text.not.Bal.in l.pen.C. de condict.ob caussam dato.& hoc est æstimabile.

11 Aestimabile,quod æstimari potest.Et hoc diuiditur:quoddam enim est æstimabile petibile,aliud non petibile. Aestimabile petibile est,quod æstimari,petique potest:vt in casibus in quibus petitur:vt habetur hic,& in l.1.ff.de act.empt.

12 Petibile quoddam dicitur generaliter,& largè,siue impropriè.quod sic per Bart.hic diffinitur:Est iusta alicuius vtilitas æstimabilis,petibilis:non habita propter alicuius factum iniustum,vel cessationem iniustam. Vt si peto rem mihi debitam,dicor meum interesse largè petere:id est,quod mihi vtile est:& sic stipulationes inuentæ fuere, vt quisque stipuletur quod sua interest.l.stipulatio ista.§.alteri.ff de verbor.obliga.& an precium,& interesse,sint idem : dicitur in repe.plenè.in gl.prout.

13 Aliud dicitur propriè,de quo hic amplè loquimur:quod sic per Barto.definitur:Est æstimatio alicuius vtilitatis non habitæ: propter factum iniustum, vel cessationem iniustam.Primò ponitur æstimatio,ad differentiam inæstimabilis:& ad differentiam præcedentis,quod rem ipsam respicit,seu factum debitum.Postea dicitur in definitione,non habitæ, vt lucrum & damnum comprehendat.Nam dum minuitur patrimonium,quis non habet vtilitatem : ob id dicitur pati damnum.l.si sterilis.§.cùm per venditorem.ff.de actio.emp.Dico propter factum iniustum:quia si esset iustum, non ageretur ad id quod interest.l.fluminum. §.si.ff.de dam.infect.dico latius in mea repe.in gl.1.Et hoc diuiditur:quoddam est legale,aliud iudiciale.

14 Legale est,quod à lege introductum seu approbatum est.no.in l.legitima.ff.de pact. & hoc modo interesse omne potest dici legale,quia à lege approbatum: vt suprà in præfa.dixi.Vel dicitur legale, quod à lege taxatur:vt in casibus certis ad duplum : vt hac l.versi.sancimus.Et an de iure nouo taxatum sit,vide quæ dixi in repe.in 4.nota. collegæ d. Alciati opinionem reprobatis.& hoc legale producit quatuor species,vt patet:& infrà declarabo.

15 Iudiciale est,quod per iudicem per suam subtilitatem æstimatur,ac taxatur:vt in casibus incertis:& patet hac lege,in versic.in aliis.Dico susius in repe.quam super hac lege conscripsi:hic tantũ trado terminos,vt iuuenes hic intellectis paruo negocio materiam amplecti possint.

16 Commune interesse secundum gloss. est commune rei precium Barto.non admittit sed sic finit:Interesse commune,est interesse communiter æstimatum l.si seruũ.ff ad leg.Aquil.at non placet:quia idẽ per idem definit,quod non admittitur l.1 ai gu.l.fin.ff. de offi.procur.Cæsa.Ego verò sic definio: Interesse commune est æstimatio damni emergentis,aut lucri cessantis,ab omnibus rei notitiam habentibus facienda,propter factum iniustum,vel cessationem iniustam vt debebas tradere mercatori equum tempore nundinarũ:cessas:oportet quòd ipse emat cariori precio teneris ad id quod interest,quod communiter homines æstimarent ad valorẽ equi,quem emit.Alia exempla vide in repet.in gl.1.& hoc in totum potest exigi,etiam vltra duplum.l.ratio.§. si per venditorem.& l.Iulia.ff.de actio.empt. Fallit in casibus traditis in repet.in glos.dupli:vbi inuenies regulam cum limitationibus. Vel commune dicitur, quod omnes communiter tangit:vt si omnium præbendæ canonicorum minuantur,eorum communiter interest:si præbenda vnius,specialiter.cap.cùm omnes.& cap.cũ accessissent. de consti.Inno in ca.cũ ecclesiasticæ.in fin. pen.col.de except.

17 Singulare interesse est,secundum gloss.si tua interfit propter affectum:verumenimuero quia aliud est interesse affectionis solius,aliud est interesse singulare:vt latè declaro in repet.Ideo Bar.sic finit,Est singulariter æstimatum:quod non admitto:vt dico in repeti.Igitur ego sic definio:Interesse singulare : est æstinatio vtilitatis singularis propter factum iniustum, vel cessationem iniustam prouenien : vt commodaui codicem meum,quem habeo , & apostillis & remissionibus,& scriptis refertum:si non reddas,non solùm ad precium commune teneris,videlicet ad tres libras Turonē.sed etiam ad meam singularem vtilitatem.Alia exempla tradit Specul.in tit.de interesse.§.si viso.& ego ipse in gl.1.

Quæret aliquis.vsque ad quã summam possit peti? & textus hic dicit,vsque ad duplum,in casibus habentibus certam quantitatem,aut naturam: vt hic.Fallit in casibus positis in repet.in glos.dupli.in incertis damnum re vera datũ reddi debet:vt hic, versicul.in aliis.Qui sunt illi casus certi,& incerti? Barto.hic dicit eos qui habent certam quantitatem,vel naturam.respectu sui, vel adiuncti:vt si promittis mihi decem.respectu sui est certum.l.certum.ff.si cer.pet. vel ratione adiuncti:vt vẽdis mihi domum pro centum:respectu illius adiuncti precii, dicitur contractus certus,secundum Bart. Fateor tamen,quòd indigeret declaratione regia in hoc regno,vel parlamentorum:vt dico in repet.Ego,salua correctione melius sentientis , intelligo casus habere certam quantitatem, siue sit in numero,siue pondere & mensura : de quibus in §.1.Institu.

quib. modis reconttahitur obliga. Siue sit quantitas continua: vt fundus decem arpentorum: siue discreta, vt decem: quia certum est. Naturam verò intelligo certam, in rebus animatis, quibus à Deo indita est certa natura. per quam animal dignoscitur & nobis est certa sua natura: vt bos, mulus, & cætera hoc genus, animalia. Nam Deus indidit boui certam certā naturam, per quam à iumento differt: & certa est nobis sua natura, videlicet quòd est bos, non equus, vel aliud animal: vt etiam licet videre per Aristotel. in lib. de natura animalium. Ideo si promitto decem, casus certus est quantitate: si hominē, equum, bouémve debeas: & non tradas tempore præstituto, casus certus est natura: si promittas facere domum, casus est incertus: cùm facta sint incerta. l. vbi. §. qui id quod. ff. de verb. oblig. fusius deduco in repet. in glo. quantitatem.

18 Interesse affectionis est, quod ex speciali affectu procedit: vt si seruum meum filium naturalem quis occiderit: ego ex affectione æstimo multò. Hæc affectio non auget condemnationem: sed quanti omnibus valet, inspicitur. l. si seruum. ff. ad l. Aquil. l. fi. de operis seruo.

19 Notādum est, quòd duplex est affectio: vna, quæ est iuncta cum vtilitate: & hæc est æstimabilis cōmodo pecuniario: & ista bene consideratur, & auget condemnationem: videamus §. 1. ff. de in lit. iuran. vt in libro cui multa scripsi si aliquis eum retineat, nolēs restituere, ex illa affectione iuncta cum vtilitate, iurabitur in litem: & duplum consequi potero per hanc legem: vt. dixi in gl. 1. an in iuramento in litem procedat hæc lex: quòd sic licet collega contrà, cuius fundamentis ibidem respond. Alia est affectio sola, quæ pecunia non æstimatur: & hæc non auget condemnationem. l. libertus qui soluendo. ff. de bonis liberto. l. cùm seruus. manda Bald. in addi. ad Specu. in tit. de fructi. & interesse. col. pen. l. 1. §. sed si rem. ff. si quid in fraud. patro. alia vide in d. glos. 1. tam in contractibus bonæ fidei, quàm stricti iuris.

20 Conuentum, est precium conuentum: secundum glos. hic: quæ reprehenditur per doct. vt plenè dico in repe. in gl. 1. ego igitur sic definio. Interesse conuentum, est pecunia conuentione partium promissa, in defectum primæ conuentionis non completæ. Vnde si vendas mihi domum cētum aureis, & si non tradas, promittis decem: si tradas, non potest agi ad decem promissa: quia conuentio est completa: secus si non tradideris. l. sumendo argu. à contrario. ff. de actio. emp. & hoc interesse debetur totum, etiam vltra duplum. §. alteri. Instit. de inutili stipula. Bart. & communiter doct. hic, quod fallit in octo casibus, quos pono in repe. in glo. dupli. vbi figo regulam cum ampliationibus & limitationibus. Ité quādo interesse conuentum, seu pœna, adiicitur speciei: debetur. l. Lucius. ff. de actio. en. pt. Idem si facto. l. 2. §. item si in facto. ff. de verbor. obligationi. secus si adiiciatur dationi quantitatis: quia tunc in fraudem vsurarum præsumitur apposita. l. rep. asti. §. in tibus. ff. si cer. peta. c. dilecti de arbit. quod: ampliatur in nouem casibus: & limitatur in septem, tradiris in repe. in glo. 1. & an pœna conuentionalis possit excedere citra duplum: vide in gl. proferuntur. vbi trado regulam, quòd sic: cum limitationibus: ibi licet videre.

21 Diuiditur hoc conuentum: in certum, & incertum. Certū est, quando apparet quid, quale, quantùm ve sit: vt quando pro naso sum est, Si non tradideris rem verdiram, promittis decem. l. fi. ff. de præto. stipula. l. certum. si cer. pet.

22 Incertum est, quod per se non est liquidum, quid, quale quantùm ve sit. l. vbi. ff. de ver. oblig. l. 1. §. fi. de eo quod cer. loco & quomodo possit certum fieri? respondeo, officio iudicis, taxantis in casibus incertis. Iacobi. in l. fi. ff. si quis in ius voca. non ier. & in aliis casibus quos pono in repe. in glo. subtilitatem, vbi fusius trado practicā probandi interesse, vltra docto. hactenus, vide si lubet.

23 Certum producit totale, & particulare, Totale interesse est, quod in totum debetur: vt si rem venditam non tradideris ad totum id quod interest teneris. l. 1. ff. de act. empt. & ibi Sali. & l. 2. §. si qui fatūdi. cogā. vel totale debetur in casibus incertis: nam iudex in eis sine deminutione per summā subtilitatem reddi iubebit: vt hic in versicu. in aliis.

24 Particulare interesse debetur, si quis tradidit rem, & non cauerit de euictione, & emptor alteri velit vendere: sed non potest tanti, quanti si fuisset cautum: emptor aget non ad totum: sed ad particulare interesse quod patitur. l. ex empto. §. fin. ff. de actio. empt. & ibi Bar. & alii. l. si fundus. loca.

25 Intra rem, seu circa rem, vel intrinsecum interesse, oritur ex communi: extra rem, seu extrinsecum, ex singulari regulariter: & sic signaui. Et intrinsecum esti illud quod ex ipsa re prouenit: vt fructus, partus, & similia. Nouiter ego sic definio interesse circa rem, est æstimatio vtilitatis non habitæ culpa alterius, circa rem consistentis, Sic ferè definit tex. in l. si sterilis. §. cùm per venditorem. ff. de actio. empt. & in hoc comprehenditur valor aurcorum, vel augmentum, siue deminutio. l. cum quid. & l. vinum. ff. si cert. peta. & hoc totum debetur, etiam vltra duplum: vt si mutuaueris mihi vinum reddendum in festo paschatis: quod non reddis: valuit in mense Iulio, vel Augusto decem libras: teneris quanti plurimi valuit a tempore moræ. d. l. vinum. & d. §. cùm per venditore

venditorem. vide in glos. dupli. vbi formo regulam cum limitationibus, insequens doctrinam Bar. & communem: respondénsque fundamentis volentium singularem prosequi opinionem, & præcipuè collegæ dom. Alcia. & istud producit generationem. Nam quoddam est.

26 Actionis amissæ, quod competit quando actio est amissa: nam tunc agam contra illū, si suo facto amissa sit, ad id quod interest actionem non esse amissam. l. si eum. §. qui iniuriarum ff. si quis cautio.

27 Aliud est circa damna, & expensas: vt si damna vel expensas tua caussa passus sim: cōtra te ad id agā. l. sancimus. C. de iud. Clem. 1. de rescript. Alber. in l. & si post tres, col. 2. ff. si quis cautio.

28 Interesse iuris interitus, vt si dum iniuriarum contra te agerem, quidam me detinuit, & impediuit ne actionem illam prosequeret: & sic anno fuit amissa. l. si non conuicij. ff. de iniur. agam ad id quod interest, ratione iuris interitus. l. 1. & ibi Bald. col. 1. ff. si ex noxal. causa agatur.

29 Mutationis personæ est: vt si alienasti in potentiorem rem, quam à te petere volebā: potero contra te experiri actione in factum, quanti mea interest, ob personæ mutationē. l. 1. ff. de aliena. iudic. mutan. causa. plenius dico in rep. in gl. 1.

30 Mutationis fori interesse petitur, quando alienatur in clericum, vel scholarem, res, quam petere volebam: & sic mutatur forus: agam ad id quod interest ratione mutationis fori l. si fideiussor. ff. qui satisda. cogan. & an cessiones scholaribus, vel clericis factæ valeant: dico in repe. in glo. 1. tam per regis ordinationes, quàm per iura, & plenissimè. in scholastico. priuileg. 177.

31 Ex delicto aliud interesse prouenit, si furto instrumenta mea, per quæ debitum poteram probare, subtraxeris: propter quod debitum probare non possum: teneris ad interesse ex tuo delicto proueniens. l. Iulia. ff. de act. empt. c. si quis. 11. q. 3. & in delictis intersf se etiam non excedit duplum: vt hoc text. in ver. in omnibus. & ibi dixi ibi in glo. licet col lega teneat contra cui respondeo in glos. casibus, communem sustinendo.

31 Ex quasi delicto interesse, dicitur damnum ex quasi delicto alterius culpa proueniens: vt si officialis, seu alius, sine caussa me excommunicauerit: ideo durante excommunicatione non potui agere, iure prohibente. c. intelleximus. de iudic. quamobrem perdidi actionem: agam contra excommunicantem ad id quod interest, ex suo proueniens quasi delicto. l. ex maleficiis. ff de actio. & obliga. Cardi. in ca. sacro. col. 9. vers. quæro, an alio modo. de sent. excom.

32 Ex contractu, dicitur damnum emergens, seu lucrum cessans, ratione contractus proueniens. patet in l. 1. ff. de actio. empt. dico plenius in repe.

32 Ex quasi contractu: vt si quidam, sit electus prælatus, tenebitur soluere expensas in prosecutione electionis factas: ex quodam quasi cōtractu. c. vt præteritæ de elect. io. Spe cul. in titu. de fruct. & interesse. §. fi. ver. in summa. & versicu. ex prædictis. & fusius dico in repe. hic tantum declaro terminos obscuros, propter iuuenes.

33 Extrinsecum, siue extra rem, est, quod rei occasione prouenit: secūdum Barto. hic. Vel est æstimatio damni emergentis, seu lucri cessantis, extra rem prouenientis: vt quia nō tradidisti fœnum tempore præstituto, quāobrem equi mei fame perempti sunt: extra rem est: & sic nō debetur regulariter. l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. empt. Fallit in casibus traditis in repetit. in glo. du pli. & hoc gignit.

34 Honoris interesse, quod competit quando de honore agitur: qui est lucro pecuniario præferendus. l. Iulia. ff. si quis omis. caussa testa. & potest agi, non solum iniuriarum pro honore, Bal. in l. obseruare. §. antequam. ff. de offic. proconsul. sed & officium iudicis implorari. Ioan. Fabr. in §. aliam. Inst. de bon. possess. cum dictione tamen, quam feci in re- pet. vbi licet plenius videre in glo. 1. & intellectum nouum ad l iniuriarum. §. si quis de honoribus. ff. de iniur.

35 Interesse commodi est, quando de cōmodo agitur; vt hic, & hoc quandoque intra rem est: aliquando extra: vt potes cogitare. Commodi interesse, aut consistit in lucro, aut in damno. in lucro, quando debitor non soluit mercatori in nundinis Lugduni: ob id mercator cessauit lucrari: aget ad id interesse, quod in lucro consistit Et regulariter hoc lucrum cessans petitur. Fallit in multis casibus traditis in repeti. ad hanc l. glos. vltim. & Petr. de Ferra. in forma libel. in act. real. in glo. & in florenis In damno consistit: quādo aliquis passus est damnum. no. in l. cum venditorem. C. de act. empt.

36 Aestimabile non petibile, est iusta alicuius vtilitas æstimabilis, non petibilis: habita, vel non habita: sine alicuius facto iniusto, vel cessatione iniusta. Bartol. hic. Primò dicitur iusta, quia iniusta non attenditur. l. itaque ff. de furt. Item dicitur, æstimabilis, ad differentiam inæstimabilis, non petibilis, ad differentiam petibilis: postea dicitur, habita: vt omnes casus comprehendat, in quibus quis habet quod sua habere interest, & tamen non agit: vt si rem meā possideam, interest mea habere: tamen illud interesse non possum petere: licet possit æstimari valor rei. lege nemo rem suam. ff. de ver. oblig. l. fuæ rei de contrahen. empt. non habita, vt si sartor vel aliud artifex veniat ad habitandum in proxima officina similis artificis, illius interest: quia non tantum lucrabitur: tamen illud interesse nō petet. lege libertus negociatorius. ff. de ope. libert. vel sic, potest breuius definiri: Est vtilitas quæ

R 3 æstima

æstimari, sed peti non potest. Plenius dico in repet.in gl.1.

37 Hoc non petibile diuiditur: quia quoddam est, quo mediante nil petimus:aliud, quo mediante petimus. Primum est,quia mea interest non habere domum delectabilem, vel pulchram hospitam, omnibus propiciam, propter magnum numerum eam visitantium,& amicorum concursum. Id tamen interesse non peto,licet posset æstimari.gl.in lege prima,ff.de seruit.vrb. prædio. Alia exempla licet videre per text.in l. qua actione.§.si quis in colluctatione. ff.ad l.Aquiliam.vide alia in d.glo.1.

38 Et istud aliquando est ex caussa probabili,sed non honesta:vt in fure,à quo subtrahitur res furtiua:nam licet sua intersit,quia ad restitutionem tenetur:tamen non agit : quia caussa est inhonesta,& iniusta:quia ex improbitate sua actionem consequi non debet.l. itaque.ff.de furt.lege eum qui.§.is autem. illo titul. Limita,vt in repe.

39 Ex caussa honesta,sed non probabili est, vt si emi librum, antequam sit mihi traditus,fur eum accipit: licet mea intersit,& ex caussa honesta: tamen furti non agam,quia caussa non est probabilis : id est, à iure approbata: vt ante traditionem dominium habeam. l. traditionibus. C.de pact. glossa in l.manifestissimi.de fur.per d.l. eum qui in princip.

40 Quo mediante petimus, est: vt si quis agat actione populari, quia sua interest:illud tamen non petit, sed eo mediante ad pœnam,seu vindictam agit.glo.in rubr.ff.de popula. actio per totum.l. si vero.§. hæc autem.ff. de his qui deiec. Ias.in l. eum qui.§. in popularibus.de iureiur. Idem si appello, quia mea interest : id tamen non peto:sed eo mediante sententiam rescindi, & malè iudicatum pronunciari.l. eos. C. de appell. l.in ratione,in 1.§. Imperator.ff.ad l.Falcid. & istud est ex caussa honesta, & probabili, vt si res mea sit à me furata,mea interest,& caussa est tum honesta, tum probabilis. Ideo furti agam.l.1.& l.si is cui.ff. de furt cum intellectum in repetit. trado nouum: vide ibi.

41 Item est interesse mœroris:quia non tradidisti fœnum tempore præstituto, equi mei mortui sunt:magnum habui mœrorem. Illud tamen non peto, sed quantum tunc valuit. Baldus in l.cùm venditorem.C.de actio.empt.

42 Pudoris interesse est,si rusticus,vel alius, vendiderit mihi vinum optimum Montis pessulani: vel perdices tradendas tempore conuiuij: & non tradidit:magno affectus sum pudore, cum parum valeat conuiuium sine bono vino : tamen non petam illum pudorem, sed quantum valuit vinum id temporis,videlicet conuiuij.doctor in lege si sterilis.§. cum per venditorem. ff.de action. emptio.

43 Valoris est: vt si non tradas rem venditam,teneris ad id quod interest: id est,quantum valet:& quandoque in plus.l.1 ff.de act. empt. Alia multa tetigi in repet.quæ hic non transcribo:sed volens plenè hanc materiam attingere, perlegat eam,bonique consulat, ac Deum oret,qui in trinitate perfecta viuit & regnat in secula.Amen.

Spes mea Christus.

FEVDORVM DECLARATIO,

IN QVA MVLTAE PONVNTVR CORRECTIONES, QVAE CONTRARIA CONSVETVDINE

suetudine inualuerunt, compilata ac congesta per clarissimum virum Iuris vtriusque doctorem, D. Petrum Rebuffum De Monte Pessulano.

Adiecimus feudorum typum & seruitutum schematismum.

ILLVSTRI VIRO, AC IVRE CONSVLTO PREASTANTISSIMO, OPTIMOQVE

viro domico Nicolao Boerio Burdegallen. in senatu præsidi meritissimo, Petrus Rebuffus S. P. D.

COGITANS ego, æquissime præses quanta sit authoritatis tuæ amplitudo, quàm ingens & sonorũ famæ tuæ nomẽ, quod olim Pythagoræ illi Samio, id hodie tibi contigisse video. Siquidem postquã se iunxit se ab humanis vir ille gratissimus, eius dicta, vt à vero minime aliena, pro oraculo quodam Apolinis, apud eos qui illum quondam audiuerãt, anxie ac religiose suspiciebãtur, ita vt nihil esse verius illis putaretur. De te vero qualem vbiq; gentiũ induerint opinionem vtriusq; iuris sacerdotes, satis ostendit ista (ad quam te non diuitiarum vis atque copia, non aulicum artificium, non palpans & blandula adulatio, sed tua exim ia virtus & incredibilis in legibus interpretandis æquitas innexit) senatoria dignitas. Certe quoties in Augusto illo Aquitaniæ senatu, immo in quolibet totius Galliæ iudiciali foro dubia incidunt aliqua & reciprocans quæstio, ad te, velut olim ad Oedipodem, vel tua opera concurritur, adeo, vt mirandũ sit, in vno homine tantam iurisprudentiæ (vt interim varia quibus ornatus es scientiarum genera omittam) notionem existere. Itaq; cùm non sim ne scius, Pessulanenses pro communi vtilitate vigilias non spernere, vti licet videre de Azone, qui in tres nouissimos libros Iustiniani Codicis Commentaria, seu summam appositè in Montepessulano digessit. Item testatur & Ioãnes Berberius, cuius extat opus illud lucubratissimum, cui Viatorio iuris nomen impositum est præterea Bertrandum de Monte Fauentino, qui Idem functo, in eodem castro repetiit: & expost in Cardinalem ob eius præclaram scientiam creatus extitit. Quantum verò adiumenti, vt domestica etiam exempla adducam, attulerit nostri ordinis hominibus Iacobus ille Rebuffus, mihi patruus magnus, satis ostendũt præclaræ eius inuentiones, & scripturæ. Ego quoque horum exemplo accensus, hoc qualequale est transposui potius quàm compilaui: tibique cui omnia debeo, dedicandũ duxi, ex cuius fontibus potiorem præsentis munusculi partem hausissi (si nullo est veritas contaminanda mendacio) fatear est necesse. illud ergo iocundo suscipias animo, vir humanissime, atque sub vmbra tui nominis à latrantium canum baubatibus protege: quod si feceris, incredibiles, mihi crede, ad literarum laborem fortiter ubeundum stimulos cuibus tuis concitabis. Vale tui Rebuffi memor.

Feudorum diuisio vigecuplex.

- I.
  - 1 *Ecclesiasticum quod*
    - *ab ecclesia datur.*
    - *ab ecclesia suscipitur,*
    - *datur, vel suscipitur a clerico non tanquã ab ecclesia.*
  - 2 *Seculare.*
- II.
  - 3 *Regale*
  - 4 *Non regale.*
- III.
  - 5 *Nobile*
  - 6 *Minus nobile.*
  - 7 *Aliqualiter nobile.*
  - 8 *Ignobile.*
- IIII.
  - 9 *Paternum, seu antiquum,*
  - 10 *Nouum.*
- V.
  - 11 *Paternum,*
  - 12 *Maternum.*
- VI.
  - 13 *Masculinum,*
  - 14 *Fœmineum.*
- VII.
  - 15 *Habens propriam naturam,*
  - 16 *Habens impropriam.*
- VIII.
  - 17 *Reale,*
  - 18 *Personale.*
  - 19 *Personalissimum.*
- IX.
  - 20 *Iurabile,*
  - 21 *Non iurabile.*
- X.
  - 22 *Ligium*
  - 23 *Non ligium.*
- XI.
  - 24 *Annale,*
  - 25 *Perpetuum.*
- XII.
  - 26 *Diuisibile,*
  - 27 *Indiuisibile.*
- XIII.
  - 28 *Purum: siue simpelx.*
  - 29 *Non rectum.*
- XIIII.
  - 30 *Francum,*
  - 31 *Non Francum.*
- XV.
  - 32 *Ad omnes hæredes transitorium.*
  - 33 *Non transitorium ad omnes hæredes.*
- XVI.
  - 34 *Corporale,*
  - 35 *Incorporale.*
- XVII.
  - 36 *De Camera.*
  - 37 *De cauena.*
- XVIII.
  - 38 *Guardiæ.*
  - 39 *Castaldiæ.*
  - 40 *Quod pro mercede datur.*
- XIX.
  - 41 *In curte domini,*
  - 42 *Extra curtem.*
- XX.
  - 43 *Aduocatiæ,*
  - 44 *De tabula.*

FEVDORVM DECLARATIO,

IN QVA MVLTAE PONVNTVR CORRECTIONES, quæ contraria consuetudine inualuerunt, maxime in hoc Christianissimo Franciæ regno, compilata per spectabilem ac egregium virum dominum Petrum Rebuffum, de Monte Pessulano, iuris vtriusque doctorem Parisiis regentem.

QVANQVAM multa in hac materia feudorum scripta reperiantur hincinde dispersa, tamen quia variã tribus tẽporibus iura & consuetudines variantur, in c. 1. de consanguinitat. & affinitat. ita quòd vix in ista materia potest certa dari doctrina vel regula in hoc regno: sed secundũ consuetudines locorũ & ritus variatur vsus, vt asserit conterraneus meus Ioan. Berbe. in viator. iuris, in rubr. de feud. in pe. quæstione. ideò breui bonum ratus diuisiones colligere quasdam & cõsuetudines contra consuetudines feudorum scriptas, nunc in viridi obseruantia in hoc regno existentes, iuxta l. Arriani. C, de hæreti. & cùm consuetudines feudorum fuerint vsu hominũ introductæ, contrario vsu possunt tolli. §. ex non scripto. institu. de iure natura. & ibi docto. & Ioan. Fabri, in §. primo, in fin. instit. de his per quos agere possumus. Bald. in l secunda. per illum text. ff. de vulgar. Deci. consil. 269. consultus. in colum. quarta, nume. octauo. & consilio 390. quoniam ex facto. colum. sexta, versic. quinto. quia ius. numer. 12. ca. vno §. filij. in 1. si de feudo. conten. fit inter domi. & agna. vasal. Et maximè dominatur in feudalibus consuetudo. cap. Obertus. de feud. cogni. gloss. l. de quibus. ff. de legib. Guidò papa singu. 594. Et etiam cum sint consuetudines locales, non habent nos in hoc adstringere regno, inquit Petrus Iacob. in sua practic. in rubric. de succesio. feud. & doctissimus ille do. meus & concinis do. Boer. in libro consuetu. Bitur. in §. secundo, de consuet. feud. & censual quod est verum in casibus in quibus repetitur contraria consuetudo: alias seruabuntur consuetudines feudorum tanquam ius scriptum, vt concludunt communiter doctor. in præludijs feudo. & quia hæc materia est fructuosior & frequentior in Francia & alijs regnis quàm in Lombardia, quæ caret rege: ideò semper in passione & anxietate erit, secundùm Petrum de Ferra. in sua practi. in forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi, in princip. sed dicit verum de facto: sed de iure Christianissimus Rex noster Franciæ, est rex & dux illorum: sed væ illis, cùm eum non admittant, sed quotidie rebellẽt. Sunt etiã causæ feudorum graues, & magni põderis, magnoque solent præstare prouẽtus, vt asserit modernorũ facilè princeps. Ias. in procem. feud in prin. & est hodie practicabilis, ex cuius sciẽtia oriuntur nũmi, & transeunt in bursas aduocatorum feudistarũ, secundum do. Io. Saxon in consuetudinib. Turo. in titulo, *cõment hõmage se doibt offrir à son seigneur*. in princ. estque lucrosa materia, vt verbis vtar do. Ia. Pyrrhi in consue. Aurelia. rubric. de feud. c. 3. & quandoque vnus casus est sufficiens ad ditãdum hominẽ, si in hac materia accidat per vitã. Videndum est ergo quid sit feudum, vnde dicatur, quæ sit eius natura: & demum ad diuisiones & typi declarationem. veniemus. Primò quæro, quid sit feudum? Et respõd. quòd est beneuola actio tribuẽs gaudium capientibus, capiẽnsque retribuendo: in id quod facit, prona, & sponte suà parata. ca. vno. versicu. beneficium. in quib. caus. feu. amittat. & hanc definitionem posuerunt communiter summistæ: quam sequitur Sozi. consil. 167. non inutilis. in princ. in secundo volum. & consi. 67. visa donatione in 3. volum. aliam definitionem citat Io. Raynaud. in comprehen. feudal. in princi. videlicet, Feudum est beneuola & libera rei immobilis vel æquipollentis concessio cum translatione vtilis dominii, proprietate retenta sub fidelitate & exhibitione seruitiorum honestorum. & bene dicit, honestorum: quia si feudum concederetur ad seruitium inhonestum, non teneret feudi concessio. argu. text. in l. si remunerandi. §. rei turpis. l. si & mandauero. §. qui ædem. ff. mandi. & insti. eo. §. illud Panor. in ca. bonæ. in 2. numero. 14. de postula. præla. nam generaliter nouimus turpes stipulationes & concessiones nullius esse momenti. l. generaliter. ff. de verb. obliga. Petrus de bella pertica in suo tracta. de feud. in 1. quæst. Sequitur & Franc. Curtius in suo tracta. de feu. in 1. parte, quæst. 6. vbi dicit septem esse requisita: quæ latius extendit vir magni consilij. d. Io. le Cirier. in tract. de iure primogeniture. quæ. 4. lib. 2. in ver. possessio. colum. 2. nec vasallus in factis turpibus tenetur domino obedire. argu. l. hæc demum. & l. eius. ff. de oper. liber. ea. domino guerram. ibi, iustè. in princ. hic finitur lex. &c. idem tenet Petr. de Ferra. in sua practic. in forma libelli, quo agitur ad reboc. feud. in principio. ponens ibi aliam definitionem. & Barba.

& Barba.aliam in rub. de feud.colum.3. & Petrus de bella pertica in d.tractat. de feu. in princip.ponit tres. Sed Benedict.in repet. c.Raynutius.in verb.& vxorem. in 3. decisio.nume.524. extra de testamen. sequitur definitionem Ioan.Raynaud. licet Ioan.de Selua in suo tracta.de beneficio.in 1.quæst. primæ partis alias definitiones ponat: tamen Ias. in præludiis feud. & nouissimè d. Bartho. de Chassa.in consuetud. Burgund. in rub. *des fiedz*, sequûtur definitionem d. Ray.& Ioã.Sanxon vbi suprà in prin.dicit eam esse verã in genere,sed nõ in specie pro feudo nouo, vel antiquo.latè tradit in omni censura doctissimus vir d.Claud.Aquẽ. in specu.feud.rub.de definitione & inuentione feudi. vbi sic definit:Feudum est concessio rei habilis pro fidelitate. Quia periculosa est omnis definitio. l. omnis definitio.ff.de reg.iur.ad alia transeo.Et hoc feudum vocatur beneficium,in §. beneficium. si de feu.defuncti conten.sit inter domi. & agna.Vasalli c.vno de feud.fœminæ,& de benefi.fra.cum similibus,sequitur Curtius in d.tractu.de feud.in 1.parte,q.11.Et sic infertur quòd archiepiscopi,episcopi, & alij prælati pro eorum beneficiis possunt nominari vasalli papæ:nam suos episcopatu. à papa quasi in feudum habent, & eidem iurant fidelitatem,in c.ego N. de iure iurã. Alua in prælud.feud in 19. diuisio. Hodie etiam iurant episcopi fidelitatem regi Franciæ,qui in prædictis episcopatibus & prælaturis ac dignitatibus electiuis habet nominationem in d.regno:vt habetur in concordatis in rub.de elect. & maximè si episcopatus sit in partibus limitrophis: vt dico in d.auth.habita,vel de regalibus in ca. generali.de elec.nopit Io.Ferault in tracta. de iuribus Franco.regis.in quinto priuilegio & decimo, vbi limitat ratione rerum temporalium & feudorum habere verum: secus in aliis. Item feudum potest gratia appellari:vt not.Bal.in prælud.& Curtius cõs. 49.nu.47.& 68.& hic contractus feudalis quo ad nomẽ erat incognitus ante lib. feu. sed per consuetudines fuit baptizatus, vt sentit Lucas de Penna in l.1.colum.2.C. de pet.bono.sublat.lib.10. Ange. in cons.110. incip.sanctissima.in prin. Et Benedic. in d. verb.& vxorem. vbi suprà. Claud. Aquen. in specu.feu.quæst.3.sed contrarium tenuit d. Vdalric.Zasius in sua solenni repe.l.2. in verb.curias.ff.de origine iuris. Secundo quæritur,vnde dicatur feudum? Et respon. secundum communem opinionem docto. quòd à fide seu fidelitate.ca.vno.§. fin.per quos fiat inuestitu. vel dicitur à fidei datione: quia non debet aliqua inuestitura fieri ei qui fidelitatem recusat facere.ca. 1. infrà eod.Petr.de bella pertica vbi supra in 2.q. Host.in sua summa:rub.de feud.§.vnde dicatur.Bolog.in addit.ad Io. de Aua.in consil.7.incipiente. Visis.Panormita.consi. 82. quãquam in his. col.1.in 1. vol.Corne. consil.16. aperta fronte.col.1.volum.1. Claud. Aquen.in specu.feud.in 2.quæst. do. meus conciuis,d.Boer. in consue.Bitur.in §.3. de consuet.feu.Io.de tera rubea in tra contra rebelles regni,arti. 2.tertij tracta.(& ista vocabula feudorum inculta satis, ac barbara, restaurauit linguæ Latinæ meritissimus d.Budæus in annota.in Pandec. in l.Herennius.ff.de euict. & sequutus est Io.Pyrrhus in consue.Aurelia.rub.de feud.§.1.nec omisit admodum subtilis vir d. Vldaric.Zasius in repet. l.secundæ,in verb.curias.ff. de origine iuris) limita nisi feudum esset eo modo acquisitum,vt nulla fidelitas præstetur. vt ibi tenet Host.nam ex pacto potest contractus immutare naturam.l. naturalis. §. penult.ff.de præscript.ver. l. contractus.ff. regu. iur.sic & feudum. & licet in quolibet actu fides esse debeat, quando alienam fidem sequitur.l.1.ff.si cert. peta. in feud. tamen per excellentiã debet fides consistere, cùm dominus suo vasallo quodammodo parsonam,honorem, & bona committat. c.1.de noua forma fidelita. Bald. Aluar.& Ias.in prælud.feu.col.3.& ibi Io. Raynaud. in suo comprehen.2.quæst.Deci.cons.413. consuluit in prin.ideo feudatarius à feudo dicitur,& vocatur fidelis & valuasor, quasi dignus stare ad valuas domini,& eas intrare, propter beneficium quòd à domino accepit:vt tenet Alua.in c.vno.§. 1.quis dica.dux.d.Bartho.de Chassa. in consuetud. Burgund.in rub.*des successions des bastardz*, §.5.nume.66.in consi.Et quomodo sit præstanda fidelitas.ponit gloss. in d.c. 1. in fin. per quos fiat inuesti.Petrus de bella pertica vbi suprà.q.2.Specu.eo.tit. §. quoniam. versic.1.& versic.in plerisque sequitur Curtius in d.suo tracta. feud. quæst. 7. primæ partis.& d. Boer.in consuetu. Bitur. in d.§. 3. vbi in ea præstanda ponit differentiam inter nobilem & ignobilem: quia ignobilis in fidelitate nõ admittitur ad osculum pacis à domino,sed nobilis sic,etiam si à rege inuestituram accipiat.Idem Io. Sanxon in cõsuetu. Turo.in tit.*comment hommage se doit offrir*. in princ.& Bonus de Curtili, in tra.nobilita.in 5.parte.in 47. nobilium priuilegio.Corset.in repet.ca.grandi.in no.in verbo,fidelitatem.nu.68. & seq.de suppl. negli.præla.d.de Chassa. in consuet. Burg. in rub. *des fiedz*. §. 2. glos. *faire recognoissance*.& in magno consuetu.rub.*du serment. de fidelite*. Est etiã differentia inter clericos & laicos:quia laici tenent manus inter manus regis quãdo iurãt fidelitatem, vel inter manus cãcellarij:episcopi verò iurãt stola posita ad collũ, & manibus ad pectus: vt tenet Io.Ferault in tra.de iuribus Franc. regis.in 10.lilio. Et hæc fidelitas in 10.cõsistit quæ ponuntur in c.ego N.de iureiu.c.1. de noua forma fide.c.de forma,22.q.5. latè explicat Ioan.de terra rubea in in suo tracta.contra

ctat. contra rebelles regnum. articul. tertio, tertij tracta versicul. pro declaratione. Notandum est tamen, quòd istud iuramentum fidelitatis est quadruplex. Primum fit ratione feudi, de quo per totum librum feudorum. Secundum præstatur ratione familiaritatis, seu officij: vt si aliquis sit magister hospitii, vel camerarius, aut aliud habeat officium: vigore officij tria iurare tenetur: primũ, q iuxta posse saluabit vitam, membrũ, & rectum domini honorem & eius mentem, id est, secretum non reuelabit. ca. vno. §. si verò domesticus. qualiter vasal. iura debeat fidelita. do. Tertium iuramentum præstatur ratione habitationis, eò quòd Hispanus vel alius exterus habitat in Francia, tenetur Christianissimo regi nostro Franciæ præstare fidelitatem, postquam Rex illum permittit in terram suam habitare. not. Lucas de Penna in l. deuotum. columna prima C. de metat. libro 12. Alber. Brunus in cons. 35. in causa, colum. prima. & colum. quarta. Et hæc fidelitas est hodie in vsu. vt dicit se practicasse Guido papa in suis deci. q. 307. & formã iuramenti ponitur in magno consuetud. lib. 4 rub. *du serment des aulbins.* nam albini dicuntur quasi alibi quàm in regno nati. inde ius albinagij in Francia est illud ius quod Rex habet ad omnia bona sita in d. regno acquisita capiendum per d. exterũ: de quo glo. in ver. liberius de collat. in pragma. sanctio vide gloss. in procem. in verbo; exterum. & Benedict. in d. verb. & vxorem: nume. M. 42 & d. Boer. in §. final. de testamen. in consuetu. Bitur. d. Bartho. de Chassa. in d. consuetud. in rub. *des confiscations:* §. 1. nume. 37. Et non solum exterus debet fidelitatem præstare, imò etiam quilibet subditus regni ca. 1. qualiter vasal. iura. debeat fidelita. & in extra. ad reprimendum. & reuerentiam. ca. regum in fin. 23. quæst. quinta & 1. Petri 2. cap. Regem honorificate. sequitur Ioan. de terra rubea in tractat. contra rebelles regum articu. primo. tertij tractat & Ioan. Pyrrhus in gloss. ad consuetu. Aurelia. rubric. de successio. cap. 14. Quartum iuramentum est, quod tenetur præstare illi qui tenent & possident prædia in territorio seu iurisdictione alicuius domini. & vocatur iuramentum fidelitatis, & assecurationis. c. primo, qualiter vasa. iura. debeat fidelita. & ibi dicũt do. quo ad hoc iuramentum consuetudini standum esse, ita tenet Iaco. de sancto Georgio, in tracta. de feudis, in ver. qui quidem inuestitur. vbi latius ponit. vide. Et ista fidelitas quatuor personis est seruanda. videlicet imperatori cœlesti, id est Deo secundo imperatori terrestri in suo imperio, & regi Franciæ in hoc regno: tertiò domino seculari: quartò proximo suo. ita no. Petrus de Ferra in sua practi. in forma libel. quo agitur ad reuocat. feudi, in princi. Item alia est fidelitas, quæ debetur à coniuge. c. debitum. de biga. alia quæ debetur à quolibet amico ad amicum. Io. de terra rub. vbi supra. articu. 2. tertij tractat. Notandum est tamen, quòd hoc iuramentum fidelitatis, non præstatur per procuratorem: casus. singu. in c. vno. §. verum. de sta. regula. lib. 6. secundum Roma singul. 708. quia hoc iuramentum debet præstari per verbum ego talis N. ca. 7. de noua forma fidelita. & verbum ego, importat industriam personæ. 22. quæst. 5. c. de forma. & habetur Iob c. 19. Quem visurus ego. sequitur Bald. in l. prima. ff. de re. diuisio. limita, nisi dominus consentiat. d. §. verum, quia tunc reuerentia quæ præsentialiter & personaliter debet exhiberi. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condic. indebi. fiet per nuncium. Secundò limita, quando fidelitas esset præstanda per vniuersitatem, quia tunc per syndicum potest præstari, vt tenet Bald. & alij in l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig. Tertiò fallit in episcopis. §. episcopis. de statu regu. supra alleg. idem tenet Stepha. Maleretus in tracta de electio. fol. 48. vbi plenè. Quis possit infeudare, seu in feudum concedere? & dic quòd omnis qui non prohibetur iure. Petrus de bella pertica. in d. tracta. quæstion. tertia. & Hostien. in summa de feud. §. quis possit. quod intellige si habeat liberam bonorum administrationem: vt not. in ca. primo. §. noui, per quos fiat inuestitura sequitur d. Io. Saxon vbi suprà: ideò vasallus non potest in re feudali imponere censum seu annuã præstationem vel aliam seruitutem sine domini consensu: alioquin Dominus feudum poterit reuocare, vasallo etiam cõtradicente: Io. Masuer. in prac. sua rub. de feud, vers. Item vasallus in re feudali. Per quæ iura debeat terminari quæstio feudalis? Et respõ. quòd si in inuestitura iuramentum est interpositum, debet decisionibus iuris canonici decidi, vt tenet Bal. in c. imperialem. §. fi. col. 4. de prohi. feudi alie. per Frid. & hoc si ius ciuile & canonicum inuicẽ. contradicant secundum eum, & Alex. cons. 5. si vera sunt. col. 3. in 5. vol. arg. c. nouit. de iudic. Si iuramentum non erit interpositum, per iura ciuilia & consuetudines feudorum decidetur, secundum Bal. in l. liberti. in vlt. col. C. de oper. liber. & in cons. 183. factum sic se habet. in 3. vol. & 188. factum tale. eo. li. & refert Catellia. Cotta in secunda parte memoralium, in ver. feu. quæstio. & cõfert ad decisionem multarum quæstionum, secundũ Cur. in suo trac. feudo. in 1. parte. q. vlti. Et quis sit iudex in feudis, ponunt do. in c. cæterum, de iudi. Host. in summa huius tituli, §. apud quem. doct. in c. vno. apud quẽ vel quos cõtr. feudi terminari debeat, Io. Raynaud. in comprehẽd. feuda. in §. præterea. si inter duos. nu. 5. & seq. & ibi Alij. do. Nico. de Milis in reper. in ver. feudũ. q. 6. & ibi in addition. & Curtius vbi suprà in 7. parte.

Plenè Soz.

Plenè Soz.in ca.ex transmissa.de fo.comp. Tertio quæro,quæ sit natura feudi? Respõ. quia dominus qui concedit, retinet sibi directum dominium, in cap. vno, de natura feud.&in cap.primo.in fin.quib.modis feu. amittatur.sequitur plenè. Curtius in d.tra ctat.in prima parte quæst. sexta .columna secunda. Secũdò vtile dominium in vasallum transit:quia potest vindicare rem feudalem.§.1.de inuestitura de re alie.fa&tà.& sic est quasi dominus, aliàs non vindicaret.l.Quintus.§.argento.ff.de auro & arg. leg. Ias.notat.in §. sed istæ.numero 58.inst.de act.glo.in ca.vno. in ver.de suis. per quos fiat inuestitu.idem tenet Io. Berberi in viato.iuris in tó. quæst. huius tituli. Bald.in Marga.in verb.feudum.in 2.quæst. capitu.1.§.præterea. & capit. Corrad.Et in quib.causis feud. amittatur. Panormitan. in ca.si diligenti.in tertio nota. de præscri. Pet.Iaco. in suâ practi.in libello de rei vindica. quæ competit ratione vtilis dominij in quinta positione. Felin.in ca. quæ in ecclesiarum numero 69.de constitut. Deci. consilio 193. & pro tenui. & 269. consultus ab illustri.numer.septimo. & 389. visa longa serie. columna tertia,numero sexto. Curtius vbi suprà columna tertia, primæ partis.d.Ioan. Sanxõn vbi suprà. articul.1. Ioan. Pyrrhus in consuetu. Aurelia. ca. primo de feudis. Quòd intellige si fiat inuestitura realis, id est traditio.secus si verbalis, quæ aliàs vocatur abusiua,in ca. primò.& ibi doct.quid sit inuestitura.sequitur GuidoPapa in decisio. Delphinal. quæst. 304. & d.Ioan. Sanxon in d. consuetu. in rubri. *de pied de fied.* artic.quinto.fol.71. & Alber. Brunus. consil.primo & secundo,columna quarta. Tertiò,si vasallus seruitutũ constitutum domino non exoluerit, cadit à feudo.ca.primo. quib.modis feud. amittatur intellige tamen si fuerit requisitus:nam domino offerre se non tenetur, nisi illi magnum periculum videat imminere. §. & si vasallus,& §.licet. si de feudo defuncti côten.sit inter do.& agna. vasal. Petrus Iaco. in rubric. quib. causis feudum amittatur. columna secunda,versic.decimo,si non ser uiat.1&c.§. illud, de prohibita feudi aliena. per Frideric. Idem si vasallus inimicos domini recipiat, dando eis transitum per terras suas,quãdo poterat resistere:& v1&ua lia: nam tunc feudo priuatur. gloss. in ca. de forma. in verb.munitionibus.22.quæst. quinta.sequitur Iohan.de Ana.consil.7.visis & ponderatis.colum. tertia, & sequent. Causas ob quas quis feudo priuatur, vide per Pet.de bella pertica in d.suo tra.de feu. quæstio.9.22.tradit Ioan. Rayannd. in cõ prehen. feuda.in §.fin.cap. imperialem,de prohibita feud.alie.per Frideric.Petrus de Ferra.in sua practic.in forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi, in verb. nec superstitionis. Iaco. de sancto Georgio in suo tracta. de feud.in verb.dictique vasalli.d.Boeri.in §.15.de consuetu.feud & censua.in consuetu. Bituri. & latè Curtius. in quarta parte trac.de feud.vbi cumulat quadraginta causas priuationis feudi. Quin etò, feudum sine domini voluntate alienari non potest,in ca. imperialem. in princip. de prohibita feud.alie.per Frideri.quia seruitia possent subtrahi, vt ibi dicitur. & in ca. quæ in ecclesiarum, de constit. immo si alienet,perdit illud,vt ibi.& no. Areti.con sil.14.incipiente, viso & c.& plenissimè Albertus Brunus consi, 19. incipiente magnifice domine &c.Intellige alienantem priuati feudo , si dominus voluerit. aliàs secus, Alexand.consil.173.viso themate.in secundo volumi.Deci.cons.185.vlterius.in.2, dubio.& 118. & diligenter vide text. bene facientẽ in l.prima.§.sed & quoties.ibi, si velit alius fideicom.ff.ad Trebel.l.cogi.§. Me tianus.illo titu.l.a, colum.2.C. de iure emphyteuti. & ibi Ias. Sed puto in hac materia quatuor tempora consideranda , antiquius, antiquum,nouum & nouissimum. De iure antiquiori poterat mediam partem vasallus alienare. §. aut si liuellario. & sequen.& §.fina.quib.modis feud. amitta. & §.primo, de aliena. feudi. iure antiquo non poterat alienare, nisi per viam libelli vsque ad medietatem,vt de aliena.feud. in prin.sed iure nouo est prohibitio alienationis indistinctè. vt in dicto §.1. de prohibita feu.alie.per Frider. Iure tamen nouissimo siue cõsuetudinario hæ cõsuetudines feudorum in regno Franciæ non sunt allegandæ,cùm contrarium obseruetur. Pet. Iaco. in sua practica,rubrica de succesione feu. colum.27. versicu. modo in summa. & sic vasalli licitè in hoc regno Franciæ alienãt feuda consuetudine dictante & approbante consuetudinem eum in rub. de condic. ex lege, imperialem.§. callidis. columna secunda.& habetur in magno consuetudi. rubr. *des constumes des fiedz.* versic. de iure feud. Guido papa in deci. Delphina. q. 59. & q. 290. & hæc consuetudo est hodie vniuersalis in regno : vt asserit d. meus est conciuis d. Boer.in §.secũdo.&§.23.de consuet. feud.& censual.& Benedict. in repet. capi. Raynutius in verb. & vxorem. nume. 163. de testamen.d.Ioan. Sanxon in consuetud. Turo.titulo, *comment hommage se doibt offrir a son seigneur.*in 36. conclu.& in titu. *de pied de fied.* articulo secundo. & quòd talis consuetudo valeat , tenet Bald. consilio 185.libr.primo.plenè,& consil. 318. quidam lib.secundo Deci. consilio 269. consultus nume.octauo.& consil. 208.ad clariorem. numero nono. Et non solùm vasallus priuari potest feudum alianare, sed etiã ecccle.vasallus, dummodo eccle. non sentiat damnũ ex illa alienatione, vel lucrum non amittat, puta laudimium , aut aliud commodum,secundum Ioan.Fab. in §.primo. instit.

institut. de re diuisio. & in §. 1. insti. de emp. d. Boër. in d. §. 2. etiam domino inuito, vel ecclesia. Ioan. Raynaud. in comprehen. feud. in cap. imperialem. § 1. nume. 27. Ioan. Berberi. in viator iuris. q. 11. de feudis. versicu. hoc sic tamen in ista &c. Petrus Iaco. in sua pract. rub. quib. mod. feud. amitta. imò tenet idem Petr. Iaco. in forma libelli pro re feudali. in 2. forma. col. 2. fo. 17. dominum posse cogi, si requiratur ad consentiendum dictæ alienationi, & sequitur do. Barth. de Chassa. in consue. Burgundiæ, in rubrica *des fiedz.* §. octauo, habebit tamen ius prælationis seu retentionis dominus. §. poriò qualiter olim feud. poterat aliena. l. 3. C. de iure emphyteu. & ibi nota. & Petrus de bella pertica in suo tracta. de feud. quæstio. octaua, sequitur do. Boër. in §. 1. de consuetud. retentio. rerum feuda. in glos. ad consuetud. Bitur. Ecclesia verò non habet retentionem secundum eum: quod est bene notandum, & sæpius fui interrogatus. Intellige tamen supradicta procedere quando ille in quem fit alienatio, vellet subire omne ius feudi, aliàs secus. Bart. in l. muri leguli. C. de murilegu. lib. 11. Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitutio. item requiritur quod ille in quem alienatur, sit eiusdem conditionis sicut primus vasallus alienans, qui si est nobilis, non potest alienare in plebeium. l. neutris. C. de committend. stipul. l. 2. de fund. limitro. lib. 11. §. similiter. de lege Corrad. Ioan. Masuer. in rub. de feud. versi. item dominus. maximè feudum superius videlicet feudum comitatus secundum Alber. Brunum consil. 60. dilecte nepos. hodie de generali consuetudine regni Franciæ alienantur feuda habenti pecunias, siue sit nobilis, siue villanus: vt asserit d. meus in d. §. secundo suprà allegato, & occulata fide videmus, ideo non est opus probatione. Quod est verum, si sit feudum inferius, secus si superius, vt feudum marchiæ, vel aliud simile: quia non posset in rusticum sine domini superioris consensu alienari. Albertus cons. 60. Sextò debet vasallus intra annum petere inuestituram à domino nisi fuerit miles, quia habet & mentem, cap. vno, quo tempore miles inuestitur. pete. debeat, & ibi Bald. & alij, & c. vno. quæ fuit prima causa benefi. amittend. & si intra illud tempus non petierit feudum, perdit, capitu. imperialem. §. præterea. in primo. de prohibita feud. alie na. per Fridric. c. vno in princip. de cap. Corrad. Calder. consil. 6. & 7. de feud. Cardina. consi. 128. Deci. cons. 341. in incipiéte, viso Guido papa q. 164. cum se in suis decis. quē vide q. 454 ponentem quatuor requisita ad hoc vt possit agi ad commissum. Vide Alber. Brunū in consiliis factis in materia feudali, cons. 42. incipiente, cùm quæritur, &c. hodie est consuetudo generalis fere in toto regno, per quam nullus vasallus ob inuestituram non petitam feudo priuatur: sed potest dominus ad manū suam ponere feudum, & fructus leuare, & suos facere, quousque vasallus præstiterit fidelitatē. Istius consuetudinis non fuit nescius d. Boër. in titu. de consuetud. feud. §. 6 & 15. quem sequitur do. Io. Sanxon. in consuetu. Turo. in titulo. *comment hommage se doit offrir à son seigneur.* in prin. & artic. 3. & do. de Chassa in rub. *des fiedz.* in prin. & gloss. *dedans l'an.* nume. 12. ante tamen quadraginta dies non poterit dominus leuare fructus, vel ante proclamata facta, secundum varias consuetudines. nam Pictauis requiritur proclama statuens tempus vasallis ad inuestituram faciendam, ita vidi in consue. Picta. rubr. *de la distinction des iurisdictions,* art. 90. in aliis locis communiter statuūtur quadraginta dies, vel plus, vel minus, secundū varias consuetudines, vt Ioan. Masuer. dicit esse in Aluernia, in rub. de feudis in versi. item dominus feudi, & Parisiis, vt continetur in magno consue. rub. *de saisine en fied* versi. nota. fo. 9 Bituris, in §. 6. de consue. feud. Burgundiæ, in §. 1. in gl. *dedans l'an,* & ita fuit prolatum arrestū Tholosæ, vt in eius stylo patet in 4. parte, arresto 73. & idem Parisiis, vt continetur in quæst. per arresta, q. 18. arresto primo, quod est notandum. Inoleuit præterea cōsuetudo in hoc regno, vt recognitiones fiant tam in re feudali, quàm in re emphyteuticaria in decenniū, quod dicunt de decennio in decenniū, vt asserit conterraneus meus Io. Berber. in viato. iur. in d. tit. de feud. q. 12. versi. & nota verbum &c. Septimò, fœmina in feuda nō succedit ex consuetud. lib. feudorū. c. vno. §. filia. de succes. feu. c. vno an mutus vel alias imperfectus. in fine. late Roma. cōsil. 1. & ibi assignat multas rationes, & Bald. in l. quoties. C. de suis & legiti. dicit esse rationem præcipuam, quia fœmina non ita bene potest defendere dominū in bello, vel aliàs seruire sicut vir: ergo nec feudum habebit, cùm detur ob seruitium. c. vno. quib. mod. feudum amitta. hanc rationē citat Bened. in rep. c. Raynutius, in ver. duas habens, nu. 4. & 15. de test. sequitur d. de Chassa. in consue. Burgun. in §. 5 nu. 27. & seq. Soz. consi. 19. pro decisione. col. 1 lib. 1. & cōs. 257. visis inuestituræ. in 2. vol. Corne. cōs. 16. aperta in 1. vol. idem tenet Dec. in regula, fœminæ. in 39. speciali. ff de reg. iur. Iac. de sanct. Georgio in tracta. de feudis, in ver. & fœminis. Curtius in d. trac. in 3. parte. q. 1 Angel. de Claua. in sua summa. in verbo feudū, in primo nu. 7 & Dec. cōs. 32. & pro tenui. & 85. & diligenter. & 139. & diligenter. & 108. ad elusionē & cōsi. 190. quon à Alber. Bru. cōsil. 4. refutationē. in b. & 8 circa prin. col. 4. & est cōsilium Iasonis. Hodie ex cōsuetudine generali huius regni sicut masculi succedūt authore Petro Iaco. in sua pract. de successione feud. col. 3. versi. in illis enim locis

& versic.sequen.idē tenet Bernard. de Bustis in suo martiali in ta. parte sermone primo, in prin. magnus ille scientiæ & consuetudinis thesaurus, d. Boër. in §. 2. de consuetudi. feud. & §. 7. sequitur d. Ioan. Sanxon. in consuetudi. Turoneñ. in titu. *des succéssions des fiedz*, artic. 14. & rub. *comment hommage*. artic. 1. conclu. vlti. & in possessione feudi per iudices sunt manu tenendæ, vt pulchrè scribit Albertus Brunus consil. 1. & d. de Ripa in libro primo respon. de legibus. ca. 1. nume. 70. & idem in collateralibus censet integer consuetudinarius, do. Boër. in d. §. sexto, & Benedictus vbi suprà, in versi. & vxorem nume. 563. & 656. quia in dicto regno feuda sunt redacta instar patrimoniorū secundum prædictos, & Ioan. Fabri. in authen. ingressi. C. de sacrosanctis eccle. Guido papa, consil. 18. super casu, & consil. 214. circa materiam. Io. Raynaud. in sexta diuisi. in loco sæpe allega. Ioan. Sanxon in titu. *du pied du fied*, artic. 2. & 12. & Ioan. *le cirier*, in tracta. de iure primogenituræ, lib. 2. q. 4. in ver. possess. col. 2. & supra dixi, imò hodie contractus feudales sunt redacti instar omnium aliorum contractuū teste Ioāne Berber. in d. titu. de feud. 3. quæst. imò etiam succedunt ex mulieribus descendentes. Guido papa decisio. Del pbinat. parlamenti. q. 59. & quæst. 297. & Francis. Mingon. in consuetudi. Andega. in 3. parte. licet in aliquibus partibus, vt vidi, non succedant fœminæ extantibus masculis, sed quod suprà dixi est communius, vide tamē vnum casum in quo de consuetudine feudorum mulier succedit, per Rom. sing. 177. & septem casus vide per eum consil. 367. circa prin. & octo per Iacobum in d. *ver. & fœminis*, & doct. in d. §. filia. quinquaginta quæstiones in hac materia vide per Bal. in l. 1. ff. de rerum diuisio. & Curti. in tertia parte, q. 1. Vltimò vasallus tenetur seruire quādo est à domino requisitus, aliàs non, & ideo fiunt hodie proclamata siue *criees au ban*, & fundatur in c. vno. §. fin. an ille qui interfec. fratrem do. sui. feudum amittat: sequitur d. Ioan. Sanxon. in consuetu. Turo. in rubr. *comment homage* &c. artic. 1. conclu. 38. fo. 63. Et quando fiunt ostentiones, quas vulgari sermone *monstres* appellamus, si vasalli & milites non recipiunt solutionem, quia recusant, non poterunt postea petere, secundū Bar. & patruum meum Reb. in l. fortissimi, per illum tex. C. de eroga. milita. anno. arg. l. nulli. illo titulo citat d. Bartho. de Chassa. in consuetud. Burgund. in §. 4. in glo. *nouelle cheualerie*, in nouis additio. ideo communiter solutiones fiunt in ostensionibus pro tribus mensibus, nisi fraudētur per thesaurarios, vt vidimus sæpius fieri: quare multa domus nobilium sunt fere destructæ, & thesaurarij mali hodie ad fureas patent: ad quas ostentiones potest compellere suos milites & armigeros capitaneus, teste Lucas de penna, in l. fi. col. 8. C. de remi lita. lib. 12. vide Ias. in l. prætor. §. si aliquan do. ff. de noui oper. nun. Notandū est tamē quòd hodie vasalli non tenentur ad aliquid dandū vel faciendū domino suo, nisi ad expressa in sacramento fidelitatis, quæ sunt septem, in cap. de forma. 22. q. 5. c. ego N. de iureiur. cap. vno, de forma fidelita. & pulchre declarat, d. de Chassa. in §. quarto, in glo. in rub. *des fiedz*, & Petr. Iaco. in sua practi. rub. de feud. successio. col. 9. versi. dico ergo quòd vasallus. Alia quæ sunt de natura feudi ponit tex. & ibi docto. in c. vno, de natura feud. & Siluester de Prierio in sua summa in ver. si feudū. in 1. q. & in hac materia vide 35. regulas per Ioan. Baptistam in repe. c. primi. col. 9. cum seq. de feud. cognitio. & ibi ponit casus in quibus feudum ab emphyteusi differat & concordet, vltra Ias. in l. 1. C. de iure emphyteu. & 36. conclusiones citat d. Sanxon vbi suprà, in rubr. *comment homage*, articu. 1. vide Bened. in repe. c. Raynutius. in ver. & vxorem. in quarta decisio. nume. 546. cum seq. de test. non omittas videre quæ cumulatè licet quandoque remissiuè ponit d. meus in glos. ad consuetu. Bitur. in rub. de consuetud. feud. & rub. seq. Nunc se offert vltimum, videlicet quotuplex sit feudū, quod sit tantùm duplex, ex dicto Philos. complectitur, dicentis, quòd quælibet diuisio debet esse bimembris, vel ad bimembrem reducibilis, citat Petrus de Besutio, & Ias. in repeti. l. re coniuncti. ff. de lega. 3. & Lancelo. Polit. in tractatu subst. in princi. ideo Curtius hoc perpendens, in suo tracta. feudorum, q. 8. primæ partis duplex dicit esse feudum, videlicet proprium & improprium. Sed vt iuuenes clarius intelligant, procedo per diuisiones, insequendo doctrinam iurisconsul. in l. 1. ff. de doli exceptio. Bald. & aliorū. ideo prima diuisio est, quia feudum quoddam est ecclesiasticum, aliud seculare. hanc diuisionem ponit Raynaudus & Aluaro. in proœ. feudo. & Pet. Iac. in rub. de causis ex quibus domi. debet admittere proprietatem, in prima diuisione. Petrus de Ferra. in sua practi. in forma libelli quo agitur ad feud. reuo. in ver. ac nomine recti &c.

1 Ecclesiasticū est triplex, quod ab ecclesia datur, quod ab Ecclesia suscipitur: aliud quod datur vel suscipitur à clerico nō tanquam ab ecclesia, & de hoc loquitur text. in ca. vno de clerico qui inuestitu. accepit, §. fi. de capitu. Corrad. ca. 1. qui feudū dare possunt. Berber. in a. q. Alua. in §. diuisione, & Ias. in 11. præludiis feudorum.

2 Seculare est, quod à seculari principe vel domino recipitur. §. marchio, qui feudum da. possunt, vt si Christianissimus rex Francorum inuestiat aliquem de marchia vel comitatu: & de hoc feudo maior pars libri feudorum loquitur, & plus quàm de ecclesiastico, & hæc probantur in præluд. feud.

in vlt

in vltima diuisio per Bald. sed quia nobiliora sunt præmittenda. §. fin. insti. de iure persona. cap. sedes. & ibi doct. de rescript. Decius in cap. auaritiæ. de præbend. ideo præmisi hanc diuisionem, sicut facit Obertus de orto. ca. vno, qui feudum dare possunt, & quia ecclesiasticum est nobilius, arg. c. solitæ. de maiori. & obed.

3 Secunda diuisio, quoddam est regale, aliud non. Regale est, quod à rege vel imperatore recognoscitur immediate, vt est feudum marchiæ, ducatus comitatus, vel alterius dignitatis regalis, ideo vicecomites Turenæ, vel comes Fuxi possunt dicere habere se feudum regale. ca. vno, quis dicatur dux. march. vel comes. Vel potest imperiale dici: vt not. Ioan. Berber. in d. . 2. q. de feudis, & duobus concurrentibus vocatur regale: primò, quòd sit dignitas, puta regnū, marchia, comitatus vel ducatus, secùdò quòd ab imperatore vel rege nostro concedatur, vel alio non recognoscente superiorem, tenet Curtius in tract. de feud. in prima parte quæst. 8. col. 2. Occasione præmissorum quæro de quæstione, an rex Franciæ possit alienare ea quæ sunt regni, & Bal. in proœ. C. & in prima constit. conclud it quod nō, abdicando à se omnem iurisdictionem, dignitatem, dominium, & nihil sibi retinendo, quia esset principatum seu regnum deformare: quod non potest rex facere: imò si retineret sibi directum dominium, adhuc non valeret, si in regni detrimentum vel incommodum tenderet. arg. l. in summa. ff. de pecul. Corse. in cap. grandi. de supplenda neglegen. præla. lib. 6. Panor. in cap. intellecto. de iure iur. & in cap. abbate sanè. de re iud. lib. 6. Ioan. Sanxon in consue. Turon. in rub. *de pied de fied*, art. 2. in rub. *des donaisons entre gens nobles*, artic. sexto, d. Boër. in addi. ad Bened. plumb. in l. iouitus. ff. de fideicommis. libe. etiam cum iuramento, per tex. in d. §. intellecto, & successor potest reuocare. Bar in l. prohibere. §. plenè. ff. quod vi aut clam. Bal. in cap. licet. col. septima, de probatio. Felin. in cap. ad audientiam. colum. secunda, de præscrip. Deci. in ca. 1. col. quarta, de probatio. imò fortius rex non potest inuitis ciuibus suis alienare vnam de ciuitatibus sui regni. Host. in capit. dilecti filij. de maio. & obe. & ibi Inno. & Feli. Oldra. consil. 231. vt eius. Alexand. in addi. ad Bart. in d. §. plane. Bal. in c. si quis miles. quo tempore miles inuestitu. petere debeat, c. vno §. in generali. si de feudo defuncti côten. sit inter do. & agna. vasal. lo. de pla. in l. fi. C. de loc. prædio. ciuil. lib. 11. Panor. cōl. 3. col. 18. in 2. volu. Guido papa. in decis. Delfinal. q. 259. Aufrer. in decis. capel Tolosa. q. 485. Iason. in §. item Seruiana. col 18. insti. de act. oum. 105. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condi. indeb. l. debitorum. C. de pact. & in proœ. feudo. in prima diuisio. Barba. & Felin. in c. 1. de proba. vide de Ripa. in consil. 25. de rescript. in lib. 2. respon. libro primo de legibus consil. primo, numero 52. Bal. consi. 323. quæritur, volumi. primo. Bartho. de Chassa. in consuetud. Burgund. in rubric. *des fiedz*, §. 8. in ver. *en alienation*, in fine. Curtius in tractatu feudo. in sexta parte, q. 2. Sozi. cons. 40. in quæstione, colum. 2. nume. 7. in tertio volu. Ioan. Lupus in repe. cap. per vestras. fo. 82. colum. 4. de do. inter virum, & vxorem. Gomes. in §. item Seruiana. nume. 40. cum seq. vbi tex modis limitat, insti. de actio. & Spec. in prin. rub. 8. fol. 15. cum sequen. & nouissimè conterraneus meus, do. Iaco. Bonaudi, in addi. ad Ioan. de terra rubea, tractatu primo, articu. primo, conclu. 13. Albertus Brunus consi. 12. in secunda ratione, & hoc maximè quādo metu alienaret, nam quod metus causæ gestū est, ratum non habeo, l. 1. & per totum. ff. quod metus causa, & quando alienaret voluntariè, hoc non esset sine peccato, vt tenet Lucas de penna in l. 1. C. de capitatione ciuium censi. eximen. lib. vndecimo, quod est notandum.

4 Non regale est quod ab inferioribus à principe, imperatore, vel rege recognoscitur: vel à principe, sed non consistit in dignitatibus, sed princeps de aliqua plebe inuestit. cap. vno, qui feudum dare possunt, & rub. quis dicatur dux, comes, vel marchio, si verò aliquis inuestiatur à domino de Claromonte, feudum dicetur non regale, ponit Bal. & alij in proœmio feudorum, l. & sequitur Iason in prima diuisione.

5 Tertia diuisio. Feudum quoddam est nobile, aliud minus nobile, aliud aliqualiter nobile & ignobile. Nobile est quod poss. sorem nobilitat: vt quando à rege Franciæ est concessum, vel imperatore, vel papa, vt si concederent ducatum, vel marchiam, ca. primo, quis dicatur dux vel marchio. Berbe. in secunda quæst. Bald. & Iason in 10. diuisione, & Alua. in secūda. Bonus de Curtili in tractatu nobilita. in tertia parte, col. 34. nume. 201. Alexand. consil. 30. quoniam. col. pe. prima parte.

6 Minus nobile est, quando dux, marchio vel comes alteri concedit in feudum: & ille propriè dicitur valuasor, siue vasallus, vt no. Io. And. in addi. ad Specul. in tit. de præscript. & Bonus de curtili, tractatu nobilita. in tertia parte, nume. 201. & istud de consuetudine libri feudorum non poterat alienari in non nobilem, sed in regno Franciæ potest vendi, & in feudum dari: sed non sufficit ad eo reditum accipere, do. Boër. in consuetudi. Bituricen. §. a. de consuetu. feud. & censua. & suprà latius dixi.

7 Aliqualiter nobile siue mediocriter, est quando habentes à duce, marchione, vel comite, alijs infeudant: & recipientes vocantur minores valuasores. Alua. in 2. diui. infrà, ibi communiter doct.

S 2 Ignob.

8 Ignobile est quando à minoribus valuasoribus côceditur & minimis, cap. vno, qui feudum dare possunt, & ibi Bald. in §. marchio dicit rusticos poss: in feudum concedere, dummodo suarum rerum administrationem habeant, §. noui per quos fiat inuestitura, sequitur Iaco. in suo tractatu de feud. versiculo, in feudû, in oct. sua diuisione. Io. Raynaud. in septima. Petrus Iaco. in rub. de causis in quibus do. debet &c. in 5. diui. Petr. de ferra. in 8. diui. vbi suprà. Ias. in 10. Curtius secunda parte. q. quarta secundæ partis.

9 Quarta diuisio. Feudum aliud est paternum, quoddam antiquum, aliud nouum. Paternû dicitur quod per patrem est acquisitum, vel ab aliquo ascendente communis agnationis vsque ad quartum gradû, text. in ca. vno, de successione fra. & grad. succe. in feu. qui est melior de iure secundû Alex. consil. 30. quoniam, in primo volu. in hoc quòd declarat feudum paternum quid sit, vide tex. in tit. de natura succesionis feu. & Alex cons. 55. prospectis, in quarto volu. & cons. 26. ponderatis, in 5. volu. & Curt. consil. 49. nume. 3. Petr. Iac. in sua practica. de causis ex quibus do. debet admittere proprieta. in secunda diuisione. Aluar. in sexta. Deci. consil. 208. ad clariorem, nu. 5. Albert. Brunus cons. 72. tota virtus. col. 1. Sozi. consil. 67. visis. col. 5. in fi. & cons. 165. visis inuestituris. col. sexta, in primo & secundo volu. & consil. 66. visa donatione. in 3. volumi. Bolog. cons. primo. Bald. cons. 337. in primis, in primo volu. col. pen. & cons. 351. in literis. eod. volu. & cons. seq. quomodo probetur, & quæ personæ contineantur in hoc feudo, declarat Bal. in §. hoc quoque de succes. feu. quod propriè continêtur hæ personæ supra patrem, videlicet auus, proauus, abauus, & atauus: & abinde suprà perdit nomen paterni, & antiquum appellatur, ex quo singulariter infert, quòd si cuidam concedatur feudum paternû, nô extendetur vltra quartam generationem, & si cum mysterio ponuntur illa verba in inuestituris, côcedimus in feudum paternum & antiquum, sequitur Ioan. Raynaud. in comprehen. feuda. in prima diuisione, quod est perpetuò notandum secundû eos. Hodie notarij ponunt omnia verba hæc, & multò plura, & ideo extenditur vsque ad infinitum, & etiam ratione consuetudinis de qua suprà.

10 Nouum verò est quando fuit de nouo acquisitû, & habet initiû in persona ipsius inuestiti: nec prouenit à successione progenitorû, c. 1. quot testes sunt necessa. ad probandum no. inuestitu. Oldra. consil. 178. factum tale. Alberi. in dictio. in ver. nouum. Iac. de sancto Georgio in tractatu de feud. in ver. in feudû. in sexta diuisione. Curtius cons. 50. in terio dubio, & consilio sequenti. Io. Raynau. in prima diui. Sozi. cons. 232. visis, in secundo volu. Deci. cons. 53. placet mihi, & cons. 390. quoniã ex nume. quarto. Alber. Brunus consil. 68 si insistamus, tres effectus ponit curtius in suo tracta. in prima parte q. octauæ. col. 2. & seq. Ias. in l. 2. col. fi. C. de iure emphyteu. & istud regulariter non nobilitat, nisi vt suprà dictum est in præcedenti diuisione: quia nobilitas non nascitur in ictu occuli, secundû Bald. in 10. diuisione, infrà per tex. in l. stemmata. ff. de gradi. Petr. de ferra. in sua practi. in forma libelli quo agitur ad reuocationê feudi, in versi. ac nomine, in secunda diuisione, & in hoc non succedunt ascendêtes, nec collaterales, de consue. feudorû. cap. primo de inuesti. noua, & ca. vno de successione fra. sed hodie contrarium obseruatur in regno Franciæ: vt no. Bened. vbi suprà in versi. & vxorem. nume. 614. & d. de Chassa. in d. §. 5. nu. 7. & in rub. *des successions*, in gl. *& les enfans*. §. 6. & suprà latius extitit discussum, & ponit Alua. in sexta diui. & Ias. in tertia. Alber. in l. 1. §. si quis edificium. ff. de no. ope. nuntia. Imol. in cap. vlt. de feud. Oldr. consi. 178. factum tale.

11 Quinta diuisio. Feudum quoddam est pa paternum, aliud maternum, Paternum in proxima cellula fuit declaratum.

12 Maternum est quod primo per fœminã est acquisitum, ca. vno, de feudo fœminæ, & sicut large omne feudum quod fuit ex superioribus agnationis communis acquisitum, paternum dicitur: ita quod ex quacunque fœmina ex superioribus quæ fuerit ex cômuni cognatione, fuit acquisitum, maternum dicitur, vt habetur in titulo de feudo fœminæ, & Bal. in 5. diuisio. Alua. in 7. Natura feudi paterni est, vt tantû descendentes masculos respiciat: in §. protecto infrà de lege Corra. natura fendi materni est, vt primo masculos respiciat, secundo fœminas, d. titu. de fendo fœminæ, & pulchrè no. Curtius in d. tractatu fendorum in tertia parte, q. prima. in 2. limitatione.

13 Sexta diuisio. Fendum quoddam est masculinum, quoddam fœmininum. Masculinum est quod ad masculos transit, & non ad fœminas. §. hoc autem. qui feudum dare possunt, imò fœminæ non succedunt etiam si de eis sit facta mentio, nisi masculis deficientibus, §. quinetiam episcopum, vel abbatem, c. vno, de feudo fœminæ. Ia. in ver. & fœminis. Petr. de Ferr. vbi suprà, in 3. diuisio. nisi vt fuit dictum suprà in natura feudi, vide.

14 Fœmininum seu fœmineû dicitur, quod ad fœminas transit: sicut suprà de materno diximus, cap. 1. quemadmodum feudû ad filiû pertineat. Iac. In tract. de feu. in versi. in feudû. in 5. diuisio. licet Ioan. Raynau. duas diuisiones misceat. Itê si aliquis receperit feudû pro se & hæredibus tã masculis quã fœminis: extantibus masculis fœminæ excludêtur, c. 1. §. episcopum, vel abbatê. Alex.

cons.

consil.9.in 5.vol.Alber.Brunus consil. 65. super casu, sed hodie in regno tene quod suprà dixi in natura feudorũ.in ver.7. vide tamen do.Io.*le cirier*, in d. tractatu de iure primogenituræ.lib.1.q.19.

15 Septima diuisio. Feudum aliud habet propriam naturam, aliud impropriam. Habẽs propriam est feudum simplex, rectum, purum, liberum. nam natura feudi est quædam qualitas innata à principio generationis feudi siue tempore inuestituræ, ex qua virtus contractus perficitur, & semper videtur inesse, nisi per pactũ improprietur, vt est tex.in rub.de feudo non haben. propriã naturam, & §.præterea.quid sit inuestitura, & suprà latè dictũ est in tertia quæstione principali, sequitur Hostien. in summa huius tit.de feu.§.qualiter feudum.& Ias.in 4.diuisione, & ista inuestitura seu tenor eius semper debet attendi, c.1. in fi. de duobus fratri.& ibi Bal.c.accepimus.de priuileg.Io.de Ana.cons.7.visis &c.col.2.& cõsil.37.Barba.consil.47.præclare.col.3.in primo volu.Deci.consil.263.in contractu, in princ.& consil. 309. quoniam numero 3.& consilio 395.in causa.nume.5.Roma. consi. 35.viso inuestituræ in fine. Albertus Brunus consil.8.colum.4.& consilio sequenti, & cons.39.col.2.& cons.41.col.2.

16 Non habens propriam naturam, vel habens impropriam, est feudum conditionatum: vt ad certum seruitium vel conditionem ex pacto concessum, §.si.quid sit inuestitura, & de capita. qui curiam vendi, vt est feudum guardiæ & castaldiæ, & quod pro mercede datur, de feudo guardiæ, ca.1. Item feudum cameræ vel cauenæ, ca.fina.de feu.cog.& infrà dicam.Io.Raynaud.in comprehensio.feuda.in quarta diuisio. Alua. in tertia.Iaco.in suo tractatu de feud. in verbo, in feudum, in quarta diuisione. Bal. in quarta, de Ferra.in 7. Et impropriè dicitur feudum quando pactum apponitur contra alterum ex requisitis in feudo: vt latè concludit Curtius in dicto suo tractatu feudo. in prima parte, q.6.enim sequen.

17 Octaua diuisio sequitur. Quoddam feudum est reale, personale, personalissimum. Reale est quod ad hæredes transit tam ex parte dantis quàm accipientis. §.cum verò Corradus.qui feudum dare possunt, c.vno, de duobus fratribus.quia vnusquisque in hoc sibi præsumitur voluisse prouidere, & hæredibus, l.si pactũ.ff.de proba.d.cap.1.de duobus fratri.sequitur Alexan.consi. 204. consideratis, in secundo volu.illum tex. dicens singularem.col.2.in prin.

18 Personale est quod ad vitam alicuius conceditur, & non transit ad hæredes recipientis, sed bene dantis: vt feudum guardiæ & castaldiæ, c.1.de feud. guar. Iaf. declarat in 6.diuisio.vt quando feudum babitationis concederetur, quod morte finitur. Bal. in l. beneficium.col.1.de constitu.prin.

19 Personalissimũ est quod neque ex parte dantis, neque ex parte recipientis transit ad hæredes, c.1. quis dicatur dux, exemplum ponunt doctores in soldata: vt si detur nobili in paupertatem redacto annua prouisio, tunc soldata vocatur: de qua in dicto titu.& ibi per Alua.& l.stipulatio ista. §. si quis ita.ff.de verb.obliga. l. vt pomum.ff. de seruitu.Bald.in 6.diuisione, & Alua. in decima, & non censetur proprie feudum, vt tenet Ioan.Berber.in d.viator.rubri.de feu. q.2.Iason in præludiis, col. penulti. & ab initio feudum erat personalissimũ, quia ad nullum transmissibile, l.1.§.si impuberi.ff. de coll.bono.& militia vocabatur, l. omnimodo. §.imputari. C. de inofic. testamen. Hodie verò factum est feudum realissimũ, & ad quemlibet successorem transitorium etiam particularem, ita quod potest donari, vendi & alio modo alienari sicut bona patrimonalia: & hoc in isto regno, vt suprà latè dixi, & tenet Bened.in repeti.cap. Raynutius.in verf.& vxorem, in tertia decisio. nume.525.& seq.& in quinta decisione, de testa.

20 Nona diuisio feudorũ est: quia quoddã est iurabile, aliud non iurabile est pro quo domino fidelitas iuratur, vt sit regulariter pro omni feudo, vt in ca.vno, de noua forma fidelita.& istud expressè ponit Pet. Iac. in sua practica in 9.diuisio.Pet deFerr.vbi supra in 4.diuisio. Et si plures domini in locum succedant, vni iurandum erit nomine omnium dominorum, Petr.Ia.vbi suprà, & Guido papa conf.207. dominus, & Bald. sibi contrarius in c.imperialem.§.præterea ducatus col.vlti.de prohibita feu. alie. per Frideric.dicens antiquoti præstandum esse iuramentum.ar.l.pro curator.C. de edẽ. Iac.plenè distinguit in d. tractatu de feu. in ver.qui quidem inuesti.præstiterunt.col.7. Aret.in l.2.§.ex his, & ibi doct. ff. de verb. oblig.latè Ias.in l.de pupillo.§.si pluribus. ff.de no.oper.nuntia.& hæc est communis & in practica sequenda secundum dn.de Cha^{s}sa.in consue.Burg.in rub. *des fiedz*, §. 7.in prin.in tex.in§.omnes.si feu.de defuncti conten. sit inter do.& agna. vasal. do. Ioan. Sanxon, artic. 8. in rubri. *des fucces-sions des fiedz*. Albert.Brunus cons. 107. quatuor rationibus, vbi vide latius per do. Ioan. *le cirier* in suo pulchro tractatu de iure primogenituræ, quæst.a.lib.a.n 96.prærogatiua.

21 Non iurabile est quando illo pacto conceditur, vt non iuretur fidelitas, in §.nulla. per quos fiat inuestit.c.vno.in princ. de capitu.Corrad.quod est sing.secundũ Rom. sing.166.sequitur Alua.in 11.diuisio.in præludiis feudorũ.Notandũ est tamen, quòd licet feudũ reperiatur sine iuramento, nõ tamen erit sine fidelitate, ita Ioan. Raynaud. in secunda diuisione feudo. Ioan. Berber. in secunda quæstio.titu.de feu.& Iason. in

procę.feu.nu.122.

22 Decima diuisio feudum quoddam est ligium, quoddam non ligiũ. Ligium est quando iuratur fidelitas contra omnem hominem mundi nullo excepto, & illud non recipitur nisi à principe non recognoscente aliquem in superiorem: vt est imperator, & rex Franciæ, c. per venerabilem, qui filij sint legit. ideo dux Sabaudiæ potest dici homo legius regis Franciæ, vicecomes Turenæ, & alij magni feudatarij regni. Et dicitur homo ligius, quasi illi ligatus & subditus, & legalitatẽ prædicto regi debens, glos. sing. in Clemen. pastoralis. & ibi Card. de re iudic. Spec. in titu. de feu. in §. quoniam. verſi. primo. Io. Manfuer. co. tit. verſi. fina. Ioan. Berbe. vbi suprà, q. 2. Bal. consil. 291. ad euidentiã in 2. lib. Guid. papa consil. 213. & in suis decisio. q. 309. & idem tenet Alexan. cons. 30. quoniam. col. 2. in primo volu. & cons. 2. in prin. in 5. volu. Panor. in c. ex diligenti. de simo. Io. de Ana. in consi. 7. visis & ponderatis, col. 3. d. de Chassi. in consuetu. Burgund. in co. tit. § 1. in glo. & *homage*, & tria requiruntur posita per Curt. in suo tractatu. feud. in prima parte, q. 8. col. 7. quatuor effectus ponit Ias. in 7. diuisione feudo. sequitur d. Io. Sanxon in consue. Turonẽ. in rubr. *comment homage* &c. arti. primo in 23. conclu. Citellia. Cotta in 2. parte memoral. in ver. feudum.

23 Non ligiũ est, quando in iuramento fidelitatis prior dominus excipitur: vt in titu. hic finitur lex. in fi. & §. si de prohibi. feud. aliena. per Fride. Ideo quando vasalli, do. de Turena iurant ei fidelitatem, debent iurare aduersus omnem hominem excepto rege Franciæ, qui super omnes reges est, & tã quam quidã corporalis deus in suo regno: ita Bal. in d. §. si. & in 7. diuisio. Pet. Iaco. in nona. Bened. in repe. c. Raynutius. in ver. & vxorem, nu. 230. de testa. quod notes.

24 Vndecima diuisio. Feudum aliud annale aliud perpetuum. Annale est, siue tẽporale, quod post annũ statim auferri potest, vt est feudum guardiæ & castaldiæ, & quod pro mercede alicuius rei datur, cap. primo, de feud. guardiæ. iste tamen annus per pactũ potest prolongari, & tunc potentior est cõuentionalis prouisio quàm legalis, qua cessante sibi locum vindicat legalis. l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de ædil. ædi. Bald. in procemio feu. in 9. diuisio. plus dicens, posse paciſci vt nullo tempore possit auferri, sequitur Iac. de sancto Georgio in tracta. de feud. in versi. in feudũ. in 9. diuisio. & Petr. Iaco. in quarta. Hostien. in summa de feud. §. qualiter feudũm. versi. perpetuum feudũ. Ioan. Berbe. in viato. iuris, in rubri. de feu. in quæstione 2. Sed hodie hoc in regno sunt perpetua hæc officia, & quasi pro patrimonio habentur: vt nota. Benedict. in ver. & vxorem, numero 164. cum sequen. de test. & suprà latius dictum est, ideo vide si libet

25 Perpetuum erat regulariter omne feudũ eo modo datum. §. cum verò Corradus, qui feudum dare possunt, & ibi docto. & illud quod est simplex, est perpetuum, cap. 1. in fi. in quibus causis feudum amit. ita tenet Petrus de ferra. in forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi, in verſ. ac nomine recti in 6. diuisio.

26 Duodecima diuisio feudorum est: quia quoddam est diuisibile, aliud indiuisibile. Et quolibet feudum regulariter est diuisibile quibusdam exceptis, videlicet regno, marchia, ducatu, & comitatu, ita attestatur Alua. in 9. diuisio. in procem. per text. in §. omnes. ti. de feudo defun. contẽ. sit inter do. & agna. vasal. capitu. imperialem. §. præterea ducatus de prohibita feud. alie. per Frider. Berb. vbi suprà in d. q. 2. Iac. in ver. in feudum. in 11. diuisio. Bar. in l. inter tutores. ff. de admi. tut. & l. & ideo. ff. de con di. fur. Bal. in l. 1. de offi. consul. Panormita. in cap. prudentium. in princip. colum. 3. de offic. delega. & ibi hoc tenent alij post eũ. Curtius in tracta. feudorum in quarta parte, quæstio. 30. Alber. Brunus Asten. in consil. 60. incipien. & ista ideo diuidi non possunt: quia ab vno solo reguntur melius quàm à pluribus, argu. l. tertia. §. apparet. ff. de administr. tuto. l. 2. §. nouissimè. ff. de origine iuris, c. gaudemus. de diuor. §. quia verò 94. distinct. nam politia vnius optima est, paucorum etiam bona, sed plurimorum est difficile, vt bona sit: cùm plures ad virtutes meritum peruenire difficile sit. Aristote. in politi. & Lucas de penna in l. viros col. 2. C. de diuer. offi. lib. 12. & Philo. 2. metaph. ait, non capit regnum duos: quia multitudo principum est onerosa: cum in apibus vnus sit princeps, c. in apibus. 7. q. 1. latè d. Iac. Bonaud. in additio. ad Ioan. de terra rubea in tracta. contra rebelles regũ. articu. 2. tracta. primi, & articu. 3. tracta. tertij, conclu. 12. Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. col. antepe. de constitu. & Ias. in 12. diuisio. Angel. consil. 287. incipien. pro clarioni. Curtius consil. 69. Panormit. consil. 82. in primo volumi. Barba. consil. 14. clementissimi. col. 3. & consil. 40. clementissimum. col. 9. in 4. volu. Chassa. in vlti. parte. Caral. in 55. considera. & Aalbe. Brunus tract. 1. de augmen. conclu. 10. Hippo. singu. 9. sequitur Ioan. *le cirier* in suo tractatu, de iure primogenituræ, quæstio. 7. primi libri, vbi pulchra verba ponit, vide do. Bartholo. de Chassa. in consuetudi. Burgund. in rubric. *des fiedz*. §. sexto. Alexand. consil. 60. visis dubitationibus, in tertio volumine, & consil. 25 & sequen incipien. attentis, in 5. volumi. Petrus de Ferra. in 9. diuisio. & ideo in istis indiuisibilibus primo genitus succedit. capitu. licet. & ibi docto. de voto. glo. in capitu. si hæredes. de testamen. Alber. in procemio. ff. §. discipuli. latè Dec. consil. 389. visa longa. nume. 6. & alius

filius

filiis debetur apanagium. i. legitima, non per modū diuisionis, sed per modum prouisionis, secundum Ioan. & de Munteferrato, in tractat. de successione regum. in primo dubio & secundo. & dn. Steph. Bertrandus in repe. l. quisquis. col. 16. C. ad leg. Iul. maiest. & d. Bucr. in tracta. de custodia clauium. porta. ciuit. fol. 15. col. 4 nec aliqua iniuria fit vltimo genitis, nec conqueri possunt, vt expresse dicit conterraneus meus. do. Io. de terra rubea in tracta. contra rebelles regum artic. primo tract. primi. conclu. 21. & sequen. immo hoc conuenit legi diuinæ secundum eum in prim. conclusione hoc latius deducentem: quem licet videre. Intelligi tamen supra deducta, videlicet feudum non posse diuidi, esse verum quo ad dignitatem. secus quo ad administrationem: vt vnus frater regat vnam ciuitatē, alius aliā. Benedict. in repet. c. Raynutius. in versi. in eodem testamento. in 1. nume. 185. de testa. & etiam bona mobilia vel immobilia pertinentia ad dignitatem bene diuiduntur teste A ber. in dicto. in vers. feudum. versicu. alia etiā pulchra. ibi, item quæro pulch ā. & in addi. ad Petr. Iacob. in rubr de cau. ex qui. do. debet amittere. proprieta. in 6 diuis. sed potest fieri cōcordia respectu exercitii, vt vnus vno anno regat, alter altero anno. arg l. Lucio. & ibi Bar. ff. de aq. & quoti. & æstiua. & pulchre Pyrrhus in consuetudin. Aurelia. titulo de feu. c. 1. & d. Vdal. Zasius in repetitio. l. a. in verbo, non perinde. ff. de origi. iuris.

27 Hodie ex cō suetudine regni Franciæ omnia feuda possunt diuidi præter regnum, vt attestatur Fabia. de Gioeh. s in rep. e. authē. nouissima. col. fi. C. de inof. test. q fi. Io. Raynau. in comprehensorio feuda. in præludiis ad c. imperialem. in §. diuisio. & do. Boër. in consue. Bitu. in §. a. de consue feu. & ibi in addit. & in §. 2. de testa. & in tract. de custo. claui. fo. 15. col. 4. sed consuetudo est in d. regno, quod licet diuidatur feudū, primogenitus inter nobiles habet præcipuum manerium (vt verbo doctorum vtar) siue habitationem cum galli vel caponis volatu. istius consuetudinis meminit Benedict. vbi supra. Guido Papa in deci Delfina. q. 476. Ioan. Sinxon in consue. Turon. in rubr. *des successions des fiefz*. articu. 14. & late do. Ioan. *le cirier* in tractatu suo solenni de iure primogenituræ lib. 2. q. 4. vbi latè refert consuetudines. vide ibi. & lib. 1. q. 11. conclu. 2. & seq. & an consuetudo diuidendi feuda valeat, videatur text. in d. §. præterea qui consuetudinem reprobat: ergo non videtur valere: sed contrarium credo. & ita tenet Oldra. consil. 237. perlectis. in fi. penul. col. Bal. Aluar. & alij in dicto §. præterea. Cardi. & alij in c. licet de voto. & non obstat ille §. reprobans consuetudinē: nam debet intelligi si non fuerit inducta & seruata sciente superiore: sed in hoc regno patiente superiore & sciente fuit inducta & seruata: ergo sequitur quod valebit. hoc tenet Ioan. Andr. in addi. ad Specul. in titu. de feu. in ver. non omittam. & Albert. Brunus consi. 66. ex themate quod &c. latè do. Ioan. *le cirier* in suo tracta. de iure primogenituræ. q. 11. primi lib. in 3. conclu. & hæc consuetudo est in Italia, teste Alex. cons. 18. visis. in 4. volu. Deci. cons. 389 Soz. consil. 67. in 1. volu. & consil. 165. visis. col. 7. in 2. volumi. Curt. cons. 67. sapienter. num 31. & cons. 69. domi. Ioan.

28 Decimatertia diuisio feudorum est: quia aliud est feudum purum siue simplex, aliud verò conditionatum seu non rectum. Purū siue rectum dicitur, quod non habet certa determinata. §. pe. vlti. quid sit inuestitura. sequitur Petrus Iac. in sua practica rub. de causis ex quibus domi. debet amittere proprietatem in 7. diuisione. Hosti. in summa huius tituli. §. qualiter feudum distinguatur. alijs etiam modis dicitur rectū, vt habetur in titu. de consue. rect. feud. per dict. & Cur. in suo tract. feud. in prima parte. q 8. col. 6. Imol. in c. fi. col. antepe. de feu.

29 Non rectum siue conditionatū est quando in cōcessione est certum seruitium determinatum, puta de associando vxorem domini, vel de filia maritanda, aut de seruiendo domino in mensa, vel aliud simile. § fi. de capita. qui cur. vendi. c. 1. de not. feu. & ibi not. & hoc casu ad alia non assignata nec expressa seruitia non tenetur vasallus l. 1. §. fi. conueniat. ff. depos. l. legem C. de pac. Io. Raynau. vbi supra in §. firmiter. cit. 22. Iacob. vbi supra in 2. diuisione. Rectum verò potest dici quando de domini voluntate & licentia adipiscitur possessionem præsente curia vasallus: nam perinde est ac si inuestitura esset facta, & est hoc feudum transmissibile. c. vno. de consuetu. recti feu. secus si data esset licentia sine curia, nam tunc non rectum diceretur. capitul. i. quibus modis feudum amitt. potest. vel dicitur rectum, id est perpetuum. Alnarotus in duodecima diuisione. Baldus & Iason in 2.

30 Decimaquarta diuisio est: Feudorum aliud est francum, aliud non francum. Francum est quando vasallus à seruitiis est immunis, & nullum seruitium debet. tamen non est francum à maleficiis consistentibus in tacendo fraudem, vt quia non denunciauit insidias domino quas contra eum scit parari. siue in faciendo: vt si comminatur coloniam contra dominum, priuatur feudo, capit. vno. quibus modis feudum amittatur. Felinus latè in capi. cæterum. 4. columna 3. numero 6. de iudicis. alioquin esset quædam donatio, & non in feudum concessio, vt declarat Imola. in capitulo ad nostram. columna penulti. de rebus eccle. non alienandis. immo tale feudum contineret repugnantiam, videlicet, q fit feudum, & pror-

sus liberum ab omni fidelitate, quæ in iure non est admittenda. l. vbi. ff. de regul. iur. l. Titiæ ff. de condit. & demon. ca. solicitudinem. de appel. Aluar. in 2. diuisio. Bal. in 8. Aerberi. in d. viato. in rubric. de feu. in 2. q. Benedi. in repe. c. Raynutius in vers. & vxorem. num. 544. cum seq. de testa. Felin. latè in c. quæ in ecclesiarum. num. 72. de consti. Deci. cons. 191 & pro tenui. nume. 4. Curt. in 1. parte in q. 8. col. 9. Alex. cons. 1. colum. penul. in primo volu. & tres effectus huius feudi licet videre per Ias. in 8. diuisione. & consi 57. in causa. col. 3. volumi. primo. Et ideò si inuestitura hoc modo dicatur, Titius concessit tale castrum in feudum liberum & francum, hæc concessio importat feudum omni libertate liberum, exceptis duobus supra dictis, & etiã importat omni seruitio francum, vt not. Ioan. Andreas in additio. ad Specu. in titu. de præscriptio. & Iac. in d. suo tracta. de feu. in verbo, in feudum. in 8. diuisione. Bal. in l. si plures. C. de conditio. inser. c. vno. de capita. qui curiam vendi. illa tamen concessio non importat quod faciat rem allodialem, quæ tunc dicitur quando à nemine tenetur nec recognoscitur nisi à solo Deo: & sic dicitur frãcum, quia sui iuris & nulli subiacens seruituti. & nullum onus potest imponi sine consensu poss. ffoṙis. ca. primo, de alod. & ibi docto. Guido papa sing 380. & Benedi. num. 293. cum sequenti. de testa. & in istis bonis allodialibus non habet rex vel alius dominus nisi protestationem, vt tenet Benedic. vbi suprà: & in hoc regno pauca sunt quæ non sint feudalia, vel emphyteuticaria, secundum eum, num. 565. cum sequen. vide Corne. consil. 16. aperti colum. pen. in primo volu. & an domini temporales habeant de iure communi intentionem fundatam, quod non, excepto rege. do. Boër. in §. pen. de consuetu. feu. in libr. consuetu. Bitur. & Ioan. Sanxon. rub. 1. arti. 3. in consue. Turo. eos vide si libet.

31 Aliud est non francum, & est quando in concessione dominus retinet aliquod seruitium, prout fit regulariter, vt habetur in libro feu. & not. And. de Iser. in rub. in quibus caus. feu. amitt. & Bal. in 8. diuisio. Notandum est tamen. quod res quo ad propositum, potest duobus modis franca & libera vocari: primò quando à nemine tenetur, immò possidens habet & directum & vtile dominium, & dicitur allodium, & non loquimur hic: sed loquitur titulus de allodiis. Secundò dicitur franca: vt hic, quia ad aliud seruitium non expressum non tenetur vasallus: dabitur tamen laudimium domino directo pro inuestitura, vt tenet Io. Raynaud. in d. comprehensio. in c. imperialem. §. præterea. in 1. q. 20. nume. 16. suprà allega. & hoc quando alienatur, non verò quando renouatur instar emphyteusis. l. fi. C. de iure emphyt. & dominus habebit ius retentionis in feudo sicut in emphiteusi. Iaco. in tracta. de feu. in versi. qui quidem inuestiti. colum. 16. pro quo facit text. in c. vno in fi. ibi, aliquid propter feudum receperint. qui feu. dare poss. in c. 1. §. Titius. si de feu. defuncti cõtent. sit inter do. & agna. vasalli. doct. in c. ad nostram. de rebus eccles. non alienan. d. Boër. in §. 6. de consuet. feu. satis lente pertransit cõtra morem suũ. do. de Chassa. in consuetu. Burgun. in rub. *des retraictz.* §. 10. glo. 1. nume. 7. in additio. nouis. Quare Galli vocentur Franci, an à Francione capitaneo, vel quia liberi, satis explicat Gaguinus in principio sui libri. & Benedictus in repet. c. Raynutius. in vers. si absque. in 2. num. 39. & sequent. de testa. & de Chass. in consuetu. Burgun. in rubr. *des mains mortes.* §. 5. in princip. vbi vide & per Paul. Aemilium in princi. sui libri & historiæ Gallorum.

32 Decimaquinta diuisio. Feudum quoddã ad hæredes omnes est transitorium, aliud non. Transitorium ad omnes hæredes est regulariter quodlibet feudum, nam æqualiter ad omnes descendentes transit. c. 1. §. 1. ibi quod hodie. qui feu. da. pos. & istud declarat Ias. in prælu. feo. col. fi. nu. 128.

33 Aliud est non transitorium ad omnes, sed solum ad primogenitum, vt est regnũ hoc Franciæ, quod solum primogenito masculo defertur, & nõ aliis eo superstite: & idem in Anglia & Sicilia. text. in c. licet. de voto. & ibi plenè doct. Bart. in l. 1. colum. 16. vers. sed posset dubitari. C. de summa trinit. Bal. in l. 1. in prin. si de feu. controuers. fue. inter do. & agn. vasalli. & l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. & Petrus Iaco. in sua practi. in titulo. de succes. regni Franciæ. col. 3. Ioan. de terra rubea in tracta. contra rebelles regũ. & ibi do. Bonandi. in addi. in tracta. 1. conclus. 8. artic. 1. Iacob. in suo tracta. de feu. in versi. in feudum. in 12. diuisio. & Aluarot. in 10. & c. vno de successio. feu. Petrus de Ferra. vbi suprà in vlti. diuisio. do. Ioan. Sanxon in consue. Turonen. in rubr. *des successions des fiefz.* articulo 3. & si ad amussim velis videre de hac materia primogenituræ, vide in d. tract. de iure primogenituræ, per do. Ioa. *le cirier*. Vel quoddam est familiare, aliud est hæreditarium, vt notat Bal. in l. cum virum. C. de fidei. Familiare est, quod pro se & familia recipitur & in restitutione fideicommissi non venit, nisi fideicommissarius sit de familia l. quia poterat. ff. ad Trebel. Hæreditariũ est, quod quis habet pro se, & pro hæredibus quibuscunque, & ad omnes hæredes extenditur, siue sint de familia, siue non. & Deci. consi. 390. quoniam ex nu. 5. & 395. in causa secùs si pro se & liberis. Au. de Iser. in §. hoc quoque. de succes. feud. Alex. consi. 19. super co. in 5. volu. Deci. cõsi. 185. in causa. & Curtius in suo tract. de feu. in 1. parte. q. 8.

34 Decimasexta diuisio feudorum est: nam

aliud

aliud est corporale, aliud incorporale. Corporale est quod in immobilibus consistit, castro, manso, & similib. rebus tagibi lib. §. item. & seq. & §. si quis de manso, si de sinie stit. feu. contro. fue. & Petrus Iaco. in forma libelli pro re emphyteuticaria in fi. Iaco. Alua. in prælu. feu. in 22. diui. & in c. vno. col. 4. in quib. cauf. feu. amit. Curtius in suo tract. . feu. in 6. q. in quarto requisito: declarant doct. inst. t. de reb. corpo.

35 Incorporale est quod consistit in iuribus decimalibus, vel iurisdictionalibus, & similibus, vt feudum guardiæ & castaldiæ. c. vno. §. si de feu. cog. sequitur Silnester de prierio in sua summa, in versic. feudum. in princ. in 2. q. Alua. in vlt. diui. in procemio feudorum. Ias. in 14. diuis. Ideo laici possidentes decimas (quas ante Concilium Lateranen. à papa causa defensionis Ecclesiæ habuerūt, iustè nunc eas detinent, vt vult Panor. in c. cū apostolica. de his quæ fiunt à prælato sine consen. capit. illas tamen non possent alteri laico in feudum dare, nisi loco religioso, vt not. doct. in c. prohibemus. de deci. sequitur Petrus de bella pertica in §. q. tract. de feu. & hoc cum consensu capituli secundum eos. & Berber. in viato iuris, in rubr. de feu. q. 4. & an sine consensu. ponit Ias. in c. 1. qui feu. da. pos. col. pen. & vlt. cano. Card. Andr. & Imo. in c. 2. de feu. vbi plenè eos vide, si libet. & late ponit do. Boer. in consue. Bituricē. in §. 11. de consue. prædio. cum consensu tamen episcopi poterit dari in feudū decima alteri laico consuetudine dictante, licet contraria opinio sit cōmunior, vt attestatur Stephanus Malleret. in tract. de elect. fol. 26. col. 1.

36 Decimaseptima diuisio. Feudum quoddā est de camera, aliud de cauena. probatur hæc diuisio in c. vno. in fi. de feu. cogni. Feudum de camera est: quando princeps cuidā nobili concedit decem recipienda de camera communi vbi thesaurus reponitur. hoc debet recipi singulis annis: & exemplū ponit Aluar. in d. c. 1. in ciuitate Paduæ, vbi est locus qui appellatur camera, ad quam est deputatus officialis, qui cameratius appellatur, cuius officium est colligere & distribuere omnes introitus ciuitatis. & de hoc videtur not. in §. præcepta. in authen. de defensi. ciui. col. 3. & tali vasallo non debet fieri solutio de tali camera vel cauena, nisi ibi sit vnde solui possit: nā si euacuata sit sine domini culpa, debet vasallus expectare donec solui possit. Solui autem posse intelligitur deducto ære alieno: vt in titul. de notis feu. in princi. & Aluar. in d. §. si de feu. cog. col. 2. & istud transit ad hæredes. & est feudum propriè. §. si verò vasallus. quid sit inuesti. declarat Ias. in prælu. feu. col. pen.

37 Feudum de cauena est quando princeps cōcedit vt decem sextaria frumenti vel vini ex cauena recipiantur: quæ dicitur locus in quo frumentum, vinum, & huius modi introitus colliguntur, conseruantur & distribuuntur. declarat Aluaro. ponēdo exe plum. in ecclesiæ suæ ciuitatis, in qua est locus qui vocatur Canipa, ad quam est officialis constitutus, qui habet colligere, conseruare & distribuere tales introitus. & ille feudatarius nomine regio colliget & recipiet quicquam in vino pro se, sicut in ciuitate Burdegalensi aduocatus regius & procurator. & vide Aluar. in procemio feu. in 17. diuis. & Bal. in c. vno. de notis feu. & c. vno. §. si verò vasallus. quid sit inuestitura. & Alua. vbi supra.

38 Decima octaua diuisio feudorū est: nam quoddam dicitur feudum guardiæ, aliud castaldiæ, & aliud quod pro mercede datur. Feudum guardiæ est quod pro custodia datur, vt quādo princeps deputat alicui castro guardiatorem, siue custodē: nam propter custodiam designatur tale feudū: vel guardia habet feudum annexum, vt declarant doct. c. vno. de feudo guardiæ. & potest poni exemplum in capitaneo Aquarum mortuarum, cui custodia ciuitatis datur in feudū, & vocatur capitaneus Aquarum mortuarū, & habet magnam turrim, in summitate cuius singulis in noctibus ponit lumen, vt reducat nauigātes ad portum, vt sæpius vidi, instar ciuitatis Ianuæ, de qua meminit Ioan. de platea in l. pen. C. de naufrag. libr. 11. & hoc feudum anno fini to potest reuocari nisi ad certum tempus fuerit constitutum. ca. vno de feudo guardiæ. quia etiam officia olim non durabant nisi anno. l. præsidis, cum similibus. ff. si cer. pera. & finito officio finitum erat feudum: quia cessante causa. &c. c. cum cessante. de appel. l. adigere. ff. de iure patro. l. quod dictum. de pact. & de isto custode ponit latè do. Boër. in suo eleganti tracta. de custodia clauium porta. ciuita. per totum, maxime fol. 6. vbi pulchrè. Sed hodie communiter feuda & officia sunt in hoc regno perpetua ad vitam recipientium duratura, & hoc quando emanāt à rege, vel ab his qui sunt ex eius sanguine, & hoc ex consuetudine generali regni: vt sæpius vidi obseruari, & audiui, & ponit Benedict. in repeti. c. Raynutius. in verbo, duas. nume. 44. cum seq. de testa. secus ab aliis dominis: quia ad nutum durant dominorum. Notandum est tamen: quòd habens castri custodiam, vel ciuitatis, si eam amiserit, præsumitur culpa amisisse. l. cum ita. §. species ff. de lega. 2. & glos. refert Barba. in additio. ad Bal. in cap. vno de feu. guardiæ. quod est menti tenendum contra custodes fortalitiorum, qui in hoc regno custodias castrorum relinquūt: vt nuper vidimus de ciuitate Rhodiorum, & aliis multis castris. & pro hoc potest allegari textus in l. quicunque. C. de fundis limitrophis. libro vndecimo, vbi nullus priuatus potest custodiam castri recipere in limitibus regni existentis, nisi ex con

cessio

cessione principis: & contra faciens capite plectitur: & hoc propter regni periculadietim contingentia:nec aliquis in prædicto regno potest episcopatum obtinere sine regis nominatione & consensu:& habetur in titulo de electione: in Concordatis in §.1.laté ponit Benedi. vbi suprà.nu. 405.cum sequen.de testam. & in ordinat. reg.in rubri.*du droict de regale.*

39 Feudum castaldiæ est quod datur propter procurationem: nam castaldus dicitur is cui res domini gubernanda mandatur. glo. in cap.vno,de feudo guardiæ.& in l. fin.C. quod cum eo.

40 Feudum quod datur pro mercede,dicitur illud quod est alicui cócessum propter laborem,& pro mercede. Alua.ita tenet in d.c.vno de feudo guardiæ. & ibi Barba.in additio.ad Bald. dicis quòd communiter datur pro mercede alicuius vilis officij.vt pro officio coqui.l. legatis seruis.§. si ex officio.ff.de lega.3.& coquus principis dicitur habere dignitatem, secundum eum. nil allegat, sed adduco textum in l.nemo. ibi.nobis iubentibus. sustinetur.C.de dignita.libro.12.quem clamat singul. Roma. sing.805. dicens officium quátumcunque vile mandante principe effici nobile. sequitur Feli.in c.fraternitatis.de hæreti.doct.in l.1.C.de manda.princi.Ias.in l. omnium.in t.not.C.de testa.idem dicit Areti. de secretariis principis,in §.fi.columna.t. instir.de except.sequitur Bonus de curtili in tracta. nobili.in 3.parte.nume.156.

41 Decimanona diuisio feudorum est: Aliud est in curte domini, quoddam extra curte. hæc diuisi elicitur ex c.vno. de capita. qui curiam vendi.vbi tunc dicitur feudum in curte,quando dominus habet dominium possessionum & feudorum totius villæ:ita quòd omnes rustici & coloni dictæ villæ recolligunt omnes fructus & reditus domini,& portát illos ad domum dominicalem. t.ipsius domini existentem in dicta villa: & illa domus appellatur curia seu curtis domini:ideò si dominus consideret in feudum vnum mansum de dicta villa,vel vt vasallus haberet annuatim certum reditum de dicta curte,& omnes alij fructus essent domini, tunc ille vasallus dicitur in curte,& est feudú in curte.ponit idem Aluar. in proœmio feu.in 4.diuisione.

42 Feudum extra curtem,est quando dominus non habet dominium totius villæ, sed possessiones pro maiori parte sunt rustico rum,vel aliorum:& dominus modicú habet,puta duas vel tres possessiones: & non est necesse quòd teneat ibi domum dominicalem:nam si dictas possessiones in feudaret, diceretur habere vasallum extra curté. c.vno.§.pe.& §.fi.quib.mo.feu.amit.

43 Vigesima diuisio feudorum est, quia feudum aliud est aduocatiæ, aliud de tabula, seu quaternata. Feudum aduocatiæ appellatur,quando est aliquis aduoca tus fortè fisci,& illi aduocatiæ est feudum annexú pro suis stipendiis exoluendis:& idem in dicatura , vel prmeuratoria , notaria vel alio officio,cui feudum sit annexum. probantur prædicta in c.vno.§.quicunque aduocatiam.de pace tenenda,& eius viola. & idem puto in feudo scutiferorum, secundú Aluar. in proœmio feudorum.in 18. diuisi. & in titu.de feudo guardiæ.& Ias.in col. penul.in præludiis feudo.

44 Feudú de tabula seu quaternata,est quando spectat ad collationem regis vel domini:& illa sunt scripta in quaternis cameræ, sicut in camera computorum Parisiis. declarat Andre.de Iser.in ea.1.de controuers. inuestitu.apud pares terminan. Alua. in 21. diuisio.sequitur Lucas de penna in l.1. col. 2.C.de venditio.rerum fisca.lib.10. & l.quicunque.colum.tertia.de omni agro deser. lib.eod.& l.1.col.8.de empo.lucra.descript. lib.10.videto si libet.Aliud est feudum emptitium,seu mercenarium, & id est quod pecunia acquiritur.l.Titius.ff.de obsequi. Curt.consi.50.columna 1. decis. Neap. 282. orta.Aliud est feudum edictale, quod quis habet statim quòd est hæres vasalli, cuius personá repræsentat,& onus homagij videtur subiisse.not.Specula.in tit.de feu. in §. quoniam.versic.27.& hoc habet ex edicto prætoris mortui,vt ibi not. Aliud decretale,quasi à domino decretum:nam mortuo vasallo hæres siue filius tenetur à domino petere inuestituram,& dominum agnoscere, & iuramentum fidelitatis præstare:& idem dominus tenetur eundé recipere vasallum: & recipiendo videtur sibi decernere ius in feudo:ideo decretale feudum vocatur, vt declarat Ias. in præludiis feudorum, in fi. & domi.Boër.in §.6.de consuetu. feudi. in consue. Biturigum:sicut dicitur de bonorum possessione: nam quædam est edictalis quædam decretalis, de qua vltima est text.in l.1.§.decretalis.ff.de succes.edict. de vtraque loquitur glossa in l.3.§.à municipibus.ff.de bonorum posses.docto. in l.fin.§. qui admit. declarat mirificè consocius ac conterraneus meus. domi. de Contadis in suo tracta.de bono.posses.fol.7.& sequen. vbi potes videre. Aliud est feudum quod ipso iure admittitur, aliud per sententiam. ipso iure tunc admittitur,quando vasallus iure prohibente, sine domini permissione alienat:nam licet in alium transferre feudum non possit, tamen illud verè amittit. de consue.libr.feu.c.1.de lege Corr.gl.in c. t qui.mo.feu.amit. c. imperialé. §. callidis. iuncta gl.& §.seq.de prohi.feu.alie.per Fride.& ibi laté Ioan.Raynau.& Petr.Iaco. in sua practica,in forma libelli pro re feud. in 2.rubr.de feudo aperto.c vno.§. qui clericus.si de feu.defun.conten. sit inter domi. & agna.vasal.Barb.cons. tt. illud adferam, col.octaua in 2.volumi.domi. Bartholo. de Chass.

Chassi.in consuet. Burgund. in rubric. *des fiedz.* §.8.gloss. *commisë n'à pōint de lieu.* & dominus Ioan.Sanxon in consuetud. Turon. in rubric. *comment hommage se doit offrir.* articulo.in prima conclusione.& vndecim casus in quibus ipso iure perditur feudum,ponit Franciscus Curtius in suo tractatu feudal. in quarta parte.versi.restat &c.& quod remedium posit dominus intentare, ponit Ias.latè in l. vna. colum.5. & sequent. post alias.ff.de condi.ex lege.&in procemio feu dn.hodie alienatur, nec perditur, vt suprà dixi in tertia q.versi.6.&c. Per sententiam feudum vasallus amittit, quando requiritur sententia priuatiua,& lex non priuat. ca.1.de feu.sine culpa non admitten.§.j.quo tempore miles inuestitu.pet.debeat.& iuribus suprà adductis. In dubio tamen quando vasallus amittit feudum, debet intelligi per sententiam,non ipso iure. Petr.Iacob.in dicta sua practi.in forma libelli de condictio.ex lege nō scripta.en l.1.& Curtius vbi suprà. Quæro nūc finaliter quæ sit vtilitas quando ipso iure admittatur, & an sit maior quàm per sententiam? Et videtur quòd nulla:quia licet sit priuatio ipso iure, siue per sententiam,semper requiritur sententia saltem declaratoria.ca.cùm secūdum leges. & ibi doctores.de hæreticis.lib.6.Feli. latè in ca. Rodolphus.de rescrip.& in c.cùm nō ab homine.de iudic. Respond. tres esse vtilitates præcipuas quando ipso iure admitti tur.Prima est,quia quando quis est ipso iure priuatus, tenetur ad restitutionem fructuum quos recepit à die quo fuit priuatus: licet ex pòst interuenerit sententia declaratoria.ita tenet gloss. mirabilis & singu.in authent.de incestis nuptiis.in versic. imminere.colum.2. secundum Baldum in Marga.in versicu.priuatio.& Angel.in tracta.in gl.& eius bona.versic.quæro licet ac cusatio.& Iac.in tract.sæpè allegato de feu. in verbo,dictique vasalli. col.15. probatur argu.l.cum qui.in princ.ff.de his quibus vt indignis.tex.& ibi gl.in versi.prouentibus. in c.de multa.de præbendis.imò fructus recipiendo post priuationem, ipso iure quis committit furtum:& attestatur Bal.in §.iniuria.col.3.de pace tenen.& iura firman.sequitur Iason in l.2.col.5. nu.17. C.de iure emphyteu.plus dicens q̀ si emphyteuta sit priuatus non soluendo canonem per triennium:si tamen perseuerauerit in possessione recipiendo fructus ad restitutionem tenetur.allegat Angel.in §.si verò.in authen. de non alie.columna 2. Secunda vtilis est propter rei alienationem:quia ipso iure priuatus non aliena.l.Manichæos.C.de hæreticis.l.fina.ff. ad legem Iuliam maiest. & ibi latius doctores.Tertia est vtilitas & vltima nunc propter modum agendi: nam alio modo agitur post priuationem ipso iure ante sententiam declaratoriam, & alio quando quis debet priuari per sententiam vt tenet Ioan.Raynaud.in suo feuda. comprehenso.in §.pœna, numero 14. de prohibita feu.aliena. per Frideri. declarant doctores in dicto ca.cùm secundum leges. Felin.in cap.Rodulphus.de rescriptis. & c.cū non ab homine.de iudi.& hoc facit contra beneficiatos hæreticos, siue Lutheranos, vel simoniacos.Alias vtilitates vide per Iacobum de bello visu,in sua practica, rubr. de quæstio.fol.82.num.iii.vbi ponit quinque.& 56.tradit Andr.Tiraquel. in repeti. l.si vnquam.in verbo reuertatur. C.de reuocā.donatiou.multasque alias feudorum diuisiones curiosus reperiet: quia tot sunt feuda,seu species feudorum,quot sunt qualitates personarum & modi dandi, vt not. Ioannes Berber.in d.viatorio iuris, rub.de feudis.His tamen intellectis,arbitror alias diuisiones feudorum rectè intelligi:in quibus omnibus submitto me correctioni charitatiuæ cuiuslibet melius sentientis, iuxta textum, in l. Claudius Felix. in fine. ff.qui pot.in pignu.habeantur.

SER-

SERVITVTVM schematiſmus.

SERVITVS ALIA.

- 2 *Perſonalis.*
  - 3 *Ex iure diuino.*
    - 4 *Honeſta.*
    - 5 *Turpis.*
  - 6 *Ex iure gentili.*
  - 7 *Ex iure ciuili.*
- 8 *Realis*
  - 9 *Vrbana.*
    - 10 *Affirmatiua.*
      - 11 *Stilicidium auertendi.*
      - 12 *Immiſſionis aditus.*
      - 13 *Oneris ferendi.*
      - 14 *Tignum immittendi.*
      - 15 *Proiiciendi.*
      - 16 *Protegendi.*
      - 17 *Proſpectus.*
      - 18 *Luminum.*
    - 20 *Negatiua.*
      - 9 *Altius tollendi*
      - 21 *Altius non tollendi.*
      - 22 *Ne luminib. officiatur.*
      - 23 *Ne proſpectus officiatur.*
      - 24 *Stilicidium non auertendi.*
  - 25 *Ruſtica.*
    - 26 *Nominata.*
      - 27 *Iter.*
      - 28 *Actus.*
      - 29 *Via.*
      - 30 *Aquaductus.*
      - 32 Ius paſcendi
      - 33 *Pecoris appulſus.*
      - 34 *Aquæ hauſtus.*
      - 35 Ius calcis coquendæ.
      - 36 Ius arenæ fodiendæ.
    - 31 Innominata.
    - 40 *Vſusfructus.*
    - 41 *Vſus.*
    - 42 *Habitatio.*
- 37 *Mixta.*
  - 38 *Diuidua.*
  - 39 Indiuidua.

Item ſeruitutum quædam.
- 43 *Continua.*
- 44 *Diſcontinua.*

QVAN

QVANDOQVIDEM NON EST ſimplex ſeruitutis vocabulum, neque poteſt commode in genere definiri: prius eſt vt in ſpecies ſuas diuidatur, quę deinde ſuis finitionibus explicentur.

1 Omnium igitur ſeruitutum ſummam diuiſio eſt, quod quædam ſunt perſonales quædam reales, quædam verò mixtæ: quæ diuiſio etſi videatur eſſe trimembris, re tamen ipſa eſt bimembris. Seruitutes enim omnes aut perſonales ſunt, aut reales: nam quæ mixtæ ſunt, ſub ſimplicibus continentur: ſecundum ea quæ tradunt iuris interpretes in l. 2. in principio. ff. de verborum obligationibus.

2 Sequens diuiſio eſt, Seruitus perſonalis quædam ex iure diuino eſt, quædam ex iure gentium, quædam ex iure ciuili.

3 Seruitutem ex iure diuino eam voco, cuius cognitionem ex ſacris literis habemus. Hanc ſeruitutem nō puto indiſtinctè vocandam diuinam, quod quidam faciunt in deſcriptione huius typi: quis enim ſeruitutem peccati diuinam vocauerit? Et tamen huius ſeruitutis cognitionem ex iure diuino habemus: vt & peccati cognitionē ex lege diuina habemus: nemo tamen peccatum diuinum vocauerit. Hanc ſeruitutem diuido in honeſtam & turpem.

4 Honeſta ſeruitus, eſt qua quis volens ſe totum Deo mancipat, totum ſe illi deuouet, ac præceptis illius ſponte obſequitur. Ad hanc ſeruitutem inuitamur præcepto dominico, quo dictum eſt, Dominū Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Deut. ca. 6. Porrò ſeruitutis huius effectus eſt, vt per eam & filij Dei, & hæredes, ac proinde liberi efficiamur. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Ioan. 1. Iam cùm apoſtolus dicat ibi libertatem eſſe, vbi ſpiritus Domini adſit, palam eſt eum verè liberum eſſe, qui Deo ſeruit: cùm idipſum nemo poſsit, niſi qui ſpiritu Dei agitur.

5 Turpis ſeruitus eſt, qua quis per peccatum in mancipatum diaboli venit, qui & ipſe peccati author eſt, & mendacij pater. De hac ſeruitute mentio fit paſsim in ſacris literis, tum in veteri, tum in nouo teſtamento. Iudicium cap. 2. Feruntque filij Iſrael malum in conſpectu domini, & ſeruierunt Baalim, & dimiſerunt Dominum Deum patrum ſuorum, & Matthæi ſexto: Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ. & Paulus Auaritiam vocat idolorum ſeruitutem. Coloſſ. 3. Ephe. 5. cap.

6 Seruitus perſonalis ex iure gentium eſt quæ à perſona ſeruili perſonæ liberæ debetur, quod facilè colligere eſt ex definitione Iuriſcon. Florentini quam habes in l. 6. §. 1. de ſtatu homi. lib. 1. Digeſtorum. Seruitus, inquit, eſt conſtitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubiicitur. Porro ſeruitus hæc ex bellis ortum habuit, quæ & ipſa iuris gentium ſunt: per tex. in l. Ex hoc iure. ff. de iuſtitia & iure.

7 Seruitus perſonalis ex iure ciuili tribus modis contingit. Primò cùm liber homo maior an. 20. paſſus eſt ſeſe venundari ad pretium participandum. §. ſerui autem. a. de iur. perſo. inſtitu. lib. 1. vbi Accurſius diffuſe tractat, quot ſint neceſſaria in hac ſeruitute conſtituenda. Secundò, cùm quis libertus effectus, per ingratitudinem in ſeruitutem reuocatur. de quo eſt text. in l. 2. 3. & 4. C. de lib. & eor. liber. In authen. vt liber. de cæter. &c. §. illud verò adiicimus colla. 6. conſtit. 6. Exiſtimauit tamē Cornelius Tacitus, libro hiſt. 13. eos qui vindicta manumiſſi eſſent, non poſſe occaſione ingratitudinis in ſeruitutem reuocari, in quo articulo vide Alciat. libro Diſpun. 3. capi. decimoquarto, Tertiò, cum quis ſeruus pœnæ efficitur: quod accedit iis, qui vel in metallum damnantur, vel beſtiis ſubiiciūtur. §. pœnæ ſeruus. quibus modis ius patriæ poteſt. ſol. inſtitut. libro primo. Hodie tamen, inquit Accurſiuus, in dicto §. pœnæ ſeruus: nemo bene natus efficitur pœnæ ſeruus: per text. in authen. de nup. §. quod autem. & §. ſi vero. col. 4. quod verum eſſe putat Ang niſi fiat executio mortis, aut ſaltem præſens capitaliter condemnetur ab habente poteſtatem. Addūt quidam quartum modum, nempe ex mendicitate per text. in l. vnica. de mendican.. valid. libro vndecimo C.

8 Seruitus realis, eſt ius quoddam prædio inhærens, quod dominantis vtilitatem au-

ger, feruientis libertatē minuit: & hoc contingit cùm res mea reitue, prædiū meum prædio tuo feruit. Prædictā definitionem magno confenfu approbant iuris interpretes in l.1.ff.de feruitut Hæc etiam prædialis feruitus dici poteft, quòd fiue prædiis conftitui non foleat.l.1.ff.comm.præ. tam vrb. quàm ruft.§. ideo autem. de feruitu. inftit. libro 2. Iam cùm prædiorum alia vrbana fint, alia ruftica: quæ non loco fed materia diftinguūtur l. Vrbana prædia.ff. de verbo. fign. Seruitutem Realem in Vrbanam, & Rufticam diuifimus.

9 Vrbana feruitus eft, quæ vrbano prædio debetur.not.Azo in fumma,tit. de ferui. libro 3. C nec infpicitur, an feruitus hæc à prædio vrbano an a ruftico debeatur: fed duntaxat confideratur id prædium cui feruitus debetur. Cepol.in tract. de ferui.cap. 11. Sunt autem vrbana prædia, ædificia omnia, quæ habitandi gratia parantur, fiue in ciuitate, fiue in agris d.l.vrbana prædia.ff. de verbo.fignifi.§ prædiorum vrbanorum, de ferui. Infit.lib. 2. Huius feruitutis duæ funt fpecies, nam quædam eft Affirmatiua, quædam Negatiua.

10 Affirmatiua feruitus eft, quæ verbis affirmatiuis concipitur: huius plures funt fpecies, quas hic fuo ordine defcribimus.

11 Stilicidium auertendi feruitus, eft ius quo licet alicui ftillicidium domus fuæ in domum, aut aream vicini auertere. Stillicidiū porrò vicini nemo cogitur fufcipere, nifi feruitutæ cōftituta: quod colligitur ex l. Seruitutes.in §.Si anteà ibi, Stillicidium quoquo modo acquifitum. ff. de feruitu. vrb.præd. Zafius in para.fuis eod tit.

12 Iteneris feu aditus feruitus, eft ius quo licet mihi ire in domum meam per prædium tuum: neque enim feruitus iteneris tantūmodo ruftica eft, fed etiam vrbana, cum vrbano prædio debetur. arg. l.iter ff. comm. præd.l.Seruitutes.§.fi domo.de ferui. vrb. prædiorum. Cùm tamen quis habet ius eundi in domum fuam per vicini domum, interdiu duntaxat ea feruitute vti debet, non etiam noctu.d.l iter. Zafius in para. fuis.tit. de ferui.vrba præd.idque propter periculum quod vicino poffet accidere, fi domum fuam eogeretur nocte apertam relinquere.

13 Oneris ferendi feruitus, eft ius quo vicinus tenetur fuftinere onera domus meæ fupra columnam fuam, aut parietem fuum l.eum debere.ff de feruit.vrban.præd. vide Zafium in d.tit.de ferui.vrb.præd l.1.apud quem etiam videre potes, quid differat hæc feruitus à reliquis.

14 Tignum immittendi feruitus, eft ius, quo vicino licet immittere trabes fuas in parietem vicini.de hac feruitute fit mentio in l.1.ff.de feruit.vrba.præd.& in l. malum. §.1 ff.de verb. fign.iam cùm Tigni.appellatio latè pateat.l. Tigni.ff.de verbor.fignif. hic duntaxat pro trabibus fumitur: vide Zafium in d.tit de fer.vrb præd.

15 Proiiciendi feu protegendi feruitus, (vna enim.

16 Et eadem eft, quamuis diuerfum Cepola, ac reliqui eiufdem farinæ interpretes fentiunt) ius eft, quo vicino licet ædes fuas, protuberandi fiue exporrigendi in mœnianis, feu podiis penfilibus, aut tecta fua protendendi in folum vicini: atq; hæc eft propria fignificatio verborum proiiciendi, & protegendi à iurifconfultis vfurpata.l. malum. §.1.vbi Alcia.ff.de verbor.figni.l.1.§.1.ff.de impen.in reb.dot.fac. vbi Budæum in anno.in l.fi vero.ff.de his qui deiec. vel effu. Zafium in d.tit.de feruitu.vrb.præd.

17 Seruitus profpectus, eft ius, quo vicinus vicino claritatem præftare tenetur aperta feneftra, vel foramine aliquo. Azo in fumma.C.de feruit. vbi differētiam ponit inter feruitutem Luminum, & feruitutem profpectus: quē fecutus eft Cepol.in tract. feruitu.cap.31.& 34.

18 Luminum feruitus, eft ius quo vicinus vicini lumina excipere cogitur. l. luminū. & ibi pulchrè per Bartol. ff.de ferui. vrban. prædior.

19 Altius tollendi ius non effe feruitutem fed libertatem potius, putat Zafius in d.tit. de feruit.vrb.præd poft glo.in l.1.eod.tit.poteft tamen nonnunquam accidere, vt altius tollendi necefsitas incumbat vicino iure feruitutis: vt fcilicet is teneatur altius ædes fuas tollere, ne in domum meam profpiciatur, cùm fortè domus mea fubfidat ac depreffa fit, via autem prætereundi in altum exporrigatur, aut etiam ne vento expofita fit. argu. l. Si arborem.§. interdum ff.eod.tit.

20 Seruitus vrbana Negatiua eft, quæ verbis negatiuis concipitur: cuiufmodi eft Seruitus.

21 Altius non tollendi, per quam prohibetur vicinus domum fuam inuito vicino altius tollere: de qua in l.1.ff eod.titu. in l. Altius.C.de feruit.& aq.gloff in l loci corpus.§.pen.in verb.altius.ff.fi fer.vind viridaria tamē habere fupra eam altitudinem, is qui feruitutem debet, non prohibetur. l. ædificia.ff de fer.vrb præd.

22 Ne luminibus officiatur feruitus, eft ius, quo vicino non licet quicquam facere, per quod vicini lumina obfcuriora reddantur.l. inter feruitutes.ff eodem.

23 Ne profpectui officiatur feruitus, eft ius quo vicino nō licet quicquam facere, quod vicino officiat ad gratiorem, & liberum profpectum.l.inter feruitutes § eod.

24 Stillicidium non aduertendi feruitus eft ius, quo vicino non licet facere, quin ftillicidium fuum in prædium vicini defluat, quo fi forte opus habet ad citernam fuam replendam.de hac eft tex.in l.1. vbi Bartol. ff.eodem.

Ruftica

25 Rustica seruitus est, quæ prædio rustico debetur. Sunt autem Rustica prædia, quæ vel percipiendorum, vel colligendorum fructuum gratia sunt l. eo. iure. §. stabula. ff. in quibus causis pignus, vel hypote. Ferrarius Montanus titulo, de seruitutibus rusticis, libro tertio. Et hæc seruitus, duplex est, nominata & innominata.

26 Nominata seruitus ideo dicitur, quod speciale nomen à iure impositum habet, argumentum l. iurisgentium. §. 1. ff. de pactis. Sunt autem seruitutes nominatæ quatuor. Iter, Actus, Via, Aquæductus.

27 Iter, est ius eundi ambulandi hominis non etiam iumentum agendi, vel vehiculum. tit. de seruitutibus rusticorum prædiorum. institut. libro 2. & cui est ius itineris, is & lectica portari, & equo vehi potest. l. qui sella. de seruitutibus rusticorum præd.

28 Actus, est ius eũdi ambulandi hominis, agendi iumentum, vel vehiculum. d. tit. de seruitutibus rusticorum præd. in institutionibus, libro secundo.

29 Via, est ius eundi agendi, & ambulandi hominis. institut. eo. inest autem huic seruituti quiddam amplius: nam qui ius viæ habet, & trabem aut tignum trahere, & rectam hastã ferre potest: modò fructus non lædat d. l. qui sella. secundo responso. ff. eodem titulo.

30 Aquæductus est ius aquæ ducendæ per fundum alienum. instit. eod. tit. & in l. 1. ff. eo. ius quod constitui potest tam in aqua inuenienda, quàm in iam inuenta. l. Labeo. ff. eo. Vide quæ de hac seruitute scripsit eleganter Zasius in para. ff. eod. tit.

31 Seruitus rustica innominata est ea, cui non est speciale nomen iuris impositum, sed ab ipso actu denominatur: huius generis sunt hæ quinque sequentes.

32 Ius pascendi, est ius pecoris pascendi in fundo alieno prædij mei caussa: de hæc seruitute est tex. in l. 1. §. in prædiis ff. de seruitutibus rusticorum prædiorũ. & in §. inter rustic. institutio. eod. tit. atque hæc quidem seruitus merito dicitur rustica, cùm bona pars fructus prædij rustici in pecore consistit. l. pecoris. ff. eodem. Vide Zasium in para. ff. eod. tit.

33 Ius pecoris appulsus, est ius quo licet mihi pecora agri mei ad fontem, vel riuum agere per prædium vicini. Azo in summa. C. de serui. de hac seruitute fit mentio. in l. 1. §. in prædiis. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum. & in l. 1. §. Trebatius. & §. seq. ff. de aqua quot. & æstiua.

34 Aquæ haustus, est ius hauriendi aquam è fonte vel puteo vicini. Azo. in suum. C. de ser. Hanc seruitutem qui habet, etiã iter habere intelligitur. l. 3. §. qui habet. ff. eod. nec cõstitui potest aquæ haustus, nisi propter vtilitatem vicini fundi. l. ergo. ff. eod.

35 Ius calcis coquendæ, est ius quo licitum est vicino calcem coquere in fundo vicini pro vtilitate prædij sui rustici. de hac est text. in l. 1. §. in prædiis. & in l. ergo. ff. eod.

36 Ius Arenæ fodiendæ, est ius quo licet vicino arenã e fundo vicini, effodere in prædij sui rustici vtilitatem: de qua est text. in d. l. 1. §. in prædiis. ff. eod.

Adde etiã ius cretæ fodiendæ, & lapidis eximendi, quæ seruitutes catenus constitui possunt, quatenus ad prædium opus sit, cuius gratia constituuntur. d. l. ergo. in fin. & l. seq. ff. eod.

37 Superest videre de seruitutibus mixtis, Est autem Seruitus Mixta, quæ à re personæ debetur: cuiusmodi sunt vsusfructus, vsus, & habitatio: nam quæ à persona rei debetur. de qua in l. Mæuia. ff. de manu. testa. & in l. Titio centum. §. Titio secundo. ff. de condit. & demon. non propriè seruitus est, sed onus quoddam liberæ personæ impositum.

38 Diuiditur autem seruitus mixta, in diuiduam.

39 & indiuiduam: & has quidem species ideo seruituti mixtæ tribuimus, quòd sola seruitus vsusfructus est diuidua. l. 1. §. si vsusfructus, ff. ad l. Fal. reliquæ omnes indiuiduæ sunt. l. stipulationes non diuidũtur. ff. de ver. ob. differentiæ rationem reddit Bar. in d. l. Stipulationes. Numero vicesimonono, & vicesimose ptimo.

40 Vsusfructus, est ius alienis rebus vtendi fruendi, salua rerũ substantia. l. 1. ff. de vsufructu. & est duplex: formatis & causalis Formalis est, qui à proprietate rei separatur, & is proprie seruitus est, & per confessoriam actionem petitur. Causalis est, qui cum sua causa, id est proprietate, coniunctus est: & is non est seruitus, cum res sua nemini seruiat: nec per confessoriam petitur sed per negatoriam auertit. l. Si cum testamento argentum. §. pe. & ibi gl. ff. de exc. rei iud. glo. in l. omnium. ff de vsufructu. In quibus autem rebus constituatur vsusfructus, & ad quid teneatur vsufructuarius, vide Azonem in sum. de vsufruct. Zasium in para. ff. eod. tit.

41 Vsus est ius alienis rebus vtendi, salua rerum substantia, non etiam fruendi: hæc definitio colligitur ex. l. 2. ff. de vsu & hab. quam etiam ponit glos. in l. 1. eod. titu. vide Ferrarium Montanum, Institu. de vsu & habit.

42 Habitatio est ius alienas ædes inhabitandi salua ædium substantia: cui autem hoc ius concessum est, non solum habitare ei licet, sed etiam alteri accommodare, aut etiam locare: vnde ab vsu simplici differt. l. eum antiquitas. C. de vsufr. vbi etiam glo. notat in quibus ab vsufructu differat habitatio.

43 Postrema diuisio Seruitutum hæc est, quòd quædam sunt continuæ, quædam discontinuæ. Seruitus continua, est quæ causam continuam atque perpetuam ha-

bet,& absq; continua humana opera semper est in vsu siue actu, siue potentia, cuiusmodi sunt seruitutes aquæductus, altius non tollendi, vsusfructus, vsus iurisdictio: in quarum nonnullis quamuis factum hominis semper interuenire sit necesse, vt in vsufructu, vsu, & iurisdictione: tamen quia animo possidere solent, continuis adnumerantur: ita eleganter, vt cætera, Ferra. Monta. insti. de serui post. Bar. in l. iusto. §. non mutat. ff. de vsuca. huiusmodi seruitutes præscribuntur. 10. an. inter præsentes, 20. inter absentes, exemplo rerum immobilium l. fi. in fin. C. de præscri. longi temp. l. 2. C. de serui. Quot autem sint necessaria ad hoc vt præscriptio in his locum habeat, vide apud Bar. & Bal. in l. 2. de seruit. Ferra. Monta. insti. de serui. Zasium in para. ff. eod tit.

44 Seruitus discontinua est, cuius vsus per solam operam humanam habetur. Vnde quia homo non assiduo, sed ex intercapedine operatur, causam discontinuam, hoc est interpolatam obtinet: cuiusmodi est inter, actus, aquæ haustus. l. seruitutes. 4. ff. de seruit. Harum seruitutum nullo tempore, nec lõgissimo quidem præscriptio procedit, vt quarum non est continua possessio. d. l. Seruitutes. 4. ff. de seruit. Nisi si forte quis huiusmodi seruitute vsum se diceret tanto tempore, cuius initium memoriã hominum excederet. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & æsti. Hoc autem tempus in obscuro interpreramur centum an. quia his finis vitæ longæui hominis est. l. an vsusfruct. in fi ff. de vsufruct.

Atque hæc quidem satis abundéque sufficiat ad seruitutum species describendas: si tamen illud vnum admouerimus, eum qui seruitutem adserit, eam probare debere: cum res omnis libera præsumatur. l. altius. & ibi gl. C. de serui.

FINIS

NOVISSIMA, ET ADMODVM frugifera exceptionum declaratio, edita per Disertum virum Petrum Rebuffum de monte Pessulano Iuris vtriusque Doctorem, & supremę curię Parisiensis aduocatum, & ab authore iam recens recognita, atque emendata.

1 QVIA omnis de aliqua re institntio debet à definitione proficisci, iuxta illud quod scripsi tuba Romani eloquij Cicero (qui hoc modo appellatur per glo. in l.1.de stud.libera.vrb.Ro.lib.11.C.) primo offic.lib.& refert Bald.in proœ.feudo. col 3 in fin.cum seq.per text.& ibi Bald in l.1.ff.de iusti.& iur.& l.1.ff.si cer.pe. & Barba.in rub.huius tit.in cle.in princ.& in rubr. de rescrip.col.1.& de cõstit.col.2.& in rub. de postula.præla.col.2.& Petr.de ferra. in pract.in forma positionum actoris, in versiculo postquàm: & Troilus Malutius iu tractatu de obligationibus, in primo dubio.doctores in l.1.ff.de acquirenda possessione. Bonus de curtili in tractatu nobilitatis, in secunda parte,& docto.in l.1. per illũ text. ff.de testamentis. & l.1.ff de tutelis. nam definitio elt omnino substantia cuiuscunque significantis, secundum Barba. in rub. de re iudic.in clemen. Videamus ergo quid sit exceptio. Secundò quo Iure inuenta sit. Tertiò ad arboris declarationem accedamus. Ad primum igitur veniendo, cùm materia exceptionum sit multum necessaria.per textum,in §. alioquin. institu.eodẽ, & in authen de restitutio. & ea quæ parit in vndecimo mense:columna quarta, post principium, ibi, & in quadam exceptione necessaria, & frequens, & in iudicis versatilis: & ideò amplectanda.l. legaui.ff.de libera. legat. cum similibus. & definitio est multum periculosa. l.omnis definitio.ff.de reg. iur. tamen per illas definitiones nihil mutatur in re:nec ex eis obolum lucrabeoris secundum Ioann. Fabrum in §. ex non scripto.col.2.instit.de iure naturali.

1 Igitur sic definitur exceptio per aliquos doctores. Exceptio est ius reo competens ad elidendam, excludendámve actoris intentionem:& hæc definitio comprehendit dilatorias,& peremptorias:vt tenet dominus Antonius de Tremolis in additio. ad pratic. de Bonacurso in princip. Ego verò, insequor definitione iurisconsulti (quia non possum inuenire meliorem) positam in l.secunda, ff.eodem. Exceptio est actionis, vel intentionis exclusio. Hanc posuerunt ferè omnes summistæ, Gofired. Azo. Hostien.& alij, & Barba. in rubrica huius tituli.in clemen.licet Ange.in rubri. institu. eodem, columna mihi 4. versic. Capiamus primum: tenet quòd non est definitio, sed allusio:at ego in tract.meo except. plenius tradidi, vbi dixi standum esse verbis iurisconsulti: siue sit allusio, siue definitio: & communiter tenetur quod sit definitio: & latius declarabitur in prima deuisione, infra. Nota temen, quòd exceptio duobus modis sumitur: largè, & strictè, seu propriè. Largè pro omni defensione, exclusione, & replicatione:vt tenet glos. in l. secunda, ff.eod.nam replicatio excludit, ergo exceptio largè nuncupatur, per glos.in l.fina. C.de ædend. iurisgentium.§.siue autem.ff. de pact.& l.nam postea.in principio, ff. de iureiurand. Strictè, seu propriè capitur pro defensione, quæ reo competit cõtra actionem actori competentem contra dictum reum: vt tenet glossa, & docto.in d.l. 2.& Hostien. in summa huius tituli. §.1. Ange. in rubr. eiusdem tituli insti. columna mihi 5. canonistę in rub. de excep. Azo in summa vers.est autem sciendum,& gl.superius allegatæ,& ibi Doct. Ad secundũ, quo iure sit inuenta,& videtur, quòd iure diuino in paradiso terrestri: nam Adam de inobedientia à domino reprehensus cur pomum vetitum comedisset, actioni Dei exceptionem obiiciens, relationem criminis in vxorem vertit, dicẽs, Quam mihi sociam dedistir dedit mihi de ligno vitæ, & comedi:& Deus dixit ad mulierẽ: Quare hoc fecisti? quæ respondit:Serpens decepit me, & comedi:hæc habentur Genesis 3. c. & in c.serpens.de pœnitentia, dist.1. ita tenet Spec.in proœ.sui operis.vers.lanè. Ange. in rub.huius tit.col.5.vers. veniamus ad secundum. Panor.tamen in d.rub.tenet quòd est de iure naturali:quia est defensio: sed nihil allegat. Possumus allegare tex. in l.siquidem. ibi, nulla defensio:& l. defensiones.C.eodẽ. c.cum inter.ibi, defensionis copia.eod. tit. Sed defensio est de iure naturali.text.in cle. pastoralis §.cæterum.de re iudic.l.scientiã. §.qui cum aliter.& ibi Flo. ff.ad leg. Aquil. ergo & exceptio.Alij vt Bar.in l.ex hoc iu-

re ff. de iustitia, & iure. & Io. Fab. in princi. instit. de oblig. col. 2. quod sit de iure ciuili, tenet, quia est actionis exclusio. dict à l. 2. eo. tit. ff. sed actio est de iure ciuili. l. in commodato. §. sicut. ibi, actiones ciuiles. ff. cõmoda. Angel. & Iason in §. 1. instit. de actionibus. ergo, &c. aliàs sequeretur absurdũ, quòd exceptio esset prius quã actio, & sic exclusio. Ego dicerem quòd exceptio, quæ habet materiam de iure naturali, dicitur illo iure inuẽta: & tunc dicitur habere materiam in hoc ne innocens condemnetur, & indebitè opprimatur. Nam hoc respicit defensionem, quæ est de iure naturali, per d. cle. pastoralis. de re iud. ita tenet Deci. in d. rub. numero. 6. ad hæc. col. fi. de rescript. Si verò habet materiam præexistẽtem de iure ciuili, tunc ex ilo iure, vt exceptio præscriptionis non numeratæ pecuniæ. & similes, secundum Decium vbi supra. Possunt tamen omnes exceptiones dici de iure ciuili formalitate, & in modo, & ordine excipiendi, & se defendendi. Nam ius Ciuile non admittit omnes exceptiones passim. nec omni tempore, sed certo modo, & ordine: vt tenent Panor. & Dec. in d. rub. Soci. in rubr. ff eodem. Ciuilistæ in l. si quis §. si is pro quo. ff. quod quisque iuris Canonistæ in c. ex parte. in 2. de offi. deleg. Nec obstat quod dicebatur de iure diuino: quia ibi erat quædã defensio, quæ propriè non est exceptio per glosam singularẽ, & communiter approbatam in c. 1. de litis contestatione in 6. sed impropriè sic: vt respondent Feli. & Deci in rub. & in d c. ex parte. Nec etiam obstat quod dicebat panor. in d. rubr. allegando Cicero primo Offic. ibi, Primo generi, &c. quia intelligitur de defensione actuali, seu mannali, ad quam natura omnia animalia inclinat, imò eis dedit certa instrumenta quibus ab aduersis se tuerentur: vt bobus cornua. l. 1. §. cum arietes. ff. si quadru. paupe. fec. dica. l. bouẽ. in prin. ff. de ædil. ædict. ita Feli. & ibi in additio. ad eum in c. dilecti filij. eo. tit. & ideò conquæritur homo, quare natura eum nudum produxit, vt habetur in Plin. in princ. de naturali historia: & omnibus animantibus dedit instrumenta: vt suprà dixi. Non obstat, qoud sit de iure ciuili: quia verum est inquantum excludit actionem, quæ est de iure ciuili: vt suprà probaui: & etiam respectu formæ: sed respectu intentionis est de iure naturali: quia intentionis exclusio erat ante ius ciuile, sicut petio erat ante actiones, quæ manu regia expediebantur. l. 2. in princi. ff de origine iuris. Dec. vbi suprè Floria. in l. si seruus. nu. 7. ff ad l. Aquil. Effectus ex ista quæstione resultantes, vide per Doct. in d. c ex parte.

a Prima ergo erit diuisio, quòd quædã exceptiones sunt meræ negationis, quædam actionis, seu iuris, quædam intentionis, vel facti. Meræ negationis est quando actio actori non competebat, nec competierat. ideo si actor agat, & aliquid petat, reus potest negare. & hæc non est propriè exceptio secundum Soci. in rub. de exce. ff. & Alexã. in addi. ad Bar. in l. 1. ff. eo. gl. in l nam posteà. ff. de iureiur. in prin. & c. 2. de ordine cognitionũ, & quia nil ponit, ideò à reo non erit probanda: vt tenet Bald. in l. peremptorias. C. senten. rescindi non posse. numero 36. & in l. si quidem. in princ. C. eo. Largè tamen exceptio dici potest secundum Deci. in d. rub. nu. 3. vide Bart. & alios in l. si Titius. ff. de verb. ob. & l. si pluribus. ff. de leg. 1. & l. quoties. §. si temporali. ff. de admini. tuto. & hanc posui primam: quia in ius vocati sunt faciles ad negandũ. l. Item si vnus. §. fin. ff. de arbitriis. & prima responsio reorum est negatio vt oculariter videmus.

3 Aliæ sunt actionis, seu iuris, & sunt quæ actionem præsupponũt: vt si Titius decem mihi promisit metu, & ago: habeo actionem ex stipulatu: tamen Titius habet exceptionem metus, quæ excludit actionem ex stipulatu: ideò in definitione suprà fuit dictum, quòd est exclusio actionis per text. in d l. secunda, & regulariter exceptiones in scriptis nõ opponitur, sed satis est, quòd in actis per notarium redigãtur, & scribantur vt tenet Bart. & alij in l. 1. ff eo. Florian. in l. exceptionibus. ff de probationibus. l. 1. notabili vltimo. ff de edendo. per Alexandrum, & Decium in ca. quoniam. num. 26. de probationibus. Aufre. in decisionibus cappellæ Tholosanæ. quæstione 110. Antonius de Tremolis in additionibus ad practicam. Vbert. de Bonacurso in Rubrica de peremptoris exceptionibus, in versiculo, & subtiliter. & Lanfra. in repetitione dicti capituli quoniã in versiculo, exceptiones, in fine. & Angel. columna mihi 18. in rubr. imò sufficit quòd proponatur factum ex quo resultet exceptio: licet non dicat, Excipio, secõdum Baldum in dicta lege prima. nisi in exceptione recusationis, & excommanicationis, quæ in scriptis debent proponi: vt tenet Philippus Francus in capitulo appellatio. de appellationi. in 6. & Felin. in rubrica vide tamen Barba. allegantem tex. in quibus debemus dicere. Excipio vel excipiendo dico in capitulo cùm in causa. numero quarto, de officio delegati. quòd intelligit in doctis, secus in ignaris: quia sufficit factum narrare. vide textum in cap. dilecti filij. 2. de appellationibus. Et ista est propriè exceptio secundum Socinum: vbi suprà, & doctores in rubrica de excepti. in decretalibus: per glossam in lege qui se debere. ff de conditione caussa da. & in lege, in rebus. C. de iure dotium. & Alexand. in additionibus ad Barto in dicta l. 2. & licet excludat actionem, non tamen tollit restitutionem in integrum, per gl. singula. in l. in caussæ. 2. ff. de minoribus. secundum Rauen. in alpha. in versic. excep.

4 Item aliæ sunt intentionis, seu facti, quæ actionem non competere actori ostendunt: vt si solui tibi decem quæ debebã, sublata est actio, institur. quibus modis tollitur obliga. in princip. Si iterum petis, excipiam & excludam intentionem tuam: quia actionem non possum excludere, cum nulla sit, hoc declarant Paulus, & Iason in l. Titia. ff. de verbor. obliga. Vel potest dici exceptio facti: quia sicut de facto agis: ita de facto excipio: gloss. Barto. & alij, in d. l. a. & in l. obligationum ferè §. fin. ff. de actio. & oblig. Barba. in rubr. eiusdem tituli. in cle. & doct. in d. rubr. in decreta. & Ange. colũ. mihi §. Lanfranc. in repeti. ca. quoniam. in versicul. exceptiones. de probatio. gloss. Ias. & alij in d. l. qui se debere. Anto. de Tremolis in additionib. ad practi. de Bonacurso in principi. & in rubr. de perempto. exceptio. versi. animauertat igitur. vbi ponit octo species exceptionis intentionis, quas vide per te, nõ pono hic: sed in tra. de exceptio. ponã, & alia amplè ibi inserã. Alio tamen modo appellatur exceptio iuris vel facti, vt per Bald. in marga. in ver. exceptio, in a8. q. & Panor. in ca. pastoralis. nu. 22. eod. tit. & in hac potest iudex absoluere reum, eo etiam non petente, cum sit in iudicio agens sine actione: vt tenent Barto. & Paul. in d l. 2 licet Soci. ibi & d. rubr. aliter dicat scilicet quòd postquã ponit, est vera exceptio. Feli. Dec. & communiter alij in d. rubr. cõtrarium tenent, & Legistæ vbi supra Bald. in l. peremptorias C. senten. rescin. non posse. Est tamen de stylo curiæ parlamenti Tholo. quòd licet reus sit paratus ad prædictas exceptiones probare, & se offerat. tenebitur tamen implere manum curiæ de tanto quantum petit actor: alias ad ipsas proponendas nõ admittitur: vt est modus loquẽdi, *que il garnisse la main, & emplisse la main de la court*: vt habetur in stylo parlamenti, in eodem titu. in §. & de stylo: & ibi ratio ponitur: quia debitores malitiosè, & causa diffugij quandoque proponunt: vt res vel bona de quibus incontinenti posset fieri satisfactio interim pendente dicta probatione possint elongare, vel consumere: ideò hic dolus non debet eis patrocinari. capitu. sedes. & capitul. ex tenore de rescript. & ca. ex literis. de dolo, & cõtumacia, cum similibus.

5 Secunda diuisio est quòd quædam sunt ecclesiasticæ, seu spirituales, quædam mixtæ, & quædam seculares. Ecclesiasticæ sunt quæ coram iudice ecclesiastico probari debent: & de his iudex laicus non se intromittit: vt si iudex laicus detinet clericum in suis carceribus, potest excipi, quòd est clericus: & coram iudice ecclesiastico remittetur: & ibi dicta exceptio probabitur, per textum in capitu. si iudex laicus, de sentẽ. excõ. in 6. Miratur tamen d. Bene. in repe. ca. Raynutius, in ver. & vxorem, nume. 440. de testa. quod in regno Franciæ non obseruetur. & Guido papa in suis decis. q. 138. & dic. Bart. de Cassa. in consuetu. Burg. in rub. *des iustices*. in §. 5. in gloss. *S'il n'a grace*. num. 58. cum seq. Et tales iudices hoc nõ obseruantes nõ sunt tuti in foro conscientiæ, secundum eũdem de Cassa. in rubri. *des iustices* versic. *& droictz d'icelles* in numer. 41. Nota tamen q̃ licet curia parlamenti de tonsuræ proprietate non debeat cognoscere: tamen an vestis sit clericalis necne cognoscere potest: quia hoc cognoscere, non est cognoscere de re spirituali, sed temporali: ergo cognoscit de pileo partito: & an vestis sit clericalis: & de caligis, & aliis vestibus, & indumentis: vt arresto fuit Parisijs decisum in quæ. per arresta q. 42. & in stylo parlamenti in 4. parte, arresto 184. & 186. idem do. Barth. de Cassa. in consue. Burgun. in rubr. *des iustices*. in §. 5. in glos. *S'il n'a grace*. nu. 59. versic. 10. fallit. Idem in exceptione excommunicationis per text. in c. corripiantur. ibi, Episcopale iudicium. 24. q. 3. & Spec. in titu. de competen. iudic. adu. §. 1. in principi. potest etiam corã seculari iudice proponi: vt not. gloss. singu. in l. 1. C. de iuris, & facti igno. & c. 1. de excep. in 6. & doct. in c. intellexímus. de iudic. Hoc tamen non seruatur in curijs laicalibus huius regni secundũ Ioan Fabr. in §. fin. insti. de cura. Sed vnde tantus abusus processerit, ignorat Guliel. Benedi. in repet. c. Raynutius. in versi. mortuo, in 1. num. a82. de testa. & Aufre. in decisi. capellæ Tholo. q. 131. & 189. & ibi decidit an excommunicatus possit monitionem de occultis impetrare. hanc consuetudinem reprobat subtilis Petrus de bella perti. in l. placet. C. de sacrosanct. eccle. addit. ad Vber. de Bonacurso, in rub. quibus modis examen iudi. ordi. declina. & text. de iure ciuili loquentes de excommunicatione, vide per Barbat. in clem. vnica, column. 3. eod titu. & vltra eum text. in l. hi qui sanctam, de aposta. glos. in capitulo vno. quo tempore miles inuestiturã petere debeat. Executio tamen bene potest fieri aduersus monachum, & alium virum ecclesiasticum in sua temporalitate fructibus pendentibus, & in redditibus nondum receptis: vt dicit Ioannes Masuer. in rubrica de executionib. in versicul. item creditor. & hoc vidi multoties practicari: ideò bene not. idem in exceptione vsurarum. capitul. præterea, & per totum, de vsur. quod intellige verum si super iure contentio oriatur, secus si super facto: quia tunc iudex laicus erit competẽs secundum Bart. Ias. Hercula. & alios in l. Titia. ff. solu. mat. Bart. & alios in l. quoties. C. de indi. bart. in l. 2. ff. de iurisdi. om. iud. licet multi Cano. refragentur in clem. dispendiosam. de iud. Potest tamẽ iudex laicus excipiẽti statuere tẽpus intra q̃ se præsentet excipiens coram iudice ecclesiastico, nõ tamen quod probet, secundum Vincen. in l. a. numer. 6. de re iudica. ff. vide Alexand. consi. 91. in 2. volumine. Et an arbi

& aufred in suo tracta.casus in quibus iu
dex secularis &c & an clericus possit ban-
niri per secularem iudicem, Io.Galli.vbi su-
prà, quæst.66.& tribus modis dicitur nego-
tium seculare: vt tenet domi.Cassa.rubric.
des iustices.in §.6.gloss.*mesficiere*, numer.32.
Idem si seruientes regij verberentur, vel ho
stiarij parlamenti officium exercendo: quia
tunc curia suprema cognoscit, & in mate-
ria prouisionali secundum Vincen.C*igauls*.
in allega.suis.in ver.capitulum regale quod
ego intelligerem quando essent seruientes
curiæ supremæ, vel hostiarij, vel officiarij,
vel executiones facerent pro eadem curia:
aliàs secus per supradicta.

8 Tertia succedit, & principalior diuisio,
quòd exceptionum quædam sunt dilato-
riæ: quædam anomale, quædam mixtæ, &
quædã quasi peremptoriæ. Dilatoriæ sunt,
quæ actionem differunt. l.2.§ fin.ff.eodem.
& in §.appellantur.& ibi Docto.insti.eo.&
in duplici differentia reperiuntur: quia quæ
dam sunt meræ dilatoriæ, quædam iudicij
declinatoriæ. ita not.gl.in ca.si quis episco-
porum.1.q 6 Petrus de Ferra.in pract.sua
in forma responsionis rei conuenti in versi
cul.saluis aliis exceptionibus: & in his quo-
modo sit concludendũ scripsi in dic.excep.

9 Dilatoria mera, est dilatoria solutionis vt
si fecisti mihi pactum de non petendo vsq;
ad certum tempus: si ante petis, habeo ex-
ceptionem per quam possum solutionem
differre. l.3.§.1 ff.eod.vel si sim condemna-
tus in actione personali, & ante quatuor
menses conuenior, possum per exceptioně
differre solutionem vsque ad quatuor men
ses. l 2 & l.debitoribus.ff.de re iudica.& ibi
Doctor.l.2.C.de vsur.rei iudicatæ.capitul.
quod ad consultationem.de senten.& re iu
di.idem in dote quando in pecunia cõsistit.
l.vna.§ exactio.C.de rei vxo.actio & Spec.
eodem titu.§ nunc videndum.in princip.&
quando ante tempus petitur, induciæ tem-
poris restantis debẽt duplicari: per textum
& ibi est communis opinio Docto.in §.sed
hodie, instit.eo.Docto.in l.iustas.de iure fi-
sci.lib.10.C.de Bonacurso in rubri.quibus
modis suo nomi agẽ.ciuiliter.& ibi in addi
tionib.ad eum ponit quatuor limitationes
in versic.impediuntur.vide Aufre.in decisi.
capel.Tholos.q.279.& Præpo.in ca.ex par
te, in 2.colũ.2.de appella. Et istas quis debet
proponere ante litem contestatam: sed eas
non tenetur probare, nisi intentione acto-
ris fundata.l.exceptionem.& ibi Docto.C.
de probat.l.siquidem.C.de exceptio.cap.1.
de litis contesta.in 6.quod intellige, & de-
clara, vt per additi ae Vber.de Bonacurso
in rubr de impedimen.& exceptio.versi.at
tende tamen: & si opponens exceptiones in
harum probatione deficiat, poterit statim
in expensis condemnari: per textum & ibi
Docto.maximè Philipp.in 2.no.in c.1.vers.
si quis igitur, eodem titu.in 6. Et si non fint
oppositæ in causa principali, in causa appel
lationis opponi possunt minimè, secundum
Felin.in capit.cum Ioannes.num.29.de fide
instrumento.nisi redderent iudicium vero
nullum, secundum Philip.in cap.licet.colũ.
2 de appella.in 6.& aliis casibus positis per
Feli.in c.ad audientiam.in 2 nu.13.versicul.
omittens dilatoriam.de rescrip. Quia pars
litem contestando dicit se velle litigare, vel
se velle præsumitur, cum nihil dicat contra
ingrediendo negotium: sed dilatorias propo
nendo dicit se nolle litigare, saltem tacitè;
cum veniat ad iudicium differendum: & sic
ex propositione istarum post litem conte-
statam resultaret quædam contrarietas.ca.
cum causam.& ibi not.de appella. meritò
tanquàm sibi cõtrarius debet audiri: per tex
tum in c.solicitudinem de appell.in l.vbi re
pugnantia ff.de reg iur.l.Titiæ.ff de condi.
& demonstra.Panor.in ca.exceptionem.nu.
10.de excep. Limita tamen quod diximus
videlicet, quòd ante litem contestatam pro
ponantur in nouem casibus positis per Ale
xan.in l.ita demum.C.de procur.& ibi Ias.
multos alios addit & Fel.in c.exceptionem,
& ibi alij eod tit. Domini & Ioan.de Turre
cremata in c.si quis Episcoporum in 3 q 6.
Ant.de Tremolis in addit ad Vber.de Bo-
nacurso, in rub.de impedi & except.quæ cõ
tra rescrip.ver.est sciendum & Pet.de bel-
la pertica in suis quæstio q.27. Alexã in l.si
mulier.ff.solut.matri. Et si iudex denegaue-
rit eas admittere, habet pars appellare: aliàs
non potest amplius proponere etiam si pro
testatio interuenit, contra gl.in c.ex cõque
stione.de resti.spolia.quam reprobant An-
to de Butrio, Aret.& alij in cap.tam literis.
de testi.do.in ca.in primis.§.quia igitur.2.
q.1.addi ad Vber.in loco proximè allegato,
versicu.& quid si iudex. Præposi.in c.ex par
te.in 2.col.2.de appella Si tamen contine-
ret notoriã falsitatem, non esset per iudicẽ
admittenda: per gloss & ibi Docto.& phili.
in ca.statutum, in prin.in versi.copia, de re-
scrip. Et breuiter nota, ꝙ omnis exceptio
quæ non perpetuo, sed ad tempus impedit,
est dilatoria: vt tenet Bar.in l.3.ff.eod.& Ni
co.milius in repet.in vers.exceptio ordinis.
Formam proponendi vide per Specu.in ti-
tulo eodem §.viso.versic.& nota ꝙ omnes
dilatoriæ.

10 Aliæ sunt declinatoriæ iudicij: & istæ e-
tiam sunt dilatoriæ, per gloss.in l.3.ff.eod.&
in l.Põponius.§.ratihabitionis.ff de procu-
ratoribus. Panormita.in capitul.pastoralis.
numero 5.& Felin.column. quarta, eodem
titul.Do.in capitu.vt circa.versic.alioquin.
de elect.in sexto. Præposi.in capitul.si duo-
bus.co.lũ.quinta, & sequen.& capit.interpo
sita, de appellatio. Et istæ debent proponi,
& probari ante litem contestatam: quia na
tura earum (paucis exceptis) non est redde
re iudicium inutile postquàm est funda-
tum secundum Baldum in l.exceptionem.
numer.

ret cap. fina.ibi, quàm si tunc allegasset.de foro.competen. text.in l.4. §.hoc autem iudicium de damno infect.in clemen. causam,de elect.capitul. primo, de sepult.in sexto. Guido Papæ in suis decisio. quæst. 221.& Alexand.consil. 96.in quarto volu. Ioan. Maria,vulgo Raminaldus in l.secunda,nume. quinto.de bonor.possess.contra tabu C.Ias.in l. vniuersa.C.de precib.impe. offeré.& in l scimus.C.de inoffic.testamen. Tho.parpaliæ in repet.l.si quis maior.12. no.de transac. Tenebuntur tamen tales cóuenti promittere quòd coram suo iudice se præsentabunt.l.2.§.sed si dubitetur ff.de iudi. Hodie tamen non competit hæc exceptio.si conueniâtur in curia Romana:vt tenent do.de Rota,deci.118.in antiquioribus.Alia quæ possunt opponi contra reû, vide per Specu.in titu.de reo.per totum.& Vber.in rubr.quib.mod.exa.ordi.iudi.ver. ratione rei. Potest etiam opponi mixtâ cósideratione:videlicet iudicis & actoris,vel iudicis,& rei:per textum in l.Iulianus ait si alter,ff.de iudi.& Vber.vbi suprà,versicu.si.sed intendo cum superioribus simplicibus comprehendere: licet mixtum sub simplicibus regulariter non compræhendatur,per glo.& docto.in l.2.ff.de verbor. obliga. Ange.& Iason.in §.1.instit.de actionibus.Alber.in tractat. statu.in q.29.& 33. in secunda parte. Alexand. consil.116.in 2. vol.& consil.82.in 3.volu.& Io. de monte ferrato in repet.l.Gallus.§.& quid si tantum.col.20.& ibi Fortu.ff.de libe.& posth.

14 Aliæ competunt ratione syndici: vt si fortè aliquis tanquàm syndicus agit, in cuius constitutione non fuerunt inserta legitimè nomina constituentium in instrumento:prout debet fieri. l.fina.& ibi Bartol.& patruus meus Rebuff. de vendend.rebus ciuita.libr.11. C.Bartol. in l.final. de præd. curia.libro.10.C.nisi essent tot constituentes qui non possunt in pelle pergameni describi: quia tunc sufficit quòd notarius apponat quod maior pars, vel sanior constituit:secundum Ioan. Fab. in §.finali. insti.de curat Alex.consi.1.in 4.vol. Barto. in l.1.de albo scribê. Bal. in l.1. de reb.cor. qui sub tute. vel cura. sunt & in l.ciuitas. ff.si cer.pet.Item potest opponi quod est cóstitutus à consilio non congregato.ruba, cornu,campana,vel nuntio ad hoc specialiter deputato ex prioris remissione, vel superioris regentis collegio, vel vniuersitate.gloss. & ibi doctores in l.secunda de decu.libro 10.& in l.actuarios. de actua.libro.12 C.vel opponitur quod non est constitutus à duobus partibus vt opportet.l. nulli.ff.quod cuiusque vniuersitat.no. l.planè,de decret.ab ordine faciendis. & l.nominationum,de decurio.libr.10.C.Alexan. consil 21 in princi.in 7.volum. Alias exceptiones,quæ possunt opponi contra syndicos,actores,& œconomos,vide per Nepo.vbi suprà.c.contra procuratores, syndicos,actores & œconomos. Vbert.de Bonacurso in practica sua,in rubric.de exception.opponendis syndicis, vel actoribus. Specu.in titu.de syndico. canonist. in cap. vno de syndico. Angel in §. præterea. sæpius allegato,colum 24. & dominus Bartho.de Cassa.in consue. Burgund. in rubr. *des forestz*.§.6.in fine.

15 Ratione procuratoris aliæ opponuntur: & istæ procuratoriæ vocantur.l.3.§. procuratoria.ff.eodem.§. præterea in 2.institut. eodem & septem modis potest opponi. Primo respectu constituentis: quia à minore vigintiquinque annis est constitutus sine curatore l.neque.C. de procurat. Secundò ratione eius qui constituitur: quia miles, surdus,mulier.l.filius familias.§. milites. & l.mutus de procuratorib. Tertio respectu actionis:vt quia est criminalis, in qua non potest procurator interuenire.l penultima. §.ad crimen.ff.de publicis iudic. l. seruum. §. publicè. ff. de procuratoribus. quod est verum quando reus non est captus: secus si detineatur in carceribus: quia tunc procuratorem constituit ad se defendendum: vt tenet Barto. & Imol. in dicto §. ad crimen.& Philip.in capitu primo,numer. sexto,de iudicis,in sexto & domi. de Rota in decisio.201.in nouis.& vide dominum Bartho.de Cessa. in consuetudinib. Burgundiæ, in rubrica *des droictz* &c. in numero 22.§.quinto.glossa *es droictz*. Item potest procurator rei opponere exceptiones impedientes processum: vt quod libellus inquisitionis non procedat: vel quod iudex non potest inquirere,vel actor accusare, & similes secundum Bartol.in dicto §. ad crimen.Alexand.in consilio 138.colum. fin. in sexto volu. Hodie vero in regno Franciæ nullus admittitur ad accusandum criminaliter vt tenet dictus Benedict.in versicu. & mortuo.in primo numero 200.de testamê. excepto procuratore regio secundum eum, qui est magnus magister:vt Ioan.Fabri attestatur in §.fin.institu eodem.Quarto opponitur de cautione non præstita: vt l.Pomponius.§.ratihabitionis. ff. de procuratoribus, Quintò ratione formæ: vt quia non est constitutus ad defendendum, sed agendum, secundum Speculat.in titul. de procuratoribus §. ratione autem formæ. Sextò ratione officij:vt si tutor,vel curator contra pupillum, vel adultum suum actiones suscipiat, vel cessionem illarum: vel constituatur procurator: nam poterit opponi contra:vt in authen. vt hi qui oblig. se habe.perhibent res mino. in principio. col.6.l.frater.& ibi not.ff. de condi.indebi. l.altius.ff si seruitus vêdi. Septimò ratione causæ:vt si cóstituitur à masculo ad ætatis veniâ impetrâdû, vel ad actioné popularé: vel si est procurator.generaliter cóstitutus & in integrum restitutioné petat: vel velit intentare

intentare interdictum de liberis deducendius, in quibus non ſufficit mandatum habere generale.l.ſecunda, de his qui veniam æta.impetra.C.& l.2.de publicii iudic.l. licet.C.de procurat.hoc ſequitur Vbert.de Bonacurſo in ſua practica .rubri. de exceptio.procurat. per totum.& ibi vide alia quæ contra procuratores poſſunt opponi: & per Nepo.vbi ſupra capitu. exceptiones contra procuratores. Specul. in titulo de procuratoribus Angel.in l. ſæpe allegato. §præterea, in ſecundo, colū.17.inſtitu. eodem gloſſ. in capite.primo, in verſiculo abſentia.de elect.in ſexto:& ibi doctores.vide Alexand. in ſuis conſiliis, conſilio 71.in quarto volumi.& conſilio 61.in quinto volumine.

16 Aliæ competunt ratione reſcripti: vt ſi quis impetrat reſcriptum ſuper obligatione antiqua. vel actione, quæ ante reſcriptum competebat: poſſum contra reſcriptum exceptionem opponere: & diſcitur dilatoria: quia licet reſcriptum perimat, non tamen obligationem, vel actionem antiquam. ſi verò ex reſcripto actio oriretur, vt quando ſuper beneficiis impetrantur reſcripta: ſi exceptio contra reſcriptum opponatur, dicitur peremptoria gratiæ: vt tenet Specu in §. dicto. verſicul. ſed quæro de exceptione.eodem titulo & Hoſtien in ſumma huius tituli.§.quæ ſit exceptionum.verſiculo, quædam contra reſcriptum. Notandum eſt tamen quod contra reſcriptum variis modis poteſt excipi. Primò ratione falſi: vt ca.ad falſariorum.& capitu.quàm graui.& per totum de crimine falſi. Secundò rationæ formæ: quia non eſt impetratum ſecundum formam, vel ſtylum curiæ: nam in illo papa vocat Epiſcopos filios, vel reges fratres. vel ſe ponit in ſingulari: vt ponitur in dict. capitul. quàm graui. Tertiò ratione impetrantis: vt quia ſeruus.l.prima. C. de precibus imperator. efferend. vel excommunicatus.cap. primo. de reſcriptis, in ſexto. Quartò ratione eius contra quem impetratur: vt ſi impetratur contra priuilegiatum non faciendo mentionem de priuilegio capit.per ordinem.& ibi doctores, de reſcriptis.gloſſ.in ca.primo, illo titulo.vel ille contra, quem impetratur erat mortuus.l. penultima.ff.quæ ſententiæ ſine appellatione reſcinduntur. Quintò ratione eius ad quem impetratur: vt quia impetratus non eſt in dignitate, iuxta textum in capi.ſtatutum. de reſcriptis in 6.vel eſt excommunicatus.in cap. intelleximus.& ibi docto.de iudi.in c. decernimus. de ſenten.excommunica.in 6. Sexto ratione taciturnitatis: quia defectum natalium tacuit: vt in titulo de fil. presbyteror. vel aliud quo expreſſo literas non obtinuiſſet, c.ſuper literis. de reſcriptis. vel non itade leui.capitu.poſtulaſti, in fine, illo titulo. Septimo poteſt opponi contra reſcriptum ratione cauſæ: vt ſi eſt obtentum à principe ſeculari ſuper decimis, vel econtra.capitulo licet & ca.ex tenore.& ibi docto.de foro competenti. item cauſæ continentiam diuidit, contra l.nulli.C. de iudic. & capit. primo, de cauſa poſſeſſ. Et iſta continentia poteſt tripliciter opponi Primo ratione actionis: vt quia eſt generalis multa comprehendens capita: vt tutellæ, pro ſocio, negociorum geſtorum: vt dicit gloſſ. & doctor.in dicta.l.nulli.Secundò ratione perſonarum: vt quia ſunt plures ſocii, vel plures hæredes indiuiſi: nam vnus coram vno iudice non poterit conueniri, & alius coram alio.l.prima, & ſecunda. ff.de quibus rebus apud eundem iudicem eatur.& habet locum ille titulus non ſolum in ciuilibus: ſed etiam in criminalibus, ſecundum Iaſ.in dicta.l.nulli.Et ideo vnam cautelam ponit Thom.ferra.in cautela 10.& Hippo. de marſilis in ſingula.180. & refert domi. Caſſan.in conſuetudinib .Burgundiæ. in rubri.*des iuſtices.* in §.quinto. in gloſſ.*S'il n'a grace.numero* 70. & Felin. capitu. primo, numero ſexto, de præſcript.hoc plenè ponit multa allegando, & ordinatè more ſuo dominus meus, & conciuis. d. Nicol. Boër.in conſuet.Bitu.in §. 10. de iuriſdict. omnium iudic. quod ſi plures vulnerauerunt, vel interfecerunt vnum: ſi vnus illorum ſit clericus, omnes iudici eccleſiaſtico ſunt remittendi, ne cauſæ continentia diuidatur: & dicit dominus Caſſa.vbi ſuprà. vidiſſe hanc cautelam in ducatu Mediolani obſeruari in caſu emergenti, & eſt cautela pro amico. Tertiò ratione ſubiecti: vt quando duo in iudicio ad eundē finem tendunt: vt poſſeſſorium, & petitorium: nam iudex poſſeſsionis facilius expedier petitorium quàm alius, ſecundum gloſſ. & ibi Ioan.Roge.in dicto caputu.primo de cauſa poſſeſſ.& Vber. de Bonacurſo in rubric.de impedimen.& exeptio.quæ contra reſcri. verſicu.vel quod &c. & ibi in additio.ad eum. Alia quæ cōtra reſcriptum poſſunt opponi, ibi vide, & Nepo.vbi ſupra.in cap. primo. Specu.in titu.de reſcript præſentia. per totū.Angel. in prædicto, in.§. præterea. colum. quarta. Formam pronunciandi ſuper iſtis exceptionibus vide per Specul. eodem titu.§.viſo.verſiculo.præfixo ibi forma inter loquendi.& Vber.vbi ſuprà.

17 Aliæ competunt ratione loci: vt ſi aliquo loco ſoluere promiſit quis, & alibi conuenitur: nam poterit excipere de loco ſolutioni deſtinato: vt ibi conueniatur. c. vno.& l.vna. de plus. petitioni.§. plus. & ibi Iaſ. plenè, inſtitut. de actionibus. Niſi promittens, in illo loco nollet ſe reperire per textum, & ibi notat. ff. de eo quod certo loco. vel dicit ſe non poſſe cōueniri extra reſſortum, aut regnum, vel locum non inſignem in capitul. ſtatutum, de reſcriptis. in 6 & Guido Papa quæſtio.518.Ioan. Fabr.in §.

appellan

appellantue.col.4.institu.eo. vel extra territorium,& locum maiorum,in l.fina. ff. de iurisdict.om.iud.c.fina. de constitu. in 6. l.1.& ibi not.ff.de iudi.Vber.in rub.de impedimen.executio.& cau.nullita.versicu.7. si iudex.

18 sunt & aliæ,quæ cópetunt ratione temporis:vt si die feriato conueniar,nam de feriis excipere possum,& declinare iudicium ratione temporis feriati. l. 1. & per totum. ff. &C.de fer.& in decret.illo titulo,vel si conueniar de nocte.c.consuluit. de officio delegat.l.non minorem.C. de transact. & ibi Ias.vel potest excipi quòd alio tempore tenetur in c.1.de plus petitio.& iura in proximæ cellulæ declaratione allegata, & primus qui ferias latinas inuenit, fuit Tarquinius superbus:vt tenet dominus Ayma. Riualli.in Historiis iuris ciuilis.lib.1.cap.fin. quod ego intelligerem ferias latinas, quæ apud Romanos fuerunt:sed ferias in honorem Dei introductas dicerem esse de iure diuino,pee ea,que habentur Genesis secundo cap.in princ.Et Exod.20.c.& ad Hebe. 4.c.& itaSyluester de prierio in sua summa in ver.dominica tenet. Quot sint genera feriarum,ponũt Azo,& Hostiensis in summa de feriis.vide Vber.in rubr. quibus modis suo nomine ciuiliter agentes,in versic. item reiiciuntur actores,& ibi in additio, ad eum.Lanfran.in repet.c.quoniã in vers. dilationes probationibus.tex.glo. & doct. in cle.sæpe.in princi.de verb.sig. Angel. de clauasio in sua summa.in versicu. feriæ. & Specu.in titu.de feriis,quos vide.

19 Sunt & aliæ,quæ competunt ratione libelli:vt si producas libellum inepsè formatum contra me,potero excipere,per text.in cap.examinata.de iudic.& alia quæ ponit Specu.in titu. de libel. conceptio. §. iuxta propositionis ordinem.& nepo.vbi supra, c.exceptiones contra libellum.Lanfrãc. in repeti.cap.quoniam. in vers. petitiones. de probationibus.Doct.in c.1.& per totum de libel.oblatio.Et ista exceptio libelli inepti potest quandocunque opponi,per glo. singu reputatam inversicu.secundùm,institu. de obligat.in princi.text.pro illa glos. in l. nisi finita.§.si adhuc.ff.de tute. & ratio. distra.l.fi.in versic.nihil agit.ff. de liberis, & posthumis.& etiam post sententiam secũdũ Angel.cons.178.& 198.quia reddit iudiciũ retro nullum,per tex.in l.si patronus libertam.ff.de iureiurando.l.licet.C.de procura. Angel.consi.167.cum ibi non posit esse iudicium vbi non est fundamẽtum. in cap. cum Paulus.1.quæst.1.c.fi.de præsbyter. nó baptisa.l.legi.ff.de excep.rei iudic.ita tenet Sali.in l.exceptionem.numero 14.de prob. Roma.consil.69.& Vber.de Bonacurio in dicta practica sua,in rub. qui.mo. suo no. ciuiliter agentes. vers.& generaliter. & ibi in addi ad eũ. Secus in exceptione libelli, obscuri:quia hæc ante litẽ contestatã proponi debet:vt tenet Alexand. in l.1. no. 1.ff. de eden.doct.in l.edita.C.illo titu.& Maria in c.2.de libel.obla.Imò si ex libelli inspectione constat iudici libellum fore ineptũ tunc iudex ex officio potest reiicere,& dentibus lacerare.l.1.ff.de offi..assesso.& innocen.in c.1.de offic. vicar. refert Panor. in c. cum inter. in fi. de consuetu. & idem Panor.in c.1.numero 5. deposi. & c. inter dilectos.nume.7.de dona.c.fi.nume. 10. de libel.obla.c.dilecti.nume.2.de iudi.capitu. si clericus.nume.4.de foro competenti. Nota tamen quòd quãdo libellus est ineptus, seu non solennis, tunc nulla exceptio est pœnalis,& si reus tuṁc mentiatur se posidere,seu pro alio confitendo se posidere, cum pro se posideat,siue alitee calumnietur, nó punitur si libellus sit ineptus:quod est notandum pro limitatione l.fi.ff. de rei vendicatione secundum Alex per illum tex. in l.1.de his qui potentio.no.C.Roma.consilio 509 & 412. Alxand. consil. 187. in 6. volu. Felin.in c.ex tenore.col.3.vers. de resceipto. de rescript. Hodie tamen proptee eneptitudinem libelli actionis, vel processus,aut omissam iudiciarij ordinis solennitatem,dum tamen ex petitione certa actio, vel conclusio elici posit alia quàm per partes deducta,& conclusa sit,& ex propositis & probatis certa posit ferri sententia, iudices sententiam ferre nó omittãt, secundũ ordinatio.Philippi Regis Francorum positam in stylo parlamenti Tolosæ in 7.parte sub titu.de libelli oblatio.in ordina.2. eam pouit Guliel. Benedict.in repeti. cap. Raynutius.in versicu.si absque.in secundo numero 49.de testa.in substitutione fideicommissaria:& alia allega.vide.

20 Ratione fori aliæ competunt, vt si absens de crimine accusetur,poterit eius procurator venire,& declinare iudicium, & forum,allegando delictum in illo loco non esse perpetratum vbi conuenitur eius dominus,per tex.in l.secuũ §.publicè. ff. de procura de cuius text.intellectu vide Guido. Papæ in suis deci.q.338.Soci.in regul. 322. in tracta.fallen.Cæpol.caute. 66. & 109. & 252. Deci.in l.in eo.§.nemo:ff.de reg.iur.& Albe.in 2.parte statuto.in q.27.& 123. Alexand.consil.116.in 2.vol.d. Barth. de Cassa. in consue.Burg.in rubri.*des droictz*.§.5. gl. *es droicts*.numero 27.& idem si clericus coram seculari conueniatur,in authen.statuimus.C.de episco.& clericis.c.si diligenti.& c.significasti.de foro cópe. & Vber. de Bonacurso.in rub.quibus mod.suo.no. ciuiliter agen.vers.item nó audiuntur.&ibi in addi. ad eum,& istam quis debet proponere ante litem contestatam si sciat sibi cópetere:sed si ignoret post sententiam auditur opponendo per l.fi.C.eo.titu.& Specu.in eodem tit.§.nunc videndum. versi. cæterum dilatoriæ,per tex.in c.at si clerici.de iudi. Feli. in c. exceptionem. eod. titu. do. Batho. de

Cassa.in consuet Burgun.in rubr.*des insti-ces*.§.5.in gl.*s'il n'a g'acr*.nu.45.& quomodo perdâtur, vide Io.Masue.in rubri. istius tituli, versi.item virtute.

21 Aliæ ratione causæ competunt, vt si super pluribus personalibus actionibus me conueniat aliquis coram iudicibus diuersis, potero secundum iudicium declinare ratione causæ in alio iudicio introductæ, cap.ex tenore de rescrip.& c.dispendia.illo tit. in 6. & idem si sum obligatus sub conditione, & ante conditionis euentum creditor me conueniat, vt per totum titulum de conditio.apposi.c.vno.de plus petitio.l.1.C.de rei vxo.actio.vel si iudex vult iudicare in causa in qua fuit aduocatus, vel in causa propria, vel de illa summa quæ iuris dictionem suâ excedit.l.solet.& l.prætor.ff de iurisdi. omnium iudicum, ne quis in causa iudicet. C.l.si idem.ff.de iurisdictione omnium iudicum. Vber.de Bonacurso in rubri. quibus mod.examen.ordina.iud. declina. in versi: ratione causæ.

22 Anomalæ sunt, quæ normam aliarum nõ sequuntur: quia possunt & ante litem contestatã & post opponi, licet dilatoriæ sint, vt exceptio excõmunicationis, in c.1.de excep.in 6.& in cle.vna.eod.tit.& in c.exceptionem.eod titu.in decretalibus, & idem tenet Petrus de bellapertica in quæstio.27. suarum quæstionum, vel dicuntur anomalæ non ex eo quòd dilatoriæ, & peremptoriæ possunt opponi: sed ex eo quòd etiã in vim dilatoriæ possunt opponi in qualibet parte litis secundum Cardina.in cle.vna, in 3.q.allegata. Quando exceptio dicatur opponi in vim dilatoriæ, declarat Specul. in tit.eodem.§.dictos versi.hoc quoque notandum est, dicens tunc peremptoriam in vim dilatoriæ opponi quando reus dicit, tu nõ potes esse iudex in hac causa: quia Titius aduersarius meus fecit mihi pactum de nõ petendo in perpetuum, vel mihi detulit iuramentum, & ego iuraui nihil sibi debere. Dilatoria opponitur in vim peremptoriæ, quando quis dicit, non teneor dare tibi decem quæ petis: quia iudex coram quo me conuenis est tuus amicus, vel rescriptũ est surreptitium: tamen ista stare non possunt, cum habeant diuersos effectus: quia quod est dilatoriæ, scilicet differre, attribuunt peremptoriæ, quæ habet perimere, vel econtra: quod non debet esse, nec sic debens misceri secundũ Specu.vbi suprà. Vel anomalæ possunt dici: quia possunt esse temporales, & perpetuæ.l.tertia.§.temporales. ff.eodem.& ibi Albe.vide Hostien. in summa huius tituli, §.quæ sit.Ang in rub.col. 7.Specu.7.in §.1.versi.anomalæ.& §.nunc videndũ.ver.porrò.& quia ista nõ vult sequi normã aliarũ, ideo posui eam solã, vel quia excommunicatus nulli debet cõmunicare, c.1.ibi nullus eidẽ cõmunicet, de iud. ideò eam posui solã ne aliis haberet cõmunicare, & alios inficere. Formã opponendi vide per Specu.vbi suprà.§.visto.versic., sed quoniã. Alias exceptiones vide in stylo parlamenti Tolosa.in eo.tit. in prima parte.§. de stylo.& in rub.de adiornãdis hæredibus mortuorũ & resumptio.arramento. per totum, & Petr.de ferrariis in practica sua in forma libelli rei cõuenti.in ver.saluis aliis, & doct.in c.si quis episcoporũ.3.q.6.in §.1.

23 Mixtæ sunt quæ alio modo dubiæ appellantur, vt si petas decem quæ tibi promisi sub cõditione: dubium est an sit dilatoria, an peremptoria: quia si conditio eueniat, erit dilatoria: si non, erit peremptoria: in dubio tamen iudicatur peremptoria, per text. in l.sufficit.& ibi doct.ff.de cõdict. indebi. Spec.eo.tit.§.1.tex.glos.& ibi doct.in c.fin. de rescrip.in 6.& in c.si gratiosè.illo tit. & l.Cõsuluit tamen idẽ Spec.in §.dicto.versi. quid de exceptione &c.quod ante litẽ contestatam proponantur, & cautius, idẽ tenet Io.fabri.in §.appellantur.in fi.institu.eo.& Vbert.de Bonacurso in practica sua, in rubrica peremptoriis excepto.vers.pen. incipiente, est & exceptio. Vel exceptiones dicuntur mixtæ: quia habẽt causam mixtam, vt exceptiones iurisiurãdi, trãsactionis, vel aliæ litis finitæ.l.fratris.C.de transactio. Et istæ exceptiones possunt opponi prout reo placuerit, vel ad impediendum processum, vel ad merita causa, dummodo legitimo tempore opponantur: ideò mixtam causam habere dicũtur.l.eleganter.§.1.ff.de condictione indebiti.& ibi Bart.& alij ideò eã in medio posui cum sit mixta. Et quãdo dicatur opponi ad processum, dic si opponatur ante litem contestatã hoc modo, non potes agere cõtra me: quia non habes actionem: vel non cõpetit tibi aliquod ius agẽdi, vel simili modo secundũ Stepha.Aufre.in decisio.capel.Tolo.q.67. Ad merita causæ hoc modo opponitur: nihil debeo, quia solui, & ideò produco instrumentum solutionis, & hoc facit post litem contestatã, & tunc iudex discutiet iura vtriusq; partis: & si repetiat exceptionem fore admissibilem, absoluet reum diffinitiuẽ: ita declarant Bart. & doctores, in l.nam posteà. in princi. quã legunt cũ l.ait prætor.§.fi. ff. de iureiurando. Bart.in d.l.eleganter.Bart.in l.fi.ff.pro suo & l.eum quærebatur.iudicatũ solui. Ange. in §.æque col.pen.& §.appellantur. col.19. eo.tit.Lanfrã.us in versic.exceptiones. col. mihi 3.magnæ impressionis, de probation. Alias exceptiones litis finitæ vide per Mariu.Soci.& alios, in c.1.de litis contest.& in c.1.illo tit.in 6.per Philip 45.& Alex.in addi.ad Bar.in l.vir bonus.ff.iudi.sol. Angel. in d.§.æquè.col.5.& seq. Pet.de ferra.in sua practica in forma respon. rei conuenti. in versi.quoad impediendum processum. Et sic exceptio triẽnalis possessoris valet quod in beneficialibus post trienniũ non possit quis inquietari nec in possessorio, nec in

petito

petitorio, per regulam pragm. sanctio. & concorda. in rub. de pacifi. posse. impedit litis ingressum in principio, seu processum propter illud verbú inquietari seu molestari, secundú do. Birto. de chassa. in cosuetu. Burg. in rub. *des successions*. §. 13. in glos. *par benefice d'inventoire*. in versi. per hoc & ibi ponit alias exceptiones.

24 Quæ si peremptoria est quæ contra personas testium opponitur, non dico diffiniendo, sed declarando: & in hac arbore solú de claro, nó verò quod ponam diffinitiones quidditatiuas, & ideo non turberis, & quatuor sunt quæ contra testes possunt obiici, crimen, infamia, suspicio, & mascula manifesti secundú Panor. in c. 1. not. tertio eodẽ titulo. Et ideo dicitur quasi peremptoria, quia directè non perimit, sed per obliquú: quia sublata probatione ius partis remanet inutile. cap. sæpe, de restitut. spoliatorum. l. duo sunt. ff. de testa. tute. ideo vsque ad sententiam vel ad conclusionem in causa potest opponi, sicut aliæ peremptoriæ. l. 2. C. sen. rescind. non posse. ita eam appellat glos. in c. 1. eo. tit. & in c. ex parte. de testi. licet glo. in c. de testibus. illo titulo vocet eá peremptoriá, & Imo. in cle. cóstitutionem. nu. 22. de elec. Et ista non potest dici dilatoria quia iudiciú nó differt, nec potest regulari secundú regulas dilatoriarú, sed peremptoriarú, & si in causa principali nó fuit opposita, in causa appellationis admittetur gloss. & ibi doct. in c. ex parte. iam alleg. & in d. c. de testibus. & doct. in auth. si dicatur de testi. C. nisi pars malitiosè distulerit opponere. glo. & docto. in c. cú I. & Ade. re iudi. & si talis opponens contra testes non probat crimẽ oppositú, tenetur actione iniuriarú, ita doct. in c. fi. de iniur. secus si probet quia facit animo defendendi. Bar. Alex. & Iat. in l. fi. ff quod quisque iur. Feli. in c. 1. eo. tit. de consuetudine tamen non tenetur nec potest iniuriarú conueniri: vt tenet d. meus & conciuis d. Nico. Boër. in consil. posito post cósuetud. bitu. incip. si quis animo iniuriandi imò etiá si non probat: vt ibi dicit: & Guido papa in statuto, si quis per literas. in ver. cómuni æstimatione. col. 15. & sequitur d. de Chassa. in consuetudine Burgun. in rubri. *des enfans de plusieurs lictz*. §. 4. in glo. 1. in fi. per. gl. sing. in l. quisquis. in ver. veritas. C. de postulan. secundum Cuiiel. de ludo. in sing. 86. & maximè si protestatus fuerit, vt solet fieri non opponere animo iniuriádi, secundum Ioannem masuer. in pract. sua, rub. de iniur. in ver. item: si aliquis licet Antó. de tremolis in addi. ad Vber. de bonacurso, in rub. qui. mo. suo no. ciuili agen. ver. repelluntur quoque in. versi. erat nocens, dicat se vidisse testes in actione iniuriarú. Tolo. agẽtes reportasse sententiá pro ipsis. Fortius dicit talẽ consuetudinẽ nó valere, cótrariú vidi tamẽ sepius in dicta ciuitate, & in curia senescali. Nemausi habita prius protestatione: vt suprà dixi. Imò. fortius dicit Aufr. in decis. capel. Tolo. q. 409. quod si aliquis in modú exceptionis opposuit crimẽ parti quod postea nó potuit probare, nó tenetur iniuriarum, si fuerit protestatus, & nó fuerit pertinax in probando, quod bene nota. Tamẽ secundú leges nó repellitur quis à testimonio per obiectú criminis nisi testis sit eódem natus, & infamis effectus. & hoc est de stylo, vt habetur in stylo parla. Tolosæ in prima parte. in fi. rubri. sequitur aduisamentó. §. pe. & ibi Aufre. in addi. quod secus est de iure canonico: quia sufficit si probetur criminosus, per tex. in c. testimoniú. & c. super eo. & ibi no. de testi. & an si opponatur exceptio cótra testes & tẽpore quo producuntur, debeat excipiens admitti: & si iudex nolit admittere, quid agendum sit, Panormi. in c. ex parte, & ibi Feli. latè de testi.

25 Peremptoriæ sunt quæ rẽ de qua agitur, perimút, verba sunt imperatoris in §. appellátur. insti. e. alias definitiones ponút doct. maximè Vbe. in rubr. de perem. excepti. & Ang. in d. §. appellátur, sed eas vide: & illis visis nó inuenies meliorẽ. Et dicitur peremptoria à perimendo, quia rem de qua agitur perimit: vt in definitione habetur. sic dicitur peremptoriú à perimẽdo, l. & tertiú. ff. de iudi. Cógruẽtius tamẽ possent elisoriæ vocari secundú Vber. de bonacurso vbi suprà, cú quædá sint quæ nó perimát, sed elidát. Sed ego defendendo & iuriscósul. & imperatorẽ, dicerẽ quòd imò melius dicitur perẽptoria, & nó obstat quod aliquádo nó perimat, sed elidat: quia illa elisio potest largo modo accipi pro perẽptione, & quantú ad effectú: vt no. doct. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. vel potest dici perẽptoria, & hoc semper habitu: vt no. doc. in proœ. ff. & insti. de matrimonio, & Augusto, vel etiá dicitur perẽptoria respectu dilatoriæ, vel res. hoc nomẽ esse impositú à iuriscós. causa frequẽtioris vsus: quia frequẽtius tollit quá elidat: vt patet: ergo alió casú nó excluditis elisionẽ: vt no. gl. sing. reputat 1. in cle. 1. in ver. præsidẽtes. de elec. secúdú Barb. in c. fides. col. 18. & c. edoceri. col. 2. de rescri. & in c. Raynaldus. col. 97. de testa. & ibi allegat. alias vide vel possumus respódere prout tenet gl. in rub. solu. mat. ff. & in l. 1. C. de cóstit. pecunia. §. quod pertinacibus. Et ista perẽptoria est quintuplex, personæ, obligationis, iudicij, pœnæ & accusationis, & vnaquæque infrà declarabitur in suis cellulis.

26 Personæ perẽptoria est, quæ personá perimit, vt si cóstituatur religiosus procurator sine licẽtia sui Abbatis, nó valet, in cle. religiosus de procur. & si ille agit nomine procurat. possú excipere cótra eius personá, & perimere: quia nec nunc nec alio tempore sine licẽtia poterit: vt declarat Imol. in cle. constitutionẽ. nu. 26. de elect. licet Host. in c. nostra. de procurato. vocet eam quasi

peremptoriam. Idem si infamis, vel furiosus. l. cum prætor. ff. de iudi.

27 Peréptoriæ obligationes sunt in quadruplici differentia, videlicet vtranq; quædam tollit: quędā naturalē tantū quædam ciuilem tantum, & quædam neutram.

28 Exceptio quæ vtrāq; tollit, est quæ potius appellatur facti, seu intentionis quā iuris, quā declaraui, suprà in 1. diuisione. Spec. e. tit. in §. d. vers. & vt plenius ponit exéplū: vt si filiusfa. recipit pecuniā mutuo, recipiédo naturaliter obligatur, & scripturā faciendo ciuiliter per totū, insti. de liter. oblig. tamē si mutuās petat, exceptio macedoniani poterit opponi, quæ vtrāq; tollet, vel elidet se cundum Ang. in rub. eiusdem titu. col. 14.

29 Alia perimit naturalē tantū, vt si quis me instituat hæredē, & leget vltra dodrantem, ego hæres sum naturaliter obligatus ad soluendū legata, in c. 1. de soln. ciuiliter verò nō, cū possum deducere quatā per l. falcidiam. & C. ad leg. fal. si ergo legatarij ad integra legata me cōueniāt, ego excipiam quòd quartā volo detrahere per l. falci. & ista exceptio tollet naturalē qua hæres tenetur ad soluēdū integra legata: vt tenēt Bar. Alex. & Ias. in l. t. ff. de condict. indeb. & l. cum quis. C. de iur. & facti igno.

30 Alia ciuilem tantū perimit, vt si debeam decē, & mihi facias pactū de non petendo, illud pactū tollit naturalē, ideo si petas, per exceptionē ciuilis tolletur, seu elidetur, vt Spec. vbi suprà ait, & Ang. in d. rubri. ponit aliud exemplū, videlicet in exceptione præscriptionis. vide Bar. in l. si. ff. rē ratā habe. & ista exceptio præscriptionis nō debet per iudicē suppleri, nisi opponatur: vt tenet d. Barth. de Cassa. in cōsuc. Burg. in rubr. *des forests.* §. 8. in fi. & Alex. cōs. 213. in 2. vol. & cons. 92. in 5. vol. & de hac materia præscriptionū latè vide Io. Fr. Balbū in trac. præsc. in 1. parte, & per totū, & in addi. ad Vber. in rub. de perépt. excep. in ver. præscriptiones.

31 Alia neutrū perimit, vt solutionis exceptio, secūdū Spec. vbi suprà, & Ang. in rub. huius tituli, & ibi ponit alia exempla. Et regulariter istæ exceptiones peréptoriæ vsque ad sententiā possunt opponi, c. exceptionē. eo. tit. l. peréptorias. C. sent. rescin. nō posse. Specu. in §. dicto hostie. in §. & quando. in summa huius tituli. Ang. in §. appellantur. insti. e. & Lanfrā. in repe. c. quoniā. in versi. exceptiones. de proba. doct. in cle. sæpe. de verb. sig. Pet. de ferra. in practica sua in forma rēspō. rei. cōuēti. in ver. saluis aliis exceptionibus, vel possunt opponi, vsque ad conclusionē in causa, per text. in c. cū dilectus. de fide instr. & Barb. in tract. de præstantia cardi: in §. q. basilica. secūdæ partis, ponit Bal. in l. exceptionē. C. de prob. rationē. quia ordo priuationis est quòd eā præcedat habitus, nihil allegat. potes adducere text. in l. decē. ff. de verb. ob. §. seruus instit. de capi. dimi. vnde quia omnis actio est habitus, & omnis exceptio est priuatio, & iste ordo est secundū naturā ideò gl. in c. de testibus. de testi. reputat stultū illūqui probat peréptoriā donec aduersarius probauerit suam intentionem. quia si aduersarius nihil probauit, nō indiget reus aliqua exceptione. l. si quidē. C. eo. Cōsuetudo tamē seruat ꝙ omnes peréptorias oportet simul proponere: vt tenet Ioan. Masuer. in pract. sua, in rub. de literis notis & notatis in prin. Formam opponendi vide per Specu. in eo. titu. §. viso. versic. si.

32 Peréptoria iudicij est quæ iudiciū perimit quādocūq; opponatur: vt tu nō es nec vnquā fuisti procurator: secus si dicatur, tu nō potes esse procurator: quia miles, vel fœmina. quia hæc dilatoria est, per tex. in l. licet. C. de procu. & ibi doc. Ang. in d. §. prætereà. col. 2. Bal. in l. peréptorias. iā allega. vel non habes mandatū sufficiēs: quia hæc dilatoria est: ideò ante litē contestatā opponi debet: nā litis cōtestatio supplet defectū dubij mādati: vt tenet Milius in reper. in vers. exceptio ista, tu non &c. Secus si diceret, tu nō habes mandatū: quia hæc quādocūque opponitur etiā post sententiā: quia iudiciū retro nullū reddit: vt asserit Alex. cōsil. 147. in 6. volu. & dixi latius in cellula, suprà ratione procuratoris, & vide Alex. cōs. 42. in 4. vol. Vel. pone exéplū: quia filiusfa. non potest sine cōsensu patris stare in iudicio, l. fin. §. necessitate. C. de bo. quæ liber. si tamē cōtra me agat, & in fine iudicij opponam quòd est filiusfa. & quòd non habuit consēsum patris: illa exceptio iudiciū perimit: ideò dicitur peréptoria iudicij, notatur in d. §. necessitate. De cōsuetudine tamē filius fa. in omni causa iniuriarū, & excessuum, & multò magis cū agitur criminaliter, admittitur agēdo, & defendēdo etiā sine authoritate patris secūdū Io. masuet. in rubr. de excep. in ver. itē similiter. ibi de cōsuetudine, & nec etiā curia parlamēti curat de patria potestate, nec propterea annullatur processus in filio maiore, licet cōsensus patris nō interuenerit, & dicit Guid. pap. cōsil. 54. in deci. suis, & sequitur Gulielm. bndi. in repe. c. raynutius. in ver. si absq; in 2. in substitutione fideicomiss. nu. 50. de testa. ꝙ bene no. Nec etiam curia parui sigilli montispessula ni exceptionem patriæ potestatis admittit, nec propterea annullatur processus in d. curia, licet consensus patris non interuenerit, si filius est maior, cū tantum in d. curia admittātur tres exceptiones, videlicet solutionis, falsitatis, & pactis de nō petēdo: vt tenet per expressum Guido papa vbi suprà, cōsil. 410. & habetur in stylo parla. Tolo. in rub. de acti. perso. §. itē ha. in 1. parte. & de officio parui sigilli mōtispes. iudicis videat iudex, & eius aduocati stylū curiæ parla. Tolo. in rub. de off. iud. par. sigilli mōtispes. & ordina. regias in rubr. *du petit seel de Montpellier*, & idē ferè stylus est in curia conuentionum

tionũ.Nemausi:vt ibidẽ vidi,cõtra tñ hunc stylũ vidi impetrare literas cãcelariæ vt aliæ exceptiões possint opponi:& tũc opponuntur.no.dominus meus, & cõciuis d. Nicol. Boër.in cõsue.bitur.in §.2.de cõsue.iur.stapsona.dicit generalẽ cõsuetudinẽ regni Frãciæ esse vt maior 25.annis sine authoritate patris possit in iudicio stare,cum sint prorsus absoluti,& non sint in ptãti patrum:vt tenet gl.sing.in §.fi.insti.de patria potesta. fuit tamen contra illã gl.latum arrestum in parlamen.Parisien.prout refert & sequitur do.Bar.de chassã.in consue.Burgun.in rub. *des enfans de plusieurs lictz.*§.3.nume.21.

33 Perẽptoria pene est si fiat cõcordia vel trãsactio in criminalib' nã p illas pœna remittitur:vt no.doc.in l.trãsigere.C.de transac. Bal.in trac.statu.i ver.cõcordia.in pe.q.vide gl.&do.in l.2.ff.de senatuscõ. sylla. Ang. in §.1.inst.codẽ.Vel pone exẽplũ in eo q gratiã obtinuit ãrege,prout notat plenẽ d.Bar. de chassa.in cõsue.Burg.in rub. *des iustices.* in §.5.in gl. *S'il n'a grace.*& ibi ponit modum interinandi gratiã,& quãdo concedatur in die veneris sancta,quid operetur, ibi vide.

34 Alia est perẽptoria accusatiõis,vt si me accusas de plagio quia tuũ seruũ vẽdidi,&subtraxi,excipiã q erat meus:& hac exceptiõe accusatio tolletur.nã si fit meus nõ potui in eo plagiũ cõmittere,p tex.in l.præses.C.ad l. flaniã de plagia.& pone per tex.in l.quoniã Alexãdrũ.C.ad leg.iul.de adul.Barb.hoc declarat in addi.ad Bal.in c.1.§.naturales.in de verbo,nota si feudo fuerit cõtrouer.inter domi.& Agna.vasal.Vel pone exẽplũ in hoc tit.ad leg.flauiã.q si aliqs surripiat filiũBoẽmi vel alterius,velBoẽmus hoc faciat q hoc sũt soliti facere,& vẽdat,tenetur,l.flauia.de plag.vt declarat Spec.in tit.de accu.in §. fi. in prin.in 4.parte dicẽs pœnã esse capitalẽ.

35 Quarta pordinẽ succedit diuisio:quia quædã sunt tẽporales quædã ppetuæ,& de quibus dubitatur,&hæ probãtur p tex.& no. in l.3.ff.e.Tẽporales sunt quæ nõ sẽper locũ habẽt,sed euitari possunt,& rẽ de qua agi nõ perimũt.tex.in §.appellãtur.insti.eo. & in d.l.3.vt pactũ de nõ petẽdo intra certũ tẽpus.Nã si agatur ante tẽpus,erit excipiẽdũ, nõ tamẽ perpetuõ potest euitare quominus soluat:vt dicit Hostiẽ.in summa huius tit. in §.quæ sit,&Spec.§.1.tex.& ibi Fel.& alij in c.si autẽ.de rescrip.& latius declarabitur in seq.idem in exceptione & restitutione, per tex.in l.necnõ.§.exẽplo.ff.ex quib. cau. ma.l.nã postea,§.si minor.ff.de iureiur. l. si. & per totũ de temp.in integ.rest.peten.Stepha.Aufre.in deci. capel. Tolo. quæst. 238.

36 Perpetuẽ sunt quæ semper locũ habent,& euitari ppetuõ possũt,& rẽ de qua agitur, perimũt.d.l.3.& d.§.appellãtur.& exceptio doli.nã si dolo induxisti me in aliquid promittendũ vel faciendũ,& post promissionẽ agas,possum de dolo perpetuõ excipere etiã vsq; ad mille annos:vt tenet Hosti. in §. & quãdo.vers.item in ciuilibus. Spec. in §.1. ver.est autem.eo.tit.& Vber.de bonaccursio in practica sua in rub.de peremp.excep. in princ.& Azo in summa huius tituli,versic. si.& ideo perpetuẽ dicuntur,quia si perpetuõ agatur,perpetuõ excipietur. Feli. in d. c.si autem.& ferẽ oẽs peremptoriæ perpetuæ sunt:vt ait Spec.in e.tit.§.viso.ver.item no.quõd ferẽ,idem in pacto de nõ petendo. l.si vnus.§ pactus.ff.de pactĩ.idẽ dic in pacto de nõ agendo.l.postquã liti. C. de pac. & Rofr.in dect.capel.Tolos.q.259. Hæc tamen cum sit declinatoria, ante lit. contest. debet opponi,& non post,vt tenet Philip. in c.1.de litis contestata.in 6.Et idem dic in pacto de quota litis.l.litem. C. de procur. non omitto pactum de non mouendo quæstionem,de quo per Inno.in c.eũ venissent. de insti.& de pacto prorogatiuo.l.lecta. & ibi doct.ff.si cer.pet.in quibus omnibus pactis si agat qui mihi fecit pactũ, semper potero excipere de pacto.nisi vt supra dixi secundũ Bal.in marga.in verb. exceptio. in l. quæstio,idẽ si aliquid cõtra leges perpetratum sit. nã si maritus reluctante vxore prædiũ alienauit dotale,& emptor postea agat excipietvxor, alienationẽ esse contra leges, & idẽ si contra senatuscõsulta puta si mulier intercesserit,& cõuenitur,& hoc excipiet esse contra senatuscõsulta, puta cõtra senatuscõ.velleia.l.a.& per totũ ff.ad senatuscõ.velleia.& C.illo tit.&vide de hoc senatuscõsulto p additio.adVber.in d.rub.de perẽpto.excep.& Ang.in §.item.col. 2. c. seq.insti.e.Bal.in marg.in ver.mulier. i vlt. q.Pet. de bella pertica in suis quæsti.q.34.

37 Aliæ sunt de quibus dubitatur an sint tẽporales,vel perpetuæ,vt exceptio ne maritus cõuenia tur vltra quãm faecere possit.l. maritum.ff.sol.ma.&l.sunt.cum legib.seq. ff.de re iud. nam dubium est an perpetuõ maritus erit pauper, an perueniet ad pinguiorem fortunam:nã si perpetuõ sit pauper,perpetua erit; si perueniat ad diuitias erit temporalis,ita declarat gl.in d.l.3.intelligere tamen hanc exceptionem habere locũ nisi persona principalis contra quam oppo nitur,indigeat:quia tunc non habebit locum exceptio:quia charitas bene ordinata à seipso incip.l.præses.C.de seruit. & aqua. l.si quis.§.de alimentis.ff.de liber. Agnosc. in c.qui vult ordinare.de pœniten.dist.3.gl. in c.si Romanorum.19. dist. dicit absurdũ esse alijs benefacere,& non sibi.glo.in c.ni si.de autho.& vsupalij insit potius debere diligere me,quam alium.glo.in c. ex parte. in 2.de cleri.non resid.& hanc opinionem tenet Rom.in repe.l.si verõ.§. de viro. col. 36.fallen.39.ff sol.ma.Et licet hæc exceptio possit opponi contra aliquas personas nũquam tamẽ habebit locũ si dictæ personæ quæ possunt eas exceptiones opponere, nõ præstiterint cautionẽ de soluendo ex integro si peruenerint ad pinguiorẽ fortunam,

per tex.in l.voz.§.cum autem.C.de rei vxo. Actio.ita A ito.de tremolis in addi. Vber. de Bonacurso in rub.de exceptio. & beneficia in ver.& cæteri.& ibi vide alias personas hoc priuilegium habétes,&in d.l.sunt. cum leg.seq.& ibi doctores, idem in exceptione non numeratæ dotis:vt Host. canit. in §.quæ sit.in ver.de quibusdam.eo.tit.Sa. li.in l.exceptionem.nume. 25. de proba. & idem Spec.vbi suprà.§.1.& §.dicto.

38 Quinta diuisio est, quòd quædã sunt personales,& quædam reales, personales sunt quæ personæ cohærent,& ad alios non trãseunt,l.exceptiones,quæ personæ.ff.e.&hæ sunt duplices:quædam inhærent personæ per quam,aliæ personæ contra quam: vt tenet Io.And.in addi.ad Spe.in §.1.e.ti.in fi.

39 Exceptines in hæretes personæ cuius generis sunt istæ de legato:vt si legatus missus ad aliquas partes ibi conueniatur,habet exceptionem suæ inhærentem personæ, per quã agenté repellet.l.2.§. legatis. ff. de iud. & ibi ponũtur aliæ personæ cõsimile priuilegiũ habẽtes.idẽ si clericus coram seculari cõueniatur,cũ iure prohibeatur in c. clericum nollus.11.q.1.& c.si diligenti.& c.signi ficasti.de foro cõpe.Idẽ dic si exẽptus corã non suo iudice cõueniatur : nam per exceptionẽ actorem repellet à limine iudicij, & alia exẽpla videas per Specu.in tit.de reo.& Host.in summa huius tituli.in §.fi.vers. itẽ est effectus.debẽt tñ supradictæ psonæ caue re de iudicio sisti corã eoũ iudicib⁹:vt pul chrè dicit te.i d.l.2.sed si dubitet.ff. de iud.

40 Inhærentes personæ cõtra quã excipitur, sunt sequẽtes.Primò suspicio iudicis:nam si quis coram iudice suspecto me cõueniat, cõtra eum excipiã, quæ exceptio inhæret personæ cõtra quã excipitur,cũ durũ sit eo ram eo litigare.in c.inter.eo. titu. & causas suspicionis ponit glos. in c. causam. & ibi Host.in summa.in q.quæ sint iustæ causæ. Ene.de falco.in c.causam. in 2. de iudic. & latè Præpo.in c.postremò.de appel. Archidia.& alij in c.2.de appel.in 6.Et an fideiussori cõpetat,tex.in d.l.exceptiones.Ang.lo. fab.& alij in §.fi.inst.de replica.Rom.sing. 627.d.de Ripa.in c.1.nume. 25. de iud. Bal. in tracta.statu.in versi.debitor in 5.q. & in ver.excipere. 2.q.Pet.de Bellapertica in suis quæstionibus,q.129.& q.36.Petr.de ferra. in practica sua in forma respõ. rei conuen ti.in ver.saluis aliis col.penulti.& Vber.de Bonacurso in practica,in rub.de exceptionibus,& beneficiis quæ post diffinitiuam sententiam opponuntur.versi.opponi autẽ possun,& ibi in additio.ad eum.

41 Reales sunt,quæ rei adhærent, & fideiussori competere possunt, exceptiones. §. rei. ff.eo.& sunt in duplici differentia:quædam rem ipsam de qua principaliter agitur,eoo cernunt:quædam verò quanlibet rem.

42 Concernentes rem de qua agitur,sunt, si petis beneficium, & dico sublatum de ecclesia.in c.a.cũ accessissent. de constitu. vel dico tibi nõ deberi ex qualitate eius : quia fortè curatũ, & non attingis vigesimum quintũ annum,iuxta notata in c.cũ in cunctis.per illum tex.ad hoc expressum.§.inferiora.de elect.& ad omnem successorẽ tran sit:vt Ang.attestatur in rubr.col.7. ver. venio nunc ad quintũ.ideò dicit Angel. consil.58.exceptionem rei iudicatæ esse realem.

43 Aliæ respiciunt,siue cõcernunt quãlibet rem:vt locum assignare non tutũ, remotũ, inhonestum,rescriptũ vitio sum,libellũ ineptè conceptum : nam de qualibet re excipiam:siue fuerit ecclesiastica , siue prophana,per tex.in c.ex parte.in 1.de appel. & ibi doct.in c.venerabilib⁹.sed si ex causa.de sen ten.excom.in 6.cle.pastoralis.de re iudi. in l.de ætate.cũ l.seq.& ibi Alexand. qui legit illas leges cũ §.fi.i.recusare.ff.ad trebel.Fel. in c.cũ R.de offic.deleg.Card.& alij in cle. vna de foro competenti.Et istæ licet sint di latoriæ:quia habent causam successiuam, & multiplicatiuam,post litem contestatam possunt opponi:tum si de nouo citetur de nouo grauetur:ideò prodest quo ad futuros actus,non quoad præteritos : vt not. in c.dilectus.in secundo .de rescript. Nico. de mihs in repet. in ver.exceptio dilatoria habens causam &c.idem tenet do.de Ripa in in tract.de peste,in 3.parte.2.partis. q.3. dicens quòd licet quis comparuerit in loco pestifero semel vel pluries, non tamen tene bitur amplius in loco cõparere,et iã si promiserit se sistere in illo loco,per text.in l.2. §.fina.ff.si quis cautio.nec tenetur mittere procuratorem vt ibidem no.doct.& Vber. de bonacurso in practica sua,rub. qui mo. citatio impunè contemni possit.§. 1. & per totam rubricam.& Felin. in c. accedens. in 2.vt lite non contestata.

44 Sexta diuisio. Quædam sunt fauorales, quædam odiosè inductæ propter rigorem iuris,& inductæ propter naturalem æquitatem.Fauorabiles sunt quæ in merum fauorem sunt principaliter introductæ , per tex.in l.qui exceptionem.& ibi Bar.& Ias. ff.de condi.indebi.Et tunc præsumitur inductum principaliter in fauorem , quando est introductum ob imbecillitatem:vt velleiani exceptio,& aliæ multæ.

45 Odiosæ sunt quæ sunt principaliter in odium alicuius inductæ, per ea quæ dicit Barto.&Ias.in dicta l.qui per exceptionem, & sunt hæ , macedoniani , & similes. nam macedoniani exceptio contra naturalem rationem in odium fœnerantium filiisfamil.est introducta : vt habetur per totum titu.ff. & ad macedonia. vt filius solueret mutuum acceptum, ante diem patrios inquirebat in annos : vt dicit Ouid.& refert glos.in l.fi.C.de pact.& de hac ponit glo.in §.itẽ si iustè.de excep. Vber in sua iam allegata practica,& rubr.de perempto. excepte. & ibi vide in addi.Idem dic in exceptione crim

criminum in c.accedens de accus. Spec. in eo.tit.§.dicto vers.vtrum autem.notandum est tamē quod omnis exceptio potest sui natura dici fauorabilis, cum ipsius mater sit æquitas.l.qui æquitate.de doli exce. instit. eo.in prin.Bar.in l.1.de vaca.mu.ff. Azo.in summa huius tituli.Panorm.in ca. cùm inter.eod.tit.& Felinus in rubr. Bald.in marga.in verbo,exceptio.quæstio.32. Angel.in colum.6.rubric. versic. capiamus tertium. gloss.singula.in l.venia. in versi. liberis.C. de in ius vocan.secundum Barba. in tract. de præstan.Card.in 1.quæst.1.partis.nu.73. col.vltima.

45 Odiosæ verò quando inductæ propter dolum:vt in macedoniano. ita tenet Bal. in l. penul.C.de pact.sac.in d.l.qui exceptionē. & est quadruplex.prima,.quæ nō opposita nunquam elidit:vt exceptio epistolæ diui Adriani,& tunc solutum nō opposita exceptione nunquam repetitur per casum sing. in l.si testamento.§.quod si duo. ff. de fide. & he, scilicet macedoniani & velleiani in excusatione apponi possunt:vt tenet Albe. in 2.parte statuto.q.148.

47 Alia quæ nō opposita elidit quodā modo naturalem obligationem,& sic ius agendi: & tunc indebitè solutum repetitur.d.l.quī exceptionem.& Bal.in marga.in vers.exceptio.in 20.q.

48 Alia est fauorabilis,& perpetua,& est illa quæ simul nascitur cum ipso contractu : vt exceptio velleiani : vt per totum titulū.ff. & C.ad velleia.& Ang.in §.itē.col.12.insti. eo.Petr.de bella pertica.q.34.& Vber. plenè in practica sua,in rubric. de perempto. excep.in versic.exceptio velleiani, & ibi in addi.ad eum.

49 Alia quæ non cōpetit nisi expressè opponatur:vt exceptio compensationis, de qua per Ias. in l.qui exceptionē. Feli.in c.suborta.de re iud.Alex.cons.149.in 2.vol. & cōs. 61.in 3.vol.& cons.93.in 4.parte.& 86.in 5. parte.&Vber.in practica prædicta,in rubr. quib.mo.suo nomi. ei. agen. vel. præterea. in verbo pecuniariis.ibi in addi.ad eū plenè.& an excōmunicatus prædictā exceptionē opponere possit.quod nō tenet Stepha. Aufre.in deci.capel.Tolo.q.1.&q.171.&q. 300.& hæc in execusatione,& post sententiā potest opponi:vt inquit Angel.cons. 132.& consi.229.

50 Aliæ inductæ sunt ad rigorē iuris seruandum:vt exceptio rei iudicatæ:vt per totum titulum de exce.rei iud.& in c.fin.de excep. in 6.Petr.de Ferra.in practica sua,in forma respons.rei cōuenti.in vers.rei iudicatæ. &Vber.de Bonacurso in rubr.de perem.excep.in vers.rei iudicatæ.ibi per addi. ad eū. & quatuor requiruntur in hac exceptione. s.q̄ sit eadem res,eadem causa petendi, identitas personarū,verè , vel interpretatiuè.l. cum quæritur.cum duabus seq.ff. de excep. rei iudic. Item q̄ fuerit à iudice competenti lata.doct.in c.seculares. de fo. compe. in 6. & c.fin.& ibi Philip.franc.illo titulo. vide Alex.in l.sepè.de re iudi.& in consil. 94. in 2.volu.& in l.qui Romæ.& ibi alios. ff. de verb.obli. Et idem in exceptione litis pendentis.l.Iulianus.ff.de cōdi.ind.& ibi doc. & d.l.qui exceptionem.Angel.in §.item si in iudicio.eo.tit.insti.& illa tria quæ debēt in sententia cōcurrere,debent etiam in exceptione litis pēdentis interuenire: vt tenet Phili.in c.si.e.tit.in 6. Quod modis dicatur lis pendere: dic 5. modis primò per libelli oblationē.l.2.& 3.vt lite pend. C. Secundò per appellationem.nihil. nou. appel. pend. ff. Tertiò per relationem,seu consultationē per iudicē superiori factā.l.ex illo tēpore. C.de ap. Quartò per iudicis recusationem. c.secundò requir.s.& c. cùm speciali de ap. l.apertissimi.C.de iudic. Quintò per in integrū restitutionis postulationē.l.1. vna.in integ.restit.postu.ne quid no.fiat.C.& Pet. de ferra.in prac.sua in vers.exceptionē litis pendentis in forma respō.rei cōuen.Alex. consi.105.in 3.vol.& 42.in 4.vol.& 132.in eo.vol.& Soci.in consi.38.in 1.vol.& 42.in 4.vol.& 132.in eo.volu.& Soci. in cons.38. in 1.vol.Fel.in c.exceptionem.nu.41.eo.tit. Intellige tamen exceptionem litis pendētis poss. opponi si pēdeat coram iudice competente. aliàs secus,per textum in elemen.2. vt lite pendente.Philip.in capi.si.eod.tit.in 6.de excep.compro.pend.vide Alex. consil. 71.in 5.parte.

51 Sunt & aliæ inductæ propter naturalem æquitatem:vt exceptio doli:vt habetur per totum titulum de doli exce.ff.& Aelx. in l. si quis cum aliter.ff.de verb.obli.gl. magistra.& singu.in l.qui se debere.ff. de condi. eau.dara.& ibi Ias.amplè.Aduerte tamen q̄ hæc exceptio plebeio, seu humili contra constitutum in dignitate non cōpetit, per text.sing.secundū Areti.in §.j.col. 12. insti. eo. secus diceret in exceptione metus. Idem Cepol.caute.107.& 161.& Petr.de ferra. in practica sua in forma responsionis rei conuenti.in ver.doli exce. Vber.de Bonacurso in sua practica,in rub.de perem.exce.in vers. peremptoriè.& ibi in addit.ad eum per do. Ant.de tremolis in ver.doli. mali. Idem in exceptione nō numeratæ pecuniæ erroris, & ignorantiæ.l.1.& per totum.de nō nu.pe. §.erroris in cle.vna.de sequest.pos.& Fran. in glo.si.Ange.d.§.appellantur.col.18.& de hac exceptione non numeratæ pecuniæ, vide Felin.in c.si cautio.de fide instrum. Et potest opponi per ecclesiasticas personas etiam post bienniumq̄, imò prælatus ecclesiæ huic renuncians non præiudicat eccle. vt tenet princeps canonistarum Io. Andre. & alij post eum in c.fi.de sol. Bal.in anthē. hoc ius.C.de sac.sanc.eccl.Ias.in l. cū quis. C.de iu.& fac.igno. Nicol.melius in repert. in versi.exceptio nō nu. pec. Angel.in cons. 245.column.3.in 2.dubio.imò fortius dicit

Ang.conſ.156.ꝙ ſi exceptio nou numeratæ pecuniæ obiicitur contra illum qui dicit ſe numeraſſe pecuniam, perpetuò competit, & poteſt opponi: quia ei opponitur de dolo ſuo, in quo verſatur, eum ſcire debuerit pecuniam non numeraſſe. ex quo de ſua numeratione agitur, de qua non poteſt ignorantiam prætendere. l. ſi pro ſuo. ff. licet ſecus eſſet ſi opponeretur contra alium, puta contra ſucceſſorem qui non numerauit: & hoc procedit de canonica æquitate ſecundum eundem Ange. quem vidi. idem dixi in exceptione rei litigioſæ, tranſactionis, pietatis vel malitiæ: vt tenet Hoſti. in ſumma huius tit. §. quæ ſit. verſ. ſi. Formam opponendi ponit Spec. eo. titu. §. viſo. verſ. ſuper exceptione.

52 Septima ſequitur diuiſio, ꝙ exceptionum quædam ſunt diuerſæ, alternatiuæ, & contrariæ. diuerſæ ſunt quādo multa remedia propono: vt ſi petas à me domum, excipiam ꝙ feciſti mihi pactū de non petendo: & res iudicata eſt, vel tranſacta. nam hoc facere quis minimè prohibetur, per tex. in l. contra maiores. C. de inof. teſt. Bal. & Salí. in l. ſi quidem. C. e. & in l. peremptorias. C. ſen. reſcin. non poſ. De cōſuetudine tamen defenſio nō poteſt in plures partes diuidi, & potiſsimè quando ad vnum finem tendit, per l. iam tamen. §. pe. ff. iudic. ſol. & ideò ſi reus habeat plura remedia, aut plures exceptiones ad vnum finem tēdentes: illa ſimul tenetur proponere, & vna vice: aliâs nō eſt audiendus ad aliquid de nouo proponendum vt aſſerit Ioā. Maſuer. In practica ſua palamēti. e. tit. verſ. de cōſuetudine. & ſeq. & idem ſeruatur in parlamēto Tolo. vt habetur in ſtylo pala. Toloſæ. §. ſi. niſi in caſibus poſitis per Steph. Aufre. in d. §. ſi. ibi vi dere licet. vide Io. de Selua, in tracta. de beneficio. in 3. parte, q. 19.

53 Alternatiuæ ſunt per quas reus ſic excipit cōtra actorem, non potes agere contra me, quia es fur, aut falſarius, ſeruus, vel excōmunicatus. & hæ exceptiones regulariter non admittuntur: quia alternatiua parit obſcuritatem. in c. vt qui duas de elec. in 6. & obſcura exceptio debet reiici. l. 1. §. labeo. ff. de flu. quod fallit in tribus caſibus poſitis per Feli. in c. 3. loco. col. 3. de proba. ibi, adulterinum &c. Io. Andr. & alij in regul. in alternatiuis. de regu. iur. in 6. ſex ſpecies alternatiuarum vide per Bar. & alios in l. 3. ff. de eo quod cer. lo. Ioā. fab. & cæteros in §. huic. inſtit. de act. & do. Bart. de Caſſa. in conſue. Burgun. in rubric. *des mains mortes*, §. 21. in gl. ſi. not. doct. in c. inter. de reſcrip.

54 Contrariæ dicuntur quando aliquis dicit excipiendo ſe nō habuiſſe, & ſoluiſſe, vel pactum de nō petendo ſibi eſſe factum: vel ſi reus accuſetur de homicidio, poteſt negare ſe occidiſſe: & ſi cōuincatur, poteſt allegare ꝙ ad ſuā defenſionem fecit: vt dicit Io. An. in c. nullus de reg. iur. in 6. in mer. Bar. in l. cùm de indebito. ff. de proba. Bart. & alij in auth. cōtra q propriā. C. de nō nu. pe. Alex. Iaſ. Herc. & alij in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de ver. ob. Bar. & alij in l. nemo. ff. e. ideò eſt dicendum ꝙ exceptiones contrarias poteſt quis conditionaliter opponere: vt nego me habuiſſe: & caſu quo probetur, dico me ſoluiſſe, vel aliud. per gl. in c. cū dilectus. de reli. do. gl. Pa. & alij in c. auditis. de præſcr. Pa. & Feli. in c. paſtoralis. eo. ti. Bal. in d. l. ſi quidē. C. eo. Spe. tamen in d. viſo. verſi. quid ſi debitor dicit alia via uos poſſe excipere. ſ. ſi aliquid petatur alieni fas erit dicere dubito: & ſi probet. potero allegare ſolutionē, vel aliam exceptionē, arg. tex. quem allegat in l. ſi debitor. ibi, neget, aut dubitet. ff. de pe. hæ. facit tex. licet nō adducat, in l. iuſiurādum. & ad pecunias ibi putat deceſsiſſe. ff. de iureiu. in l. ſi quis inficiatus, ibi, procuratorem nō putaret. ff. depo. in l. cū quo. ibi, dubito. ff. ad l. fal. l. ſi. ibi, procliuior ſum. ff. de cōd. cau. da. & l. fideicōmiſſa. §. ſi quis illicitè ibi, procliuior. ff. de leg. 3. Steph. Aufre. in decis. Toloſanæ. q. 21. Areti. con. 96. Flo. in d. l. cū de indebito. Petr. de Ferra. in practica ſua in forma reſpō. rei con. in ver. contrarietatem. vide Deci. tres cōcluſiones ponentem in d. ca. paſtoralis. & quando ſit licitū allegare contraria, Bal. ponit in l. 1. C. de ſurt. Præpoſit. in c. dilecto. col. 20. de ap. Alex. conſil. 100. in 5. volu. addi. ad Vber. de Bonacurſo in rub. quib. mo. ſuo no. ciuiliter agentes. §. ſimiliter.

55 Reſtat octaua diuiſio, quod quædā ſunt exceptiones ciuiles, quædā prætoriæ, hæc diuiſio probatur in §. alioquin. inſti. eo. Ciuiles ſeu legales ſunt quæ à lege ciuili ſunt introductæ: vt exceptio ſuſpicionis. l. apertiſſimi. C. de iu. Barb. in rub. huius titu. in cle. ita tenet, & nō obſtant iura in contrarium adducenda. videlicet tex. in c. ꝙ ſuſpecti. in ſi. 3. q. v. e. ſecundo requiris. in ſi. de ap. quæ dicunt recuſationē à iure naturali ſcaturire: quia ibi dicitur quodammodo, & ſic impropriè. c. 2. requiris. non loquitur de iure naturali cōmuni omnibus animantibus: ſed de ratiōe naturali: quia licet cōmittatur iudici ſuſpecto recuſatione remota, poterit tamen bene iudicare: & non grauatur pars: quia poterit appellare: vt tenet Bar. in ca. ex parte. de oſ. dele. vel pone per totū titulum vt præ. no. imper. col. 5. vt ſi producis inſtrumentū, excipio ꝙ in eo nō eſt annus. dies, & cōſul. & imperator, per gl. in l. 1. in ver. ædi tiōes. ff. de ædi edi. aliâs curioſus lector inuenire procuret, quas per diſcurſum iuris

56 inueniet. Pretoriæ, quæ à Prætore introductæ ſunt: vt doli exceptio, metus, per totū tit. ff. de do. ma. metusve exceptio. & aliæ per corpus iur. inueniūtur, quas per iuris curſū videre licet. nā plus laborioſum eſt quā ſubtile eas cumulare. & in ſimili loquitur gl. in In rubr. ff. de ſol. & in rub. de diuer. & tēpo. præſc. & in l. in honorarus. ff. de act. & obl.

&c in

& in l.1.ff.sol.matri.cum similibus.

57 Sequitur diuisio nona. Nam quædam directæ sunt, vtiles verò aliæ. Directæ sunt quum verba l.& mens cõueniunt seu concordant:vt si petebam totum fundum, & iudicatum est contra me, si iterum volo petere,obstat exceptio directa: idem si petam partem:quia si iudicatum est super toto, ergo super parte:per text.in l si quis eum totum.§.& generaliter.& per totã legem. ff. de exce.rei iudi.& idem generaliter ,petebã redditionem administrationis tutelæ, & transegimus,vel ad centum fuit condemnatus,si iterum peto,obstat exceptio directa:quia trãsactio est generalis super omnibus:&etiam verba conueniunt.tex.in l.sub prætextu.C.de transact. & l. age. illo titu. glos.in l.si quis id quod.ff.de iurisd.omn. iudi.& l.si iudex.ff.de mino.

58 Vtilis est quãdo nec verba legis nec mens conueniunt,sed ex mente legis extenditur: vel quando nihil dicunt verba, sed mens hoc habet.& de hac loquitur text.in l. licet C.de iudi.vel quia subest eadem ratio. Cepola in tract.de serui.vrba. prædio.in c. 81. & vide glos.in l.curatoris.& ibi doct.ff. de nego.gestis.l.1.& l.actionis verbo. ff. de actio.& oblig.docto.in rub.de rei vend.ff.Feli.in c.aduersario.eo.titu.

59 Decima diuisio. Quædam enim sunt modificatoriæ cõdẽnationis, aliæ executionis. Modificatoriæ condemnationis sunt, quæ condemnationem moderantur:vt si contra patrem agatur ratione obligationis filij, poterit pater excipere,vt cõdemnetur catenus,quatenus est in peculio.&hæc exceptio condemnationem futuram modificabit per text.in l.penul.quod cum eo.ff.& ibi Bart. & Bald.in l.si dubitetur.§.fi.ff.de fideiusso. Bart.in l.fi.C.quod cum eo. & Io. fab. Pla. Ange.& Ias.in §. actiones. instit. de actio. idem in tributoria.l.1.& per totum.ff.de tributo.act.§.introduxit. & ibi docto. instit. quod cum eo idem de exceptione de in rem verso.l.1.cum toto titulo.ff.de in rem verso.§.præterea.insti.quod cum eo. Et istæ tẽpore peremptoriarũ possunt opponi : quia quatenus minuunt,catenus perimunt:vt tenet Bal.in l.exceptionem.C.de proba.vide de Bonacurso in rub. de impedi. executio. causæ nulli.per totam rubr.& ibi in addi.ad eum.

60 Modificatoriæ executionis sunt, quæ executionem modificant:vt si socius omnium bonorum contra alium socium agat, & sit condemnatus, potest exceptionem opponere,ne exigatur ab eo vltra quàm facere possit l.maritum.cum legibus seq. ff. solu. matri.& l.sunt,cũ ll.seq.ff.de re iudi. idem in exceptione inuentarij confecti, l.fi.C. de iure deli.& §.hinc nobis.de hæred. & falci. colla.1. Et quia executionem moderantur, ideo post sententiam possunt opponi. & de istis cognoscit executor.l. cũ fideicommis-sum.ff.de confes.& de quibus exceptionibus possit executor cognoscere, vide per Stepha. Aufrer.in decis.capel.q.344.Alex. Ias.& alios in l.qui Romæ.§.fi. ff. de verb. ob.Rauen.in alpha. in verbo, quis potest. Bart.de Cassa.in consue.Burg. in rubr. *des successions*.§.13.in gl.j.Alex.cõs.95.in 4.vol. vide Vital.de camba.in tract. clausularũ in clausula,nulla exceptione obstante. fol. 11. Sali.in l.exceptionem.nu.24.de proba. C. Vber.de Bonacurso.in rub.de exec.&beneficio.que post defi.seu op.& ibi in addi.ad eum Idem in exceptione compensationis, & rei non traditæ:vt attestatur Feli.in c.suborta. de re iu.&in c.cũ Io.de fi.instr.An exceptio pretij nõ soluti possit in executione opponi,ponit Spe.in eo.tit.§.dicto.ver.sed pone. & idem in tit.de exe.sent.§.fi. refert Nicol. de milis,in reper.in ver.emptor.

61 Vndecima diuisio. Quædam sunt incidentes quædam emergentes. Incidentes,quæ ante processum originẽ habuerũt:vt exceptio iurisiurandi,pacti,&aliæ ante motũ processum cõpetentes.gl.& dnã.in c. t.de or. cq. & an si exceptio ecclesiastica incidat corã seculari possit talis iudex cognoscere, latè ponit Feli.in c.cum sit.col.pen. de fn. cop.

62 Emergentes,quæ in ipso negotio,i.in ipsa lite de nouo emergunt, vt si producis testes excipio non esse admittendos,vel vis habere dilationem,dico non dandam : istud de nouo in lite emergit,ergo dicitur emergẽs, vt tenent Bart.& alij in l.1.de ordi.iudi. C. gl.& dnã.in l.quod iussit.ff.de re iudi.Panor.in c.2.eo.titu.in fi.Feli.in c.suborta. de re iu.Imo.in cle.sæpè.nu.22. de verb. sign. Bar.in extra.ad reprimendum.in ver.summariè.Petr de ferra.in practica sua, in forma excepti.contra positiones.in verbo,petens.& Bald.in l.præscriptione. col.9. C. si contra ius vel vtili.publice.

63 Duodecima diuisio. Quædam exceptiones sunt ordinis,quædã verò præposterationis. Exceptio ordinis est,quæ ad ordinis obseruationem tẽdit:vt si pro aliquo fideiussi,& cõueniar,possum excipere, ꝙ prius principalis excutiatur,per tex.in authẽ. præsente, C.de fide.& in §.sed neque, in authenti. de fideiusso.col.1.& licet non fuerit opposita, valebit tamen processus;vt tenet Steph. Aufre.in decis.capel.Tolos.q.80. & licet pro aliquo iurauerim soluere,adhuc tamen exceptionem ordinis opponere possum:vt tenet Aufre.vbi suprà.q.139.& hæc est dilatoria,gl.in l.3.ff.eo,Cy.in authẽ. præsente.C. de fide.& in l.exceptionem.& ibi Bal.C. de pro.& in l.exceptiones.ff.eo.Ang.in l.si mãcipiũ.§.1.ff.de euic.Alex.in consil.114.in 6. vol.& cõs.29.in 7.vol.& ideò debet opponi ante lit.cõtest.secũdũ Bar.& alios in d.l. 3.& Gui.papa in suis de.q.570.nec in causa appellationis admittetur si nõ est in causa principali opposita:vt tenet Alex.cons. 34. in 4.vol.Pro intellectu tamen authen.præsent

sente. vide & eius limitationes per Roma. in singul.6,5.& in consil.93.& consi.211.& Soci.in tract. fallē regu.114. Io.de pla.in l.1. de eōue.fisci debi.lib.10.C. Fran.de erema. singul.136.Alex.in l.etiam.§.fi.ff.solut. ma. & cons.159.in 2.volu.& consil.83. in 3. vol. & consil.100.in v.volu.Specul.in tit. de renunc.& conclusi.§.1. versi. viso de &c. Vital.de Cambanis in tract.clausularum, fol. 339.in parua impressione. Alber. in tracta. statutorum.in 2.parte q.166. & Benedictus in repetit.cap Raynutius.in versi.si absque. in 2.nume.52.de substitutione fidei commissaria.de testamen.Barthol.de Chassa. in consuetudi. Burgund. in rubric. *des ventes venducs à reachat*.§.2.& in rubr. *des censes*. §. 6. in glossa. *contre le tenementier*. in fi.& Anto.de tremol.in addi.ad Vber. de Bonaeurso in rubr.quib. mod. exa. ordina iudi. declina.versi.idem puto.

64 Aliæ sunt præposterationis:vt si quis agat actione familiæ ereiscundæ excipere possum quod agit præposterè,cum non sit hæres, nec hæreditatem possideat : & primò agendum est petitio hæredi.& postea fami liæ erciscundæ.l.2.C.commu.diui.l. si man cipium.§.1.ff.de euictio.l.præposteri. C.de testa.& l.1.& ibi Flo.ff.fa.ercis.Bal. in l.exceptionem.C.de probat.l. vt debitum. & ibi Bar.in rub.de hære.act.C.Alex.conf.45. in 6.parte. Bal.in sua disputatione incipiente, accusatus de vi turbatiua.col.4. ver. sexto. sic Felin.in c.cùm dilecta. versi. demum ad ornatum de rescript.

65 Decimatertia diuisio. Quædam sunt rationabiles,& non frustratoriæ:aliæ irrationabiles,& frustratoriæ,seu friuolæ. Rationabiles sunt quæ à iure sunt approbatæ:vt si iudex sit meus inimicus, & ego oppono exceptionem:vt c. cùm inter. de excep. vel aliæ quæ verè competunt per textum in l.si aliud.§.bellissimè.cùm sequen. ff. quod vi, aut clam. Bar.in extrauag.ad reprimendum. in vers.summariè.Card.Imol.& Georg.Natta,in cle.sæpè.in verf.dilationes.de verb. signifi.vel.statuitur arbitrio iudicis quando erunt rationabiles:vt tenet Barba.in cap.ex parte.In secundo.de offi.dele.num.16. vide text.in c.ea quæ.ca.lator.e.cum super.de re iudi.& c.super eo.quod me.causa.c.3. de eo qui mittitur in poss.c.e.fi. de sequest. poss. c.1.& c.conquerente.de restitu. spol.c. cum olim de dolo,& contu.& c.si constiterit. & c.ad petionem. de accusa. cap. studuist. de offi.legat.c.3.de offi.ordina. c. notum. cum similibus 2.q.1.

66 Irrationabiles,seu frustratoriæ sunt,quæ iudicium potius frustrantur, & differunt, quàm veritatem concernat. vt recusatio iudicis eo, quia aduocatus alterius partis est familiaris illius,vel exceptio excommunicationis opponitur contra reum se defendentem contra c.cùm inter. & ibi doct. de except. Quod intellige nisi excommunicatus potuisset absolutionem petere, & non curauit:quia tunc videtur excommunicationem contemnere: ideò non poterit etiam se in iudicio defendere. & hoc est dictum singulare Io.Calde.in repe. ea. ab excommunicato.col.13.in parua impressione. de rescriptis. refert & sequitur Barba. in rub.de rescri.col.7.num.54.Et breuiter dicas quòd omnis exceptio dicitur frustratoria, & irrationabilis, quæ causa subterfugij proponitur. Sed oro, vt nullas frustratorias, & friuolas proponas,ne animā tuam damnes, & dæmonibus commendes: vt dicit Vberr.de Bonaeurso.in practica sua in rubr.de recusa.in prin.dicens quòd omnis exceptio,aut est frustratoria, & friuola , aut vera,& legitima:& huic adhæreas sicut Bononiensi.carrocio:vt dicit glo. in l.omnis definitio.ff.de regu.iur. Quod dicatur frustratorium,vide gl.in l.merito.ff.de vi & vi arma.& in ele.sæpè.de verb. signi.

67 Decima quarta:& vltima pro nūc diuisio est:quia quædā generalis dicitur:quædā obscura:Generalis est quando generaliter contra aliquem excipitur,puta ille inimicus, & non exprimitur ex qua causa secundum Bal.in l.si quis testibus.C.de testi.vel quòd est infamis,& causa infamiæ non specificatur vt debet fieri, per textum singularem in c. præsentium.in §.testes.ibi,facta sigillatim specificatione.de testib.in 6.& tenet Marc. Ant.baueri.in § sed eùm aliquis.col. 2. instituu.de testam.Bart.in l. 3. §.l.l. iulia. ff. de testi.& in l.1.C.de testa. idem dicit Bauer. vbi suprà si aliquis alleg uerit excipiendo damnum esse sibi datum : quia non debet audiri nisi in specie exprimat quomodo est sibi datum.gloss.in l.eum filius. ff. de solut.Et ista exceptio generalis non releuat partem opponentem.l.si.C.de anna. excep. Card.& alij in l.1.ff de condi.ob turp.e.u.s. Bald.in l.edita.in repe.perusina.col.9.C. de eden.doct.in c.pastoralis.eod.tit.& doct.in ca.dudum.de decimis.text.in l.scire oportet.§.scire. ff.de excusa.tuto. Alex.cons.181. num.2.in 6.volu. Angel.in consi.61.text. in l.quicquid.ff. com. prædio. Limita tamen exceptionē generaliter non esse audiendum nisi probarēt in specie & sigillatim crimen oppositū,vel illud quod opposuit per glo. in l.1.§.si quis argentum.ff.depo.& Bau. vbi suprà. Et quid operetur illa clausula quam practicantes ponunt in libello post exceptiones aliquas oppositas, specialiter videlicet & generaliter oppono omnes exceptiones mihi competentes,vide per doct. in d.c.pastoralis.& Bal.& alios in l. scire.§. sufficit.ff.de excu.tu. Alex & alij.in l. Titiæ textores ff.de legat.1.vide Felin.in c. sedes. col.2.versic.clausula generalis.de rescri.& ibi alios doct.& non dicitur dispositio generalis quando totum genus non comprehendit,sed vt specificatur in vna specie sub genere comprehēsa.per textum in l.si barrea.

ff.de optione lega.in ca.ex parte. in primò. ff.de officio dele.Bart.in l.si domino. ff. de legat.1. Feli.in c.pastoralis.§.fi.in princi.de rescript.& ibi hoc tenent alii doctores.

68 Obscura est quæ non est intelligibilis.l. 2. ff.de his quæ pro non scriptis habentur.l. ita fidei.ff.de iure fisci.l.aut qui aliter. §. si quis.ibi obscurè ff. quod vi, aut clam. vel aliquid dicitur obscurum. quando multipliciter potest intelligi, vt tenet Alex.consi. 238.in 6.volu.per iura supra allegata. & l. quoties in stipulationibus.ff. de verb. obli. vt si quis excipiat contra testes quod non sunt omni exceptione maiores. nam non valet:quia,sunt,denotat tempus præsens.l. cum stipulamur.& l.si à colono.ff.de verb. obliga.& l.si quis ita.ff.de auro & argento legato.& poterit esse quòd tempore iuramenti testes erant omni exceptione maiores:vt tenet Angel.in consilio primo. Iason in d.l.Titiæ.& illud tempus debet attendi secundum Alber.in tract.statuto.in quarta parte q.71.& Angel. vbi suprà, & Specul. in titulo de instrumē.editi.in §.videndum restat.versic.item non exhibeas.Alex.consi. 150.in 5.volum.Steph.aufre. in stylo parla. Tolosæ in prima parte rubr.sequitur aduisamentum.§.penulti.in addi. Et hæc exceptio dubia,seu obscura,quæ potest concludere,& non concludere,debet per iudicem admitti,cum postrà in processu possit declarari.gloss. in c. ex insinuatione. de procu. Anto.in c.in literis.de restit.spol.Nicol. de milis.in repert.in verbo exceptio, licet debeat. Fely.in rubr.huius tituli.Vber.de Bonacursio in rubr.quib.mod.suo nomine ciuiliter agen.§.& generaliter. Aduertēdum est tamen quòd si iudex dubitat an debeat admittere exceptionē, vel non, potest eam admittere si & inquantum de iure: vt dicit glo.& sequuntur ibi docto.in ca.cùm contingat.de offi.deleg.vide Roma, consi. 501. & Præpos.in c.sæpè.col.4.de appel. Corse. in singu.in vers.iudex in 4.Aliæ sunt præiudiciales,de quibus per Batolum & alios in l.1.C.de ordi.iudici.Ias.& alios,§. præiudiciales.instit.de actio.Bart. in l. generaliter. & l. fundum.ff. eodem. Bald. in sæpius allegat.l.exceptionem.canonist.in ca. 2. de ordine cognit.gl.in l.1.§.1.ff.de rei vendi.& in l.per minorem.ff.de iudi.Bal.in marga.in in versic.exceptio.q 57.Angel.in rubr. huius tituli,col.2.Præposi.in cap. nuper eod. colum.1.l.1.de appella.Aufre.in decis. capellæ Tolo.q.29.Multæq; aliæ sunt exceptiones,& infinitæ. vt dicit text. in §. alioquin. ibi,multis variisq; insti.eo.quia quot sunt modi agendi,tot sunt modi excipiendi: vt attestatur Angelus in rubric.col.6. in fine, cum sequentib.Et alias multas posuissem, quas in tractatu exceptionum reseruo, vbi latius dicam.his tamen intellectis,aliæ facilimæ intelligentur. In quibus omnibus si quoddam rancidulum protulero,correctioni melius sentientis subiicio:vt in simili loquitur text.in l.Claudius.in fi. ff.qui potiores in pignore habeantur,vt emendet charitatino calamo: vt dicit Ioannes Fab. in §. item his institu.quibus modis re contrahitur obligatio.Si bene dixero, attribuatur Deo omnipotenti, qui in trinitate perfecta viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Spes mea Christus.

F I N I S.